سيرة السلطان

الملك الناصر صلاح الدين

ابي مظفر يوسف بن ايوب بن شاذي

VITA ET RES GESTÆ SULTANI, ALMALICHI ALNASIRI, SALADINI,

ABI MODAFFIRI JOSEPHI F. JOBI. F. SJADSI.

AUCTORE

BOHADINO F. SJEDDADI.

Nec non EXCERPTA ex Hiſtoria Univerſali

ABULFEDÆ,

Eaſdem Res Geſtas, reliquamque Hiſtoriam temporis, compendioſe exhibentia.

Itemque ſpecimen ex Hiſtoria Majore

SALADINI,

Grandiore cothurno conſcripta

AB

AMADODDINO ISPAHANENSI.

Ex MSS. Arabicis

ACADEMIÆ LUGDUNO-BATAVÆ

Edidit ac Latine vertit

ALBERTUS SCHULTENS.

Accedit

INDEX COMMENTARIUSQUE GEOGRAPHICUS

ex MSS. ejuſdem Bibliothecæ contextus.



LUGDUNI BATAVORUM.

Apud JOANNEM LE MAIR.

MDCCLV.

Digitized by Google

~~Arabic 5998~~

HARVARD COLLEGE LIBRARY
JEWETT GIFT
SEPT. 6, 1943

OL 20622.2F
13

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMIS GENEROSISSIMISQUE

ACADEMIÆ LUGDUNO-BATAVÆ CURATORIBUS.

D. JOHANNI HENRICO WASSENARIO,

COMITI WASSENARIÆ, OPDAMI, HENSBROEKÆ, SPIERDYKI, ZUIDWYKI, KERNHEMI, LAGÆ ETC. ETC. ETC. EQUITI ORDINIS JOHANNITICI. EQUESTRIS HOLLANDIÆ ORDINIS MEMBRO SPLENDIDISSIMO. EJUSDEMQUE PROVINCIÆ NOMINE CELSIS AC PRÆPOTENTIBUS BELGII FOEDERATI ORDINIBUS ADSCRIPTO ETC. ETC. ETC.

D. JOHANNI TRIP, J. C.

DOMINO DE BERKENRODE. CIVITATIS AMSTELODAMENSIS SENATORI ATQUE CONSULI, CUM MAXIME CONSULARIS COLLEGII PRÆSIDI. SOCIETATIS INDIARUM ORIENTALIUM MODERATORI ETC. ETC. ETC.

D. ARENTIO BRUNONIS VAN DER DUSSEN, J. C.

CIVITATIS DELPHENSIS SENATORI CONSULARI. ILL. AC POTENTIBUS PERILLUSTR. AC PRÆPOTENTIUM HOLLANDIÆ ORDINUM DELEGATIS IN PRÆSENTIA ADSCRIPTO. ETC. ETC. ETC.

Digitized by Google

EORUMQUE COLLEGIS

AMPLISSIMIS NOBILISSIMISQUE

VIRIS

CIVITATIS LUGDUNENSIS

CONSULIBUS.

D. ABRAHAMO VAN HOGENHOEK J. C.

CONSULARIS COLLEGII PRÆSIDI.

D. DANIELI VAN ALPHEN J. C.

D. HENRICO VAN WILLIGEN J. C.

D. GERH. ÆMILIO VAN HOGEVEEN, J. C.

UT ET

NOBILISSIMO CONSULTISSIMOQUE

VIRO

D. DAVIDI VAN ROYEN J. C.

URBIS LUGDUNENSIS GRAPHIARIO. ILLUSTRISS. AMPLISS. CURATORIBUS AC CONSULIBUS AB ACTIS.

Digitized by Google

MUNIFICI SPLENDIDIQUE

MÆCENATES

NUNQUAM Cuiquam ullum Opus ſanctioribus titulis fuit inſcriptum, quam Hocce Vobis, ILLUSTRISSIMI AMPLISSIMIQUE DOMINI conſecratur. Veſtri ſunt Codices Manuſcripti, qui vel integri, vel ex parte in luminis oras nunc prodeunt, quippe qui extent in Theſauro Orientali Academiæ & Bibliothecæ Veſtræ: *Legatique Warneriani* exquiſitæ ſimul & opulentæ ſupellectili accenſeantur. Horum, ſimiliumque, edendorum Provinciam quoque publice mihi injunctam adſtrictamque voluiſtis, quum, ante biennium ferme, ex honeſta, & jucundiſſima mihi, ſtatione Franequerana, honeſtiſſimis lautiſſimiſque conditionibus me evocaſtis, atque ad Vos pertraxiſtis, dicam? an illexiſtis; conferendo mihi cum Collegii Veſtri Theologici Regimine, honorifico quidem illo, ſed curarum pleno, lætiore etiam munere Literas Orientales in Academia Veſtra ſplendidiſſima docendi: meque inſimul *Interpretem* conſtituendo *Manuſcriptorum Legati Warneriani.* Hanc poſtremam Spartam tanto ſuſcepi lubentius alacriuſque, quanto nihil ad ſtudiorum meorum rationem accommodatius; nihil ad exilem meam operam, ſi quam forte præſtare unquam potero, vobis commendandam opportunius; nihil ad nomina illa, quibus Vobis, Illuſtriſſimoque Veſtro Collegio, ultra viginti jam annos, obſtrictus vivo, diſſolvenda expeditius præſentiuſque quicquam excogitari unquam potuiſſet, divinituſve ad me di-

rigi

rigi atque deferri. Magnum profecto fuit homini, inde a prima adoleſcentia Orientalium literarum amore flagranti, in quandam quaſi poſſeſſionem immiſti, favore atque beneficio Veſtro, totius Orientis, quando quicquid Oriens poſſidet excellens, atque, ut ita dixerim, delibatum, id in Gazas veſtras, ſummo judicio conquiſitum, tum a *Scaligeris*, tum a *Goliis*, tum præſertim a *Levino Warnero*, velut agmine facto, confluxit, & ad *Academiæ Batavæ* decus invidendum, atque incomparabile, eſt congeſtum. Scilicet Vir ille Ampliſſimus, idemque Literatiſſimus, atque cum primis potens in *Arabicis*, *Perſicis*, *Turciciſque*, quum medio ſeculo ſuperiore in Urbem *Haleppenſem* ſe, ſplendido ornatus munere, contuliſſet, *Conſtantinopolitanam* in ſedem deinceps tranſlatus, Opima ex Oriente ſpolia legere, atque ſelectiſſimam Bibliothecam, in omni doctrinarum artiumque genere, colligere, ut voluit, ita unus omnium optime potuit, Fortunis tum Publicis, tum privatis velificantibus, cum auctoritateque ac gratiæ aura, clavem ei auream porrigentibus, ad cujus tactum ſeræ omnes defluerent, atque ſcrinia nulla ſibi clauſa experiretur, quominus inde exquiſitiſſima quæque excerperet, in *Europamque* devehenda comportaret. Sic itaque, VIRI PERILLUSTRES AC GRAVISSIMI ex paupere divitem uno conſtitutum eſſe momento, atque ex tenui ſuppellectili, in ſummam traductum immiſſumque MSS. opulentiam, ſane quam Magnum mihi deputatur, atque immortalis muneris beneficiique nomine Vobis imputatur. Majus adhuc, illam mihi a Vobis patefactam eſſe Palæſtram, in qua dum deliciis meis paſcar, genioque hilariter indulgebo, Veſtræ ſimul voluntati obtemperabo; Veſtris ſubſerviam rationibus; Veſtris laudatiſſimis deſideriis utcumque reſpondebo, quibus a longo jam expetiſtis, ut quod in Cimeliis Veſtris Orientalibus hactenus conditum clauſumque jacuit, id felicioribus auſpiciis ad egregium Publicum, Orbiſque Eruditi emolumentum, expromatur. Maximum vero illud mihi reputatur, quod quum Veſtræ munificentiæ, in literarumque cultores prolixæ benevolentiæ, debeam quicquid ſum, poſſumque, ſi modo aliquid poſſum aut ſum, in literatura Orientali, atque præſertim Arabica, me ita vobis in perpetuum vindicatum, iiſque vinculis nexum ſentiam, ut dum provinciam mihi demandatam ornare connitar, ſimul animi devinctiſſimi, ad gratiaſque debitas referendas ardentiſſimi, pigno-

gnora Vobis ſim exhibiturus; quin imo, præſiſcini, monumenta conſtituturus publica: quo pectori ingenuo nihil exoptabilius, nihil fortunatius contingere poſſe arbitror. Ne miremini: quod me, meaque omnia Vobis in ſolidum deberi prædicem. Non adulatio has mihi dictat voces, ſed ipſa veritas; ut enim publice conteſtatus ſum, quum, ante hos menſes aliquot, ſpecimen *Haririi* emitterem; ita denuo conteſtor, ſemperque concelebrabo, quando ſine ulla nanc ambitioſæ alicujus venaturæ ſuſpicione promere licet, quod premere alia in ſtatione verſanti ſuadebant pudor, ſiniſtraruinque metus vocularum, me in Veſtro veluti ſinu, Veſtroque ſub Nutricatu eo creviſſe ſenſim ac pedetentim, ut non omnino nihil in hiſce Literulis, favorabili, tum Veſtro, tum aliorum judicio, valere videar; quippe cui per Vos, Illuſtreſque Veſtros Deceſſores, jam inde a viginti retro annis, ſingulari plane exemplo, aditus ad Orientales Veſtras Gazas munifice fuerit indultus, liberrimaque præbita poteſtas ea excerpendi, deſcribendive, unde quicquid adhuc produxere potui, cujus tandem cumque id pretii cenſeatur, aut in poſterum produxere potero, hauſtum derivatumque profiteor: ac proinde Vobis, ut benignis Fautoribus ſimul, ſimul Altoribus reculatum mearum, tranſſcribendum.

Religioni præterea ducerem ſubticuiſſe, aliud adhuc prolixi Veſtri in me favoris, atque adeo cordati generoſique amoris, quo Orbis Literati commoda fovere, ornare, cumulare, geſtitis, argumentum ſplendidiſſimum; quod non auctoritate tantum veſtra, ſed & liberalitate, huic operi lucem diemque patefeceritis, admoto aureo cuneolo, qui Bibliopolæ ad Arabicum ſcilicet Librum excudendum haud ſane promti, frigidumque Orientale forum obtendentis moras, ac difficultates, potenti illo, fulminiſque inſtar cuncta pervadenti ictu diffinderet. Annitar equidem, in illudque omnes contendam nervos, ut quod refrixiſſe, ac quaſi congelaſſe, dictitatur ſtudium, aliqua ex parte calefiat, quin, ſi pote, inflammetur, ad nobilemque ardorem reſuſcitetur; in flore ſaltem delibato ingenuæ illius juventutis, quæ ad Divina Oracula tractanda non ſine ſacro quodam accedet horrore, atqueillotis quod dicitur, manibus pedibuſque, ſacratiſſima adyta temerare verecundabitur. Hoc ut ardentiſſime a Vobis, VIRI ILLUSTRISSIMI, GRAVISSIMIQUE deſiderari exploratum

habeo, ita mihi perpetuo ob oculos obversabitur, non infimamque constituet partem laborum, quos honores vestri humeris meis injunxere, quosque non sane defugiet, qui sine illis laboribus ne vitam quidem sibi duceret vitalem: atque tum demum liberum, nullique obnoxium, trahi autumat spiritum, si præmia muneraque impertita, honestis, ut sic dicam, sudoribus madefiant.

De cetero, PERILLUSTRES, AMPLISSIMI, NOBILISSIQUE VIRI qui immortalia vestra in Academiam, in Ecclesiam, in Rempublicam merita, qui patrita non tantum, atque avita, sed & proprie Vestra decora, supra omnem verborum honorem subvecta esse cerno, haud committam ut exili mea celebratione illa deteram, deminuamque. Quæ Vestra quoque sapientia est, celsique exaggeratio animi, pro fumo totum hocce genus difflatis, quin & pro fuco; altoque pectori infixum geritis, liberas, sinceras, solidas laudes, post fata demum venire, & tanquam ex urnis sepulchralibus efflorescere. Tales laudes ut seræ Vobis persolvantur; atque in longinqua adhuc tempora Virtutibus Vestris Eminentissimis maneant destinatæ desponsatæque, votivis a summo Numine precibus contendo. Dabam *Lugduni Batavorum* a. d. xx. *Julii* MDCCXXXI.

ILLUSTRISSIMIS AMPLISSIMIS

NOBILISSIMIS VESTRIS

NOMINIBUS

devinctissimus

ALB. SCHULTENS.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

TERTIUM jam est nomen hocce *Bohadini Filii Sjeddad*, quod auctori *Vitæ Saladini* publice imponitur. In Catalogo Bibliothecæ, qui superioris seculi anno septuagesimo quarto prodiit, *p.* 292. *n.* 11. titulus ita exhibetur سيرة السلطان صلاح الدين تاليف بن عباس الغزي *Historia Ibn Abbas Gazæi, de Vita & rebus gestis Saladini, qui Palæstinam recuperavit, a Christianis Europæis occupatam.* Ast novissima editio Anni MDCCXVI. *p.* 483. num. 1819. sic habet سيرة السلطان الملك صلاح الدنيا والدين لابي المظفر يوسف بن شادي *Abu Mudafir Jusuf Ibn Sjadi Historia rerum gestarum Imperatoris Saladini, & recuperationis Palæstinæ e manibus Christianorum per eundem.* Scilicet in Frontispicio Codicis MS. hæc prostant سيرة السلطان الملك الناصر صلاح الدنيا والدين سلطان الاسلام والمسلمين منقذ بيت الله المقدس من ايدي المشركين خادم الحرمين الشريفين ابي المظفر يوسف بن شادي سقي الله ضريحه صيب الرضوان واذاقه في مقر رحمته حلاوة تنبجة الايمان له ولاخواننا الذين سبقونا بالايمان وصلي الله علي سيدنا محمد سيد ولد عدنان وسلم تسليما *Vita & Res Gestæ Sultani Almalichi Alnasiri, Salutis Orbis ac Religionis, Sultani Islamismi ac Musulmannorum, Ereptoris sanctæ Dei Domus*, Hierosolymorum, *ex Idololatrarum manibus: Famuli duarum urbium sacrosanctarum:* Meccæ Medinæque: *Abulmodaffiri Josefi, filii Sjadsi; cujus sepulcrum imbre favoris sui riget Deus, cuique gustandam præbeat in sede miserationis suæ dulcedinem fructus Fidei, ut & Fratribus nostris, qui nos in Fide præcesserunt. Benedictio item divina super Dominum nostrum Muhammedem, principem filiorum Adnan, omnigenaque salus.* Tam clarum est quam quum meridie lucet, *Abi Mudafir Jusuph Ibn Sjadi* non scriptoris esse nomen, sed Herois, cujus facta conscribenda suscipiuntur; quod in oculos statim incurrisset, si vir Clarissimus, qui catalogum novis subjecit curis, primam modo paginam perlustrasset, ut ex præfatione auctoris nostri p. 1. cuilibet patescet, ubi iidem verborum honores eadem ferme serie repetuntur, nisi quod *Jobus, Saladini* pater, in priore contextu omissus, in postremo hocce rectius compareat. Ad *Saladini* vocabulum quod attinet, non proprium constituit nomen, sed *Salutem Religionis* exprimit, ad quam formam passim occurrentes habebit Lector meus titulos *Nouroddini*, quod est *Lumen Religionis: Ezzoddini*, quod est *Decus Religionis: Amadoddini* quod est *Fulcrum* sive *Columen Religionis*; aliaque innumero numero: *Bohadini* quoque nostri appellatione *Gloriam Religionis* resonante. Hinc ansa præbita adulatoribus *Salahoddynum*, sic enim vera pronunciatio se habet, per paronomasiam adscita adhuc alia voce دنيا *Mundus*, appellandi صلاح الدنيا والدين *Salahoddonja Waddyn*, id est *Salus Orbis ac Religionis.* Quid valeat *Sultanus*, nemini incompertum. *Almalichus Alnasirus* est *Rex Defensor*

* * *

Præ-

Prænomen *Abu Modafir* vel *Modaffir*, quod *Patrem vincentem* significat, assumtum conjicio ob victoriarum rapidissimum cursum, quo potentissima imperia sub jugum suum subjunxit: *Hierosolymitano* tandem *Regno* quoque formidolossimi Martis fulmine prostrato, funditusque subverso. Nomen proprium *Josephi*, quod gessit *Saladinus*, non invenustum lusum ministravit auctori nostro *Vitæ p.* 37. Alibi quoque consimile quid captatum ex *Alcorano*, ubi dictum illud *Recondidit Josephus remistam in animo*, ad *Saladinum* eleganter applicatur, nempe *Pag.* 137. Ab ejusdem patre *Jobo*, *Jobidarum* in iisdem Regnis *Dynastiæ* per Orientem concelebrantur. Avus vero ab aliis شادي *Sjadi*, per *Dal*, ab aliis شاذي *Sjadsi*, per *Dsal*, exaratur, de quorum origine consulantur quæ ad *Curdi Rawadiæi* in indice sunt annotata. Errorem in nominibus hisce admissum, apud æquos rerum arbitros, facile excusabit longi operis moles ac molestia; quin & proclivis in talibus lapsus, in quibus, haud secus ac lubrica in glacie, firmissimi etiam pedes sæpe fallunt. *Ibn Abbas Gazæus* porro, cui prior editio Catalogi hanc *Vitam* inscribit, haud dissimili errore arreptus fuit ex clausula Codici subnexa, in qua summatim percensentur Urbes Arcesque, quas *Saladinus* Christianis in *Syria* & *Palæstina* eripuit, cum hac subscriptione علقه فقير عفو الله ورحمته &c. عبد الله بن يوسف بن عباس الغزي *Attexuit Catalogum illum indigus condonationis divinæ, miserationisque, Abdalla, Ibn Jusuf, Ibn Abbas Gazæus* &c. Unde hunc esse totius operis conditorem, haud sane justis collectum fuit calculis.

Comparent & in Capite & in Calce MS. nostri alia adhuc nomina multorum, qui Codicis hujus possessionem ad sese devolutam consignant, quibus supervacaneum foret immorari. Id liquido adfirmare possum Auctoris ipsius nomen, sive incuria Librarii, sive qua alia de causa, penitus ex exemplari nostro exulare. Quo fundamento autem *Bohadinum Filium Sjeddadi* produxerim, quin & Fronti præfigere sustinuerim, paucis expediam. *Pag.* 209. *Vitæ*, *Cap.* 127. narrat noster Scriptor Legationem sibi a *Fratre Saladini* injunctam ad *Sultanum*, comitante ducum turba, nominatim expressis præcipuis, ad sensum *Sultani* circa matrimonium inter Fratrem ipsius, & Sororem Regis *Angliæ*, certis sub testibus rescisendum. Eandem rem referens *Amadoddinus Ispahanensis*, sibi & *Bohadino Filio Sjeddadi* provinciam istam demandatam ait. ووصلت رسل الانكتبر الي العادل بالمصافحة علي المصافاة واستقر تزويج العادل باخت ملك الانكتبر واستدعاني العادل والقاضي بها الدين ابن شداد وجماعة من الامراء من اهل الراي والسداد وهم علم الدين سليمان بن جندر وسابق الدين عثمان وعز الدين بن المقدم وحسام الدين بشارة وقال لنا تمضون الي السلطان وتخبرونه عن هذا الشان &c. &c. *Quum iterum litteræ ab Anglo venissent ad Aladilum de contrahenda sincera pace; constitutum fuit, ut Aladilus & Soror Regis Angliæ torum sociarent jugalem. Advocavit itaque Aladilus me, & Kadium*, Judicem, *Bohadinum Filium Sjeddadi, turbamque simul ducum consilio præpollentium, Alamoddinum nempe Solimannum, fil. Sjundari; Sabikoddinum Othmanum, Ezzoddinum Mokaddamidam, & Husamoddinum Bessjaram: mandans nobis, ut ad Sultanum iremus, eique quid transactum esset renunciaremus* &c. &c. Sunt iidem viri principes, quos noster

ſter loco laudato nominavit; idem eſt negotium: ut vel hoc ſolo teſtimonio lis peremta atque deciſa debeat cenſeri: nam & القاضي *Kadii*, id eſt *Judicis perſonam* geſſiſſe ſeſe auctor noſter inſinuat *p.* 10. ſic ut ne umbra quidem dubitationis relicta eſſe videatur. Nefas tamen duco reliqua ſupprimere documenta, quæ mihi huncce *Judicem* ſuggeſſere, præclari fœtus parentem: quia dignitas, auctoritas, atque intima cum *Saladino* familiaritas, quam ſcriptor noſter ubique ſibi vindicat, eadem opera in *Bohadino* eluceſcent, atque comprobabuntur. *Excerpta Abulfedæa pag.* 56. ſiſtunt nobis *Templum Sanctæ Annæ* dictum *Hieroſolymis*, a *Saladino* in Gymnaſium converſum, *cujus regimen redituſque commiſerit Judici Bohadino Filio Sjeddadi.* Adi jam *pag.* 267. *Vitæ*, & reperies auctorem *Hieroſolymis* ſubſiſtere juſſum a *Saladino*, ut & *Noſocomii*, & *Gymnaſii* inſtituam ædificationem confectam daret. In iiidem *Excerptis p.* 61. annotatur *Saladino* animam agenti adhuc interveniſſe *judicem Elphadilum*, quod adventum cum prima luce maturaſſet; ſed *judicem Bohadinum, filium Sjeddadi*, acceſſiſſe demum poſtquam exſpiraſſet. Id ipſum *Vitæ p.* 276. de ſemet narrat noſter, ſeque illum eſſe *Bohadinum* dubitare haud patitur. Obſervetur quoque in tranſitu, *Abulfedam* autoris noſtri phraſin, in ea re ſignanda, retinuiſſe, atque ex noſtro proinde fonte id ipſum hauſiſſe. Accedant hiſce duo liquidiſſima indicia, quæ mihi *Nuweirius* ſuppeditavit, in *Bibliotheca Humanioris Doctrinæ Arabum*, opere vaſto, eodemque ſplendidiſſimo Gazophylacii noſtri Orientalis ornamento, quod 15. voluminibus univerſam Antiquitatem, Literaturamque Orientalem, complectitur. Is *Nuweirius* ubi Hiſtoriam *Saladini* exequitur, atque ex præcipuis ſcriptoribus temporis contexit, inter alios *Filium Sjeddadi* citat in hiſce قال ابن شداد ثم رحل السلطان طالبا عكا فكان نزوله عليها يوم الاربعا سلخ ربيع الاخر وقتالها بكرة الخميس مستهل جمادي الاولي فاخذها واستنقذ من كان فيها من الاسارى وكانوا نحو اربعة الاف واستولي علي ما فيها من الاموال والذخاير &c. &c. *Filius Sjeddadi ait. Tum Ptolemaidem verſus movit Sultanus* &c. &c. &c. *eamque oppugnatione urgens cepit, ad quatuor millia virorum, captivam multitudinem, e vinculis ibi eripiens, atque fortunis theſauriſque ejus omnibus potitus.* Habes ſeriem & contexturam verborum quæ extat *pag.* 71. *Vitæ* hujus. Iterum in *Prælii Adilitici*, de quo noſter *p.* 125. & ſeq. agit, denarratione verſans *Nuweirius*, cladis, quæ in *Francos* incubuit, atrocitatem, ex *Filio Sjeddadi* ſic depingit قال ابن شداد ولقد خضت في الدماء بدابتي واجتهدت ان اعدهم فما قدرت علي ذلك لكثرتهم وتفرقهم وشاهدت امراتين مقتولتين &c. *Tradit Filius Sjeddadi, Ipſe ego in ſanguinem illum, tranſvadaturus veluti, me jumento meo altius immiſi, utque numerum inirem cæſorum laboravi: ſed effectum dare non valui, quod ſimul denſi, ſimul late ſparſi jacerent. Duas quoque fœminas cæſas notavi.* Eadem hæcce occurrunt Operis hujus *p.* 127. quibus plura attexere putidius foret; quum iis, quæ adduxi, nihil ad demonſtrationem ſolidam evidentius adferri queat.

Magnum fuiſſe in comitatu *Sultani* hunc Virum, qui a Domini ſui latere vix unquam diſceſſerit, omnis ferme pagina loquitur. Qua occaſione in *Saladini* notitiam pervenerit, atque principia jacta fuerint amicitiæ, in ſummam deinde familiaritatem ac gratiam evaſuræ, tangitur *p.* 57. Acceſ-

ceſſus ad miniſterium, poſt multam a parte *Sultani* ſollicitationem, indicatur *p.* 77. 78. 79. ubi ea, quæ memoriæ mandat, inde ab ingreſſu in Comitatum Principis, ſuis ſe vidiſſe oculis teſtificatur, vel a talibus hauſiſſe, quibus æque ac ſuiſmet oculis confidere poſſet.

Eandem teſtificationem edidit in *Præfatione pag.* 2. ubi titulum operi ſuo huncce circumdat ipſe النوادر السلطانية والمحاسن اليوسفية *Incomparabilia Sultanica, & Decora Joſephica:* quem tamen in *Frontiſpicio* noſtro nolui comparere, tum quod [illegible]rior ſit quam par eſt; tum quod cum Auctoris nomine in MS. noſtri fronte omittatur; ac proinde non ita a me edi temere poſſet, quemadmodum a manu ipſius fuerat conſignatus. Quamvis autem inde haud exiguum Operi huic accedat pondus & momentum, quod Oculatum ſe teſtem hafum *Rerum Geſtarum* profiteatur, a quo lateri & miniſterio *Saladini* fuit admotus; non ſibi, non Lectoribus tamen ſuis male conſuluiſſet, ſi pleniorem exhibuiſſet commentarium *Vitæ* hujus principis, neque curam ſuam arctis incluſiſſet limitibus quatuor aut quinque annorum, ſed in patentiſſimum potius eduxiſſet campum viginti quinque aut triginta illorum annorum, quibus Heros ipſius, Nominis ſui fulgore ſimul, & terrore, totum Orientem complevit. Summa, fateor, faſtigia illarum rerum perſtrinxit, atque quo pacto *Saladinus Ægyptum* primo, mox *Arabiam*, dein *Syriam*, *Meſopotamiam*, *Aſſyriam*, *Armeniam* quoque ex parte, ſubjugarit, a *pag.* 30. ad 62. pertexit: ſed levidenſis profecto opella iſta, ſtricturæ tam tenues, ut inter manus ferme evaneſcant, atque extinguantur, haud ſecus ac ſcintillulæ e ſilice excuſſæ; quum Lumen clariſſimum ad hæc omnia nobis accendere, ac præpandere potuiſſet is, qui inter honoratiſſimos *Sultani* amicos, non ſagatus, ſed togatus miles, & tempore & occaſione abundaſſe videtur, ad admirabilem hunc victoriarum curſum quam exactiſſime ſub conſpectu ponendum. Sed hominem meum vana præſtrictum deluſumque ſuſpicor ſpecie. Scilicet *Bellum Sacrum Sultani* fidelibus mandaſſe chartis glorioſum ſibi duxit; & qui Religionis ſuæ Zelum ubique præfert fervidiſſimum, *Religioſo* tantum *Bello*, quo *Regnum Hieroſolymitanum* fuit deletum, *Chriſtianumque* in Oriente *Nomen* ferme extinctum, plumam ſuam eſſe conſecrandam ſibi perſuaſit. Non abhorret quoque, tanto libentius ſe *Bohadinum* intra anguſtos hoſce cancellos conſtrinxiſſe, quanto plauſibilior erat hæc ſcena, nullo egens velamento, quippe in quo Magnum Magnanimumque principem implet *Saladinus*, atque iis refulget virtutibus, quæ non *Muſulmannos* tantum, ſed & *Chriſtianos* in ſuporem rapuere: ut ab Auctore noſtro judicioſe obſervatum *pag.* 162. adducto elegantiſſimo verſiculo, quo *Eam* demum *Veram Pulchritudinem* eſſe adfirmat, *quæ ab æmulis teſtimonium reportet.* Quemadmodum autem in hoc noviſſimo, glorioſiſſimoque, *Vitæ* ejus *actu*, omnia Lucem patiuntur non tantum, ſed & deſiderant; ut iis tanquam a frequenti theatro applaudatur: ita *Sultani* ſuperiores illi actus, totaque vitæ Fabula, pleni diei radios in bene multis refugiunt atque reformidant; quippe qui adverſus *Nouroddinum Zenchiadem*, legitimum ſuum Dominum, quin munificentiſſimum Altorem, fortunarumque Fabrum, ingratiſſimus reperiatur, idemque perfidiſſimus mortalium; ambitioſe non tantum ſubtracta ei *Ægypto*; quod utcumque colorari poſſet: ſed & Filio ejuſdem ac ſucceſſori minorenni extortis Regnis, *Damaſceno* primum, mox *Halep-*

pen-

Digitized by Google

penſi; totaque adeo *Zenchiadarum* domo regnatrice, per *Meſopotamiam*, per *Aſſyriam*, Majeſtatem ipſius colere, a nutuque clientis paulo ante, ac famuli, pendere coacta. Conatur quidem *Bohadinus* illaudata illa incruſtare facinora, *p.* 42. quod *Filius Nouroddini Regni oneribus eſſet impar, neque hoſtes Dei*, Chriſtianos ſcil. *regionibus expellere valeret*; & *pag.* 55. quod in *Syria occupanda hunc unice intenderit ſcopum, ut iſtis opibus ſuccinctus Bellum ſacrum capeſſeret*; conferendis & iis quæ *pag.* 67. ad initium *cap.* 35. exarantur: ſed os frigefactat ſibi, qui talia fundit, ad vulgumque Phaleras periti rident. Ohe interim! quid facio? Vitupero Heroas meos, quos dilaudare, & more tralaticio favori publico tradere ac commendare potius deberem. Haud placet iſtud tralaticium. Ut virtus in hoſte quoque laudanda; ita vitium in iis, quibus faves, notandum. Intereſt Reipublicæ Literariæ ut Auctorum, Virorumque Illuſtrium, mala, æque ac bona, dignoſcantur. De *Saladino* dixi quod Fides & Vera Virtus cuilibet dictant. In *Bohadinum* merito cenſura deſtricta, qui tantæ indormiverit occaſioni, neque pleniorem nobis Hiſtoriam concinnarit illorum bellorum, quibus tam potentes Domus, tam florenteſque opes, ſub unius *Saladini* conceſſere ditionem; quantumvis jam vel amore, vel metu *Jobidarum*, præpeditus, nudam veritatem conſpiciendam præbere non ſuſtinuiſſet. Non diſplicebit tamen, ſat ſcio, labor hominis, *Bello Sacro* exequendo impenſus; nec ingrata quoque, ſpero, accidet cura, in eo convertendo conſumta: quum haud pœnitendum hinc lumen redundet in funeſtum illum occaſum *Regni Hieroſolymitani*, quem a ſolis hactenus ſcriptoribus *Chriſtianis* memoriæ proditum legit Orbis Eruditus: ſatis cum Noſtro concinentibus quidem illis, ſi generatim totum eventum complectamur; ſed quibus aditus fuit obſtructus ad bene multa, interiora, curioſa, arcana, quæ ſciri non poterant, niſi ab eo qui lateri *Sultani* indivulſus hæſit comes, omnium ejus conſiliorum, machinamentorumque particeps; idemque ſæpe pararius atque interpres. Qualibet id pagina expertus, trituſque in Hiſtoria, perſentiſcet Lector: atque in primis emirabitur molem illam belli, quæ ad *Ptolemaidem* ſive *Accenſem Urbem* per triennium ferme conſtitit, ubi Obſeſſores Chriſtiani, a *Sultano* obſeſſi, ac tanquam indagine clauſi, extus & intus dies noctesque exagitati, animoſiſſime, atque ut ita dixerim, mordicus retentum oppidum, animoſius adhuc expugnarunt, atque Victori tanquam e dentibus evulſerunt.

Quid dicam de præliis gravioribus, quæ Oculatus noſter Teſtis claro ſub conſpectu collocat? Quid de Colloquiis, & Legationibus pacificatoriis inter *Richardum, Angliæ Regem*, & *Fratrem Sultani* agitatis, quas conſiliarius hicce *Saladini*, ſumma fidelitate nobis exponit; Archivis ipſis veluti recluſis, Literiſque productis. Quid de anxia illa conſternatione? ad quam redactum fuiſſe *Saladinum* poſt cladem *Arſoſenſem*, a *Richardo* importatam, *Muſulmannus* enarrare non erubuit; ita ut poſt evaſtatam trepide *Aſcalonem* aliaſque urbes maritimas, ipſis in *Hieroſolymis* fuerit trepidatum; haud ſecus ac ſi *Hannibal* foret ad portas: atque hic etiam vetus illud dictum quadrare deprehendatur, *Vincere ſcis Annibal, Victoria uti neſcis*. Hæc & alia, quæ perſequi longum foret, dum Hiſtoriæ ſuæ face colluſtrat meus Auctor, fidelem ſe, ingenuum, ſtudiis partium non nimis cæcatum probat, qui & ipſe Virtutem in hoſte largis impertit laudibus, atque Bellatores noſtros Chriſtianos in cœlum uſque nonnunquam vehit.

** **

Sim-

Digitized by Google

Simplex quoque est, meramque spirat ingenuitatem, Scriptoris hujus Stilus, remotissimus ab elato inflatoque illo tumore, furore ferme dixissem, cui *Amododdinus Ispahanensis*, alter ille *Belli Sacri Saladinici* conditor, unde specimen subnexui, non indulsit, non habenas laxavit, sed folles, sed ventos addidit.

Nihil vitiosius, præsertim in Historia, quæ nisi sigillo veritatis, simplicitate, imprimatur, fidem haud impetrat, fastidiumque creat. Hoc nomine tum *Bohadinus*, tum *Abulfeda* sese majorem in modum commendant suis Lectoribus; quorum dictio tanquam e limpidissimo manat fonte, seque admirabili claritate ac facilitate insinuat. Novit tamen Noster, occasione invitante, satis altis sese pennis levare, ut *pag.* 65. ubi habes *Alam suæ Justitiæ expandere, imbremque munificentiæ effundere. p.* 107. *Sudor Ora capistrarat.* & *p.* 150. *Sitis ora capistrarat. p.* 73. *Nudatum strenuitatis crus substrinxit. p.* 143. *Oculis technarum præstrictis in stuporemve defixis. p.* 118. *Renidentem hospitalitatis suæ frontem cunctis porrigere & explicare.* ibid. *Spiritum pro Respiratione Futura vendere*, cum *Paronomasia* haud injucunda. *p.* 127. *Sanguinem biberunt gladii, usque dum inebriarentur. p.* 128. *Tali sponsæ nunquam lætior adfulsit aurora. p.* 167. *Cincinni flammarum sese in cœlum explicant.* Hæc & alia, quæ aliis plerumque literis excudenda curavi, resipiunt genium illum verum ac nativum Orientis, cujus luxuriem judicii falx castigavit. Luxuriosius paulo est *pag.* 126. *Gladio Dei Spicilegia exercente Spirituum* &c. &c. &c. Et *p.* 127. *Leones præliorum dentibus Victoriæ ad satietatem de stratis comederunt hostibus.* Et *p.* 101. *Ibi tum forum ferbuit præliare, ubi Spiritus pro adspiratis rerum vendebantur: cœlumque digladiationis pluebat Capitibus eorum qui ipsi Capita erant ac principes.*

Scit quoque Noster locis *Alcorani* commodissime uti, quo nihil gratiosius commendabiliusque apud *Muhammedanos*: ut *p.* 17. *p.* 68. *p.* 85. *p.* 127. *p.* 137. & alibi. Idem de *Traditione* intellectum esto. Quamvis autem stilus hujus *Auctoris* masculum & vegetum *Arabiæ* spiret robur, non tamen *Arabem* fuisse crediderim; videorque mihi nescio quid peregrinitatis in eo subodorari. *Mosulitanum* fuisse suspicari esset ex *Cap.* 21. *p.* 50. & ex *Cap.* 27. *p.* 57. sed profecto tenuissima est illa suspicio, atque omnino & patria & gens *Bohadini* hactenus mihi incomperta. Forte *Curdus*, id est *Assyrius*, principi *Mosulæ Assyriæque*, inter initia, adhæsit, a quo Legatus ivit ad *Chalyfam Bagdadensem*, ut ibidem narratur; & cujus adhuc servitio addictus erat *p.* 77. quum occasione peregrinationis *Meccam* versus susceptæ, ad *Saladinum* accessit, cujus admirationem jam inde a primo conspectu animo suo adfixam gerebat *p.* 57. ac proinde tanto esse potuit pronior, ad ministerium suum *Curdo principi* addicendum.

Sed quale illud ministerium? supra jam visum القاضي *Alkady* sive *Judicis* titulum ei tribui. *Kadii* sunt minores alii, alii Majores; qualis est quem hodiedum *Turcæ* vocitant قاضي لشكر *Kadilesker*, *Judicem exercitus.* Pontifex quoque, sive primarius Antistes, ad quem quæstiones religionem spectantes referuntur, مفتي *Mufty* nomine sat nobilis, per excellentiam salutatur القاضي *Alkady*; cujus si dignationem quis, ac majestatem, propius cognitam cupiat, adspiciat hosce verborum honores, quibus compellantur; *Doctorum profundorum profundissimus; præstantium*

De-

Devotorum Præſtantiſſimus: Fons virtutis & Scientiæ. Hæres doctrinarum Propheticarum. Solutor difficultatum religionis. Revelator deciſionum certiſſimarum. Clavis theſaurorum veritatis. Lampas ænigmaticarum ſubtilitatum. Divinitus conſtitutus diſpenſator Oraculorum.

Illam eminentiſſimam Perſonam ſuſtinuiſſe *Bohadinum*, quod *Gloriam Religionis* valere ſupra montui, multa videntur arguere. Ne enim ſummam ejus cum gratiam, tum auctoritatem, qua apud *Saladinum* præpolluit, commemorem, *Muftyum* quendam redolet tota pars prima, ubi cuncta *Virum* produnt *Eccleſiaſticum*, qui Religionis ſuæ Zelum oſtentat ardentiſſimum: atque ſcriptionis tenetur genus, quod in *hominem Politicum* ſat male quadraret: ne nunc dicam ſcriptorem noſtrum, dum talibus inhæret, multo meliora magno ſilentio prætermiſiſſe: neque *Characterem Saladini, ſplendoremque virtutum ejus* expreſſis eminentibuſque illis coloribus, quos celſa ejus Indoles ſubminiſtrat, ad vivum expinxiſſe. *Muftyum* conſimiliter ſpirat, ſuperſtitioſiſſima illa vel comprecandi, vel imprecandi ratio, qua ubi *Sultanum* nominat, non ſemel, non iterum, non ſexcentis in locis, ſed omnibus omnino, ne unico quidem excepto, addidit رحمه الله *Miſereatur ejus Deus*, vel رحمة الله عليه *Miſericordia Dei ſuper eo ſit:* quæ haud peſſimo conſilio a me ablegata fuiſſe nemo non judicabit. Ejuſdem furfuris & illud, quod ubi *Urbes Arceſque Iſlamiticæ* attinguntur, ſtatim formula ſolennis ſubjungatur *Cuſtodiat eas Deus* حرسها الله, atque *Damaſcus* Sexcenties المحروسة *Divinitus protecta* ſalutetur. Contra *Françoſ* ubi inducit, hoſteive, haud parcus imprecator deprenditur, adjecto لعنهم الله *Maledicat illis Deus*; quæ quidem aliis quoque in Libris aliquando repperi, quin & in *Abulfeda*, ſed nuſquam tam ſpiſſe, tam cumulate, addere liceat, bona cum gratia mei *Bohadini*, tam inficete. Scilicet talia *Muftyum* decebant, *Diſpenſatorem benedictionis maledictioniſque*, atque *Os ſummi Numinis in terris*. Religionis iterum *Antiſtitem* demonſtrat ſancti ſimi Gymnaſii Regimen ſupremum *Bohadino* noſtro demandatum, in urbe *Hieroſolymitana*, quod ſupra jam tetigi. Quid intempeſtivum illud conſilium *Pag.* 264. *Sultano* ſuggeſtum, de *Peregrinatione Meccana* capeſſenda, quum vix ac ne vix quidem fluctus belli reſediſſent? nonne *Cerimoniarum Legalium Caput* deſignat, atque immodeſtum ſimul *Zelotem?* Legatur poſtremo, ne cuncta congeram, totum Caput Ultimum, & *Muftii* alicujus Characteres clariſſime conſignatos agnoſces.

Hæc de *Bohadino* communicanda habebam. De *Amadoddino Iſpahanenſi, Belli Sacri Saladinici Buccinatore* illo altero, unde primi modo Capitis Specimen exhibeo, paucula præmittere pergam. Ejus aliquam notitiam præbuit *Herbelotius*, ille Orientalis literaturæ Promus Condus, in voce *Emad Al kateb*, ſive *Emadeddin Al kateb* الكاتب *A ſecretis; Scriba; Iſpahanenſem* appellatum monens, quod *Iſpahano* eſſet oriundus. Addit, eum inter illuſtres ſcriptores nomen ſortitum, atque præclara condidiſſe monumenta, quorum e numero جريدة العصر *Palma ſeculi*; magnumque opus *Bark Alsjami, Lumen Syriæ* (البرق الشامي *Fulmen Syriæ* dari potius debuiſſet) inſcriptum, quod *Hiſtoriam Saladini* ſeptem voluminibus proſequatur. Illud *Fulmen Syriacum* crebro laudatur a *Nuweirio*, ſed mihi hactenus in manus non venit: neque etiam in Bibliotheçæ noſtræ MSS. quod quidem ſciam, reperitur.

Digitized by Google

Noſtri vero operis cognitio ad *Herbelotium* non videtur perveniſſe. In catalogo veteri *p.* 293. *n.* 21. ſic indicatur, *Palæſtinæ ab Arabibus recuperatæ Hiſtoria auctore Coresjio Sphahanenſi.* Non ſatis accurate. In recentiore accuratius ſub num. 1800. *Abu Abdalla Muhammed Ben Muhammed Coreisjitæ Iſpahanenſis Hiſtoria belli ſacri, inter Saracenos & Francos geſti, annis* 583-587. *Hegiræ.* Præſtitiſſet tamen forte, *inter Saladinum & Francos.* Titulus quoque *Arabicus* aliter ſonat, nempe *Liber Eloquentiæ Kuſſiticæ in expugnatione Kudſitica.* Hunc, quemadmodum complures alios, Clariſſ. Editorem propterea non expreſſiſſe mihi perſuadeo, quod a genio *Europæo* ferme abhorreant, neque ſine commentario ſatis intelligantur. Exemplum præ manibus. Quis *Eloquentia Kuſſitica*, quis *Expugnatio Kudſitica* quid velit, capit? niſi qui in promtu habet proverbium *Arabicum*, ابلغ من قس *Facundior Kuſſo*: itemque *Kudſum* appellari *Urbem Hieroſolymitanam* tenet. *Herbelotius* in *Biblioth. Orient.* exaravit *Coſſ*, ejuſque Eloquentiam celebratiſſimam verbulo tetigit. Cl. *Pocock* in *Specim. Hiſt. Arab. p.* 162. Hominis, & Adagii quoque meminit. In *Conſ.* 26. *Haririi* eidem principatus Eloquentiæ defertur, quum potentiſſimum laudans Oratorem ait اذا جاش للخطبة فلا يوجد قايل ثم قس ثم باقل *Quum ebullit ad Orandum, non eſt qui dicere ſuſtineat: quin ipſe Kuſſus ibi ſit Bakilus.* Eſt nempe aliud Proverbium, اعيا من باقل *Magis Elinguis quam Bakilus.* Sat immodeſti tituli rationem redditurus *Iſpahanenſis* in præfatione hæc poſuit وعرضت هذا الكتاب علي القاضي الاجل الفاضل فقال لي سه الفتح القسي في الفتح القدسي فقد فتح الله عليك قبه بفصاحة قس وبلاغته وصاغت صيغة ببانك فيه ما يعجز ذوى القدر في البيان عن صياغته *Obtuli autem hunc Librum Eminentiſſimo Judici Elphadilo*, (Collegæ *Bohadini p.* 276. & alibi) *qui mihi dixit, inſcribe eum Eloquentiam Kuſſiticam, in expugnatione Kudſitica: namque in eo reſeravit tibi Deus Kuſſi potentiam fascundiamque Oratoriam; atque eloquentiæ tuæ aurificina in eo conflavit id, quod pollentiſſimi Oratores nunquam conflare valebunt.* Vaniſſima vanitatis excuſatio: qua conduplicatur crimen arrogantiæ. Sed videlicet, ut ait ille, *quæſitam meritis ſumſit ſuperbiam:* quumque *Poëtis* ſibi Vivis ac Videntibus erigere liceat *Monumentum ære perennius, Regalique ſitu Pyramidum altius* &c. &c. quidni & hicce *Heros Pegaſeus* idem ſibi juris uſurparit? Totum equidem hominis Opus perlegi; plus quam *Pindaricis* pennis per auras, per nubes, per aſtra, volantis, Lectoremque ſuum ſecum rapientis; & liquido aſſeverare habeo, longiſſimo eum intervallo infra ſe relinquere, quicquid unquam ſublime, tumidumve, a me lectum, aut inſpectum. *Haririus* huic comparatus equiti, pedeſter ferme evadit. *Arabsjades*, ille grandiſonus *Hiſtoriæ Tamerlanicæ* conditor, hujus tantum veſtigia procul adorat, atque præcipuos flores honoreſque potentiſſimæ ſuæ dictionis ex *Iſpahanenſi* carpſit. Mera ſunt *lumina figurarum*, an *fulmina?* quibus a capite ad calcem hæc Hiſtoria vibrat: quod tum ex contextu edito, tum ex notis ſubnexis in oculos ſtatim incurrit. Mera *meteora*, debuiſſem dicere: ſed ut in *meteoris* eſt quod ex ſolido relucet; eſt quod falſum & evanidum ſpargit fulgorem; ita ſæpe quidem *Amadoddinus* vitrea jactat fracta: ſæpe tamen etiam inſtar ſolis, aut aſtri, veros, jucundos, intimaque ſuavitate demulcentes jacit radios. Ad Copiam ſaltem inexhauſtam, ad nativamque ſimul vim

ac

Digitized by Google

ac proprietatem ſignatiſſimam Linguæ *Arabicæ*, admirabiliter prælucet; eoque nomine eum laudare ac commendare ſuſtineo illis, qui illuc adſpirabunt. Multum quoque me ei debere profiteor in *Saladini Bello Sacro* diſtinctius perſpiciendo: & abſque eo ſi fuiſſet, aquam mihi in quam plurimis hæſuram fuiſſe agnoſco. Ejus ope, quum punctis vocalibus ſit inſtructum, grandibuſque literis nitide deſcriptum exemplar, nomina propria locorum, hominumque, ſuis ſonis reddere valui. Ad ejus facem ſæpe tenebras diſcuſſi, quæ me in Codice *Bohadini* circumſtabant, quem volans librarii calamus deproperavit, punctis vocalibus non ſolum, ſed & diacriticis literarum vel omiſſis, vel ita allitis, ut nec caput, nec cauda ſæpe compareret. Eo denique manuductore in minutiſſimas quaſque *Belli* hujus *Sacri* circumſtantias penetrare potui, genuinamque ſimul *Bohadini* mentem; ut ſi *Commentarium Hiſtoricum & Criticum*, quem æque ac *Geographicum*, Operi huic ſubjungere deſtinaram, detexuiſſem, omni pagina ad partes mihi vocandus fuiſſet *Amadoddinus Alkatib*, id eſt *a Secretis*; qui iſta apud *Saladinum* functione gaudens, *Rebus* hiſce *Geſtis* & ipſe *interfuit*, quin *ſuperfuit*, id eſt, ex officio quicquid quotidie actum eſſet annotavit, fidiſque conſignavit diariis.

Hunc tamen *Commentarium* ſufflaminavit moles rerum, quum præter denſam ſylvam materiamque *Criticam*, in *Hiſtorico Campo* longiſſima mihi ſpatia ſint emetienda; atque inde a Natalibus *Saladini* curſus ſumendus, ad id quod *Bohadinus* tranſcurrit, preſſius decurrendum, vel potius perambulandum, ad facemque lucidam temporum perluſtrandum. Hæc omnia non minus grande, quam quod nunc exit, Volumen depoſcunt: ſedetque mihi, ſi non omnino pœnitendum laborem in *Saladino* producendo contriviſſe me perſentiſcam, alteraque hæc haud minus ardua, ac difficilis, cura, quam quæ nunc exantlata eſt, a me expoſcatur, & quidem publice, hoc eſt, ſi in *Bibliopolæ* mei manum repræſentetur, haud diſplicuiſſe Orbi Erudito *Corpus* ipſum *Hiſtoriæ Saladinicæ*; ſedet, inquam, hac ſub conditione, idque, ſi vita vireſque ſuppeditarint, publice etiam in me recipio præſtandum, *Veſtem* huic *nudo corpori aptare*, ſubſeciviſque horulis *exſarcire*: ut caleſcente foro Orientali, *Saladinum* quoque confoveamus, ejuſque *Vitæ* ac *Rebus Geſtis* ornatum majorem circumdemus.

Pro *Commentatore* interea ſubſervire poterit princeps e *Jobidarum* gente, multo illuſtriſſimus, *Iſmael Abulfeda*, تاج الدين *Tasjoddinus*, *Corona Religionis* cognominatus, cujus ſtemma a fratre *Saladini*, *Sjahensjaho Saiphoddino Almalicho Aladilo*, deſcendens, expreſſum in *Frontiſpicio Auctarii primi*. Eum *Hamatenſis Provinciæ* in *Syria* principatum tenuiſſe idem titulus innuit: tranſmiſſum ſcilicet ab *Omaro Tacoddino*, filio *Aladili*, fortiſſimo Bellatore, eodemque *Imperii Saladinici* magno Columine, cui præter alias opulentas Provincias, aſſignata quoque a Patruo fuit *Hamata*, uti in *Geogr. Indice* ſubnotatum reperies. Hic Literatiſſimus *Princeps*, quin *Rex* atque *Sultanus*, anno *Hegiræ* 672. natus, ut ipſe in *Compendio Hiſtoriæ Univerſalis* ſignavit, finitus eſt Sexageſimo ætatis, *Hegiræ* 733. poſtquam totos viginti duos annos regnaſſet. Hæc extra omnem dubitationis aleam collocavit, atque ab hallucinationibus *Gravii*, *Herbelotii*, aliorumque, in liquidiſſimam vindicavit lucem *Joh. Gagnierius*, vir Clariſſimus, atque Eruditionis Orientalis grande decus, *Præfatione* ad *Vitam* & *Res Geſtas Mohammedis*, quas ex *Abulfedæ Comp. Hiſt. Univerſ.* primus omnium edidit, verſioneque ac notis il-

** ** *

lu-

lustravit. Video autem in ista *Præfat.* a viro Doctiss. tradi, *Abulfedam* suam *Historiam* perduxisse usque ad diem decimum mensis *Moharram*, anni *Heg.* Septingentesimi duodecimi. Sic necesse est duplex extare *Codicum* genus; completius alterum, atque ab Auctore, qui ad A. 733. vitam prorogavit, locupletatum: alterum minus locuples, & tanquam primæ editionis, emissum A. 712. tertio principatus, cujus legitimus hæres, ab A°. 698, possessor tamen fieri non potuit, nisi postquam *Bibarsus Giasjeukyrus*, prætor primo, dein Rex *Ægypti*, qui ipsum dignitate privarat, per *Almalichum Almaserum Muhammedem Kelaünidam* regno & vita fuisset exutus A. 709. quum solium jam tertia vice melioribus auspiciis, quam ante, conscendisset. Hic *Abulfedam* mox A. 710. in integrum restituit, atque *Hamaiæ principem* renunciavit. Habes ingressum solennem novi Domini in Urbem *Hamatensem*, & inaugurationis pompam, ipsis *Abulfedæ* verbis descriptam, in *Præfatione* laudata Cl. *Gagnierii*, qui haud dubie cum voluptate ex me percipiet, *Codicem Bibliothecæ Batavæ* ad annum 730. procedere: non ab alio continuatum, sed ab ipso *Abulfeda* novis accessionibus cumulatum; Ultimo Capite sic inscripto ثم دخلت سنة تسع وعشرين وسبعماية *Incipit annus septingentesimus vicesimus nonus*, in quo, præter alia, die 23. *Resjebi* sibi natum notat Nepotem. وفي هذه السنة في الليلة المسفرة عن نهار الاثنين ثالث عشرين رجب ولد لولدي محمد ولد ذكر وسميته عمر بن محمد *Hoc anno, nocte quæ in diem Lunæ, 23. Resjebi illuxit, natus est filio meo Muhammedi infans masculus: quem Omarum nominavi.* Hoc jam temporis intervallo cum multa alia percenset *Abulfeda*, quæ ad notitiam *Vitæ Fortunarumque* ejus pertinent, tum præsertim ad annum Vicesimum notabile Majestatis incrementum, quo ad *Sultanatum* ipsum fuit productus, & ad summi imperii communitatem a *Sultano Ægypti*, *Almalicho Alnasiro Kelaüni filio*, evectus.

Magnus sane eventus, dignusque qui ad decus nominis *Abulfedæi*, in *Europæi* orbis conspectum protrahatur, quem fama accuratissimi Orientis *Geographi* atque *Historici* jam implevit: & ex quo huic Operi subtexuimus tum *Geographici*, tum *Historici* ipsius *Laboris* haud infima specimina. Ad annum 720. rem hisce denarrat سرت من حماة على البريد ولم يصحبني مركوب لي ولا شي من ادوات السفر فتصدق السلطان علي ـــ وكان يبالغ في الاحسان بانواع الامور من الملابس والمراكيب والاكل وكان ينصب لي خاما مختصا بي يكفي بجميع ما احتاج به من الفرش والنوم والماكل والغلمان المختصة بي وكان مع ذلك لم تنقطع التشاريف علي اختلاف انواعها لاخلعها علي من اختار وكان السلطان في طول الطريق في الرواح والعود يتصيد الغزلان بالصقور وانا في صدقاته اتفرج ويرسل الي من الغزلان التي يصيدها وتقدم مرسومه الي وفحص نسبر انني اذا وصلت الي ديار مصر اسلطنك وتتوجه الي بلدك وانت سلطان فاستعفيت من ذلك واستقلته وتألمت منه استصغارا لنفسي وتعظما لاسيه الشريف ان يشاركه فيه وبقي الامر في ذلك كالمتردد الي ان وصل الي مقر ملكه ونزلت انا عند القاضي كريم الدين بداره داخل باب زويله بالقرب الي بين القصرين واقمت هناك وتقدم مرسوم السلطان بارسال شعار السلطنة الي فحضرت الموالي الامراء ـــ تقدير عشرين امير وحضر صحبتهم التشريف الاطلس الكامل

Digitized by Google

الكامل المزركش والنجا الشريفة السلطنية والغاشية المنسوجة بالذهب
المصري ـــ وتقليد يتضمن السلطنة والجمدارية السلطانية وساحدار
بسبغين معلقين علي كتفه والشاويشية ـــ وقدم لي حصان كامل العدة
فركبته لبكرة الخميس سابع عشر المحرم بالشعار المذكور ومشت الامراء
الي اننا الطريق وركبوا ثم لما قاربت قلعة الجبل نزلوا جميعهم واستمريت
حتي وصلت الي قرب باب القلعة ونزلت وقبلت الارض للسلطان الي جهة
القلعة وقبلت التقليد الشريف ثم اعدت تقبيل الارض مرارا ثم طلعت
ـــ الي القلعة وحضرت بين يدي السلطان وقبلت الارض فاولاني من
الصدقة مما لا يفعله الوالد مع ولده وعند ذلك امرني بالمسير الي
حماة وقال يا فلان لك مدة غايب فتوجه الي بلدك فقبلت
الارض وودعته وركبت خيل البريد عند العصر وشعار السلطنة صحبتي
وسرت حتي قاربت حماة وخرج من بها من الامراء والقضاة وتلقوني وركبت
بالشعار المذكور ودخلت حماة ضحوة نهار السبت السادس والعشرين
من المحرم وقري تقليد السلطنة بنغبرين في خام كان
قد نصب هناك بحضرة الامراء والقضاة وقري علي
منبر برفيع صوت القاري ـــ ولو لا مخافة التطويل كنا ذكرنا نسخته

Hamata degressum equis veredariis, sine ullo jumento instrumentove itineris, prolixissima gratia cumulavit Sultanus, atque munificentiam suam summo gradu erga me explicuit, mittendis variis vestibus, equis, vectabulis, eduliis, mihique peculiare tabernaculum statuendo, quod copiose adornatum erat veste stragula tapetibusque, ad somnum, ad cibum, capiendum, servorumque peculiari turba mihi assignata. Cum hisce omnibus haud cessabant magnifica vestimenta, diversissimi generis, ad me missitata, ut iis publice condecorarem quos collibuisset. Sultanus interea longum in redeundo domum iter fallebat venatione dorcadum per accipitres, me quoque suaviter animum oblectante inter effusas ejus in me gratias; dum ad me identidem de captura sua capreolos summittebat. Directum quoque ad me, dum iter faceremus, diploma ejus, quo significabat, Te Ego Sultanum constituam statim ac in Ægyptum pervenero: atque ad Regionem tuam remeabis hoc titulo præfulgens. Ego vero excusationem petere tanti honoris, eumque deprecari, quin & dolorem inde percipere, memet ipsum abjiciendo, splendidiusque prædicando nomen ejus celsum, quam ut illius quisquam consors ac particeps redderetur. Pro incerto itaque relictum illud negotium, donec sedem regni sui attigisset: ubi diversatus sum apud Judicem Cherimodinum in ædibus ipsius intra Portam Zuaila, Vicum, prope Bein elkasrein (inter duo Palatia, alium sic dictum vicum Alkahiræ) Ibi dum commoror, Sultani mandato ad me perveniunt Insignia Sultanatus, Principesque ministrorum viginti circiter; apportantes Regalem vestem sericam consummatissimam, auro intertextam, & acinacem Sultanicum, & imperiale ephippium auro illusum Ægyptio. Diploma item, Sultanatus dignitatem mihi deferens, una cum stipatoribus Sultanicis ad frænum tenendum, Selichdarioque, Armigero, cujus ex humeris duo gladii dependebant, Apparitoribusque Sultanicis, qui equum generosum adducebant apparatissime ornatum. Eum ego conscendi mane diei Jovis, decimo & septimo Muharremi, præcedentibus ad dimidium viæ principibus; vecti dein, omnes iterum ad pedes

deſcenderunt, quum propinquaſſem Arci Montis: (Palatio Regis *Ægypti*) *ego vero in equo perrexi, donec perveherer prope portam Arcis, ubi ad pedes degreſſus, terram in honorem Sultani deoſculatus ſum, Arcem verſus, atque diplomati quoque celſiſſimo oſculum fixi: terram deinde iterum iterumque deoſculatus eſcendi in Arcem, atque præſentem me ſiti Sultano, illuſtri jam ac provecto die: ubi denuo terram oſculatus ſum: at ille me ea cumulavit gratia, quam ne pater quidem filio ſuo exhibet; mihique inter hæc Hamatam remeare mandavit, Heus Tu, inquiens, longum jam abſens revertere ad Regionem tuam. Ibi ego, oſculo terræ fixo, Vale ei dixi, atque ad veſperam ejusdem diei veredariis avehor equis, Sultanatus gerens inſignia, atque Hamatam continuato revehor itinere, ad quam quum adpropinquaſſem, quicquid in ea ducum judicumque obviam mihi egreſſum fuit, meque excepit. Sic inſignibus ante dictis excultus Hamatam intravi antemeridianis horis diei Sabbati, qui erat viceſimus ſextus Muharremi; prælectumque eſt Diploma Sultanatus in Nekyrino, in Tabernaculo ibidem erecto, Ducibus judicibuſque præſentibus. Prælectum quoque e ſuggeſtu alta voce. Ni longior eſſe metuiſſem, exemplum ejus ſubjeciſſem.*

Non ergo adulatorium eſt, quod ad calcem Codicis noſtri comparet هذا انتهى التاريخ الذي الفه السلطان العالم العادل الملك المؤيد ابو الفدا اسمعيل صاحب حماة المحروسة تغمده الله برحمته ورضوانه وسماه بالمختصر في اخبار البشر *Explicit Chronologia, quam compoſuit Sultanus Doctiſſimus idem Juſtiſſimuſque, Rex Auguſtus, Abulfeda Iſmaël, Dominus Hamatæ divinitus cuſtoditæ: quem Deus miſericordia & gratia ſua complectatur. Hanc ipſe Compendium inſcripſit Hiſtoriarum Rerumque Humanarum.* Non *Giannabius* quoque nimium dixit, quum eum celebrat وهو من الملوك الافراد والعلماء الاجلاد *Ut unum e Regibus incomparabilibus, Doctiſque famigeratiſſimis.* Nempe ut ait idem كان عالما بالطب والحكمة والهيئة والشعر وله كتاب تقويم البلدان ما جمع مثله *In Medicina, Philoſophia, Aſtronomia, Poëſi, fuit Verſatiſſimus: ſcripſitque Librum Takwymol-Buldân dictum, cui nihil extat ſimile.* &c. &c. Id *Rectam conſtitutionem Regionum* ſonat, ſive *Canonem Geographicum*; quod Opus magno delectu, judicioque ex præſtantiſſimis Geographis excerptum, in Compendiumque artificioſiſſime miſſum, Palmam in Oriente reportavit. De utroque *Syntagmate*, qua *Chronologico*, qua *Geographico*, eorundemque vero pretio, ut & de ceteris vere *Regalibus* Eruditionis ejus monumentis ea dicenda habeo, quæ Præfationis hujus, ſic ſatis verboſæ, fines haud capiunt. Ex ungue interim Leonem. Gratulatur ſibi noſter *Saladinus* lumen quo per *Jobidam principem* auctus procedit, partim in *Hiſtoria*, partim in *Geographia*; indeque ſibi haud exiguum arrogat decus. Ex *Opere Hiſtorico Abulfedæ*, quod *Num.* 1743. Catalogi noviſſimi proſtat, nihil adhuc typis fuerat mandatum, præter *Vitam & Res Geſtas Muhammedis*, quas Literatus Orbis gratanter e manu *Clariſſ. Gagnierii* excepit. Ex *Opere Geographico Num.* 1700. *Catal.* lucem jam adſpiciunt *Tres Tabulæ*, e Viginti octo illis, in quas cuncta digeſta: nempe *Prima Arabiæ* in *Geogr. Minoribus Hudſonianis:* & *Viceſima quinta* ac *ſexta*, quæ *Chowarezmiam*, & *Mawaralnahram*, ſive *Tranſoxianam* delineant: Omnes ex verſione *Joh. Gravii*, Mathematici *Angli* multo Celeberrimi, qui medio ſeculo ſuperiore edidit *Epochas Ce-*

le-

Digitized by Google

lebriores Ulug-Beigi, atque geminæ *Abulfedææ* Tabulæ ſpecimen: eaque occaſione, quamvis circa ætatem Auctoris humani quid patiatur, docta & lectu digna de Ejuſdem *Syntagmate Geograph.* protulit: uti quod Anno *Heg.* 721. *Æra Chriſt.* 1321. fuerit abſolutum, quum jam, ex meliore calculo, quinquagenarius ferme eſſet *Abulfeda*, & *Sultani* nomine ſplenderet, Id a Lectore meo ignorari nefas ducebam: quemadmodum nec illud neſciendum, a *Sultano* noſtro *Longitudines Locorum* non duci ab *Inſulis Fortunatis*, prout *Ptolemæus*, ceterique qua *Græci* qua *Latini* fecerunt; quin & plerique *Arabes*; ſed a *Continente extrema Africæ, ultimoque promontorio quod mare alluit Atlanticum:* unde differentia exiſtit decem graduum, quibus *Longitudines Abulfedææ*, præ aliorum, decreſcunt. Tenendum præterea ad intercapedines locorum rite percipiendas, مرحلة *Diætam*, *ſtationem*, *Diei iter*, *Geographo* quidem *Nubienſi* implere triginta milliaria; ſed *Abulfedæ* tantum *viginti quatuor* conficere; quippe qui *medio* uſus *inceſſu*, octo illud *Paraſangis* definiat. *Paraſangæ* autem triginta ſtadia *Græca*, tria milliaria *Arabica*, comprehendunt: ad quam faculam quicquid in *Indice* annotatum cuilibet clareſcet. Univerſam *Geographiam Abulfedæam* ſe ſub auras, e longis fatalibuſque tenebris, protracturum Laudatiſſimus *Gagnierius* in *Præf.* ad *V. M.* annunciavit. Quantocyus ſplendidiſſimo munere Muſas Orientales mactari diſcupio. Verbulum ſubſerendum de *Lexico Geographico*, quod mihi *noctem diſcuſſit in multis*, *inſuperabilem alias*, & compendioſum præmonſtravit curſum, ad Commentariolum meum ſine multo temporis diſpendio exproperandum. Extat in *Catal. Num.* 1703. hoc titulo كتاب مراصد الاطلاع وتقويم البلدان لياقوت الحموي *Jacout Hamatenſis Theſauri Geogr. compendium. Ord. Alph.* Sequitur mox *Num.* 1705. *Abu Abdalla Jacout Hamatenſis Theſaurus Geographicus.* Hic eſt ille *Jacutus*, Auctor المشترك *Mosjtarechi*, quod nomen *Arabicus* quoque titulus præfert, quem crebro citari ab *Abulfeda* reperies in *Indice.* Innui videtur eſſe hoc *Compendium* Libri *Mosjtarech.* Atqui nec Caput Codicis id docet, & in Calce ſubnotatum extat a Compendiatore وهذا اخر ما في كتاب معجم البلدان *Hoc ultimum eſt, quod in Libro Musjim Elbuldan invenitur.*

Iſte *Liber Num.* 1709. *Catal.* videtur proponi, ubi habes كتاب المعجم الكبير للوزير ابي عبيد &c. &c. &c. *Vezir Abu Obeid Benabdilaziz Ben Bikri Theſaurus Geographicus Magnus*, 784. *capitibus digeſtus ord. alph. duo tomi.* In *Arabico* eſt; *Liber Musjim magni*, qui eſt fugitivus ille latitator *Bibliothecæ* noſtræ, in quo veſtigando me horas perdidiſſe, dieſque, in voce *Tebninum* indicavi. Ecquid ergo *Jacutus* ipſe hujus *Musjimi* eſt *Breviator.* Minime gentium; nam ad calcem ſubſcriptum وكان الفراغ من كتاب مراصد الاطلاع يوم الاربعا خامس عشرين شوال سنة سبع وتسعين وتسع مايه *Abſolutus eſt Liber Maraſid Alitlaï feria quarta, die viceſimo quinto Sjawali, anno nongenteſimo nonageſimo ſeptimo.* Nuſquam tunc *Abulfeda*, nuſquam eo antiquior *Jacuthus.* Quis ergo Auctor? Doceat id incomparabilis hac in Palæſtra *Herbelotius*, in *Bibl. Orient. Maraſſed Alatlaa ala eſma alamkenat ulbekaa. C'eſt le nom d'un Dictionaire Geographique compoſé per Safieddin Abdalmoumen Ben Abdelhak.* Sed non omnino conſonant tituli *Arabici*, inquies: imo vero quam ſuaviſſime;

** ** **

nam

nam in *præfatione Compendiatoris* mei lego, سميته بمراصد الاطلاع على الامكنة والبقاع *Librum hunc appellavi Maraſid Alitlaï ala Iſma alamkinat valbikaï.* Idem in *Frontiſpicio aureo duplici* præſignatum manu ipſius Auctoris, quorum prius primam partem continet *Kitab Maraſid alitlaï:* poſterius poſteriorem, *Ala Iſma alamkinat valbikaï.* Latine id reſonaret, *Liber Obſervatoriorum, unde proſpicitur in nomina Locorum & Plagarum.* Manu propria dicere auſus fui, quia *Autographum* ipſum, perelegans, nitidumque, videmur poſſidere. Id inde adeo colligo conficioque, quod ſolennes formulæ Librariorum exempla deſcribentium hic nullæ ſubſignentur. Scriptoris quoque ipſius nomen ſuppreſſum id arguit: ſolent enim ubi tranſſcribuntur exemplaria, nomina ferme auctorum præfigi, & longis titulorum laciniis ornari. Hæc argumenta vehementem mihi moverunt ſuſpicionem ipſius quoque *Babadini* Autographum ad Gazas noſtras Orientales eſſe devolutum: ſuntque, in Codice illo, alia adhuc indicia quæ eandem mihi opinionem adfirmant: quæ ſi deducere aggrederer, in altum reſorberer, quum jam cymbula hæc in portum potius ſit dirigenda, atque ex longo curſu tum præfatori, tum Lectori reſpirandum.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM
IN
VITAM SALADINI.

PARS PRIMA.

Commemorans nativitatem ejus, dotesque ac qualitates: ut & virtutis indolem atque distinctos characteres.

PRÆFATIO. Pag. 1

CAP. I. *Exhibens intensissimum ejus studium circa fundamenta religionis, & res Legales.* 4
II. *De Justitia ejus.* 9
III. *Exhibens particulam munificentiæ ejus.* 12
CAP. IV. *De fortitudine ejus.* Pag. 14
V. *Cura ejus circa bellum sacrum.* 16
VI. *De patientia ejus, & fiducia in solum Deum reposita.* 18
VII. *Nonnulla Clementiam ejus & condonandi facilitatem spectantia.* 21
VIII. *Exhibens quam observantissimus fuerit civilitatis.* 24

PARS SECUNDA.

Ordinem cursumque Fortunæ ac Victoriarum ejus Secundum Chronologiam exhibens.

CAP. I. *Commemorans primam ipsius expeditionem in Ægyptum in comitatu patrui Asedoddini susceptam.* Pag. 30
II. *Secunda vice petita Ægyptus, præliumque Babein.* 31
III. *Ægyptus tertia vice adita occupataque, mensibus anni quingentesimi quarti.* 32
IV. *Mors Asedoddini, & imperii ad Saladinum devolutio.* 34
V. *Damiata a Francis petita:* 35
VI. *Pater Saladini arcessitur.* 37
VII. *Obitus Eladidi* 38
VIII. *Prima ex Ægypto expeditio sacra* ibid.
IX. *Obitus Nesjmoddini, patris ejus.* 39
X. *Obitus Noureddini Mahmudi Zenchiadæ.* 39
XI. *Rebellio Cundi in Syenitica, circa idem hocce tempus.* 40
XII. *Franci Alexandriæ claustrum oppugnatum eunt.* 41
XIII. *In Syriam proficiscens Sultanus Damascum occupat.* ibid.
XIV. *Saiphoddinus Fratrem Ezzoddinum contra Saladinum mittit.* 43
XV. *Ipse Saiphoddinus contra Saladinum procedit.* ibid.
CAP. XVI. *Clades Ramlensis.* Pag. 46
XVII. *Sultani in Syriam reditus.* 47
XVIII. *Elmalicbus Elsalibus moritur: Ezzoddinusque Halebum venit.* 48
XIX. *Ezzoddinus cum fratre Amadoddino regiones permutat.* ibid.
XX. *Iterum ex Ægypto movet Sultanus* 49
XXI. *Mosula obsidetur.* 50
XXII. *De Sjah Armeno, Chalatæ Domino.* 51
XXIII. *Revertitur in Syriam Sultanus.* 52
XXIV. *Expeditio Einsjalatensis.* 53
XXV. *Expeditio adversus Caracham susceptа.* 55
XXVI. *Fratri Almalicho Eladilo Halebum contribuit.* 56
XXVII. *Nostier ad ipsum adventus Legativque.* 57
XXVIII. *Alia adversus Caracham expeditio.* 58
XXIX. *Secunda vice appetita Mosula.* 60
XXX. *Obitus Sjah Armeni, Chalatæ Domini.* 61
XXXI. *Pacem cum ipso faciunt Mosulitæ.* 62
XXXII. *In Syriam revertit Sultanus.* 63
XXXIII. *Almalichus Aladilus in Ægyptum* 3

Digitized by Google

INDEX CAPITUM

tum; Almalichus Addahirus Halebum redeunt. Pag. 64

CAP. XXXIV. *Expeditio sacra suscepta adversus Caracham.* 66

XXXV. *Prælium Hittinense, faustissimum illud Fidelibus.* 67

XXXVI. *Expugnatio sanctæ urbis, nobilissimæ, Divinitusque custoditæ.* 73

XXXVII. *Tyri aggressio.* 75

XXXVIII. *Clades navalis accepta.* ibid.

XXXIX. *Obsessa Caucheba.* 76

XLI. *Superiorem maritimam ingressus, Laodicæam, Sjiblam, aliaque loca occupat.* 78

XLII. *Sjibla & Laodicea occupatæ.* 81

XLIII. *Sebjounum occupatum.* 82

XLIV. *Expugnatio Bacasi.* 83

XLV. *Expugnatio Bursiæ.* 84

XLVI. *Derbasacum occupatum.* 85

XLVII. *Pagræ expugnatæ.* 86

XLVIII. *Saphada subacta.* 87

XLIX. *Caucheba expugnata.* 88

L. *Ad Sjakyf-Arnounum ducit, unde occasio data prælio Accensi.* 89

LI. *Franci Ptolemaidem invasuri contrahuntur.* 90

LII. *Conflictus in quo Ibechus Alachrasjus pro religione occubuit.* 91

LIII. *Altera collisio, in qua martyres occubuere complures e Musulmannico peditatu.* 92

LIV. *Cum expedito equitatu vadit Ptolemaidem: & quæ causa profectionis.* 93

LIV. *Alius conflictus.* 94

LV. *Detinetur Dominus Elsjakysi; & quæ causa detentionis.* 95

LVI. *Prælium Accense.* 98

LVII. *Via Ptolemaidis reserata.* 100

LVIII. *Retrocedunt nostri ad Tel Ajadiam.* 101

LIX. *Conflictus Arabes inter & hostem.* 102

LX. *Prælium maximum ad Ptolemaidem.* 103

LXI. *Adfertur nuncius de Rege Alamannorum.* 110

LXII. *Conflictus in arenis ad oram fluvii Ptolemaidis.* 111

LXIII. *Mors Antistitis Isa.* 112

LXIV. *Deditio Elsjakysi anno octogesimo & sexto.* 113

LXV. *Notabile quid.* ibid.

LXVI. *Adventus Legati Chaliphæ.* 114

LXVII. *Munus e cœlo demissum, condonatumque Felicitati Almalichi Addahiri, Victoriosissimi principis.* 116

CAP. LXVIII. *Adventus Amadoddini Zenchii, Sinsjaræ Domini; aliorumque.* Pag. 117

LXIX. *Historia Regis Alamannorum.* 119

LXX. *Exemplum epistolæ Kaikousi Armeni.* 120

LXXI. *Exercitus dimittuntur ad fines provinciarum, per quas iter habiturus esset Rex Alamannorum.* 123

LXXII. *Continuatio historiæ Regis Alamannorum.* 124

LXXIII. *Prælium Adiliticum.* 125

LXXIV. *Adventus Comitis Henrici.* 128

LXXV. *Epistola Constantinopoli allata, cujus expugnationem facilem reddat Deus.* 129

LXXVI. *Combustio Machinarum.* 131

LXXVI. *Stratagema, quo introductæ in urbem naves quadringentis farinæ saccis, caseo, cepa, ovibus, aliisque commeatibus onustæ.* 133

LXXVIII. *Historia Urinatoris Isa.* 134

LXXIX. *Alia machinarum combustio.* 135

LXXX. *Complementum historiæ Regis Alamannorum: & Marquisii techna.* ibd.

LXXXI. *Adventus navium ex Ægypto.* 137

LXXXII. *Oppugnatio Turris muscarum.* 138

LXXXIII. *Alamanni ad exercitum hostilem perveniunt.* 139

LXXXIV. *Turritus ille Aries, & alia machinamenta comburuntur.* 142

LXXXV. *Historia Moëzzoddini.* 145

LXXXVI. *Amadoddinus quoque domuitionem efflagitat.* 147

LXXXVII. *Hostis ad Raselma egreditur* ibid.

LXXXVIII. *Conflictus insidiarum.* 152

LXXXIX. *A bello Sacro domum redit exercitus.* 153

XC. *Consilium capit Sultanus recentes in oppidum copias inducendi.* 154

XCI. *Naves nonnullæ hostiles captæ.* 156

XCII. *Mors Filii Regis Alamannorum.* ibid.

XCIII. *Excursio Asedoddini.* 157

XCIV. *Complures hujus anni Casus.* 158

XCV. *Adventus exercituum Islamiticorum. Item Regis Gallici.* 159

XCVI. *Singulare quid, lætique ominis.* 160

XCVII. *De Angliæ Rege.* ibid.

XCVIII. *Historia Lactentis pueruli.* 162

XCIX. *Transfert se iterum Sultanus ad Collem Elajadia.* 163

CAP. C.

Digitized by Google

CAP. C. *Urbs incipit in arctum redigi.* Pag. 164
CI. *Angli adventus.* 165
CII. *Submersio navis Islamiticæ: capiendæ urbis tertium signum.* 166
CIII. *Subreptrix machina, Cattus, succenditur.* 167
CIV. *Conflictus compluſculi.* ibid.
CV. *Fuga Marchionis Tyrum verſus.* 170
CVI. *Reliquæ copiæ Islamiticæ adveniunt.* ibid.
CVII. *Legatio ad Sultanum ab iis miſſa.* 171
CVIII. *Urbs vehementius oppugnata, & in arctum compulſa.* 172
CIX. *Extrema urbis neceſſitas. Et oppidanorum ad Francos legatio.* 175
CX. *Literæ ex urbe perveniunt.* 178
CXI. *Oppidani paciſcuntur, & vitam auferre ambiunt.* 179
CXII. *Hoſtis Ptolemaide potitur.* ibid.
CXIII. *Conflictus hoc intervallo factus.* 181
CXIV. *Egreditur Filius Barichi.* 182
CXV. *Trucidatio Muſulmannorum, qui in urbe fuerant, &c. &c.* 183
CXVI. *Hoſtis iter Aſcalonem verſus: & quomodo moverit ad latus maris occidentale.* 184
CXVII. *Conflictus.* 192
CXVIII. *Legatio hoc die facta.* 193
CXIX. *Conveniunt in colloquium Aladilus & Anglus.* ibid.
CXX. *Prælium Arſophi; Muſulmannorum grande cordolium.* 194
CXXI. *Ramalam redit Sultanus.* 202
CXXII. *Legatio miſſa a Marchione.* 204
CXXIII. *Almalichus Aladilus adit Hieroſolymas.* 205
CXXIV. *Quid ex ſtatione ad Ptolemaidem renunciatum. Et de latronibus in tentoria hoſtium intrantibus.* 206
CXXV. *Legatio Almalichi Aladili ad Anglum.* 207
CXXVI. *Sjyrchoubus filius Bachili, Curdus, Ptolemaide aufugit e vinculis.* 208
CXXVII. *Legatio qua me Almalichus Aladilus ad Sultanum juſſit ire, una cum multis viris principibus.* 209
CXXVIII. *Legatus ad hæc renuncianda miſſus ad Anglum.* 210
CXXIX. *Franci Jaffa educunt.* 211
CXXX. *Obitus Tacoddini Almalichi Almodaffiri.* 212
CXXXI. *Literæ Bagdado perlatæ.* 213
CXXXII. *Sidonius princeps nomine Marchionis pro Legato miſſus.* Pag. 214
CAP. CXXXIII. *Prælium Inſidiarum, in quo martyr cecidit Yazus Mehranita.* 215
CXXXIV. *Quid acciderit in congreſſu Aladili & Angli.* 216
CXXXV. *Petit Anglus cum ipſo congredi Sultano.* 217
CXXXVI. *Princeps Sidonis ad præſentiam admittitur Sultani.* ibid.
CXXXVII. *Legatus Angli advenit, Humfredi filius, principe inter eos & loco & genere.* 218
CXXXVIII. *Conſultatio habita, de utroque fœdere, Angli & Marchionis, quodque eligendum.* 219
CXXXIX. *Movet Sultanus ad Telasjazrum.* 220
CXL. *Almalichus Aladilus viæ ſe dat.* 222
CXLI. *Dimiſſio Legati Marchionis.* 223
CXLII. *Saiphoddinus Mesjtoubus e vinculis exit.* ibid.
CXLIII. *Tyrius Legatus revertitur.* 224
CXLIV. *Cædes Marchionis.* 225
CXLV. *De Almalicho Almanſouro quid porro factum ſit.* ibid.
CXLVI. *Adventus Legati Græci.* 226
CXLVII. *Quid Almalicho Aladilo uſu venerit reſpectu provinciarum Tranſeuphratenſium.* ibid.
CXLVIII. *Franci Darounum occupant.* 227
CXLIX. *Masjdeljaba ab iiſdem impetita.* 228
CL. *Conflictus in agro Tyrio.* ibid.
CLI. *Novæ Copiæ Islamiticæ ad bellum ſacrum præſto ſunt.* ibid.
CLII. *Hoſtis Hieroſolymas petere parat.* 229
CLIII. *Beitnoubam caſtra promovent, quæ planities eſt inter montes Jaffæ; Hieroſolymis una diſtans dieta.* 230
CLIV. *Caterva viantium Ægypto rediens opprimitur.* 231
CLV. *Revocatus Almalichus Alaphdalus e ſuperioribus illis provinciis. quum jam Halebum perveniſſet.* 234
CLVI. *Hoſtis retrogreditur ad ſua. Ejuſque rei cauſa.* 235
CLVII. *Legatio Comitis Henrici.* 238
CLVIII. *Legatus ipſorum denuo accedit pacem petiturus.* 239
CLIX. *Tertia vice redit Francorum Legatus.* 241
CLX. *Quartus reditus eorundem.* 242
CLXI. *Sultanus expeditionem ſuſcipit.* 243

* * * * * *

Digitized by Google

INDEX CAPITUM

CAP. CLXIII. *Jaffa obsidetur.* Pag. 244
CLXIV. *Jaffæ expugnatio, eventusque in in ea notabiles.* 246
CLXV. *Quo pacto arx ab hoste sit retenta.* 249
CLXV. *Mentio renovatur pacis.* 251
CLXVI. *Novarum accessio copiarum.* 255
CLXVII. *Almalichus Almansourus Filius Tacoddini advenit.* 256
CLXVIII. *Sultanus Ramlam versus movet.* ibid.
CLXVIX. *Ascalon ab Anglo remittitur.* 258
CLXX. *Ultima paci imponitur manus.* 260
CLXXI. *Ascalon devastatur.* 262
CLXXII. *Copiæ Islamiticæ domum discedunt.* 263
CAP. CLXXIII. *Bagdadensis Legati adventus.* Pag. 264
CLXXIV. *Almalichus Addahirus provincias suas repetens, non sine perturbatione gravi a patre dimittitur.* 265
CLXXV. *Sultanus Hierosolymis discedit.* 267
CLXXVI. *Sultanus Damascum, divinitus custoditam, revertitur.* 268
CLXXVII. *Aladilus adventat.* 269
CLXXVIII. *Sultanus peregrinatoribus exit in occursum.* 270
CLXXIX. *Morbus Sultani.* 272
CLXXX. *Jusjurandum adigit Alaphdalus.* 274
CLXXX. *Obitus Sultani, cujus Spiritum Sanctificet Deus.* 275

EXCERPTA EX ABULFEDA.

CAP. I. *Assalibus filius Zarichi interficitur.* Pag. 1
II. *Veziratus Sjawari, & mox Dargami.* 2
III. *Expeditio in Ægyptum anno quingentesimo quinquagesimo nono.* ibid.
IV. *Asedoddinus Sjyrchoubus Ægyptum subjugat. Cædes item Sjawari. Nec non principatus Saladini, initium Dynastiæ Jobidarum.* 5
V. *Precatio publica pro Abbasidis restituitur in Ægypto: & imperium Alidarum extinguitur.* 12
VI. *Sjemsoddaula Touransjahus Jobi filius Arabiæ Felicis potitur.* 16
VII. *Cæditur Ægyptiorum turba, ut & Amara Jemanensis.* 17
VIII. *Alchenzus rebellat in Ægypto superiore.* 19
IX. *Saladinus in potestatem redigit Damascum aliasque urbes.* ibid.
X. *Clades Saiphoddino Gazio, Mosulæ Domino, inflicta per Sultanum Saladinum.* 22
XI. *Almostadius decedit: eique in Chaliphatu succedit Nasirus, tricesimus quartus Chalipha.* 26
XII. *Mors Saiphoddini Mosulæ Domini.* 27
XIII. *Obitus Almalichi Assalibi, Halebi Domini.* 28
XIV. *Saladinus in Syriam revertit.* 29
XV. *Saiphol-Islamus in Arabiam Felicem expeditur.* 30
XVI. *Expeditiones Sultani; & regiones ab eo subactæ.* ibid.
XVII. *Alia Memorabilia.* 31
XVIII. *Aliæ civitates a Saladino in ditionem redactæ.* 33
XIX. *Alii notabiles eventus.* 34
CAP. XX. *Expeditio adversus Caracham.* Pag. 35
XXI. *Mosula obsidetur a Sultano Saladino.* 36
XXII. *Saladinus Myapharekinam in ditionem redigit.* 37
XXIII. *Almalichus Aladilus amovetur Halebo: & Almalichus Alaphdalus filius Sultani ex Ægypto Damascum transfertur.* 38
XXIV. *Mors Pehlewani: regnumque Fratris ejus Kozuli.* 39
XXV. *Alia Memorabilia.* ibid.
XXVI. *Sacræ Sultani expeditiones Victoriæque.* 40
XXVII. *Prælium Hittinense: magnum illud, quo regnum Hierosolymitanum fractum est & subactum.* ibid.
XXVIII. *Alii memorandi eventus.* 43
XXIX. *Novæ victoriæ, expeditionesque Sacræ Sultani,* 44
XXX. *Franci Ptolemaidem obsident.* 47
XXXI. *Alia notatu digniora.* 48
XXXII. *Alia item memorabilia.* 50
XXXIII. *Franci Ptolemaide potiuntur.* ibid.
XXXIV. *Obitus Almalichi Almodaffari Tacoddini Omari,* 52
XXXV. *Alii eventus memorabiles.* 53
XXXVI. *Inducie cum Francis sanciuntur: & Sultanus Damascum redit.* 55
XXXVII. *Obitus Sultani Ezzoddini Kelisji Arslani, Rumearum Provinciarum Domini: & Historia eorum qui post ipsum præfuere.* 57
XXXVIII. *Alii Illustriores eventus.* 59
XXXIX. *Obitus Almalichi Alnasiri Saladini Abulmodaffiri Josephi, filii Jobi.* 60
XL. *Quis status fuerit rerum post mortem Sultani.* 63

TA-

Digitized by Google

TABELLA

Temporum rationi inveniendæ, ut & Ordini Rerum Geſtarum, ſubſerviens; concinnata ex majore *Cl. Pocockii:* quam *Abulpharagii Hiſtoriæ Dynaſtiarum* ſubtexuit.

ANNUS *Arabicus Lunaris* eſt. *Communis* habet dies 354. *Embolimæus* 355. ſic fit ut ejus initium diebus decem, vel undecim, vel &, concurrente anno *communi Arabum* cum *Intercalari* noſtro, duodecim, *Januarium* verſus quotannis retrocedat; ac 34. circiter annorum ſpatio ſingulos menſes pererret. Difficile itaque non erit ex hiſce reliquorum etiam annorum, quorum hic mentio nulla, rationem inire, eorumque initia ſignando, præcedentibus & ſubſequentibus collatis, haud multum a vero aberrare.

Menſium appellatio, ordo, numeruſque dierum, quibus ſinguli conſtant, ſic habet.

1	*Muharrem* محرم	30
2	*Saphar* صفر	29
3	*Rabia prior* شهر ربيع الاول	30
4	*Rabia poſterior* شهر ربيع الاخر	29
5	*Sjumada prior* جمادي الاولى	30
6	*Sjumada poſterior* جمادي الاخرة	29
7	*Resjeb* رجب	30
8	*Sjaban* شعبان	29
9	*Ramadan* شهر رمضان, ſtato ſolennique jejunio dicatus.	30
10	*Sjewal*, vel *Sjawal* شوال	29
11	*Dſulkada* ذو القعدة	30
12	*Dſulhaſsja* ذو الحجة, vel & *Dulhaggia*, peregrinationi Ceremoniisque *Mercanis* ſacratus.	29

Notetur menſem *Dſulhaſsjam* annis *Intercalaribus* habere 30. dies. Diviſo autem numero alicujus anni *Hegiræ* per 30., ſi reſtet horum aliquis 2. 5. 7. 10. 13. 16. 18. 21. 24. 26. 29. annum illum haud dubie eſſe *Embolimæum*.

Æra *Muhammedanorum*, quæ dicitur a fuga religioſa *Muhammedis Mecca Medinam* verſus, ſecundum exactiores calculos initium ſumit die 16. *Julii*, anni 622. *Æræ Chriſtianæ:* appellaturque Vulgo *Hegira*, ſive *Hisjra*, *Higra*, id eſt *diſceſſus a patria, familiaque ſua, a rad.* هجر *Hasjera*, *Reliquit patriam, ſeque a ſuis disjunxit*, ab *Hagar Abrahami* Pellice, ejuſque fuga, notione per *Hagarenos* arrepta.

Anni *Hegiræ*, ſine *Epochæ Muhammed.*	*Initium.*	Anni *Chr.*
A°. 1.	*Julii* die 16.	A°. 622.
A°. 101.	*Jul.* 24.	A°. 719.
A°. 201.	*Jul.* 30.	A°. 816.
A°. 296. in *Exc. Abulf.* pag. 13.	*Septemb.* 30.	A°. 908.
A°. 401.	*Auguſt.* 15.	A°. 1010.
A°. 532. Eo naſcitur *Saladinus. Vita p.* 3.	*Septemb.* 19.	A°. 1137.
A°. 533.	*Sept.* 8.	A°. 1138.
A°. 552.	*Febr.* 13.	A°. 1157.
A°. 556. Eo incipiunt *Excerpta* noſtra *Abulfedæa.*	*Decemb.* 31.	A°. 1160.
A°. 558. *Exc. Abulf.* p. 2. & *Vita* p. 31.	*Decemb.* 10.	A°. 1162.
A°. 559. Ibid.	*Novemb.* 30.	A°. 1163.
A°. 562. In *Vita* p. 31. & *Exc.* p. 3.	*Octob.* 28.	A°. 1166.

An-

Digitized by Google

TABELLA.

Anni *Hegiræ*, sine *Epochæ Muhammed.*	*Initium.*	Anni *Chr.*
A°. 564. *Exc.* p. 4. 5. 8. & *Vita* p. 34. . . .	*Octob.* 5.	A°. 1168.
A°. 565. *Exc.* p. 11.	*Septemb.* 25.	A°. 1169.
A°. 566. Ibid. & *Vita* p. 37.	*Septemb.* 14.	A°. 1170.
A°. 567. *Exc.* p. 12. *Vita* p. 38. . . .	*Septemb.* 4.	A°. 1171.
A°. 568. *Exc.* p. 15. *Vita* p. 38. . . .	*Auguſt.* 23.	A°. 1172.
A°. 569. *Exc.* p. 16. *Vita* p. 39. . . .	*Auguſt.* 12.	A°. 1173.
A°. 570. *Exc.* p. 19. *Vita* p. 42. . . .	*Auguſt.* 2.	A°. 1174.
A°. 571. *Exc.* p. 22. *Vita* p. 45. . . .	*Julii* 22.	A°. 1175.
A°. 572. *Exc.* p. 23.	*Julii* 10.	A°. 1176.
A°. 573. *Exc.* p. 23. *Vita* p. 46. . . .	*Junii* 30.	A°. 1177.
A°. 574. *Exc.* p. 25.	*Junii* 19.	A°. 1178.
A°. 575. *Exc.* p. 25. 26.	*Junii* 8.	A°. 1179.
A°. 576. *Exc.* p. 27. *Vita* p. 45. 47. . . .	*Maji* 28.	A°. 1180.
A°. 577. *Exc.* p. 28. *Vita* p. 48. . . .	*Maji* 17.	A°. 1181.
A°. 578. *Exc.* p. 29 — 31. *Vita* p. 49. & 51. . .	*Maji* 7.	A°. 1182.
A°. 579. *Exc.* p. 33 — 35. *Vita* p. 52. 55. 57. . .	*Apr.il.* 26.	A°. 1183.
A°. 580. *Exc.* p. 35 — 36. *Vita* p. 58. 60. . .	*April.* 14.	A°. 1184.
A°. 581. *Exc.* p. 36 — 38. *Vita* p. 61. . . .	*April.* 4.	A°. 1185.
A°. 582. *Exc.* p. 38 — 39. *Vita* p. 63 — 66. . .	*Mart.* 24.	A°. 1186.
A°. 583. *Exc.* p. 40 — 44. *Vita* 66 — 76. . .	*Mart.* 13.	A°. 1187.
A°. 584. *Exc.* p. 44 — 47. *Vita* p. 76 — 89. . .	*Mart.* 2.	A°. 1188.
A°. 585. *Exc.* p. 47 — 49. *Vita* p. 89. 91. 110. 111. 129.	*Febr.* 19.	A°. 1189.
A°. 586. *Exc.* p. 49. 50. *Vita* p. 111. 114. ad 154.	*Febr.* 9.	A°. 1190.
A°. 587. *Exc.* p. 50 — 55. *Vita* p. 155 — 180 — 221.	*Jan.* 29.	A°. 1191.
A°. 588. *Exc.* p. 55 — 60. *Vita* p. 222. 224. ad 269.	*Jan.* 18.	A°. 1192.
A°. 589. *Saladinus* denaſcitur. *Exc.* 60. &c. *Vita* 270. &c.	*Jan.* 7.	A°. 1193.
A°. 616. In hunc incidit nobiliſſima *Damiatæ* expugnatio. Vide indicem. . . .	*Mart.* 19.	A°. 1219.
A°. 672. *Abulfeda* oritur: ut in *Præfat.* dictum. .	*Julii* 18.	A°. 1273.
A°. 710. In Principatum hæreditarium *Hamatæ* reſtituitur. ibid.	*Maji* 31.	A°. 1310.
A°. 720. *Sultanus* renunciatur. ibid. . . .	*Febr.* 12.	A°. 1320.
A°. 733. Moritur *Abulfeda.*	*Sept.* 22.	A°. 1332.
A°. 1000.	*Octob.* 9.	A°. 1591.
A°. 1100.	*Octob.* 16.	A°. 1689.
A°. 1142.	*Julii* 16.	A°. 1729.
A°. 1144.	*Junii* 25.	A°. 1731.

FINIS TABELLÆ.

AD

Digitized by Google

AD

VIRUM CLARISS.

ALBERTUM SCHULTENS,

QUUM

VITAM SALADINI,

Ex inedito Scriptore ARABE proferret, atque Interpretatione sua & erudito Indice Geographico illustraret.

TUrcarum Imperio, Sanctaeque cupidine Terrae
Ardentes, multos felici Marte Triumphos
Rettulerant Celtae, studiis gens aspera belli.
Jamque Tyrum, Tripolimque, & claram nomine Joppen
Imperio junxere suo, jam sancta Sionis
Maenia; & aurato fulget Crux aurea Templo.
Indoluere animis Saraceni, & bella novantes,
Contractis repetunt amissas viribus urbes:
Quis tantas belli strages, & funera tanta
Exprimat? horribili decernitur undique bello.
Imperii late fines extenderat ingens
Machmoudus, totaque Phari regione subacta,
Addiderat Syriam sceptro Nabathaeaque Regna.
At levis ambiguis sese Fortuna revolvens
Casibus, heu! sceptris sobolem deturbat avitis
Machmoudi, & solio Saladinum inponit eburno:
Hic, quem Schadides generavit nomine Jobus,
Assyriae domitor, Reges supereminet omnes;
Non capit hunc vasti Regio spatiosa Canopi,
Non Noureddini Regnum, nil, nil, ait, actum est,
Eois nisi Crucicolas pellamus ab oris,
Nostraque portemus victricia signa per urbes,
Quas nunc inbellis raptas tenet advena Francus.
Extemplo Europae magnas it rumor ad urbes,
Extremis Asiae bellum crudescere in oris,
Undique concurrunt, Mavortia pectora, Reges,

** ** ** **

Quis-

Quiſquis in arma potens, & ſancta capeſſere bella
Ardent Chriſticolæ, & longinquas viſere terras;
Quos procul a Patria rapuit vis invida lethi.
Omnia proſternit victor Saladinus, ubique,
Devictis Francis, ferro graſſatur & igni:
Quæ nec Parthorum, nec vis invicta Quiritum,
Nec terrae ingentes potuerunt vertere motus,
Oppida, cum validis labuntur diruta muris:
Bis Cydnus, gelida Tarſum qui perfluit unda,
Infamis, magno quondam diſcrimine Regis
Aemathii, fatis nunc Caeſaris Aeneobarbi.
At fruſtra Sanctam conjuncto milite Terram
Europae repetunt vario conamine Reges,
Fruſtra defeſſi cupiunt Martemque peroſi
Connubio placidam pacem componere iniquo.
Non bene diſparibus junguntur bruta, nec iſtis
Pax vinclis redimenda fuit, ſed pergit ubique
Hoſtiles victor Saladinus ſternere turmas;
Nec tua te texit, venerandae arx alta Sionis,
Dum caperis, pietas, nec Flaminis infula ſacri.
Felix, qui curſu palmarum occumbit in ipſo,
Dum pede permanſit ſtabili ſors proſpera; quemque
Saepe triumphantem vidit ſpatioſa Damaſcus,
Unius ad rapidae titulum concedere mortis
Cernit, & ille ſuis invictus ab hoſtibus Heros
Vincitur a Fato tandem, quo vincimur omnes.
Has tu delicias, SCHULTENSI, ex Orbe remoto
Adfers: Arabiæ deſerta per ardua doctum
Pandis iter, per Te Magnorum turba Virorum
Barbarie gaudet pulſa, quos Africa terra,
Quoſve Oriens genuit; per Te ſtudioſa Juventus
Laetatur multum, Sanctae Fons unice Linguae.
O longum tanto ſplendeſcat ſidere Leida!
Quæ tantum Batavas inter caput erigit urbes,
Quantum inter doctos, Eoae lumina terrae,
ALBERTUS, celſis famam qui terminat aſtris.

EVERHARDUS HAVERKAMP S. F.
Lit. St.

VL

Digitized by Google

VITA ET RES GESTÆ SALADINI.

PRÆFATIO.

بسم الله الرحمن الرحيم

In nomine Dei Misericordis, Miseratoris.

لله الذي من علينا بالاسلام وهدانا بالايمان الجاري علي احسن النظام وانعم علينا بشفاعة نبينا عليه الصلاة والسلام وجعل سبب الاولين عبرة لاولي الافهام وتقلبات الاحوال قاضية علي كل امر حادث بالانصرام كيلا يغتر ذو جمال حسن ولا يبس من لعبت باحواله اكف الشقاء واشهد ان لا اله الا الله وحده لا شريك له شهادة تشفي القلوب من لظي الاوام واشهد ان محمد عبده ورسوله الذي فتح للهداية ابواب يلج فيها المستفتحون لها مفاتيح الانقياد والاستلام وصلي الله عليه صلاة دايمة باقية ببقاء الايام وبعد فاني لما رايت ايام مولانا السلطان الملك الناصر جامع كلمة الايمان وقامع عبدة الصلبان رافع علم العدل والاحسان صلاح الدنيا والدين سلطان الاسلام والمسلمين منقذ بيت الله القدس من ايدي المشركين خادم الحرمين الشريفين ابي المظفر يوسف بن ايوب بن شادي سقي الله ضريحه صوب الرضوان واذاقه في

Laus Deo, qui nos beavit Islamismo, nosque duxit ad Fidem pulcherrime contextam; atque gratificatus est nobis intercessionem Prophetæ nostri omni benedictione & pace cumulati. *Laus inquam illi*, qui vitas hominum priorum exempla constituit pro iis qui intellectu essent præditi, atque vicissitudines Fortunæ tanquam arbitras dedit, quicquid rei novæ incideret decisuras; ne in fraudem implicaretur virtutis pulchræ cultor, neve animum desponderet is, in quem ludum suum ludunt calamitates.

Testor item, non alium esse Deum quam unum illum, cui nullus est consors; testificatione quæ corda recreet a flamma Gehennæ fumida: Ejusque servum & Legatum esse Muhammedem, qui ad rectam viam salutis aperuit portas, quas reserant intrantes immissis clavibus obsequentissimæ submissionis ac deditionis: quem Muhammedem Deus perenni mactet benedictione, quæ durantibus seculis perduret.

His solemnibus præmissis conscribere aggredior de Rege victorioso, Fidei defensore, Domitore servorum crucis, Erectore vexilli justitiæ & æquitatis, salute orbis & Religionis, *Saladino*, Musulmannorum quin & Islamismi ipsius Sultano, Ereptore sanctæ Dei domus e manibus idololatrarum; Famulo duarum urbium Sacrosanctarum, *Abulmodaffero Josepho*, filio *Jobi*, filii *Schjadsi*, cujus sepulcrum imbre sui favoris irriget Deus, in sede misericordiæ suæ gustandam ei præbens dulcedinem fructuum fidei.

Hujus ego Saladini quum gesta adspexi, fidem adjungere cœpi priscis historiis,

riis, quas mendacii ſuſpectas reddiderat remotiſſima antiquitas, teſtimoniumque veritatis perhibui iis quæ traduntur, de Nobilium Liberaliumque hominum ſingularibus plane factis, atque ſubſcripſi exemplis in dubium revocatis mirificæ fortitudinis a mancipiis etiam principum virorum inter acies & conflictus præſtitæ: quippe qui hisce meis oculis viderim ſpecimina patientiæ in adverſis pro cauſa Dei, quæ fidem ferme exſuperent, quorumque miracula ne cogitatione quidem informari aut attingi queant, nedum ut tanta illa prodigia vel linguæ facundia aſſequatur, vel in charta digitus ſtilusque conſignet. Ejus tamen generis ſunt, ut eorum gnarus occultare ea haud valeat; quique ea prope inſpexit, a ſe impetrare non poſſit, quo minus ea publice celebret prædicetque. Me vero tenerrima ejus gratia, & dignatio intimæ familiaritatis, & neceſſitudo miniſterii, quum tangere videatur, ac nominatim deſignare, ad promendum quod de pulcherrimis ejus facinoribus mihi compertum, atque ad poſteritati tradendum quæ cognovi de inſignibus ejus virtutibus; exiſtimavi in compendium eſſe redigenda, quæ prolixius conſcripſi, partim a memet ipſo viſa, partim ab iis audita, qui eundem gradum fidei ac certitudinis in me efficiunt. Eritque hæc particula e toto excerpta, & minutulum quid e pleno hauſtu; ut ex tenui ad copioſum argumenta ducantur; atque ex his radiis & ſtricturis prolixiori Hiſtorico materia ſuppeditetur, poſt me raptim omnia percurſurum.

Inſcripſi autem hocce Compendium Geſtarum a Saladino Rerum *Incomparabilia Sultanica, & Decora Joſephica:* idque duas in partes tribui, quarum prior complectetur ejus nativitatem, educationem, ſingularesque plane dotes: ut & mores jucundiſſimos, indolemque virtutis ad curam Religionis ſemet propenſiſſime applicantem, atque omnibus numeris abſolutam. Altera pars verſabitur in viciſſitudinibus Fortunæ, quibus jactatus eſt, in præliisque ac victoriis ejus, ordine temporum in his per omnem ejus vitam deducendis ſervato.

Deus autem a me invocatus eſto ad lapſus linguæ & calami arcendos: & ut ne illuc divagetur animus, ubi pedi offenſio eſſet parata. Sufficit ille mihi: & o Egregium illum protectorem!

PARS

في مَقَرّ رحمته حلاوة نتيجة
الايمان قد صدقت من اخبار
الاولين ما كذبه الاستبعاد
وشهدت بالصحة لما روي من
نوادر الكرام الاجواد وحققت
وقعات شجعان ممالكها ما
قدحت فيه الشكوك من اخبار
الشجعان ورايت بالعيان من
الصبر على المكاره في ذات
الله ما قوي بها بالايمان وعظمت
عجايبها عن ان يحويها او يجنّها
جنان وجلّت نوادرها ان تحد ببيان
لسان وان تسطر في طرس ببنان
وكانت مع ذلك من قبيل لا يمكن
الخبير بها اخفايها ولا يسع للمطلع
عليها الا ان تري عنه اخبارها
وابناءها وتسني من رق نعتها
وحق محبتها وواجب خدمتها
ما يعين على به ابدا ما
تحققته من حسناتها ورواية
ما علمته من محاسن صفاتها
رايته ان اختصر من ذلك
على ما املاه على العيان
او الخبر الذي يقارب مظنونه
درجة الايقان وذلك جزء من
كل وقل من عل لبستدل
بالقليل على الكثير
وبالشعاع على المستطيل بعد
المستطير واسميت هذا
المختصر من تاريخها النوادر
السلطانية والمحاسن اليوسفية
وجعلته قسمين في احداها مولده
رحمة الله ونشوه وخصايصه
واوصافه واخلاقه المرضية وشمايله
الراجحة في نظر الشرع الوفية والقسم
الثاني في تقلبات الاحوال به ووقايعه
وفتوحه وتواريخ ذلك ايام حياته
قدس الله روحه والله المستعان في
الصيانة عن هفوات اللسان والقلم
وجريان الخاطر بما فيه مزلة القدم
وهو حسبي ونعم الوكيل ۞

القسم

القسم الاول

في ذكر مولده وخصايصه واوصافه وشمايله
وخلاله رحمة الله عليه

PARS PRIMA.

Commemorans nativitatem ejus, dotesque ac qualitates: ut & virtutis indolem atque distinctos characteres.

مولده علي ما بلغنا
علي السنة الثقات
وكان تتتبعوه حتي بنوا
عليه تسبير مولده علي
ما يقتضيه صناعة
التنجيم في شهور سنة اثنين
وثلثين وخمسة ماية وذلك بقلعة
تكريت وكان والده ايوب بن
شاذي رحمه الله والبسا بها
وكان كريما لريحيا حليما
حسن الاخلاق مولده بدويين
ثم اتفق له الانتقال من تكريت
الي الموصل المحروسة وانتقل
ولده المذكور معه واقام بها
الي ان ترعرع وكان والده
محترما مقدما هو واخوه اسد الدين
شيركوه عند اتابك زنكي واتفقت
لوالده الانتقال الي الشام واعطي
بعلبك واقام بها مدة ونقل ولده
المذكور الي بعلبك المحروسة واقام
بها في خدمة والده تربي تحت حجره
ويرتضع ثدي محاسن اخلاقه حتي
بدت منه امارات السعادة ولاحت عليه
لوايح التقدم والسيادة وقدمه الملك
العادل نور الدين محمود بن زنكي
رحمه الله وعول عليه ونظر اليه وقربه
وخصصه ولم يزل كلما تقدم قدما
يبدو منه اسباب تقتضي تقدمه الي
ما هو اعلي منه حتي لعه اسد الدين
رحمه الله والحركة الي مصر المحروسة
وذهابه

INCIDIT nativitas ejus, prout memoriæ proditum accepimus a fide dignissimis, qui in eam indagarunt secundum artem astrologicam, ad thema natalitium ei inædificandum, aliquo mensium anni quingentesimi trigesimi secundi; in arce *Tecrita*, cujus præfecturam obtinebat pater ejus *Jobus Ibn Schjadsi*, vir nobilis, magnanimus, prudens, indole ac moribus pulcherrimis præditus; qui natus fuerat *Dawini*.

Hic deinde *Tecrita* relicta commigravit *Mauselam* divinitus custoditam, migrante vna filio quo de agimus: qui illic loci substitit usque dum adolescceret, patre ipsius una cum fratre ejusdem *Asedoddino Schjyrchouho* perquam honorato, & ad præcipuas dignitates admoto apud *Athabegum Zenchium*.

Accidit deinceps ut in *Syriam* transferret domicilium pater ejus, donatus *Balbecha* urbe, quo post moram aliquam filium quoque suum hunc traduxit, ubi ministeriis adhibitus paterno in gremio succrevit, & ubera suxit excellentissimarum ipsius dotium: sic vt in illo eminerent indicia Magnæ cujusdam Fortunæ, emicarentque illustria signa principatus & dominationis: quippe quem ad prima munera provexerit *Elmelichus Eladilus Noureddinus Mahmoudus Ibn Zenchi*; confidentiaque & favore singulari affectum adsciverit inter proximos sibi intimosque: semper interim quam magis dignitate crescceret, tam magis sese exerentibus argumentis, quæ celsiorem ei gradum despondarent: donec cum patruo *Asedoddino* expeditionem Ægyptiacam

suscepit; id quod distinctius, Deo volente, postea exponetur.

وذهابه اليها وبيان ذكر ذلك مفصلا مبينا ان شاء الله تعالي

CAPUT PRIMUM.

Exhibens intensissimum ejus studium circa fundamenta religionis, & res Legales.

SIncera adfert traditio, prophetam dixisse, *Ædificatus est Islamismus super quinque* articulis, *Testificatione, Non esse Deum nisi Deum illum: exercitio statarum precum: largitione eleemosynæ: jejunio mensis Ramadani: & peregrinatione ad ædem sacrosanctam.*

Jam vero quod ad Fidem attinet, eam pulchre callebat, Dei O. M. multum memor; quam quidem fidem hauserat ex demonstratione, disputationibus susceptis cum principibus in doctrina Theoretica ac Practica viris, unde tantam sibi, tamque copiosam, scientiæ supellectilem comparavit, ut si quæstio Theologica ipso præsente incideret, egregie sententiam suam diceret, in commentariis doctissimorum frustra quærendam. Hinc integritatem fidei acquisivit ab omni dubitationis fæce repurgatam; nusquam acie contemplationis deflectens, nec ad sectam negantem Dei attributa, nec ad aliam religionis adulterationem; recto ubique tenore servato, qui exacte responderet Canoni purissimo, atque a summis Antistibus comprobato. Collegerat autem ei Doctor *Kotboddinus Nisabouriensis* Compendium Fidei, omnia complectens quæ scitu credituque necessaria sub hoc primo membro: cui tam studiose deditus erat, ut parvulos suos ipse inde formaret, quo tenellis ingeniis altius illa insiderent: quippe quem viderim præceptorem suorum agere, excipientem, quæ hinc memoriæ mandata promte reddebant.

Quod precationem spectat, ejus ut perpetuus, ita strenuus fuit observator: & quidem prout in cœtu peragitur, professus aliquando, jam multos abiisse annos, quibus nunquam aliter oraverit. Ægrotans quin imo, advocare solebat Antistitem, standique necessitatem sibimet injungere, ut ad ritum publicum ora-

ذكر ما شاهدنا من مواظبته علي القواعد الدينية وملاحظته للامور الشرعية

ورد في الحديث الصحيح عن النبي صلي الله عليه وسلم انه قال بني الاسلام علي خمس شهادة ان لا اله الا الله واقام الصلاة وايتاء الزكاة وصوم رمضان والحج الي بيت الله الحرام

وكان رحمة الله عليه حسن العقيدة كثير الذكر لله تعالي قد اخذ عقيدته علي الدليل بواسطة البحث مع مشايخ اهل العلم واكابر الفقهاء وفهم من ذلك ما يحتاج الي تفهمه بحيث كان اذا جري الكلام بين يديه يقول فيه قولا حسنا وان لم يكن بعبارة الفقهاء فتحصل من ذلك سلامة عقيدته عن كدر التشبيه غير مارق سهم النظر الي التعطيل والتمويه جارية علي نمط الاستقامة موافقة لقانون النظر الصحيح مرضية عند اكابر العلماء وكان قد جمع له الشيخ قطب الدين النيسابوري عقيدة يجمع جميع ما يحتاج اليه في هذا الباب وكان من شدة حرصه عليها يعلمها الصغار من اولاده حتي تترسخ في اذهانهم من الصغر ورايته وهو ياخذها عليهم وهم يقوونها من حفظهم بين يديه

واما الصلاة فانه كان رحمه الله شديد المواظبة عليها بالجماعة حتي انه ذكر يوما ان له سنين انه ما صلا الا جماعة وكان يواظب علي السنن الرواتب وكان له صلوات يصليها ان استيقظ بوقت في الليل والا

والا اتي بها قبل صلاة الصبح ما كان يترك الصلاة ما دام عقله عليه ولقد رايته قدس الله روحه يصلي في مرضه الذي مات فيه قاعدا وما ترك الصلاة في الايام الثلثة التي تغيب فيها ذهنه وكان اذا ادركته الصلاة وهو سايرا نزل وصلي

واما الزكاة فانه مات رضي الله عنه ولم يحفظ ما وجبت عليه به الزكاة واما صدقة النفل فانها استدقت جميع ما ملكه من الاموال فانه ملك ما ملك ولم يخلف في خزانته من الذهب والفضة الا سبعة وارىعين درهما ناصرية وجرما واحدا ذهبا ولم يخلف ملكا ولا دارا ولا عقارا ولا بستانا ولا قرية ولا مزرعة ولا اشيا من انواع الاملاك

واما صوم رمضان فانه كان عليه منه فوايت بسبب امراض تواترت عليه في رمضانات متعددة وكان القاضي الفاضل قد تولي ثبت تلك الايام ، وشرع رحمه الله في قضا فوايت ذلك في القدس الشريف في السنة التي توفي فيها وواضب علي الصوم مقدارا زايدا علي الشهر فانه كانت عليه فوايت رمضانين شغلته الامراض وملازمة الجهاد عن قضايها وكان الصوم لا يوافق مزاجه فالهمه الله تعالي الصوم لقضاء الفوايت وكان يصوم وانا اثبت الايام التي يصومها وان القاضي كان غايبا والطبيب يلومه وهو لا يسمع ويقول ما اعلم ما يكون فكانه كان ملهما ما يراد منه رحمه الله

واما الحج فانه كان لم يزل عازما عليه وناويا له سيما في العام الذي توفي فيه فانه صمم العزم عليه

oraret, ſtatis & ſolennibus cerimoniis multo deditiſſimus. Habebat præterea preces, quas nocturna, ſi expergiſceretur, hora, fundebat: alias ante orationem matutinam easdem reddens. Quamdiu autem ſana ei mens conſtitit, nunquam precationem neglexit, adeo ut viderim letali jam morbo decumbentem adſtitiſſe tamen inter orandum: ne tribus quidem diebus illis, quibus mens turbata abfuit, pio hoc officio intermiſſo. In itinere vero quum ipſum precandi hora deprenderet, e veſtigio deſcendebat, & orationi vacabat.

Largitionem ſacram Lege præſcriptam ſi attendamus, nihil decedens tenuit, unde quicquam pauperibus deberetur: ſin reſpiciamus eleemoſynam voluntariam, ac ſupererogatoriam, ea profecto quicquid poſſedit opulentiæ penitus comminuit atque attrivit: quum enim Regales tenuerit divitias, deceſſit nihil relinquens in theſauris auri argentive, niſi ſeptem & quadraginta nummos argenteos Naziriticos, unumque nummulum aureum: nec poſſeſſione ulla, nec domo, nec fundo, nec horto, nec villa, nec agro, nec ulla alia ſubſtantia ad heredem transmiſſa.

Porro in jejunio *Ramadani* obeundo hiatus nonnulli inciderunt ob morbos, qui identidem diverſis *Ramadani* menſibus recurſarunt: quos quidem dies Judex *Elphadilus* diligenter annotaverat; coepitque piæ memoriæ princeps iſtos hiatus intermiſſionesque explere *Hieroſolymis* ſanctitate nobili illa civitate, eodem quo fatis conceſſit anno, continuato ultra menſis ſpatium jejunio, quum intermiſſiones duorum *Ramadanorum* ipſi ſolvendæ incumberent; quibus ipſum tum morbi, tum perpetuæ expeditiones diſtinuerant, præterquam quod jejunium temperamento ejus haud ſane conveniret. Interim tamen inſpiravit ei Deus O. M. ut defectus iſtos ſuppleret, ſtrenueque jejunaret, me dies computante, propter judicis abſentiam; quantumvis ipſum medicus increparet, cui ſurdum ſe præbens, Neſcio, inquit, quid me futurum ſit: haud ſecus profecto ac ſi inſtinctum ei fuiſſet, quid ab ipſo adhuc deſideraretur.

Quod ad peregrinationem poſtremo, ſemper eam in animo ſuo deſtinatam fixamque habuit, præſertim anno quo diem ſupremum clauſit, tum enim mordi-

cus isti affixus proposito, apparari jussit profectionem; paratisque sacris symbolis nil nisi iter restabat, quod tamen præpedivit partim angustia temporis, partim manus iis vacua rebus, quas similes ei viros principes decet habere. Ergo prorogata in annum sequentem profectione, Deo visum aliter disponere: quod proceribus simul, simul plebi est testatissimum, & liquido compertum.

Alcoranum porro cupidissime audiebat pius princeps, Antistitem suum disputando explorare solitus, exigensque ut probe subactus esset in sacri codicis scientiis; memoriaque firmiter comprehensum eum teneret. Ipsos quoque corporis sui custodes nocte, quum in arce sua esset, jubebat legere sectiones duas, tres, quatuor, ipso auscultante: quin etiam in publico consessu Lectores consuetos habebat, qui viginti, & quod excurrit, versiculos prælegerent. Accidit autem aliquando ut quum præteriisset parvulum apud patrem lectioni Alcorani vacantem, ejusque recitatio ipsi perplacuisset, eum propius accedere jussum donarit portione selecta cibi principalis: eique simul ac patri assignarit certam agri mensuram sacro titulo in perpetuum possidendam.

Erat insuper summisso teneroque corde, in lacrimas solvi facilis, plerumque, quum Alcoranum audiret, ad fletum usque ubertim manantem affectus & dejectus: percupidus idem traditionis hauriendæ; arcessens ad se quemcumque hoc in genere doctrinæ excellere intelligeret, si is doctor ex iis foret, qui ad se accedere non detrectarent: ei tum semet auditorem præbens, tum alios omnes audire jubens istic loci præsentes, qua liberos, qua servos, qua amicos suos, frequente assidentium coetu coacto, majoris venerationis ergo. Quod si doctor ille ex iis foret qui portas Regum frequentare non soleret, sed a principum consessibus abhorreret, ultro ad eum ventitabat; prout creberrime visitavit *Alexandriæ Elhaphidum Ispahanensem*, cujus ex ore bene multas traditiones imbibit.

Ipse quin imo prælegere traditionem amabat, me secum in secessum assumens, una cum libris istam materiam tractantibus, quorum tunc ipse Lectorem agebat, non sine tenerrimo cordis affectu, & lacrymis etiam, si quid memorabile incidisset.

Sym-

عليه وامر بالتاهب وعملنا الزفادة ولم يبق الا المسير فاعتاق من ذلك بسبب ضيق الوقت وفراغ اليد مما يليق بامثاله فاخره الي العام المستقبل فقضا الله ما قضي وهذا شي ابر فيه العلم به الخاص والعام ۞

وكان رحمه الله يحب سماع القران العظيم ويشتهر امامه ويشترط ان يكون عالما بعلم القران العظيم متقنا لحفظه وكان يستقري من يحرسه في الليل فهو في برجه الجزوين والثانثة والاربعة وهو يسمع وكان يستقري وهو في مجلسه العام من جرت عادته بذلك الاية والعشرين والزايد علي ذلك ولقد اجتاز علي صغير بين يدي ابيه وهو يقرا القران فاستحسن قراته فقربه وجعل له حظا من خاص طعامه ووقف عليه وعلي ابيه جزوا من مزرعة ۞

وكان رحمه الله خاشع القلب رقيق غزير الدمعة اذا سمع القران يخشع قلبه وتدمع عينه في معظم اوقاته وكان رحمه الله شديد الرغبة في سماع الحديث ومتي سمع عن شيخ ذي رواية عالية وسماع كثير فان كان ممن يحضر عنده استحضره وسمع عليه فاسمع من يحضره في ذلك المكان من اولاده ومماليكه المختصين به وكان يامر الناس بالجلوس عند سماع الحديث اجلالا له وان كان ذلك الشيخ ممن لا يطرق ابواب السلاطين وينجافي عن الحضور في مجالسهم سعي اليه وسمع عليه تردد الي الحافظ الاصفهاني بالاسكندرية حرسها الله تعالي وروي عنه احاديث كثيرة

وكان رحمه الله يحب ان يقرا الحديث بنفسه وكان يستحضرني في خلوته ويحضر شيا من كتب الحديث ويقراها هو فاذا مر بحديث فيه عبرة رق قلبه ودمعت عينه

وكان

وكان رحمة الله عليه كثير التعظيم لشعاير الدين قايلا ببعث الاجسام ونشورها ومجازاة المحسن بالجنة والمسي بالنار مصدقا بجميع ما وردت به الشرايع منشرحا بذلك صدره مبغضا الفلاسفة والمعطلة ومن يعاند الشريعة ولقد امر ولده صاحب حلب الملك الظاهر اعز الله انصاره بقتل شاب نشا يقال له السهروردي قبل عنه انه كان معاندا الشرايع مبطل وكان قد قبض عليه ولده المذكور لما بلغه من خبره وعرف السلطان به فامره بقتله وطلبه اياما فقتله ۞

وكان قدس الله عنه حسن الظن بالله كثير الاعتماد عليه عظيم الانابة اليه ولقد شاهدت من اثار ذلك ما احكيه وذلك ان الفرنج خذلهم الله تعالي كانوا نازلين ببيت نوبة وهو موضع قريب من القدس الشريف حرسها الله يكون بينهما بعض مرحلة وكان السلطان بالقدس وقد اقام يزكا علي العدو محيطا به وقد سبر اليهم الجواسيس والمخبرين فتواصلت الاخبار بقوة عزمهم علي الصعود الي القدس ومحاصرته وتركيب القتال عليه واشتدت مخافة المسلمين بسبب ذلك فاستحضر الامراء وعرفهم ما قد دهم المسلمين من الشدة وشاورهم في الاقامة بالقدس فاتوا بمجاملة باطنها غير ظاهرها واصر الجميع علي انه لا مصلحة في اقامته بنفسه فانه مخاطرة بالاسلام وذكروا انهم يفضون هم ويخرج هو رحمه الله بطايفة من العسكر يكون حول العدو كما كان الحال بعكا ويكون هو ومن معه بصدد منع ميرتهم والتضييق عليهم ويكونون هم بصدد حفظ البلد والدفع عنه وانفصل مجلس المشورة علي ذلك وهو مصر علي ان يقيم بنفسه علما منه انه لم يقم ما يقيم لحد ۞ فلما

Symbola autem Religionis honorificentiſſime colebat: ſtatuens cum corporum reſuſcitatione hinc bonorum in paradiſo, illinc malorum in inferno retributionem. Illa & alia omnia dogmata prolixe ac toto pectore amplectens, atque Philoſophos, & *Moattalitas* averſatus, & quotquot articulis fidei refragarentur: prout Filio ſuo, *Halebi* domino, *Almalicho Alnatziro*, cujus victorias nobilitet Deus, in mandatis dedit, ut occideret adoleſcentem primo adhuc in flore ætatis agentem, cui *Aſſahawerdio* nomen, quem fama ferebat Dogmata religionis impugnare, & pro vanis traducere; quemque rumore iſto ad ſe perlato comprehenderat Filius ejus prædictus, Sultano rem iſtam ſignificans: qui tollere hominem juſſit, quod etiam poſt aliquot dierum examen factum.

Egregie porro de Deo opinabatur, ſe plena cum fiducia ei tradens atque permittens; cujus rei ſpecimen illuſtre narrabo, quod me inſpectante contigit. Nempe quum *Francigenæ*, quos male fruſtretur Deus, caſtra poſuiſſent in *Beit-Nuba*, qui locus paucis tantum ſtationibus diſtat ab *Hieroſolymis* ubi tunc ipſe Sultanus verſabatur, emiſſarios diſpoſuit, hoſtem cincturos, ſummiſſis ad eos exploratoribus, quique aliquid identidem renunciarent: frequentes autem retulere, cum animo ſuo deſtinatum habere hoſtem pergere *Hieroſolymas*, easque obſidione clauſas oppugnare: unde conſternatis *Muſulmannis*, coacto principum concilio, cum iis communicavit, quid anxietatis fideles oppreſſiſſet; in deliberationem mittens num *Hieroſolymis* ſubſiſtendum videretur. Illi autem blanda dare dicta, aliud pectore clauſum habentes, aliud ore præferentes, omnesque ſimul contendere atque urgere, ne ipſemet in urbe remaneat. Id ſane neutiquam expedire: ſed præſentiſſimum *Iſlamismo* fore periculum. Oſtenderunt deinde ſe ipſos quidem extra mœnia conſeſſuros: ipſum vero cum parte exercitus debere egredi ad obſeſſuros obſidendum, quemadmodum ad *Ptolemaidem* factum: ut ipſe quidem commeatu intercluſo, hoſtem ad incitas redigeret: ipſi autem cuſtodiendæ urbi & hoſti inde propulſando incumberent. In hoc dimiſſum concilium. Nihilominus ipſe in propoſito perſeverare manendi, quod alias neminem remanſurum probe intelligeret.

Digitized by Google

Digreſſi vero domum duces mox renunciari curant, ſiſti non poſſe, niſi ſubſiſteret frater ejus *Almalichus Aladilus*, aut Filiorum aliquis, cujus ab imperio nutuque cuncti penderent. Id indicio ei erat, eos neutiquam ſubſtituros. Ergo curis oppreſſum pectus diſtrahi, & graviſſime angi, me iſtac nocte, quæ diei erat Veneris, ei aſſidente & miniſtrante, a primo veſpere ad exortum ferme auroræ. Erat autem tempus hyemale; nec tertius nobiscum, ſi a Deo O. M. diſceſſeris; atque etiam etiamque negotium hoc perpendebamus, omnemque in formam digerebamus, donec tandem miſere coepi metuere de conſtitutione corporis ejus, ſicco cum maxime atque exſucco, eumque exorare, ut ſe lecto commendaret; &, ſi pote, paululum addormiſceret. At ille, Forte, inquit, temet jam ſomnus gravat; atque cum dicto ſurrexit. Vixdum interim domum attigeram, atque negotioli aliquid expedire aggreſſus eram, quin emicante jam aurora precatio matutina ab Ædituo promulgaretur: quam cum ipſo plerumque ſolebam obire. Regreſſus itaque deprendi eum, extrema corporis infuſa aqua luſtrantem; & nihil a ſe ſomni perceptum teſtantem. Hic ego, ſcio equidem. Ille vero, undenam? Quod nec ego, inquam, ſomnum percepe-rim, nec adeo tempus ſomno capiendo ſuperfuerit. Peracta deinde precatione, conſedimus iterum ad expediendum quod præ manibus erat: mihique conſilii quid incidere oſtendo, annuente Deo haud dubie profuturum. Eo quidnam id eſſet exquirente regero; Deo unice fidendum; ei negotium hoc tradendum: in eumque ad diſcuſſionem hujus anxietatis recumbendum. Quid ergo, inquit, faciundum? cui ego, quum hodie dies ſit Veneris, lavet Dominus ad veſperam, & precetur pro more in Baſilica, loco illo unde Propheta noſter nocturnum ſuſcepit iter: præmittatque Dominus largitionem clanculum erogatam, manu fidi hominis. Oret deinde Dominus gemina capitis inclinatione inter publicam precum promulgationem peractionemque; atque inter adorandum invocandumque Deum hanc adhibe formulam, probæ notæ traditione proditam atque commendatam. *Mi Deus reſciſſa ſunt præſidia mea terreſtria, ad tutamen religionis tuæ, neque aliud quicquam reſtat, quam in te reclinari, tuum appre-hen-*

فلما انصرفوا الامراء الي بيوتهم جاء
من عندهم من اخبر انهم لا يقيمون
الا ان يقيم اخوه الملك العادل او
احد اولاده حتي يكون هو الحاكم
عليهم والذي ياتمرون بامره فعلم ان
هذا اشارة منهم الي عدم الاقامة وضاق
صدره وتقسم فكره واشتدت فكرته ولقد
جلست في خدمته في تلك الليلة
وكانت ليلة الجمعة من اول الليل
الي ان قارب الصبح وكان الزمان
شتاء ليس معنا ثالث الا الله تعالي
ونحن نقسم اقساما ونرتب علي كل
قسم بمقتضاه حتي اخذت بالاشفاق
عليه والخوف علي مزاجه فانه كان
يغلب عليه اليبس فشفعت اليه حتي
ياخذ مضجعه لعله ينام ساعة فقال
رحمه الله لعلك جاءك النوم ثم نهض
فما وصلت الي بيتي واخذت لبعض
شاني الا واذن المؤذن وطلع الصبح
وكنت اصلي معه الصبح في معظم
الوقت فدخلت عليه وهو يمر الماء علي
اطرافه فقال ما اخذني النوم اصلا
فقلت قد علمت فقال من اين فقلت
لاني ما نمت وما بقي وقت النوم ثم
اشتغلنا بالصلاة وجلسنا علي ما كنا
عليه فقلت له قد وقع لي واقع واظنه
مفيدا ان شاء الله تع فقال وما هو
فقلت له الاخلاد الي الله تع والاستنابة
اليه والاعتماد في كشف هذه الغمة
عليه فقال وكيف نصنع فقلت اليوم
الجمعة يغتسل المولي عند الرواح ويصلي
علي العادة بالاقصي موضع مسري
النبي صلعم ويقدم المولي التصدق بشي
خفية علي يد من يثق به ويصلي
المولي ركعتين بين الاذان والاقامة
ويدعوا الله في سجوده فقد ورد فيه
حديث صحيح وتقول في باطنك الهي
قد انقطعت اسبابي الارضية في نصرة
دينك ولم يبق الا الاخلاد اليك
والاعتصام بحبلك والاعتماد علي
فضلك انت حسبي ونعم الوكيل
فان

فان الله اكرم من ان يخيب قصدك
فيفعل ذلك كله وصليت الي جانبه
علي العادة وصلي الركعتين بين الاذان
والاقامة ورايته ساجدا ودموعه
تتقاطر علي شيبته ثم علي سجادته
ولا اسمع ما يقول فلم ينقضي ذلك
اليوم حتي وصلت رقعة من عز الدين
جردبك وكان علي البزك يخبر فيها
ان الفرنج مختبطون وقد ركب اليوم
عسكرهم باسره الي الصحراء ووقفوا
الي قايم الظهيرة ثم عادوا الي خيامهم
وفي بكرة السبت جات رقعة ثانية
تخبر عنهم بمثل ذلك ووصلت في
اثناء النهار جاسوس اخبر انهم
اختلفوا فذهبت الفرنسيسة الي انهم لا
بد لهم من محاصرة القدس وذهب
الانكتار واتباعه الي انه لا يخاطر
بدين النصرانية وبرمتهم في الجبل مع
عدم المياه فان السلطان كان قد
افسد جميع ما حول القدس من
المياه وانهم خرجوا للمشورة ومن عادتهم
انهم يتشاورون الحرب علي ظهور
الخيل وانهم قد نصوا علي عشرة انفس
منهم وحكموهم باي شي اشاروا لا
يخالفونهم ولما كانت بكرة الاثنين جاء
المبشر بخبر انهم رحلوا عايدين الي
جهة الرملة فهذا ما شاهدته من اثار
استنباطه واخلاده الي الله تع رحمه
الله

hendere vinculum ac fœdus, in tuam gratiam recumbere: Tu mihi sufficis; & o egregium protectorem! Nam profecto munificentior est Deus, quam ut hanc tuam intentionem frustretur. Hæc omnia in se suscepit, me pro more ad latus ejus orante, atque prædicta temporis intercapedine bis capite inclinato adoravit, lacrimis guttatim destillantibus in caniciem barbæ, atque adeo in stratum; quamvis quid diceret non exaudirem. Necdum vero finito die illo allata est schedula ab *Azzoddyno Sjordycho*, emissariorum præfecto, *Francos* perplexos hærere nuncians, quum universus illorum exercitus hoc ipso die in desertum evectus, illic substitisset ad meridiem usque, ac deinde ad tentoria esset revectus. Altera mox epistola mane diei Saturni accessit, similia de iis referens; dieque jam adulto exploratores attulere, dissidere hostem, & *Gallum* quidem contendere, omnino *Hierosolymas* esse circumsidendas: at *Anglum* assectasque nolle religionem Christianam isti aleæ committere, inter montana inaquosa exposito & velut projecto milite: quum quicquid laticis esset circa *Hierosolymas* Sultanus corrupisset: itum fuisse proinde ad consultationem bellicam, quam dorsis super equorum soleant inire, atque arbitros decem creatos, quorum auctoritati nemo adversaretur, quod tandem cumque decrevissent. Deinceps die Lunæ exoriente, lætus advenit nuncius eos retro iter relegere *Ramlam* versus, quod quidem insigne specimen ingenuæ ejus virtutis atque fiduciæ in Deum Opt. Max. reclinatæ oculatus testis consigno.

CAPUT SECUNDUM.

ذكر عدله رحمه الله

De Justitia ejus.

روي ابو بكر رضي الله عنه ان
النبي صلعم قال الوالي العادل ظل
الله في ارضه فمن نصحه في نفسه او
عباده اظله الله تحت عرشه يوم لا ظل
الا ظله ومن خانه في نفسه او في
عباد الله خذله الله يوم القيامة يرفع
للوالي العادل في كل يوم عمل سنين
صديقا

TRaditit *Abu-Becrus* Prophetam dicere solitum, *Præfectus justus umbra Dei est in terris: qualem qui sibi aliisque præstiterit, eum Deus solio suo obumbrabit illo die quo omnis alia umbra cessabit. Fraudulentum vero, sibique & aliis noxium fraudabit Deus die resurrectionis. Assignatur autem Rectori justo quolibet die opus sexaginta justissimorum Dei servorum,*

Digitized by Google

pro anima ſua ſtrenue decertantium.

Talem ſe præbuit piæ memoriæ princeps, juſtus ſane, clemens, miſericors, inopis adverſus potentem protector: juſtitiæ adminiſtrandæ vacans & præſidens ſingulis Lunæ ac Jovis diebus, aſſidente choro juris peritorum, Judicum, Eruditorumque: quem in conſeſſum publicum aditus patebat litigantibus omnis ordinis, atque ætatis, magno, parvo; anui quoque ſenique decrepitis; quem morem tenuit in itinere ac foris æque, quam domi & in urbe. Reliquo tempore omni interim recipiebat quicquid ipſi offerretur libellorum ſupplicum, quotidie juſtitiæ fores reſerans, atque neminem omnino repellens qui ob negotia & lites ad ipſum accederet; cum ſcriba ſedens vel nocturna hora, vel diurna, & reſcripto quemlibet libellum expediens, quodcumque tandem cordi ejus divinitus immiſſum fuiſſet.

Nemo profecto opem ejus imploravit, quin ſubſtiterit, injuriamque ei factam audiens, & caſum excutiens, querelam admiſerit: cujus luculentum ſpecimen vidi in cive quodam *Damaſceno*, cui *Ibn Zohair* nomen, auxilium ejus invocante adverſus *Tacioddinum*, *fratris ſui filium*, quem illico ſeſe præſentem ſiſtere in judicio mandavit, quantumvis eum ſummo in pretio ac honore haberet, nulla in jure dicundo Perſonæ acceptione erga eum uſus.

Hanc æquitatem ejus evidentius adhuc monſtrabit notabilis caſus cum *Omaro* quodam *Chalatienſi* mercatore. Scilicet quum *Hieroſolymis* die quodam pro tribunali ſederem, ecce ingreſſus eſt ad me ſpecioſus ſenex, nobilisque mercator, cui id nominis erat, exhibens libellum juridicialem, quem aperiri poſtulabat: ibi ego, & quisnam tuus adverſarius? ille, adverſarius meus, inquit, Sultanus eſt; ſed hæc eſt juſtitiæ ſedes: Teque nullo perſonarum reſpectu duci audivimus. Ego iterum, & quanam de re tecum ille litigat. at ille, *Sunkarus Chalatienſis* mancipium fuit mihi; meæ poteſtatis eſſe non deſinens, donec diem ſuum obierit. Ei divitiæ ingentes erant, meæ utique omnes, ſed morte vacuefactas occupavit Sultanus, easque nunc ab ipſo repetitum venio. Tum ego, quid, mi ſenex, cauſæ, quod huc usque deſederis,

صديقا كلهم عابد مجتهد لنفسه

ولقد كان رحمه الله عادلا رؤوفا رحيما ناصرا للضعيف علي القوي وكان يجلس للعدل في كل يوم اثنين وخميس في مجلس عام يحضره الفقهاء والقضاة والعلماء ويفتح الباب للمتحاكمين حتي يصل اليه كل احد من كبير وصغير وعجوز هرمة وشيخ كبير وكان يفعل ذلك سفرا وفي حضر علي انه كان في جميع زمانه قابلا لجميع ما يعرض عليه من القصص في كل يوم ويفتح باب العدل ولم يرد قاصدا لحوادث والحكومات وكان يجلس مع الكاتب ساعة اما في الليل او في النهار ويوقع علي كل قصة بما يطلق الله علي قلبه

وما استغاث اليه احد الا وقف وسمع ظلامته وكشف قضيته واخذ قصته ولقد رايته واستغاث اليه انسان من اهل دمشق يقال له ابن زهير علي تقي الدين ابن اخيه وانفذ اليه ليحضره الي مجلس الحكم وكان تقي الدين من اعز الناس عليه واعظمهم عنده ولم يحابيه في الحق

واعظم من هذا الحكاية مما يدل علي عدله قضية جرت له مع انسان يدعا عمر الخلاطي تاجرا وذلك اني كنت يوما في مجلس الحكم بالقدس الشريف ان دخل علي شيخ حسن تاجر معروف يسمي عمر الخلاطي معه كتاب حكمي يسال فتحه فسالته من خصمك فقال خصمي السلطان وهذا بساط العدل وقد سمعنا انك لا تحابي قلت وفي اي قضية هو خصمك فقال ان سنقر الخلاطي كان مملوكي ولم يزل علي ملكي الي ان مات وكان في يده اموال عظيمة كلها لي ومات عنها واستولي عليها السلطان وانا مطالبه بها فقلت له يا شيخ وما الذي اقعدك الي هذا الغاية فقال الحقوق لا تبطل بالتاخر

بالتاخر وهذا الكتاب الحكمي ينطق
بانه لم يزل في ملكي الي ان مات
فاخذت الكتاب منه وتصفحت
مضمونه فوجدته يتضمن حلبة سنقر
الخلاطي وانه قد اشتراه من فلان
التاجر بارجيش البوم الفلاني من
شهر كذي من سنة كذي وانه لم
يزل في ملكه الي ان شد عن يده
في سنة كذي وما عرف شهود
هذا الكتاب خروجه عن ملكه
بوجه ما وتم الشرط الي اخره فتعجبت
من هذا القضية وقلت للرجل لا ينبغي
سماع هذا بلا وجود الخصم وانا اعرفه
واعرفك ما عنده في ذلك فرضي الرجل
بذلك واندفع فلما اتفق المثول بين
يديه في بقية ذلك اليوم عرفته القضية
واستبعد ذلك استبعادا عظيما فقال
كنت نظرت في الكتاب فقلت نظرت
فيه ورايته متصل الورود والقبول الي
دمشق وشهد به علي قاضي دمشق
شهود معروفون فقال مبارك نحضر
الرجل ونحاكمه ونعمل في القضية ما
يقتضيه الشرع ثم اتفق بعد ذلك
جلوسه خلوة فقلت له هذا الخصم يتردد
ولا بد وان نسمع دعواه فقال اقم عني
وكيلا يسمع الدعوي ثم تقيم الشهود
اشهادهم واخر فتح الكتاب الي
حين حضور الرجل هاهنا ففعلت
ذلك ثم حضر الرجل عنده واسندناه
حتي جلس بين يديه وكنت الي
جانبه ثم لننزل من طراحة حتي
ساواه وقال ان كان لك دعوي
فاذكرها فحرر الرجل الدعوي
علي معني ما شرح اولا فاجابه
السلطان ان هذا سنقر كان
مملوكي ولم يزل علي ملكي حتي
عتقته وتوفي وخلف ما خلفه لورثته
فقال الرجل لي بينة تشهد بما
ادعيته ثم سال فتح كتابه
ففتحته فوجدته كما شرحه
فلما سمع السلطان التاريخ قال
من

ris? ille vero, jura non abolentur dilatione. Hic autem libellus juridicialis loquitur, eum in nexu meo ad mortem usque remansisse. Recepto ergo libello, argumentoque ejus perspecto, in eo contineri deprehendi formam *Sunkari Chalatiensis*, a certo mercatore ab ipso emti *Arsjischæ*, die, mense, anno emtionis expressis: eumque semper in ipsius potestate fuisse, usque dum fuga sese subduxisset, anno nominatim quoque adjecto; negabantque hujus instrumenti subscriptores eum ulla via ac ratione nexu prioris domini solutum fuisse: ita ut conditio testimonii juridicialis completa undique ac cumulata foret. Casus hujus admiratione percussus ego, dixi homini, haud par est, ut absente adversario causa hæc audiatur: rem proinde cum ipso communicatam prius, tibi referam cum principis responso: quod sibi placere ostendens discessit. Quum vero eopse die principis mihi publica præsentia contigisset, rem exposui, quam quidem ille longissime a veritate repulsam testabatur, rogitans, num quid ipse libellum inspexissem? cui ego, inspexi sane, vidique libellum delatum simul & acceptum *Damasci*, subscriptione testium notissimorum apud judicem Damascenum. ille iterum, jubebimus ergo citari hominem, cum eoque disceptabimus, atque hoc in negotio id quod lex exigit faciemus. Secretiore deinde confessu dixi ei, Litigator hicce instabit, omninoque causa erit cognoscenda. Ergo, inquit, procuratorem meo nomine constituas; dein testes jurent; & differ libellum aperire donec homo noster præsens adsit. Factum. præsentem deinde hominem propius ad se accedere jussit, & in conspectu considere, me lateri ejus adstante; utque se æqualem ei præberet, etiam de strato principali descendit, dicens, si actio tibi est, age edisserta eam. Tum vir ille libere actionem suam instituit, ea, qua ante explicitum, ratione: illi autem Sultanus regessit, Meum *Suncarus* hicce fuit mancipium, meo in nexu perseverans, donec ipsum manu misi; qui deinceps scriptis bonorum hæredibus decessit. Contra ille, evidens mihi assertionis meæ testimonium adest; aperiatur libellus: quem ego aperiens verbis ejus consonare

deprehendi. At Sultanus æra audita, quis, inquit, atteſtatur mihi *Suncarum* iſtum iſta æra in mea poteſtate, meaque in manu fuiſſe, meque eum emiſſe cum octo mancipiis uno ante hanc æram anno, ſemperque in nexu meo remanſiſſe donec manu ipſum emiſerim? Advocataque mox principum ac fortiſſimorum virorum multitudine, teſtimonium cuncti perhibuere hujusce veritatis, atque homini os occluſum fuit. Tum ego, Enim vero, Domine, homuncio hicce nihil aliud quam miſericordias Sultani captavit, prout nunc Domini præſentia fruitur; quem fruſtratum dimittere haud ſane decorum foret. At ille, hæc longe diverſa res eſt; ſtatimque veſtem ſplendidam, largamque pecuniam ei expromi juſſit, cujus mihi ſumma effluxit. Hic mihi conſidera, lector, quam rara, quam mira confluant hac in hiſtoria, ſive manſuetudinem ſpectes, ſive juſti æquique obſequentiam, ſive contumeliæ tolerantiam, ſive etiam munificentiam ibi, ubi caſtigatio locum merito habuiſſet: atque hæc omnia in tanta tamque abſoluta potentia.

من يشهد ان هذا سنقر في هذا التاريخ كان في ملكي وفي يدي مصر واني اشتريته مع ثمانية انفس في تاريخ متقدم علي هذا التاريخ بسنة وانه لم يزل في يدي وملكي الي ان اعتقته ثم استحضر جماعة من اعيان الامراء والمجاهدين فشهدوا بذلك وذكروا القضية كما ذكرها والتاريخ كما ادعاه فابلس الرجل فقلت يا مولاي هذا الرجل ما فعل ذلك الا طلبا لمراحم السلطان وقد حضر بين يدي المولي وما يحسن ان يرجع خائبا للقصد فقال هذا باب اخر وتقدم له بخلعة ونفقة بالغة وقد شد عني مقدارها فانظر الي ما في طي هذه القضية من المعاني الغريبة العجيبة من التواضع والانقياد الي الحق وارغام النفس والكرم في موضع المواخذة مع القدرة التامة رحمه الله

CAPUT TERTIUM.

Exhibens particulam munificentiæ ejus.

ذكر طرف من كرمه

DIctum extat prophetæ noſtri, *ſi munificus offendat, Deus ipſe manum ejus retinet.* Aliæ item traditiones bene multæ circa munificentiam circum feruntur. *Saladini* autem liberalitas notior eſt profecto & celebratior, quam ut aut chartis mandari aut prædicari debeat: qua propter ſummatim hanc ejus laudem expediemus.

Nempe tantarum opum poſſeſſore demortuo, nihil repertum in ærario argenti, præter ſeptem & quadraginta drachmas *Nazariticas*, nihil quoque auri, præter unum nummulum *Tyrium*, cujus pondus ignoro. Solebat autem integra climata, integras donare regiones, uti quum *Amidam* expugnatam petenti *Kara Arſlani* filio conceſſit.

Vidi quoque eum *Hieroſolymis* frequentibus legationibus cinctum, & abitum in urbem Damaſcenam parantem, quum interea nihil eſſet in ærario, quo le-

قال صلي الله عليه وسلم اذا عثر الكريم فان الله اخذ بيده وفي الكرم احاديث وكرمه قدس الله روحه كان اظهر من ان يبسطر واشهر من ان يذكر لكن نهت عليه جملة

وذلك انه ملك ما ملك ومات ولم يوجد في خزانته من الفضة الا سبعة واربعون درهما ناصرية ومن الذهب الا جرم واحد صوري ما علمت وزنه وكان رحمه الله يهب الاقاليم وفتح امد وطلبها منه ابن قرا ارسلان فاعطاه اياها

ورايته قد اجتمع عنده جمع من الوفود بالقدس الشريف وكان قد جزم علي التوجه الي دمشق ولم يكن في

في الخزانة ما يعطي الوفود فلم انزل اخاطبه في معناهم حتي باع من بيت المال وفضضنا ثمنها عليهم ولم يفضل منه درهم واحد

وكان رحمه الله يعطي في وقت الضايقة كما يعطي في حال السعة وكان نواب خزاينه يخفون عنه شيا من المال حذرا ان يفاجيهم مهم لعلهم انه متي علم به اخرجه

وسمعته يقول في معرض حديث جري يمكن ان يكون في الناس من ينظر الي المال كما ينظر الي التراب فكانه اراد بذلك نفسه

وكان يعطي فوق ما يومل الطالب فما سمعته قط يقول اعطينا لفلان وكان يعطي الكثير ويبسط وجهه للعطا بسط من لم يعطه شيا وكان يعطي ويكرم اكثر مما يعطي وكان قد عرفه الناس فكانوا يستزيدونه في كل وقت وما سمعته قط يقول قد زدت مرارا فكم انزيد

واكثر الرسايل كانت تكون في ذلك علي لساني ويدي وكنت اخجل من كثرة ما يطلبون ولا اخجل منه من كثرة ما اطلبه لهم لعلمي بعدم مواخذته في ذلك وما خدمه احدا الا واغناه عن سوال غيره

واما تعداد عطاياه وتعداد صنوفها فلا يطمع فيها حقيقة اصلا وقد سمعت من صاحب ديوانه يقول لي قد تجاريبنا عطاياه فقال حصرنا عدد ما وهب من الخيل بمرج عكا فكان عشرة الاف فرس ومن شاء مواهبه يستقل هذا القدر اللهم انك الهمته الكرم وانت اكرم منه فتكرم عليه برحمتك ورضوانك يا ارحم الراحمين

legatos muneraretur : unde non dubitavit, me auctore hortatoreque, Cimelia sua divenderē, eorumque pretium in munera erogare, ne nummo quidem inde conservato.

Scilicet non parcius arctis in rebus donabat, quam in amplis : qua propter præfecti ærario aliquid pecuniæ abscondere solebant, ad subita periculorum, ac necessitatium ; probe gnari ipsum quicquid præ manibus esse resciscret e vestigio dilargiri.

Occasione autem traditionis cujusdam, de qua sermo inciderat, audivi dicentem, fieri sane posse ut inter homines talis aliquis existat, *qui opes & humum eodem adspiciat oculo contemtore*; semet ipsum haud dubie intendentem.

Donationibus interim suis spes improbas petentium vincentem, nunquam de munere collato semet jactare audivi: solebatque iisdem identidem eadem frontis exporrectione donare, ac si nihil adhuc ipsis impertivisset, semet ipsum nova semper munificentia superans : quod quum probe perspectum haberent omnes, omni hora *igniarium* ejus *extundebant*; illo nunquam, quantumvis cumulatissime aliquem donasset, abnuente.

Negotia autem id generis pleraque quum partim lingua, partim manu mea expedirentur, sæpe quidem puduit me impudentiæ multa postulantium, neque tamen ipsius me puduit, quum multa postularem pro iis, quod ipsum ob talia succensere non posse callerem. Brevi omnes suos unus solus ditavit & explevit, ut neminem alium rogare necesse habuerint.

De cetero largitiones ejus, earumque diversas species, tantæ sunt, ut earum summa definiri omnino non possit; audivi quippe a præfecto rationibus, quum inter nos sermo de donationibus ejus agitaretur, quum diceret; supputavimus numerum equorum quos in planitie Ptolemaidis condonavit, ad decem millia excrescentem : quæ tamen supputatio reliqua ejus dona expendenti, nimis exigua videbitur. O Deus Tu munificentiam ei inspirasti, longe ipso munificentior; itaque munificentissime ipsum misericordia & gratia tua cumules, o misericordissime miserantium.

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

De fortitudine ejus.

ذكر شجاعته قدس الله روحه

Refertur de propheta dictum hoc, *Deus amat strenuitatem, vel ad serpentem necandum.* Erat vero *Saladinus* e maximis Heroum, fortitudine bellica, virtuteque omni, ac firmitudine animi exaggeratus, quem nihil omnino contereret. Vidi sane eum in principiis hyemis commeatum dare solere, cum exiguaque admodum manu subsistere adversus hostium immensam multitudinem: qua de interrogatus a me *Balianus*, filius *Barezani*, e præcipuis Phœniciæ regulis, tum quum pace conveniente, principem nostrum convenisset, per interpretem mihi respondit, ego & princeps *Sidonis*, (hic quoque e regulis ipsorum, rerumque peritis) ad exercitum nostrum *Tyro* egressi contendimus, quumque ei jam immineremus, numerum militum conjectura inivimus: conjectabatque *Sidonius* quingenta esse millia, ego vero sexcenta millia conjectabam. (Vel & inverso ordine id dixit.) Me autem quot inde periissent denuo rogante, respondit, cæde quidem ad centum millia, at alia morte submersioneque innumeri; quum ex illo mundo quasi hominum pauciſſimi tantum redierint.

Teneri autem non poterat *Saladinus*, quin hostes nobis assidentes quotidie semel iterumque circumlustraret: quumque aliquando una nocte plures quam septuaginta naves ad *Ptolemaidem* appulissent, me illas post preces vespertinas ad occasum usque solem dinumerante, adeo non infractus fuit, ut majores quoque spiritus sumserit. Bello autem cum maxime ardente, assiduus inter utramque aciem versabatur, uno tantum comitatus puero, equum trahente, atque ita a dextra ad sinistram per exercitus discurrens turmas disponebat, easque vel progredi vel subsistere jubebat prout consultum judicabat, hosti semper imminens instansque. Quin & inter duas acies Traditionis lectioni ab ipso vacatum, me scilicet ipsi commemorante, auditam quidem Traditionem omnibus locis celebribus, nunquam tamen proditum, eam duas inter acies esse exauditam: quod

روي عن النبي صلعم انه قال ان
الله يحب الشجاعة ولو علي قتل حية
ولقد كان رحمه الله من عظماء
الشجعان قوي النفس شديد الباس
عظيم الثبات لا يهوله امر ولقد رايته
يعطي دستورا في اوايل الشتاء ويبقي
في شرذمة يسيرة في مقابلة عددهم الكثيرة
وقد سالت بالبان بن بارزان وهو من
كبار ملوك الساحل وهو جالس بين
يدية رحمه الله يوم انعقاد الصلح عن
عدتهم فقال الترجمان عنه انه يقول
كنت انا وصاحب صيدا وكان ايضا
من ملوكهم وعقلايهم قاصدين عسكرنا
من صور فلما شرفنا عليه قحازرناه
فحزرته هو خمس ماية الف وحزرتهم
انا بستماية الف او قال عكس ذلك
قلت فكم هلك منهم فقال اما بالقتل
فقريب من ماية الف واما بالموت
والغرق فلا نعلم وما رجع من هذا
العالم الا الاقل ۞

وكان لا بد له من ان يطوف حول
العدو في كل يوم مرة او مرتين اذا
كنا قريبا منهم ولقد وصل في ليلة واحدة
منهم نيفا وسبعون مركبا علي عكا
وانا اعدها من بعد صلاة العصر الي
غروب الشمس وهو لا يزداد الا قوة نفس
وكان رحمه الله اذا اشتد الحرب يطوف
بين الصفين ومعه صبي واحد علي يده
جنيب ويخرق للعساكر من الميمنة
الي الميسرة ويرتب الاطلاب ويامرهم
بالتقدم والوقوف في مواضع يراها
وكان يشارف العدو ويحاوره رحمه
الله ولقد قري عليه جزوين من الحديث
بين الصفين وذلك اني قلت له قد
سمع الحديث في جميع المواطن
الشريفة ولم ينقل انه سمع بين
الصفين

الصفين فان راي المولي ان يوثر عنة
ذلك كان حسنا فان في ذلك
فاحضر جزوها كمن له به سماع
يقري عليه ونحن علي ظهور الدواب
بين الصفين نمشي تارة ونقف
اخري ۞

وما رايته استكثر العدو اصلا ولا
استعظم امرهم قط وكان مع ذلك في
حال الفكر والتدبير نذكر بين يديه
الاقسام كلها ويرتب علي كل قسم
بمقتضاه من غير حدة ولا غضب يعتريه
ولقد انهزم المسلمون في المصاف الاكبر
بمرج عكا حتي القلب ورجاله ووقع
الكوس والعلم وهو رضي الله عنه
ثابت القدم في نفر يسير حتي
انحاز الي الجبل بجميع الناس
ويردهم ويخجلهم حتي يرجعوا ولم
يزل كذلك حتي نصر عسكر
المسلمين علي العدو في ذلك اليوم
وقتل منهم نهرا عن سبعة الاف ما
بين راجل وفارس ولم يزل رحمه
الله مصابرا لهم وهم في العدة الوافرة
الي ان ظهر له ضعف المسلمين فصالح
وهو مسؤل من جانبهم فان الضعف
والهلاك كان فيهم اكثر ولكنهم
كانوا يتوقعون النجدة ونحن لا
نتوقعها وكانت المصلحة في
الصلح وظهر ذلك لما ابدت
الاقضية والاقدار ما في مكنونها
وكان رحمه الله يمرض ويصح
ويعتريه احوال مهولة وهو
مصابر مرابط وتتراء النيران
ونسمع منهم صوت الناقوس
ويسمعون منا صوت الاذان الي
ان انقضت الوقعة علي احسن
حال وايسره قدس الله روحه
ونور ضريحه

quod si ergo Domino visum, ut tale quid de ipso posteritati tradatur, fore sane pulcherrimum. Aurem præbente illo, allatus ad eum codex, tanquam ad acroama auditurum; atque ita duas inter acies nunc progredientibus, nunc subsistentibus nobis, equorum in tergis sacrum illud exercitium obitum.

Nunquam quoque vel nimis numerosum hostem, vel gravem nimis molem bellicam conquestum vidi, quantumvis intensissimo cuncta studio administraret, sedatissime sine ulla acrimonia, ac perturbatione iræ, quicquid ad ipsum deferremus ordinans, prout necessitas requirebat. Quumque prælio illo acerrimo in planitie *Ptolemaidis* in fugam conjecti fuissent *Musulmanni*, media ipsa acie, ejusque pedite terga vertente, regioque ahenotympano & vexillo abjectis, ipse cum pauciſſimis quibusdam gradum obtinuit, donec sese ad montana cum exercitu recepisset, ubi increpitos pudoreque perfusos in prælium redegit, urgere & instare non cessans, donec *Musulmannus* exercitus victor evaderet illo die, septem circiter hostium millibus, qua peditum, qua equitum, obtruncatis. Ad quam rationem patientissime hostem edurare non desiit, cum innumero ipsorum numero, donec *Mostemiorum* imbecillitate perspecta, pacem ei, etiam atque etiam efflagitatam, concessit: hoste quidem non minus imbecillo cladibusque attrito: qui tamen suppetias expectabat, quas nos nullo modo expectare poteramus. Una proinde salus nobis pax. Id quod evidentissime apparuit quum fata, quod in sinu abditum gererent, explicuissent. *Saladino nempe paulo post rapto.*

Brevi tum morbis languidum, tum firmum ac valentem, terribiles plane res exercuere, invictæ semper patientiæ, tam strenueque hosti imminentem, ut utrimque ignes non tantum conspicerentur, sed & nos pulsum campanarum illinc, hinc vero illi precum promulgationem nostram exaudirent, donec res pulcherrimum felicissimumque exitum fuerit sortita. Ejus sanctificet Deus spiritum, illuminetque sepulcrum.

Digitized by Google

CAPUT QUINTUM.

De Cura ejus circa bellum ſacrum. ذكر اهتمامه بامر الجهاد

DIxit Deus O. M. *Qui pro nobis ſacram expeditionem ſuſcipiunt, in viis noſtris dirigemus. Profecto Deus cum iis eſt qui bona præſtant opera.* Sunt alii item textus *Alcorani*, qui bella ſacra commendant. In hanc ergo curam tota mente ac cogitatione ita defixus fuit P. M. princeps, ut liquidum jurare quis poſſet jusjurandum, eum ſemel hanc palæſtram ingreſſum, ne nummum quidem expendiſſe niſi ad hoc genus expeditionum ſuppetiarumque. Nempe belli ſacri amor & ſtudium vehementiſſimum ei non cor tantum, ſed & *Coſtas*, ut ita dicam, *pectoris* omnes occuparat atque obſederat; ſic ut ſermo ejus omnis, omnis meditatio, attentio, ſollicitudo, huc unice collinearet, neque quemquam amaret, niſi qui ipſum identidem ad hoc opus urgendum animaret.

Præ amore utique expeditionis pro cauſa Dei ſemet fuga veluti disjunxit a gente, liberis, familia, penatibus, reliquisque adeo regionibus ſuis, in tantis Fortunis atque opulentia contentus umbra tabernaculi, quod dextra ſiniſtraque venti circumfremebant; ventoſa quadam nocte tentorio ejus in terram dejecto: quod niſi tunc temporis in arce quadam manſiſſet, haud dubie occubuiſſet: quo ipſo tamen intenſiſſimum ejus ac patientiſſimum ſtudium nova capiebat incrementa ardoris. Quisquis proinde ſeſe ei inſinuatum cuperet, huc ipſum inſtimulabat: quem in finem ego quoque librum ipſi compoſui, Belli ſacri leges & diſciplinam complectentem, & quicquid verſiculorum *Alcorani*, quicquid traditionum hac de materia extat, enucleantem: quem ſedulus lectitabat, a filio *Almalicho Alphadilo* deinceps poſſeſſum.

Narrabo autem hac occaſione, quod ipſe ex eo audivi. Scilicet ceperat caſtellum *Cauceb* menſe *Dſulkada*, anno quingenteſimo octogeſimo & quarto; exercituique dederat commeatum. Exercitus itaque *Ægypti* illuc iter aſſumſit, cui præerat frater ejus *Almalichus Aladilus*, cui ſe itineris comitem dare voluit eum deducturus ſimul, ſimul gavi-

قال الله تعالي والذين جاهدوا فينا لنهدينهم سبلنا وان الله لمع المحسنين ونصوص الجهاد فيها كثيرة ولقد كان رحمه الله شديد المواظبة عليه عظيم الاهتمام به ولو حلف حالف انه ما انفق بعد خروجه الي الجهاد دينارا ولا درهما الا في الجهاد او في الارفاد لصدق وبر في يمينه ولقد كان الجهاد وحبه والشغف به قد استولي علي قلبه وساير جوانحه استيلاء عظيما بحيث ما كان له حديث الا فيه ولا نظر الا في آلته ولا اهتمام الا برجاله ولا ميل الا الي من يذكره ويحث عليه ولقد هجر في محبة الجهاد في سبيل الله اهله واولاده ووطنه وسكنه وساير بلاده وقنع من الدنيا بالسكون في ظل خيمة تهبها الرياح يمنة ويسرة ولقد وقعت عليه الخيمة في ليلة ريحة علي مرج عكا فلو لم يكن في البرج والا قتلته ولا يزيده ذلك الا رغبة ومصابرة واهتمام وكان الرجل اذا اراد ان يتقرب اليه يحثه علي الجهاد وانا ممن جمع له فيه كتابا جمعت فيه ادابه وكل اية وردت فيه وكل حديث روي فيه وشرحت غريبها وكان رحمه الله كثيرا ما يطالعه حتي اخذه منه ولده الملك الافضل عز نصره ۞

ولاحكي عنه ما سمعته منه وذلك انه كان قد اخذ كوكب في ذي القعدة سنة اربع وثمانين وخمس مايه واعطي العسكر دستورا واخذ عسكر مصر في العود الي مصر وكان مقدمها اخاه الملك العادل عز نصره فسار معه يودعه ويحضي بصلاة العيد

Digitized by Google

العبد في القدس الشريف حرسه الله
تعالي وسرنا في خدمته ولما صلي العبد
في القدس وقع له لذه يمضي الي عسقلان
ويدعهم بعسقلان ثم يعود علي طريق
الساحل ينتقد البلاد الساحلية الي عكا
ويرتب احوالها واشاروا عليه ان لا يفعل
فان العساكر اذا فارقتنا تبقي في
عدة يسيرة والفرنج كلهم بصور وهذا
مخاطرة عظيمة فلم يلتفت رحمه الله
وودع اخاه والعسكر بعسقلان ثم سرنا
في خدمته الساحل طالبي عكا وكان
الزمان شتاء عظيما والبحر هايجا
شديدا وموجه كالجبال كما قال
تعالي وكنت حديث عهد برؤية البحر
فعظم امر البحر عندي حتي خيل لي
اني لو قال لي ان جزت في البحر
ميلا واحدا ملكتك الدنيا لما كنت
افعل واستسخفت راي من ركب
البحر رجا دينارا ودرها واستحسنت
راي من لا يقبل شهادة راكب بحر
هذا كله خطر لي لعظم الهول الذي
شاهدته من حركة البحر فبينا انا
في ذلك اذ التفت الي رحمه الله
وقال ما احكي لك شيا لي في
نفسي انه متي ما يسر الله تعالي
فتح بقية الساحل قسمت البلاد واوصيت
وودعت وركبت هذا البحر الي جزايره
واتبعتهم فيها حتي لا ابقي علي وجه
الارض من يكفر بالله او اموت فعظم
وقع هذا الكلام عندي حيث ناقض
ما كان خطر لي وقلت له ليس في
الارض اشجع نفسا من المولي ولا
اقوي نية منه ونصرة دين الله تعالي
فقال فكيف قلت اما الشجاعة فلان
مولانا ما يهوله امر هذا البحر وهوله
واما نصرة دين الله فهو ان المولي ما
يقنع بقلع اعداء الله من موضع
مخصوص في الارض حتي تطهر
جميع الارض منهم واستاذنت
ان احكي له ما كان خطر
لي فحكيت له ثم قلت ما
هذه

surus festa precatione *Hierosolymis* obeunda; nobis quoque in comitatu euntibus. Postquam autem cerimoniam istam *Hierosolymis* peregisset, in mentem ei venit *Ascalonem* usque deductis vale demum dicere, ut deinde secundum litus rediret, maritimas urbes inspecturus, earumque res ordinaturus, *Ptolemaidem*. At illi magnopere auctores esse ne faceret, etenim exercitibus dimissis cum oppido paucis nos remanere, *Francos* autem universos *Tyri* agere, ac proinde ingens fore periculum. ille vero nihil curare, sed vale fratri exercitibusque dicto ad *Ascalonem*, iter per litus *Ptolemaidem* nobiscum intendere. Magna autem vis hyemis magnum reddiderat & commotum mare, *fluctu montium instar consurgente*, uti dicitur in *Alcorano*. Ego vero novitius nunquam adhuc mare videram, unde mihi tam terribile videbatur illud elementum, ut tacitus mecum volutarem, si me quis vel totius orbis imperio mactaret, ea conditione ut unum tantum milliare cursu confecerem, me neutiquam facturum; vesanos eos decernens qui spe nummuli atque lucelli trans mare currunt, eosque sapere judicans, qui vectores omnes pronunciant intestabiles.

Hunc mihi æstum animi formidolosissime commotum æstuansque pelagus concitarat; immersumque talibus cogitationibus compellans ille, Nondum, inquit, enarravi tibi, quid mente agitem, nempe quum Deus O. M. reliquum mihi litus subjugarit, regiones me meas esse divisurum, testamentoque condito meis valedicturum, ut per hoc ego mare cum suis sibi insulis circumvectus, hostem persequar, nullumque super facie terræ infidelem supereſſe patiar, aut operi immoriar.

Hic sermo tanto mihi mirabilior accidebat, quanto magis discrepabat ab animi mei sensu illo interiore: dixique propterea, Nemo in terris animosior Domino, neque eo studiosior acriorque in religione tutanda. Ad quod ille, qui sic? intrepidi quidem animi, inquam, signum est, quod formidolosissimum hocce mare nullum Domino incutiat terrorem; tutandæ vero religionis studium declarat quod Dominus haud contentus hostes Dei revulsisse ex privo proprioque aliquo orbis angulo, totam terram ab iis repurgatam cupiat. Deinceps venia petita, ut quæ meum volutaverant animum

ei quoque denarrarem, poſtremo ſubjunxi: Eſt quidem pulcherrimum hoc propoſitum, ſed Dominus exercitus potius ſuos mari committet, ipſe autem murus & propugnaculum Islamismi neutiquam ſe periculo exponet. Tum ille, ſcire equidem ex te velim, quænam ſit mortium glorioſiſſima: cui ego, mors pro cauſa Dei. Ergo, inquit, huc mihi faſtigii enitendum eſt, ut glorioſiſſimam mortium occumbam.

Conſidera quæſo tale propoſitum, quam ſanctum illud! talemque animum, ſumme ſtrenuum enimvero, atque intrepidum! O Deus tu noſti eum omnes ſuas vires inpendiſſe & profudiſſe ad Religionis tuæ tutamen ac triumphum: miſericordiæque tuæ ſpe expeditiones ſacras ſuſcepiſſe, itaque eum miſererearis.

هذه الا نية جميلة ولكن المولي يسير في البحر العساكر وهو صور الاسلام ومنعته لا ينبغي له ان يخاطر بنفسه فقال انا استفتيك ما اشرف الميتات فقلت الموت في سبيل الله فقال غاية ما في الباب ان اموت اشرف الميتات فانظر الي هذا الطوية ما اطهرها والي هذا النفس ما اشجعها واجراها رحمة الله عليه اللهم انك تعلم انه بذل جده في نصرة دينك وجاهد رجاء رحمتك فارحمه

CAPUT SEXTUM.

De patientia ejus, & fiducia in ſolum Deum repoſita.

صبره واحتسابه رحمة الله عليه

Dixit Deus O. M. *Dein pugnant pro religione, patientesque ſunt: eſtque tum Dominus tuus condonator miſeratorque.* Vidi autem *Saladinum* in campis *Ptolemaidis* acutiſſimo infeſtatum morbo, e furunculis copioſiſſime erumpentibus a medio corpore ad genua usque, ſic ut ſedere non poſſet, ſed in latus ſeſe reclinaret ubi tentorium intraſſet, unde etiam menſa ſtrui, cibusque apponi ei non potuit, quem propterea diſtribui jubebat. Nihilo tamen minus in prætorium ſuum proxime hoſtem ſeſe conferebat, juſtam aciem dextram, ſiniſtram, mediam, tanquam in prælium ordinans atque diſponens, a primo mane ad preces usque veſpertinas obequitans, & turmas circuiens, toto illo diei ſpatio vehementiam doloris, atque furunculorum acres ictus patientiſſime perferens: quod quum mirarer, repoſuit, Equo conſcenſo remittitur dolor, qui ad deſcenſum recrudeſcit; quod quidem pro Coeleſtis gratiæ cumulo quodam habendum.

Iterum *Chernubam* aſſidentibus nobis, cum morbo conflictatus ob vim mali ad *Tel Albeſjel* receſſerat; quod quum *Franci* reſciviſſent, aliquid nobis

قال الله سبحانه وتعالي ثم جاهدوا وصبروا ان ربك من بعدها لغفور رحيم ولقد رايته رحمه الله بمرج عكا وهو علي غاية من مرض اعتراه لسبب كثرة دمامبل كانت ظهرت عليه من وسطه الي ركبتيه بحيث لا يستطيع الجلوس وانما يكون متكيا علي جانبه اذا كان بالخيمة وامتنع من مد الطعام بين يديه لعجزه عن الجلوس وكان يامر ان يفرق علي الناس وكان مع ذلك قد نزل بخيمة الحرب قريبا من العدو وقد رتب الناس ميمنة وميسرة وقلبا تعبية القتال وكان مع ذلك كله يركب من بكرة النهار الي صلاة المغرب يطوف علي الاطلاب صابرا علي شدة الالم وقوة ضربان الدمامل وانا اتعجب من ذلك فيقول اذا ركبت ينزل علي المهاجني انزل وهذا غاية ربانية ۞

ولقد مرض رحمه الله ونحن علي الخرنوبة وكان قد تاخر عن نزل العجل بسبب مرضه فبلغ الافرنج فخرجوا

فخرجوا طمعا في ان ينالوا شيا من
المسلمين وهي نوبة النهر فخرجوا في مرحلة
الي الابار التي تحت التل فامر رحمه
الله بالنقل حتي يتجهز بالرحيل والتاخر
علي جهة الناصرة وكان عماد الدين
صاحب سنجار متمرضا ايضا فاذن له
حتي يتاخر مع النقل فاقام هو ثم رحل
العدو في اليوم الثاني يطلبنا فركب
علي مضض ورتب العسكر للقاء القوم
تعبية الحرب وجعل طرف الميمنة الملك
العادل وطرف الميسرة تقي الدين وجعل
ولده الملك الظاهر في القلب والملك
الافضل عز نصرها ونزل هو وراء القوم
يطلبهم واول ما نزل من التل احضر بين
يديه افرنجي قد اسر من القوم فامر
بضرب عنقه بين يديه بعد عرض الاسلام
عليه وابايه عنه وكلما سار العدو يطلب
راس النهر سار هو مستديرا الي ورايهم
حتي يقطع بينهم وبين خيامهم وهو يسير
ساعة ثم ينزل يستريح ويتظلل بمنديل
علي راسه من شدة وقع الشمس ولا ينصب
له خيمة حتي لا يري العدو ضعفا ولم
يزل كذلك حتي نزل العدو براس
النهر ونزل هو قبالتهم علي تل مطل
عليهم الي ان دخل الليل ثم امر العساكر
المنصورة ان عادت الي محل المصابرة وان
يبيتوا تحت السلاح وتاخر هو ونحن في
خدمته الي قمة الجبل فضربت له خيمة
لطيفة وبتنا تلك الليلة اجمع انا والطبيب
نمرضه ونشاغله وهو ينام تارة ويستيقظ
اخري حتي لاح الصباح ثم ضرب البوق
وركب هو وركبت العساكر واحدقت
به بالعدو ورحل العدو عايدا الي
خيامهم من الجانب الغربي في النهر
وضايقهم المسلمون في ذلك اليوم مضايقة
شنيعة وفي ذلك اليوم قدم اولاده بين
يديه احتسابا وجميع من حضر منهم ولم
يزل يبعث من عنده حتي لم يبق عنده
الا انا والطبيب وعارض الجيش والغلمان
بايديهم الاعلام والبيارق لا غير فيظن
الراي لها عن بعد ان تحتها خلق عظيم
ولم

bis cladis illaturi exivere, unde occasio præbita *Prælio Fluvii:* exivere autem diei unius itinere ad puteos, qui sunt sub *colle* isto. Jusserat vero *Saladinus* impedimenta recipere sese retro *Nazarethum* versus: ægrotantemque *Amadodinum* principem *Sensiaræ*, sese cum iis recipere permiserat; ipse subsistens. Postero die hostis, nos petiturus, movit, ipse vero summo cum cruciatu equum sedens aciem hosti excipiendo instruxit, ad dextrum cornu locato *Almalicho Aladilo*, ad sinistrum *Tacioddino*, in medio constitutis filiis *Almalicho Addahiro*, & *Almalicho Alaphdalo*, principibus Augustis. A tergo autem hosti imminens, quam primum *e colle* descendisset, *Franco* a nostris capto, ad eumque adducto caput ense rotari jussit, *Islamismum* oblatum repudianti. Hostes deinde, caput fluvii attingere conantes, circuiens, a castris ipsorum revellere studebat, & intercipere, paululum subinde progrediens, sed mox descendere coactus ad quietem & umbram capiendam, linteamine super caput expanso, ad solis æstum defendendum, sed nullo ei tentorio erecto, ne quid de imbecillitate ejus subolfieret hosti. Id facere perseveravit, donec castra poneret hostis ad caput fluvii; quibus ex adverso consedit in colle imminente, usque dum advesperasceret, quum quidem victores suos exercitus ad vicum *Motsabera* regredi jussit ibique sub armis pernoctare, ipse vero recessit, nobis ei assistentibus, ad verticem montis, ubi ei levidense tentorium erectum: eam autem noctem omnem ego & medicus occupati fuimus in morbo ejus allevando, ipso nunc addormiscente, nunc expergefacto, donec adfulsit aurora, quando canente lituo, in equum iterum insiluit, equitante exercitu, & hostem circumcingere parante.

At is retro iter ad tentoria relegere a latere occidentali fluvii, quem fœdum in modum *Musulmanni* die isto vexarunt, quo die etiam filios suos, omnemque eorum comitatum prægredi jussit, soli semet Deo resignans, aliis quoque identidem ablegatis, ita ut nemo præter me & medicum apud ipsum remaneret; speciem interim præbens exercitus, quod servi nonnulli si-

gna ac vexilla manu præferrent, numerosas copias procul mentientia. Hostis interea temporis iter continuabat, carptus a nostris multa cæde, cæsosque quantocyus sepeliens, vulneratos autem asportans, ne cladis vestigia comparerent. Sic illis semet recipientibus, nobis a tergo inhærentibus, sisti non posse senserunt, ad pontemque consederunt; atque ita *Franci* acerrima impressio, quæ ferme ad incitas redegisset *Musulmannos*, felicissime repressa ac depulsa fuit.

In hunc modum dies ille ad finem usque eduratus, *Saladino* locum suum semper obtinente, & exercitu dorsis equorum adfixo e regione hostium. Quiete deinceps nocturna, ut ante, capta, ad auroram eundem resumsere impetum, divexatumque exercitum hostilem, inter ictus & conflictus, ad tentoria usque sua persecuti sunt, in qua non nisi auxiliis inde summissis evadere potuere.

Hic mihi iterum perpende, Lector, ad quam celsum tum patientiæ, tum resignationis in Deum, gradum vir hicce escenderit. O Deus tu eximias hasce virtutes, felici semper successu cumulatas, ei inspirasti, quarum mercede ipsum excidere non patieris o summus Miserator.

Vidi quoque aliquando nuncium ei venisse de obitu Filii, qui jam ex ephebis excesserat, maturitatemque attigerat, cui *Ismaeli* nomen, epistolaque perlecta, nemini quicquam dixisse, nobis quid rei esset ignorantibus, donec aliunde resciscerемus; nullo indicio acerbi casus ex ipso eminente, nisi quod inter legendum paululum illacrymasset.

Iterum adfui ei nocte quadam ad *Saphadam* arcem, quam obsidione premebat, quum diceret mihi, hac quidem nocte somnum non capiemus, donec positæ fuerint quinque catapultæ: quibus disponendis certos assignavit homines: omnemque illam noctem dulci confabulatione jucundissime consumsimus nunciis discurrentibus & nunc hanc, nunc illam Catapultam structam esse adferentibus, donec ad auroram opere absolo-

ولم يزل العدو سايرا والقتل يعمل فيهم وكلما قتل منهم شخص دفنوه وكلما جرح منهم رجل حملوه حتي لا يبقي بعدهم من يعلم قتله وجرحه وهم سايرون ونحن نشاهدهم حتي اشتد بهم الامر ونزلوا عند الجسر وكان الفرنج منى نزلوا الي الارض ايس المسلمون من بلوغ غرض منهم لانهم يجتمعون في حالة النزول حماية عظيمة وبقي رحمة الله موضعه والعساكر علي ظهر الخيل قبالة العدو الي اخر النهار ثم امرهم ان يبيتوا علي مثل ما باتوا عليه بارحتهم وعدنا الي منزلنا في الليلة الماضية وعاد العسكر في الصباح الي ما كان عليه بالامس من مضايقة العدو ورحل العدو وسار علي ما مضي من القتل والقتال حتي دنا الي خيامه وخرج اليه منها من انجده حتي وصلوا الي خيامهم ۞

فانظر الي هذا الصبر والاحتساب الي اي غاية بلغ هذا الرجل اللهم انك الهمته الصبر والاحتساب ووفقته له فلا تحرمه ثوابه يا ارحم الراحمين ۞

ولقد رايته رحمه الله وقد جاء خبر وفاة ولد له بالغ مراهق يسمي اسماعيل فوقف علي الكتاب ولم يعرف احدا ولم نعرف حتي سمعناه من غيره ولم يظهر عليه شي من ذلك سوي انه لما قرا الكتاب دمعت عينه ۞

ولقد رايته ليلة علي صفد وهو يحاصرها وقد قال لا ننام الليلة حتي تنصب لنا خمس مناجيق ورتب لكل منجنيق قوما يتناولون نصفه وكنا طول الليل في خدمته قدس الله روحه في الذ مفاكهة ولرغد عيش والرسل تتواصل تخبره بان قد نصب من المنجنيق الفلاني كذي وكذي ومن المنجنيق الفلاني كذي حتي الي الصباح

soluto nihil aliud restaret, quam ut rostra ipsis adaptarentur; fuerat interim nox tum longissima, tum frigore ac imbribus foedissima.

Interfui quoque, quum obitus *Tacioddini* ipsi per fratrem significaretur, nobis equestri turma *Francos* ad *Ramlam* observantibus, unius tantum stadii intercapedine a nobis distantes. Advocatis autem *Almalicho Aladilo*, *Alamoddino Solimanno*, *Sabicoddino*, *Ezzoddinoque*, reliquos a prætorio jussit submoveri, ad jactum usque sagittæ; productam deinde epistolam perlegit, in fletumque vehementem, adflentibus nobis, nec tamen quid rei esset scientibus, solutus fuit. Tandem lacrymis tantum non præfocatus dixit, obiit *Tacioddinus*, indeque gravior adhuc fletus, tum ipsius, tum circumstantium, coortus.

Tum ego, ad me rediens, propiciumque nobis hoc in casu Deum vovens, addidi, perpendite, quæso, ubi sitis, & in quo sitis, omnemque aliam curam missam facite. Recte vero, inquit, & ego deum precor propicium, ingeminataque voce illa subjunxit, nemo homo hæc rescisçat. Dein aliquantum aquæ rosaceæ poscens, abluit oculos, mensamque sterni præcepit, frequentia admissa, neque quisquam quicquam rescivit, donec hostis *Joppam*, nos *Nitronem* redissemus, impedimentorum nostrorum sedem.

Præterea quum summo parvulorum suorum amore ac desiderio flagraret, eorum tamen longinquam absentiam æquo tulit animo, quemadmodum & reliquam vitæ acerbitatem asperitatemque patienter exantlavit, quamvis pro ampliſſima potentia longe diversa forte uti frui potuisset, in solo nempe Deo O. M. acquiescens. O Deus tuam ille gratiam quæritans, cuncta hæc reliquit, gratia proinde tua ipsum complectare.

الصباح وقد فرغ منها ولم يبق الا تركيب خنازيرها عليها وكان من طول الليالي واشدها بردا ومطرا ۞

ورايته وقد وصله خبر وفاة تقي الدين عن اخيه ونحن في مقابلة العرنج جريدة علي الرمله وبيننا وبينهم شوط فرس لا غير فاحضر الملك العادل وعلم الدين سليمان وسابق الدين وعز الدين وامر بالناس فطردوا من قريب من الخيمة بحيث لم يبق حولها احد من غلوة سهم ثم اظهر الكتاب ووقف عليه وبكا بكاء شديدا حتي ابكانا من غير ان نعلم السبب ثم قال رحمه الله والعبرة تخنقه توفي تقي الدين فاشتد بكاؤه وبكاء الجماعة ثم عدت الي نفسي فقلت استغفر الله تعالي من هذه الحالة وانظروا اين وفيم انتم واعرضوا عما سواه فقال رحمه الله نعم استغفر الله واخذ يكررها ثم قال لا يعلم احد واستدعي بشي من الماورد فغسل عينيه ثم اشخص الطعام وحضر الناس ولم يعلم بذلك احد حتي عاد العدو الي يافا وعدنا نحن الي النطرون وهو مقر ثقلنا ۞

وكان رحمه الله شديد الشوق والشغف باولاده الصغار وهو صابر علي مفارقتهم راض ببعدهم عنه وكان صابرا علي مر العيش وخشونته مع القدرة التامة علي غير ذلك احتسابا بالله تعالي اللهم لانه ترك ذلك كله ابتغاء لمرضاتك فارض عنه وارحمه

CAPUT SEPTIMUM.

Nonnulla Clementiam ejus & condonandi facilitatem spectantia.

ذكر نبذ من حلمه وعفوه رحمه الله

IN *Alcorano* extat; *Quique faciles condonant: Deus autem amat eos qui bona præstant opera.* Jam vero ad excessum

قال الله سبحانه وتعالي والعافين عن الناس والله يحب المحسنين لقد كان

Digitized by Google

iræ parcus *Saladinus*. Documento ſit quod in *Marsj Ojoun* accidit, me ei miniſtrante, ante quam *Franci* ad *Ptolemaidem* exiſſent, cujus expugnationem promtam nobis efficiat Deus. Habebat hoc, ſi tempus daret, ut equitaret primum, dein deſcenderet, menſaque ſtrata cibum in publico caperet; indeque ad privum ſibi tentorium conſurgeret, quietis aliquid carpturus, a ſomnoque mox precibus obitis ſecederet, ſecretumque me comite peteret, ubi vel Traditionis aliquid lectitabamus, vel & juris Divini humanique prudentiam perſequebamur, ad Compendium *Razii*, ſecundum quatuor hujus ſcientiæ partes digeſtum, quod ipſi explicui.

Quum ergo pro more hoc aliquando deſcendiſſet, ciboque ſumto ſurgere voluiſſet, admonitus eſt, inſtare jam tempus precandi; quo audito, & lecto poſt preces rejecto, ſeſe confeſſui reddidit, cum intimisque, reliqua turba dimiſſa, in confabulationem ſeſe penitius immiſit. Ibi cum mancipium non inhonoratum acceſſit, libellum ſupplicem oblaturum pro quodam oppreſſo: cui ille, tædii nunc aliquid me gravat: differas paululum hoc, quicquid eſt, negotii. Non auſcultare alter, ſed contra ſuamet manu libellum ei veluti in os ingerere.

Tum inſtrumento aperto, perlectoque, ac nomine, quod frontiſpicio inſcriptum erat, agnito, bonam eſſe viri cauſam declaravit. ibi alter, *Reſcriptum* in hoc det Dominus. At ille, non adeſt atramentarium: ſedebat autem princeps in introitu tentorii, ſic ut nemo in illud intrare poſſet, ad atramentarium, quod in receſſu erat tentorii ſatis ampli, petendum. Tum compellator ille, en tibi atramentarium in receſſu tentorii: quod non alium fundere poteiat ſenſum, quam quod ipſum principem atramentarium petere juberet. Reſpiciens vero princeps, ubi atramentarium conſpexit, ita me Deus, inquit, vera narrat: atque mox ſiniſtræ manui innixus ſemet extendens, projecta illud dextra admovit, hominique reſcripſit. Hic ego; Deus O. M. Prophetæ hoc perhibuit teſtimonium, *Profecto celſa tibi indoles:* ut autem video Dominus ejusdem indolis eſt particeps: ad quod ille, nihil læſit homo, expedivimus negotium ejus; jam præmium præſto eſt. Quod ſi hoc vel

كان لمنجاوزا قليل الغضب ولقد
كنت في خدمته بمرج عيون قبل
خروج الفرنج الي عكا يسر الله
فتحها وكان من عادته انه يركب
في وقت الركوب ثم ينزل ويمد
الطعام ويأكل مع الناس ثم
ينهض الي خيمة خاص له ينام
فيها ثم يستيقظ من منامه ويصلي
ويجلس خلوة وانا في خدمته نقرا
شيا من الحديث او شيا من الفقه
ولقد قرا علي كتابا مختصرا تصنيف
الرازي يشتمل علي الاربعة
من الفقه ونزل يوما علي عادته وقد
الطعام علي يديه ثم عزم علي النهوض
فقيل له ان وقت الصلاة قد قرب فعاد
الي الجلوس وقال نصلي وننام ثم
جلس يتحدث حديث متضجر وقد
اخلا المكان الا عن لزم فتقدم اليه
مملوك كبير محترم عنده وعرض عليه
قصة لبعض المجاهدين فقال له انا
الان ضجران اخرها ساعة فلم يفعل وقدم
القصة الي قريب من وجهه الكريم
بيده وفتحها بحيث يقراها فوقف
علي الاسم المكتوب في راسها فعرفه
فقال رجل مستحق فقال يوقع له
المولي فقال ليست الدواة حاضرة الان
وكان رحمه الله جالسا في باب
الخركاة بحيث لا يستطيع احد
الدخول اليها والدواة في صدرها
والخركاة كبيرة فقال له المخاطب
هذه الدواة في صدر الخركاة وليس
لهذا معني الا امره اياه باحضار الدواة
لا غير فالتفت رحمه الله فراي الدواة
فقال والله لقد صدق ثم امتد علي
يده اليسري ومد يده اليمني فاحضرها
ووقع له فقلت قال الله تعالي في
نبيه صلي الله عليه وسلم وانك لعلي
خلق عظيم وما اري المولي الا قد
شاركه في هذا الخلق فقال ما
ضرنا شيا قضينا حاجته وحصل
الثواب ولو وقعت الواقعة
لاحاد

لاحاد الناس لقام وقعد ومن الذي يقدر ان يخاطب احدا هو تحت حكمه بمثل ذلك وهذا غاية الاحسان والحلم والله لا يضيع اجر المحسنين ۞

ولقد كانت طراحته تداس عند التزاحم عليه لعرض القصص وهو لا يتاثر ولقد نفرت يوما بغلي من الجمال وانا راكب في خدمته فرحمته وركه حتي المته وهو يتبسم رحمة الله ولقد دخلت بين يديه في يوم ريح مطير الي القدس الشريف وهو كتير الوحل فتضحت البغلة عليه من الطين حتي اهلكت جميع ما كان عليه وهو يتبسم واردت التاخر عنه بسبب ذلك وما تركني ۞

ولقد كان يسمع من المستغيثين والمتظلمين اغلظ ما يمكن ان يسمع يلقا ذلك بالبشر والقبول وهذه حكاية يندر ان تسطر مثلها وذلك انه كان قد اتجه اخو ملك الفرنج خذلهم الله يافا فان العسكر كان قد رحل عنهم وبعد وتراجع الي النطرون وهو مكان بينه وبين يافا للعسكر مرحلتان للجد وثلث معتاده وجرد رحمه الله العسكر ومضي الي قيسرية يلتقي نجدتهم عساه يبلغ منها غرضا وعلم الفرنج الذين كانوا بيافا ذلك وكان بها الانكتار ومعه جماعة فجهز معظم من كان عنده في المراكب الي قيسارية خشية عن النجدة ان يتم عليها امر وبقي الانكتار في نفر يسير لعلمهم ببعده رحمه الله عنهم وبعد العسكر ولما وصل رحمه الله الي قيسارية وراي النجدة قد وصلت الي البلد واحتمت به وعلم انه لا ينال منهم غرضه فسري من ليلته في اول الليل الي اخره حتي اتي يافا صباحا والانكتار في سبعة عشر فارسا وتقدير ثلثماية راجلا نازلا خارج البلد في خيمة له فصبحه العسكر

vel privato alicui accidiſſet, indignabundus ſubſiluiſſet; quis enim ſub nutu imperioque ſuo poſitum ſimili ſuſtineret bonitate ac manſuetudine? cujus quidem exaggeratiſſimus hic eſt gradus: cuique ſua apud Deum merces ſemper conſtabit.

Clementiſſimæ hujus indolis indicium aliud eſto; quod ſtratum ſuum a turba libellos offerentium conculcari æquo adſpiceret animo, & ne minimum quidem inde adficeretur. Item, quod blandum ſubriſerit tantum, quum aliquando mulus meus, inter equitandum, terrore a camelis injecto ablatus, femur ei, non ſine dolore, compreſſiſſet. Alia iterum vice *Hieroſolymam*, lutoſiſſimam civitatem, ventoſo pluvioſoque die cum ipſo ingreſſus, mula mea tam large ipſum coeno exſperſit, ut omnem ei veſtem corruperit; quod blando item riſu excepit, meque, quum vellem, a latere ſuo propterea diſcedere paſſus non eſt.

Sæpe etiam ab iis qui quiritatum, injuriaſque conqueſtum veniebant, duriſſima quæque audiebat, fronte placida exporrectaque. *Hujus autem validiſſimi in concoquenda verborum importunitate ſtomachi* ſpecimen multo rariſſimum proferam. *Joppam* contenderat Frater Regis *Francorum*; unde exercitus noſter ſeſe *Nitronem* retro receperat, *Joppa* diſſitum caſtrum ad duas treſve ſtationes, prout iter vel intenderis, vel relaxaris. Inde *Saladinus* expedito equitatu *Cæſaream* pertendit; ſuppetias hoſtium intercepturus, ſi forte, occaſioniſque aliquid adepturus. Id *Joppæ* a *Francis* reſcitum; ubi Rex Angliæ aderat cum ingenti manu, quam univerſam ferme navibus *Cæſaream* ſummiſit, auxiliis male metuens, ne quid adverſus illa a *Saladino* conficeretur; quem quod longius jam abeſſe noſſet, quodque exercitus quoque noſter longiuſcule receſſiſſet, cum perpaucis ſubſiſtere non dubitavit. *Cæſaream* interim delatus princeps, quum copias auxiliares in oppidum receptas, ſeque ſcopo excidiſſe cerneret, totam illam noctem, ſine ulla intermiſſione, continuato itinere, *Joppam* ſummo mane attigit, extra quam in tentorio *Anglus* cum ſeptemdecim equitibus, & quaſi trecentis peditibus conſederat. Eum matutina impreſſione adoritur noſter exercitus: at peſſimus ille, ut erat fortiſſimus ſimul, ſimul conſilii in arena

præſentiſſimus, gradum adverſus noſtros tenuit, neque ſe in urbem recepit.

Tum undique circumfuſos, in aciemque inſtructos noſtros, jubet *Sultanus* occaſionem iſtam arripere: quod aſpero & increpatorio reſponſo repulſum fuit a *Curdorum* quodam, cui parum copioſa prædia aſſignaverat. Sentiens ergo nil operæ navaturos eſſe illo quidem die *Curdos*, retro habenas reflexit, ſimilis irato, tentoriumque ſibi erectum revelli præcepit; cunctis pro certo habentibus, multos in crucem fore agendos. Narravitque mihi Filius ejus *Almalichus Addahirus* ſe præ metu non auſum fuiſſe ſemet ſub conſpectum ei committere; præterquam quod impetu ſuo longius longiusque proveheretur; usque dum conſiſteret *Bazare*; ubi nemo erat principum qui non totus contremiſceret, increpationemque ac indignationem ejus expaveſceret. Addebat, ſe primo ad patrem præ pavore intrare non ſuſtinuiſſe, ſed mox introvocatum ad fructus *Damaſco* illuc perlatos, audiviſſe dicentem, arceſſite principes ut guſtent; qua voce, inquiebat, terrore meo diſcuſſo principes advocavi, qui quum trepidantes acceſſiſſent, exporrectæ frontis liberalitate e veſtigio confirmati fuere, atque exhilarati; atque ita diſceſſerunt, iterque ſuſceperunt, ac ſi nihil omnino accidiſſet. Admirandam profecto manſuetudinem! qualem nulla in Viris principibus ſecula tradent; nulla tradidere.

العسكر صباحا فركب الملعون وكان شجاعا باسلا صاحب راي في الحرب وثبت بين يدي العسكر ولم يدخل البلد فاستدار العسكر الاسلامي بهم الا من جهة البحر وتعبا العسكر تعبية القتال وامر السلطان العسكر بالجملة انتهاز الفرصة فاجابه بعض الاكراد بكلام فيه خشونة تعتب لعدم التوفير في اقطاعه فعطف رحمه الله عنان فرسه كالمغضب لعلمه لا يعملون في ذلك اليوم شيا وتركهم وانصرف راجعا وامر بخيمته التي كانت منصوبة ان قلعت وانقض منتقين ان السلطان في ذلك اليوم ربما صلب جماعة ولقد حكي لي ولده الملك الظاهر اعز الله انصاره انه خاف منه في ذلك اليوم حتي انه لم يتجاسر ان يقع في عينيه مع انه حمل في ذلك اليوم واوغل ولم يزل سايرا حتي نزل ببانرون وما من امراء الا من يرعد خيفة ومن يعتقد انه ماخوذ مسخوط عليه قال ولم تحدثني نفسي بالدخول عليه خيفة منه حتي استدعاني قال فدخلت اليه وقد وصله من دمشق المحروسة فاكهة كثيرة فقال اطلبوا الامراء حتي ياكلوا شيا قال فسري عني ما كنت اجده وطلبت الامراء فحضروا وهم خايفون فوجدوا من بشره وانبساطه ما احدث لهم الطمانينة والامن والسرور وانصرفوا علي عزم الرحيل كان لم يجر شي اصلا فانظر الي هذا الحلم الذي لا يناتي في مثل هذا الزمان ولا يحكي عن من تقدم من امثاله رحمة الله عليه ☆

CAPUT OCTAVUM.

Exhibens quam obſervantiſſimus fuerit civilitatis

ذكر محافظته علي اسباب المروة

Propheta dixit, *Miſſus ſum ut celſiſſimos quosque mores perpoliam perficiamque*; tam civilis utique ipſe, ut junctis dextris, nunquam manum primus re-

قال النبي صلعم بعثت لاتمم مكارم الاخلاق وكان صلعم اذا صافحه الرجل لا يترك يده حتي يكون الرجل هو التارك

retraheret. sic *Sultanus* omnis officii fuit plenus, tenerrimæ frontis, in ruboremque perfacilis, exporrigens eam hospitibus quibuscumque, ipsis etiam infidelibus, omnesque tum larga dape acceptos, tum votorum compotes dimittens.

Testis esse poterit princeps *Antiochiæ*, qui, postquam pax convenisset mense *Sjawalo*, anno quingentesimo octogesimo & octavo, semet ipsi improvisum in via obtulit, quum *Hierosolymis Damascum* reverteret: cujus petitioni annuit, donatis ei civitatibus quas quatuor ante annis expugnarat una cum universo litore maris mediterranei.

Testis item *Sidonis* princeps, honorifice ab ipso tractatus, mensaque exceptus *Nasarethæ*, quin imo ad *Islamismum* amplectendum invitatus, stricturis quibusdam pulcherrimæ religionis ei commemoratis.

In primis autem colebat ad se adeuntes Viros doctrina, eruditione, virtute conspicuos; serio nobis injungens, ne quisquam alicujus nominis ac celebritatis negligeretur, qui per castra iter haberet, quo minus præsentia, beneficentiaque eum sua impertiret. Ad nos devenerat anno octogesimo & quarto hujus seculi aliquis, qui eruditionem cum institutis junxerat *Sophorum*, quantivis homo pretii, cui pater erat princeps *Taurizi*. Is paternum vitæ genus abhorrens, totum se religioni tum percallendæ, tum exercendæ dederat, peregrinationeque *Meccana* suscepta, *Hierosolymas* quoque accessit, sacra loca visitaturus, cui desiderio dum satisfacit, deprensis ibi vestigiis *Sultani* nostri, hunc quoque adeundi cupido ipsum incessit. Ad castra proinde victricia delatus, superadstitit mihi haud sane exspectatus, quem ego cum gratulatione exceptum causam rogavi subiti adventus. Tum ille *Sultani* præclaris illis & pulcherrimis vestigiis, quæ Hierosolymis viderat, accensum sese dicere, ad eum consalutandum. Eadem ergo nocte *Sultano* hospitem venisse nuncio; intromittitur; ex ejusque ore sacra doctrina hauritur. Cubitum deinde con-

التارك الذي يبدا بذلك ولقد كان السلطان كثير المروة ندي الوجه كثير الحيا مبسوط الوجه لمن يرد عليه من الضيوف لا يري ان يفارقه الضيف حتي يطعم عنده ولا يخاطبه بشي الا وينجزه وكان يكرم الوافد عليه وان كان كافرا ولقد وفد عليه البرنس صاحب انطاكية فما احس به الا وهو واقف علي باب خيمته بعد وقوع الصلح في شهر شوال سنة ثمان وثمانين وخمس مايه عند منصرفه من القدس الي دمشق عرض له في الطريق وطلب منه شيا فاعطاه العقر وهي بلاد كان اخذها منه عام فتح الساحل وهي سنة اربع وثمانين ۞

ولقد رايته وقد دخل عليه صاحب صيدا بالناصره فاحترمه واكرمه واكل معه الطعام ومع ذلك عرض عليه الاسلام فذكر له طرفا من محاسنه وحثه عليه ۞

وكان يكرم من يرد عليه من المشايخ ولرباب العلم والفضل وذوي الاقدار وكان يوصينا لان لا يغفل عن من يجتاز بالخيم من المشايخ المعروفين حتي يحضرهم عنده ويناله من احسانه ولقد مر بنا سنة اربع وثمانون وخمس مايه رجل جمع بين العلم والتصوف وكان من ذوي الاقدار وابوه صاحب توريز فاعرض هو عن فن ابيه واشتغل هو بالعلم والعمل وحج ووصل زايرا لبيت الله المقدس ولما قضي لبانته منه ورأي اثار السلطان رحمه الله فيه وقع له زيارته فوصل الينا في المعكسر المنصور فما حسست به الا وقد دخل علي في الخيمة فلقيته ورحبت به وسالته عن سبب ذلك ووصوله فاخبرني بذلك وانه يوثر زيارة السلطان لما راي من الاثار الحميدة الجميلة فعرفت السلطان بذلك في ليلة وصول هذا الرجل فاستحضره وروي عنه حديثا ثم انصرفنا وبات عندي في الخيمة فلما صليت الصبح اخذ يودعني فقبحت

له

ceditur ; tranſactaque mecum in tentorio nocte, matutinis precibus fuſis vale mihi abituriens dixit ; de principe valedicendo parum ſolicitus, quantumvis id turpe dictitarem ; reſpondens ſcopum ſe ſuum attigiſſe, nec quicquam aliud deſideraſſe, quam tantum principem vidiſſe. Extemplo deinde ſe ſubduxit, complureſque ſuper diſceſſum ejus abiere noctes, quum tandem certior per me factus *Sultanus*, graviſſime mihi ob id ipſum ſuccenſuit, quod talis vir, nulla affectus munificentia, a ſe diſceſſiſſet : quod quum identidem improbaret ſimul, ſimul exprobraret, coactum me poſtremo ſenſi literis compellare *Mubjoddinum* judicem *Damaſcenum*, ut hoſpitem mihi huncce quæreret, eique ſchedulam traderet a me ſimul tranſmiſſam, qua ipſi ſignificabam, *Sultanum* ægerrime tuliſſe quod ita, ſe non convento, demigraſſet ; eumque ut reditum maturaret, pro noſtra amicitia, ſummopere hortabar. Reducem mox, magnaque gratulatione exceptum aliquot dies familiariſſime detinuit *Sultanus*, ac poſtremo magnifica chlamyde, vectura inſigni, veſteque copioſiſſima donavit, pro ipſo non tantum, ſed & pro univerſa ejus familia ac vicinia ; hoſpite noſtro gratiſſimum teſtante animum, & ſincera pro ſalute principis vota nuncupante.

Me præſente iterum adductus aliquando ad eum fuit captivus aliquis *Francus*, attoniti pavoris manifeſtus : quem quum rogaſſet interpres cauſam tantæ formidinis, Deus hominis linguæ ſubjecit ut diceret, Equidem ante, quam hanc contueri faciem daretur, formidavi, at nunc hocce viſo vultu, nil niſi bonum me viſurum confido ; prout ſane miſeratione tactus *Sultanus* vitam ei ac libertatem gratificatus eſt.

Alia vice e regione *Francorum* equitanti, me comite, principi obtulere Emiſſarii mulierem conſternationis lacrymarumque plenam, pectuſque ſibi ſuum identidem tundentem, quam a *Francis* egreſſam ad *Sultanum* deduci petiviſſe ajebant. Mandatur interpreti, quid rei ſit, exquirere. Hic illa, latrocinatores veſtri, inquit, heri tentorium meum irrupere, filiamque mihi meam ſuffurati ſunt : opem imploranti mi-

له المسير بدون وداع السلطان فلم يلتفت ولم يلو علي ذلك فقال قضيت حاجتي منه ولا غرض لي فيما عدا رويته وزيارته وانصرف من ساعته ومضي علي ذلك ليالي فقال السلطان فاخبرته بفعله فظهر عليه اثار التعب كيف لم اخبره برواحه وقال كيف يطرقنا مثل هذا الرجل وينصرف عنا من غير احسان يمسه منا وشدد النكير علي في ذلك فما وجدت بدا من ان كتبت كتابا الي محي الدين قاضي دمشق كلفته فيه السوال عن حال الرجل واتصال رقعة كتبتها اليه طي كتابي اخبر فيها بانكار السلطان رواحه من غير اجتماعه به وحسنت له فيها العود وكان بيني وبينه صداقة تقتضي مثل ذلك فما حسست به الا وقد عاد الي فرحب به السلطان وانبسط معه وامسكه اياما ثم خلع عليه خلعة حسنة واعطاه مركوبا لايقا وثيابا كثيرة يحملها الي بيته واتباعه وجيرانه وانصرف عنه فهو اشكر الناس ولخلصهم دعاء لايامه

ولقد رايته وقد مثل بين يديه اسير افرنجي وقد هابه بحيث انه قد ظهر عليه امارات الخوف والجزع فقال الترجمان من اي شي تخاف فاجري الله علي لسانه ان قال كنت اخاف قبل ان ارى هذا الوجه فبعد رويتي له وحضوري بين يديه ايقنت اني ما ارى الا الخير فرق له ومن عليه واطلقه

ولقد كنت راكبا في خدمته بعض الايام قبالة الافرنج وقد وصل بعض البركية ومعه امراة شديدة النحوف كثيرة البكا متواترة الدق علي صدرها فقال البركي ان هذه خرجت من عند الفرنج فسالت الحضور بين يديك وقد اتينا بها فامر الترجمان ان يسالها من قصتها فقالت اللصوص المسلمين دخلوا البارحة الي

mihi ad auroram responsum a Regibus, *Sultanus* summe misericors est, illum ut adire possis filiam requisitura curabimus: sic emissa, a te carissimum pignus reposco. Commotus ad hæc, illacrymansque princeps humanissimus, mittit aliquem ad forum castrense, de parvula inquisiturum, ecquis eam emisset, ut pretio ei reddito, confestim adduceretur. Agnita, isto ipso tempore matutino, & reperta filiola, brevi post equitis humero imposita comparet, in quam ut primulum oculos conjecit mater, adorabunda procidit, in pulvere semet volutans, adplorantibus spectatoribus: deinde oculos in cœlum levanti, & ignota nobis verba fundenti reddita fuit filia, ambæque in castra suorum tuto sunt reductæ.

Connivebat præterea ad maleficia ministrorum suorum, etiamsi nec modum nec modestiam servarent in ipso fraudando: uti quum aliquando in ærario pro duobus auri Ægyptiaci crumenis subjecta fuere æreis nummis referta marsupia: pro quo nihil aliud in præfectos ærario statutum exempli, quam quod ab officio fuerint remoti.

Inserenda etiam hic historia principis *Arnaldi*, *Crachæ* domini. Hic cum Rege *Francorum* erat captus, anno quingentesimo octogesimo tertio, in celebri illo prælio *Hittinensi*, cujus plenior narratio, dante Deo, in loco reddetur. Utrumque ad se adduci jussit *Saladinus*. Erat autem *Arnaldus* hicce ex infidelitate & importunitate conflatus, quippe qui tempore induciarum catervam viatorum, ex *Ægypto* regiones ipsius transeuntem, fraude circumvenerit, eosque omnibus exemplis vexatos contruserit in foveas, & carceres angustissimos; quibus quum ad inducias provocarent sic insuper illusit, *vester hinc vos eripiat Mubammedes*. Hunc propterea sua se manu trucidaturum solenni nuncupato voto in se suscepit princeps, si unquam hostis illius potiri daretur. Isto ergo die ejusdem potitus, votum persolvere, eumque occidere statuit. Jubetur una cum Rege com-

الي خيمتي وسرقوا ابنتي وبنت البارحة استنفهمت الي بكرة فقال لي الملوك السلطان هو رحم ونحن نخرجك اليه تطلبين ابنتك منه فاخرجوني يا اعرف ابنتي الا منك فرق لها ودمعت عينه وحركته مروته وامر من ذهب الي سوق العسكر ليسئل عن الصغيرة من اشتراها ويدفع له ثمنها ويحضرها وكان قد عرف قصتها من بكرة يومه يا مضت ساعة حتي وصل الفارس والصغيرة علي كتفه يا كان الا ان وقع نظرها عليها فخرت الي الارض تسفر وجهها في التراب والناس يبكون علي ما نالها وهي ترفع طرفها الي السماء فلا نعلم ما تقول فسلمت ابنتها اليها وحملت حتي اعيدت الي عسكرهم ۞

وكان لا يري الاساء الي من صنعه فان افرط في الخيانة ولقد قلب في خزانته كيسان من الذهب المصري بكيسين من الفلوس فما عمل بالثواب شيا سوي انه صرفهم من عملهم لا غير ۞

ولقد دخل البرنس ارناط صاحب الكرك مع ملك الفرنج بالساحل لما اسرها في وقعة حطين في شهور سنة ثلث وثمانين وخمس ماية والوقعة مشهورة تجي مشروحة في موضعها ان شاء الله تعالي وكان قد امر باحضارها وكان هذا ارناط اللعين كافرا عظيما جبارا شديدا وكانت قد اجتازت به قافلة من مصر حين كان بين المسلمين وبينهم هدنة فغدرها واخذها ونكل بهم وعذبهم واسكنهم المطامير والحبوس الحرجة واذكروه حديث الهدنة فقال قولوا لمحمد كم يخلصكم فلما بلغه رحمه الله ذلك عنه نذر انه متي اظفره الله به قتله بنفسه فلما امكن الله منه في ذلك اليوم قوي عزمه علي قتله وفاء بنذره فاحضره مع الملك فشدا الملك العطش فاحضر

ceditur ; tranſactaque mecum in tentorio nocte, matutinis precibus fuſis vale mihi abituriens dixit ; de principe valedicendo parum ſolicitus, quantumvis id turpe dictitarem ; reſpondens ſcopum ſe ſuum attigiſſe, nec quicquam aliud deſideraſſe, quam tantum principem vidiſſe. Extemplo deinde ſe ſubduxit, complureſque ſuper diſceſſum ejus abiere noctes, quum tandem certior per me factus *Sultanus*, graviſſime mihi ob id ipſum ſuccenſuit, quod talis vir, nulla affectus munificentia, a ſe diſceſſiſſet : quod quum identidem improbaret ſimul, ſimul exprobraret, coactum me poſtremo ſenſi literis compellare *Mubjoddinum* judicem *Damaſcenum*, ut hoſpitem mihi huncce quæreret, eique ſchedulam traderet a me ſimul tranſmiſſam, qua ipſi ſignificabam, *Sultanum* ægerrime tuliſſe quod ita, ſe non convento, demigraſſet ; eumque ut reditum maturaret, pro noſtra amicitia, ſummopere hortabar. Reducem mox, magnaque gratulatione exceptum aliquot dies familiariſſime detinuit *Sultanus*, ac poſtremo magnifica chlamyde, vectura inſigni, veſteque copioſiſſima donavit, pro ipſo non tantum, ſed & pro univerſa ejus familia ac vicinia ; hoſpite noſtro gratiſſimum teſtante animum, & ſincera pro ſalute principis vota nuncupante.

Me præſente iterum adductus aliquando ad eum fuit captivus aliquis *Francus*, attoniti pavoris manifeſtus : quem quum rogaſſet interpres cauſam tantæ formidinis, Deus hominis linguæ ſubjecit ut diceret, Equidem ante, quam hanc contueri faciem daretur, formidavi, at nunc hocce viſo vultu, nil niſi bonum me viſurum confido ; prout ſane miſeratione tactus *Sultanus* vitam ei ac libertatem gratificatus eſt.

Alia vice e regione *Francorum* equitanti, me comite, principi obtulere Emiſſarii mulierem conſternationis lacrymarumque plenam, pectuſque ſibi ſuum identidem tundentem, quam a *Francis* egreſſam ad *Sultanum* deduci petiviſſe ajebant. Mandatur interpreti, quid rei ſit, exquirere. Hic illa, latrocinatores veſtri, inquit, heri tentorium meum irrupere, filiamque mihi meam ſuffurati ſunt : opem imploranti mi-

اله المسبب بدون وداع السلطان فلم يلتفت ولم يلو علي ذلك فقال فضيت حاجتي منه ولا غرض لي فيما عدا رويته وزيارته وانصرف من ساعته ومضي علي ذلك ليالي فقال السلطان فاخبرته بفعله فظهر عليه اثار التعب كيف لم اخبرة برواحه وقال كيف يطرقنا مثل هذا الرجل وينصرف عنا من غير احسان يمسه منا وشدد النكير علي في ذلك فما وجدت بدا من ان كتبت كتابا الي محي الدين قاضي دمشق كلفته فيه السوال عن حال الرجل واتصال رقعة كتبتها اليه طي كتابي اخبر فيها بانكار السلطان رواحه من غير اجتماعه به وحسنت له فيها العود وكان بيني وبينه صداقة تقتضي مثل ذلك فما حسست به الا وقد عاد الي فرحب به السلطان وانبسط معه وامسكه اياما ثم خلع عليه خلعة حسنة واعطاه مركوبا لايقا وثيابا كثيرة بحملها الي بيته واتباعه وجبرانه وانصرف عنه فهو اشكر الناس ولخلصهم دعاء لايامه

ولقد رايته وقد مثل بين يديه اسير افرنجي وقد هابه بحيث انه قد ظهر عليه امارات الخوف والجزع فقال الترجمان من لي شي تخاف فاجري الله علي لسانه ان قال كنت اخاف قبل ان ارى هذا الوجه فبعد رويتي له وحضوري بين يديه ايقنت اني ما ارى الا الخير فرق له ومن عليه واطلقه ۞

ولقد كنت راكبا في خدمته بعض الايام قبالة الافرنج وقد وصل بعض البركية ومعه امراة شديدة التخوف كثيرة للبكا متواترة الدق علي صدرها فقال البركي ان هذه خرجت من عند الفرنج فسالت الحضور بين يديك وقد اتينا بها فامر الترجمان ان يسالها من قصتها فقالت اللصوص المسلمين دخلوا البارحة الي

mihi ad auroram responsum a Regibus, *Sultanus* summe misericors est, illum ut adire possis filiam requisitura curabimus: sic emissa, a te carissimum pignus reposco. Commotus ad hæc, illacrymansque princeps humanissimus, mittit aliquem ad forum castrense, de parvula inquisiturum, ecquis eam emisset, ut pretio ei reddito, confestim adduceretur. Agnita, isto ipso tempore matutino, & reperta filiola, brevi post equitis humero imposita comparet, in quam ut primulum oculos conjecit mater, adorabunda procidit, in pulvere semet volutans, adplorantibus spectatoribus: deinde oculos in cœlum levanti, & ignota nobis verba fundenti reddita fuit filia, ambæque in castra suorum tuto sunt reductæ.

Connivebat præterea ad maleficia ministrorum suorum, etiamsi nec modum nec modestiam servarent in ipso fraudando: uti quum aliquando in ærario pro duobus auri Ægyptiaci crumenis subjecta fuere æreis nummis referta marsupia: pro quo nihil aliud in præfectos ærario statutum exempli, quam quod ab officio fuerint remoti.

Inserenda etiam hic historia principis *Arnaldi*, *Crachæ* domini. Hic cum Rege *Francorum* erat captus, anno quingentesimo octogesimo tertio, in celebri illo prælio *Hittinensi*, cujus plenior narratio, dante Deo, in loco reddetur. Utrumque ad se adduci jussit *Saladinus*. Erat autem *Arnaldus* hiecce ex infidelitate & importunitate conflatus, quippe qui tempore induciarum catervam viatorum, ex *Ægypto* regiones ipsius transeuntem, fraude circumvenerit, eosque omnibus exemptis vexatos conjecerit in foveas, & careeres angustissimos; quibus quum ad inducias provocarent sic insuper illusit, *vester hinc vos eripiat Mubammedes*. Hunc propterea sua se manu trucidaturum solenni nuncupato voto in se suscepit princeps, si unquam hostis illius potiri daretur. Istoc ergo die ejusdem potitus, votum persolvere, eumque occidere statuit. Jubetur una cum Rege com-

الي خيمتي وسرقوا ابنتي وبنت البارحة استغيثت الي بكرة فقال لي الملوك السلطان هو رحم ونحن نخرجك اليه تطلبين ابنتك منه فاخرجوني بها اعرف ابنتي الا منك فرق لها ودمعت عينه وحركته مروته وامر من ذهب الي سوق العسكر ليسئل عن الصغيرة من اشتراها ويدفع له ثمنها ويحضرها وكان قد عرف قضيتها من بكرة يومه فما مضت ساعة حتي وصل الفارس والصغيرة معه كما كنت فما كان الا ان وقع نظرها عليها فخرت الي الارض تصرع وجهها في التراب والناس يبكون علي ما نالها وهي ترفع طرفها الي السماء فلا نعلم ما تقول فسلمت ابنتها اليها وحملت حتي اعيدت الي عسكرهم ۞

وكان لا يري الاساء الي من صحبه فان افرط في الخيانة ولقد قلب في خزانته كيسان من الذهب المصري بكيسين من الفلوس فما عمل بالنواب شيا سوي انه صرفهم من عملهم لا غير ۞

ولقد دخل البرنس ارناط صاحب الكرك مع ملك الفرنج بالساحل لما اسرها في وقعة حطين في شهور سنة ثلث وثمانين وخمس ماية والوقعة مشهورة نجي مشروحة في موضعها ان شاء الله تعالي وكان قد امر باحضارها وكان هذا ارناط اللعين كافرا عظيما جبارا شديدا وكانت قد اجتازت به قافلة من مصر حين كان بين المسلمين وبينهم هدنة فغدرها واخذها ونكل بهم وعذبهم واسكنهم المطامير والحبوس الحرجة واذكروه حديث الهدنة فقال قولوا لمحمد كم يخلصكم فلما بلغه رحمه الله ذلك عنه نذر انه متي اظفره الله به قتله بنفسه فلما امكن الله منه في ذلك اليوم قوي عزمه علي قتله وفاء بنذره فاحضره مع الملك فشدا الملك العطش فاحضر

comparere : Regi autem ſitim conquerenti adferri præcipit poculum ; qui quum adbibiſſet, *Arnaldo* illud porrexit. Tum *Sultanus* ad interpretem converſus, Dic, inquit, Regi, Tu is es, qui huic homini dediſti bibere, quem ego nec potu, nec cibo meo impertitum volui. Id tantundem erat ac ſi dixiſſet, *meo ſi quis utatur victu, hunc humanitas lædere prohibet.* Mox ſuamet manu, ex voto, cervices ei amputavit; & *Ptolemaide* deinde capta, omnes vinctos e carceribus extractos, ad quatuor millia, largiterque donatos, domum, ad Lareſque ſuos remiſit. Id multorum mihi fide relatum; ipſe quippe huic prælio haud interfui.

Erat porro converſatione moribuſque multo elegantiſſimus, ſuaviſſimuſque confabulator, *Arabum* ſtemmata, omnemque hiſtoriam memoria complectens, eorumdemque ritus ac res omnes probe callens, ipſas quoque equorum Arabicorum genealogias; quin imo quicquid in orbe terrarum miri rarique; ſic ut inſignis ex ipſius conſortio fructus redundaret, haud facile ab aliis percipiendus.

Præterea indolis erat tam bonæ, ut privatim quemlibet noſtrum compellaret de morbo, medicina, cibo etiam ac potu, atque adeo de domeſticis cujuſque rebus fatiſque omnibus.

Caſtiſſimi inſuper conſeſſus, colloquiique, turpiloquio & maledicentia omni a conſpectu auribuſque ejus repulſis: ſanctiſſima ipſius lingua ne convicio quidem ullo unquam coinquinata, temere ex ore emiſſo. Idem quoque religioſiſſimus fidei pactorumque ſervator.

Nullus poſtremo pupillus ad eum adductus quem non, vicibus eorum indoleſcens qui talem reliquiſſent, erexerit, recrearit, muneribus cumularit, una cum orbo parente; curatore etiam ei conſtituto, ſi quis grandævus, cui fidi poſſet, iſta in familia reperiretur: ſin minus, copioſo victu auctum alteri alicui tradebat educandum curandumque.

Similiter nullum vidit unquam ſenem, quem non tenerrima miſeratione complexus, largiter munerarit: pulcherrimis hiſce moribus uno tenore ad finem uſque conſervatis, donec in domici-

فاحضر له قدحا من شراب فشرب منه ثم ناوله لرناط فقال السلطان للترجمان قل للملك انت الذي اسقيته واما انا فما اسقيته من شربي ولا اطعمه من طعامي فقصد رحمه الله ان من اكل من طعامي فالمروة تقتضي ان لا اوذيه ثم ضرب عنقه بيده وفاء بنذره واخذ بعدا واخرج الاسري كلهم من ضيق الاسر وكانوا نحو من اربعة الاف اسير واعطا كل منهم نفقة فوصلوا بها الي بلده واهله هكذي بلغني عن السنة جماعة لاني لم احضر هذه الوقعة ۞

وكان حسن العشرة لطيف الاخلاق طيب الفكاهة حافظا لانساب العرب ووقايعهم عارفا بسيرهم واحوالهم حافظا لانساب خيلهم عالما بعجايب المدن بها ونوادرها بحيث كان يستفيد محاضره منه ما لا يسمع من غيره ۞

وكان حسن الخلق يسال الواحد منا عن مرضه ومدلواته ومطعمه ومشربه وتقلبات احواله ۞

وكان طاهر المجلس لا يذكر بين يديه احدا الا بخير السمع فلا يحب ان يسمع عن احد الا الخير وطاهر اللسان فما رايته ولع بشتم قط وكان حسن العهد والوفاء فما احضر بين يديه يتيم الا وترحم علي مخلفيه وجبر قلبه واعطاه وجبر مخلفه وان كان له من اهله كبير يعتمد عليه سلمه اليه والا ابقي له من الخبز ما يكف حاجته وسلمه الي من يعتني بتربيته ويكفلها

وكان ما يري شيخا الا ويرق له ويعطيه ويحسن اليه ولم يزل علي هذه الاخلاق الي ان توفاه الله الي

الي مغفار رحمته ومكان رضوانه ۞

فهذه نبذ من محاسن اخلاقه ومكارم شيمه اختصرت عليها خوف الاطالة والسام وما سطرت الا ما شاهدته او اخبرني الثقة به وحققته وهذا بعض ما اطلعت عليه في زمان خدمتي له وهو يسير فيما اطلع عليه غيري ممن طالت صحبته وتقدمت خدمته ولكن هذا القدر يكفي الاريب في الاستدلال علي طهارة تلك الاخلاق والخلال ۞

وحيث نجز هذا القسم نشرع الان في القسم الثاني من الكتاب في بيان تقلبات احواله ووقايعه وفتوحاته في تواريخها قدس الله روحه ونور برحمته ضريحه ۞

cilia miſerationis & gratiæ divinæ ipſe receptus fuit.

Atque hæc tantum exigua ſunt ſpecimina præclariſſimæ naturæ, indoliſque ad omnem virtutem excelſæ, quæ in compendium coëgi metu prolixitatis & tædii: neque quicquam chartæ commendavi, niſi quod vel hiſce meis oculis uſurpavi, vel retulere mihi certi fidique narratores. Specimina inquam tantum eorum quæ tempore miniſterii propius inſpexi, ſane quam exilia, ſi comparentur cum iis, quæ alii inſpicere potuerunt, quibus & longius & vetuſtius cum ipſo commercium interceſſit. Solerti interim hæc paucula ſuffecerint pro documentis, ad ſanctitatem morum indoliſque ejus pernoſcendam.

Expedita autem hac prima parte, ad ſecundam voluminis partem aggrediemur; verſaturam in viciſſitudinibus rerum & fortunarum ipſius, præliiſque item & victoriis, quibus nobilitatus eſt; in cœlis ſpiritu, in terris ſepulcro ejus immortali honore florentibus.

Digitized by Google

القسم الثاني

في بيان تقلبات احوالة وفتوحاته في تواريخها

PARS SECUNDA.

Ordinem cursumque Fortunæ ac Victoriarum ejus secundum Chronologiam exhibens.

CAPUT PRIMUM.

Commemorans primam ipsius expeditionem in Ægyptum in comitatu patrui Asedoddini susceptam.

ذكر حركته الي مصر في الدفعة الاولي صحبة عمه اسد الدين

HUic expeditioni ansam præbuit *Sjavarus*, imperii Ægyptiaci administrator, *Vezirus*. Adversus hunc processerat *Dargamus* aliquis collectis copiis bene multis, gradum dignitatemque illam invasurus. Imparem sibi facile debellat, *Kahiraque* expellit; filioque ejus insuper necato, administrationem Regni obtinet. Nempe mos Ægyptiorum tunc tempestatis ferebat, ut si quis stationem illam tenens, victus succumberet, neque eam ab æmulo defendere valeret, agnita ejus imbecillitate, victori diploma mitteretur, ad regimen ipsi deferendum firmandumque, sine ulteriori digladiatione, quum unicum regni robur in exercitu situm foret *Veziri*, cui *Sultani* titulus honosque circumdabatur, quod a longis retro temporibus receptum fuerat atque introductum. Hunc ad modum ergo devictus metropolique ejectus *Sjavarus*, in *Syriam* contendit, *Nourreddini Zenchiadis* aulam petiturus, ab eoque opitulatorem exercitum adversus inimicos suos imploraturus. *Noureddinus* partim ut debitus supplici honos haberetur, partim ut regiones illas exploraret, propiusque res earum inspiceret, *Asedoddinum*

سبب ذلك ان شاور وزير المصريين كان وكان قد خرج عليه انسان يقال له الضرغام وكان برتبة منصبه ومكانه فجمع له جموعا كثيرة لم يكن له بها قبل وغلب عليه واخرجه من القاهرة وقتل ولده واستولي علي المكان وولي الوزارة وكانت عادة المصريين انه اذا غلب شخص صاحب المنصب وعجز عن دفعه وعرفوا عجزه وقعوا للقاهر منهم ورتبوه ومكنوه فان قوتهم انما كانت تكون بعسكر وزيرهم وهو ملقب عندهم بالسلطان وما كانوا يرون المكاشفة وقواعدهم مستقرة من اول زمانهم علي هذا المثال فلما قهر شاور واخرج من القاهرة اشتد في طلب الشام قاصدا خدمة نور الدين بن زنكي مستصرخا به مستنصرا علي اعدايه بعسكره فتقدم نور الدين الي اسد الدين شيركوه بالخروج الي مصر المحروسة قضاء لحق الوافد المستصرخ وجسا للبلاد وتطلعا الي احوالها وذلك في شهور سنة ثمان وخمسين وخمس

num Schjyrchouhum iter in *Ægyptum* ſuſcipere jubet, quod anno quingenteſimo quinquageſimo octavo ingreſſus eſt, comitem ſibi aſſumens *Saladinum*, quantumvis renuentem, cujus ſe opera & induſtria indigere intelligebat: eumque exercitus ducem, conſiliariumque ſibi ſuum adſciſcens. Menſis *Sjumadæ* poſterioris die ſecundo cum *Sjavaro* perventum in *Ægyptum*: *Ægyptiiſque* terror inde, & gravis incuſſa conſternatio: mox æmuli ſui victori *Sjavaro* priſtina reſtituitur dignitas, ſub certiſque conditionibus imperium conſtabilitur. *Aſedoddinus* deinde, propius cognitis exploratiſque regionibus & rebus *Ægyptiacis*, rediit inde, infixum pectori gerens regni illius deſiderium, quippe quod vacuum viris, vacuum omnis boni ordinis viderat, ubi omnia temere adminiſtrarentur, in *Syriamque* cœpit iter relegere die ſeptimo *Dſulhaſsjæ* ejuſdem anni, in rebus expediendis conſtituendiſque unice uſus opera atque conſilio *Saladini*, e quo relucere cernebat tum felicitatis & fortunæ celſioris, tum prudentiæ ſolidioris clariſſima veſtigia, quem ſive moveret ſeſe, ſive reſideret, Victoria ſemper comitaretur. His rebus intentus in *Syria* remanſit uſque ad annum quingenteſimum ſexageſimum ſecundum, quo pacto regiones *Ægyptiacas* repetere poſſet monte agitans, atque cum *Elmalicho Eladilo Noureddino Zenchiade* identidem perpendens conſtituenſque.

وخمس مائة وتاهب اسد الدين شيركوه وسار الي مصر فاستصحبه معه رحمه الله عن كراهية منه لمكان افتقاره اليه وجعله مقدم عسكره وصاحب رايه وساروا حتي وصلوا الي مصر وشاور معهم في الثاني من جمدي الاخر سنة ثمان المذكوره وكان وصولهم الي مصر موقعا عظيما وخافه اهل مصر ونصر شاور علي خصمه واعاده الي منصبه ومرتبته وقرر قواعده ولستقر امره وشاهد البلاد وعرف احوالها وعاد منها وقد غرس في قلبه الطمع في البلاد وعلم انها بلاد يغبر رجال تمشي الامور فيها بمجرد الايهام والمحال وكان ابتداء رحيله عنها متوجها الي الشام في السابع من ذي الحجة سنة ثمان المذكوره وكان لا يفصل امرا ولا يقرر حالا الا بمشورته ورايه لما لاح له اثار الاقبال والسعاده والفكره الصحيحة واقتران النصر بحركاته وسكناته فاقام بالشام مدبرا لامره مفكرا في كيفية رجوعه الي البلاد المصرية محدثا بذلك نفسه مقررا قواعد ذلك مع البلكي العادل نور الدين زنكي الي سنة اثنتين وستين وخمس مائة ۞

CAPUT SECUNDUM.

ذكر عوده الي مصر في الوقعة الثانية وهي معروفة بوقعة البابين

Secunda vice petita Ægyptus prœliumque Babein.

ولم يزل اسد الدين يتحدث بذلك بين الناس حتي بلغ شاور وداخله الخوف علي البلاد من الاشراك واعلم ان اسد الدين قد طمع في البلاد وانه لا بد له من قصدها وكاتب الافرنج وقرر معهم انهم يجبون البلاد ويمكنونهم تمكينا كليا ويعينوه علي استيصال اعدايه فجبت بستقر قلبه فيها وبلغ ذلك اسد الدين

A *Sedoddino* autem his de rebus publicum etiam ſerente ſermonem, *Sjavarum* cum rumore metus inceſſit, ne *Turcæ* regiones ipſius occupatum venirent; omninoque ſibi *Aſedoddinum* tanta cupidine regionum inflammatum brevi incubiturum eſſe perſenſit. Miſit ergo ad *Francos*, Hieroſolymorum dominos, cum iiſque pepigit, ut locis omnibus in ipſorum poteſtatem traditis, operam ipſi navarent in hoſtibus extirpandis,

dis, quietaque regni poſſeſſione firmanda. Id ad *Aſedoddinum Elmalichumque Eladilum Noureddinum* perlatum, vehementi utrumque metu affecit, ne infideles regnum *Ægypti* ſub ditionem ſuam ſubjungerent; ac propterea novam illuc expeditionem cum exercitibus *Noureddini* ſuſcepit *Aſedoddinus*, *Saladinum* iterum, multum abnuentem licet, ſecum abducens, anno ſexageſimo ſecundo, die duodecimo *Rabiæ* prioris. Perveniunt in *Ægyptum* eodem cum *Francis* tempore, cum iiſque *Schjavarus* ſeſe adverſus *Aſedoddinum* conſociat, una cum *Ægyptiis* omnibus. Prœlia multa, graves conflictus eduntur; tandemque *Franci* diſcedere coguntur, quod *Noureddinus* in ipſorum terras copias emiſiſſet, & *Monaideram* occupaſſet. Hoc quum reſciviſſent *Franci* ſuis ipſi regionibus metuentes reditum parant. Rediit item *Aſedoddinus* ob debilitatum, multiſque formidoloſis caſibus cladibuſque attenuatum exercitum, pace tamen prius cum *Francis*, *Ægypto* ut abſiſterent, inita; atque ita ſub finem hujus anni *Syriam* repetiit, una cum flagrantiſſima cupiditate *Ægypti* potiundæ, vehementiſſimum reportans metum, ne *Franci* eam occuparent; quippe qui eam ſecum jam detectam, nudatamque, & penitiſſime inſpectam haberent; uſſitque ipſum identidem hic dolor, corque ei concuſſit; fatis inſcium trahentibus ad rem alteri deſtinatam.

الدين والملك العادل نور الدين واشتد
خوفهم علي مصر ان ملكها الكفار
فيستولوا علي البلاد كلها فتجهز اسد
الدين وانفذ نور الدين معه العساكر
والزم السلطان رحمه الله المسير معه علي
كراهية منه لذلك وكان توجههم في
اثني عشر ربيع الاول سنة اثنين وستين
وخمس ماية وكان وصولهم الي البلاد
المصرية مقارنا لوصول الافرنج اليها
وانتفق شاور مع الافرنج علي اسد الدين
والمصريون باسرهم وجرت بينهم حروب
كثيرة ووقعات شديدة وانفصل الفرنج
عن الديار المصرية وانفصل اسد الدين
وكان سبب عود الفرنج ان نور الدين
جرد العساكر بلاد الفرنج واخذ المنيطرة
وعلم الفرنج ذلك فخافوا علي بلادهم
وعادوا وكان سبب عود اسد الدين
ضعف عسكره بسبب مواقعة الفرنج
والمصريين وما عانوه من الشدايد وعاينوه
من الاهوال وما عاد حتي صالح الفرنج
علي ان ينصرفوا كلهم من مصر وعاد الي
الشام في بقية السنة وقد انضم الي قوة
الطمع في البلاد شدة الخوف عليها من
الفرنج لعلمه انهم قد كشفوها كما كشفها
وعرفوها من الوجه الذي عرفها فاقام
علي مضض وقلبه مقلقل والقضاء يجره
الي شي قد قدر لغيره وهو لا يشعر بذلك

CAPUT TERTIUM.

Ægyptus tertia vice adita occupataque, menſibus anni quingenteſimi ſexageſimi quarti.

ذكر عوده الي مصر في الدفعة الثالثة
وهي التي ملكوها فيها وجري ما
جري في شهور سنة اربع
وستين وخمس ماية

OCcupaverat *Noureddinus* arcem *Monaideram*, poſtquam *Aſedoddinus* abiiſſet, menſe *Resjebo*, arcemque *Acapham* in deſerto diruerat, atque menſe *Ramadano* vires cum fratre *Kotboddino*, *Zineddinoque*, conſociarat *Hamathæ*, ad ſacrum bellum *Francis* movendum, *Honainamque* menſe *Schjawalo* vaſtarant; menſe autem *Dſulkada* redierat ex *Ægypto*

ملك نور الدين قلعة المنيطرة بعد سير
اسد الدين في رجب وخرب قلعة
اكاف بالبرية وفي رمضان منها
اجتمع نور الدين واخوه قطب الدين وزين
الدين محماة للغزاة وساروا الي بلاد
الفرنج فخربوا هونين في شوال منها
وفي

وفي ذي القعدة كان عود اسد الدين
من مصر وكان سبب ذلك ان الفرنج
خذلهم الله جمعوا راجلهم وفارسهم
وخرجوا يريدون الديار المصرية
ناكثين لجميع ما استقر مع المصريين
واسد الدين من الصلح والقواعد طمعا
في البلاد فلما بلغ ذلك نور الدين واسد
الدين لم يسعهما الصبر دون ان سارعا
الي قصد البلاد اما نور الدين فبالمال
والرجال ولم يسر بنفسه خوفا علي البلاد
من الفرنج ولانه كان قد حدث نظر الي
جانب الموصل بسبب وفاة زين الدين
بن بكتكين فانه توفي بذي الحجة سنة
ثلث وستين وخمس ماية وتسلم ما كان
في يده من الحصون الي قطب الدين ما
عدا اربل فانها كلها كانت له من
اتابك زنكي رحمه الله فحدث لنور
الدين الي ذلك الجانب الطمع بهذا
السبب فسير العسكر واما اسد الدين
فسبقه وملكه واهله ورجاله ولقد قال لي
السلطان كنت اكره الناس للخروج
في هذه الوقعة وما خرجت مع عمي
باختياري وهذا معني قوله تعالي وعسي
ان تكرهوا شيا وهو خير لكم وكان
شاور لما احس بخروج الفرنج الي مصر
علي تلك القاعدة انفذ الي اسد الدين
يستصرخه ويستنجده فخرج مسرعا
وكان وصولهم الي مصر في اثناء ربيع
الاول سنة اربع وستين وخمس ماية
ولما عرف الفرنج بوصول اسد الدين الي
مصر عن اتفاق بينه وبين اهلها رحلوا
راجعين وعلي اعقابهم ناكصين واقام اسد
الدين بها يتردد اليه شاور في الاحيان
وكان وعدهم بمال بمقابلة ما خسروه
من النفقة فلم يوصل اليهم شيا وعلقت
مخاليب اسد الدين في البلاد وعلموا ان
الفرنج متي وجدوا فرصة اخذوا البلاد
ترددهم اليها في كل وقت لا يفيد وان
شاور يلعب بهم تارة وبالفرنج تارة
اخري وعلموا انه لا سبيل الي الاستيلاء
علي البلاد مع بقاء شاور واجمعوا امرهم
علي

gypto Asedoddinus. Ob hæc omnia *Franci* cum omni peditatu equitatuque egressi *Ægyptiacas* repetivere *provincias*, pacem cum Ægyptiis atque *Asedoddino* firmatam, conditionesque ejus, violantes, eo quod regionibus istis cupidissime inhiarent. Id *Noureddinus Asedoddinusque* impatientissime audivere, seque cohibere non valuerunt, quo minus illuc quoque omnem suam curam converterent. *Noureddinus* quidem pecunia & viris, ipse iter ingredi non ausus, partim quod impressionem *Francorum* suas in regiones pertimesceret, partim quod *Mosulæ* immineret, occasione obitus *Zineddini Ibn Buctechini*, qui decesserat mense *Dsulhassja* anni sexagesimi tertii, omnesque suas arces tradiderat *Kotboddino*, excepta *Arbela*, quas acceperat ab *Atabecho Zenchio*. Harum ergo provinciarum cupiditate accensus *Noureddinus*, copias tantum suas misit in *Ægyptum*, quibus se ducem præbuit *Asedoddinus*, seque suosque omnes isti expeditioni impendens; invitissimo mortalium *Saladino*, ut ipse mihi retulit, &, illa quidem vice, penitus comitatum patrui sui aversante; quo ipso dictum *Alcorani* comprobatum fuit, *sæpissime ea aversamini, quæ in bonum cedunt.* Accedit quod *Schjawarus* de *Francorum* adversus *Ægyptum* suscepto molimine certior factus, *Asedoddini* opem auxiliumque denuo implorarat; ac proinde festinatis itineribus ad eum contendit, pervenitque volvente *Rabia* priore anni sexagesimi quarti. Hac consensione conspirationeque *Asedoddini* populique *Ægyptiaci* perculsi *Franci*, retro pedem referre, incœptoque desistere coacti fuere; *Asedoddino* remanente, & officiosissime a *Schjawaro* coli salutarique solito. Promiserat autem *Schjawarus* se sumtus impensos esse refusurum; unde quum nihil dependeretur, *Ungues Asedoddini* suorumque provinciis hisce *inhæsere*, eo magis quod *Franci*, prima data occasione, eas denuo essent invasuri, neque sane conduceret, eos tam crebro illuc commeare: apparebat quoque *Schjawarum* nunc ipsos, nunc *Francos* ludere, senserantque nunquam eo vivo sese voti in *Ægypto* occupanda compotes futuros. Decernitur itaque communi consilio capiendum esse hominem, quum

viſitatum veniret; illi enim ipſum ſæpiſſime adibant quidem, excepto *Aſedoddino*, ſed ipſe *Aſedoddinum* nonnunquam viſitabat, more *Vezirorum Ægyptiacorum* equo invectus, tympano, lituo, vexilloque, præeunte; at nemo ipſum corripere auſus fuit ex omni illa multitudine, præter unum *Saladinum*, qui adventantem excepturus lateri ejus ſeſe adjunxit: veſteque ejus circa jugulum apprehenſa, ſocios a reliquo exercitu comprehendi præcepit; quibus in fugam conjectis ſpoliatiſque, *Schjawarus* ſeorſim in tentorio captivus detinetur. Extemplo autem decretum adfertur *Ægyptiorum* per Eunuchum, quo caput *Schjawari* depoſcitur, ſecundum morem inter ipſos receptum in *Veziris*, quo ei regimen firmatur, qui ſuperior diſceſſit. Cervicibus amputatum ad ipſos remittitur caput; mox ad *Aſedoddinum* honorifica *Veziratus* chlamys defertur, qua amictus palatium intrat, *Veziruſque* declaratur, die decimo ſeptimo *Rabiæ* poſterioris ejuſdem hujus anni, vim Regni omnem imperando prohibendoque exercens: niſi quod *Saladinus* ob ſummam ſolertiam, prudentiamque, ac regendi peritiam admirabilem, negotia fere tractaret, atque frena moderaretur imperii, uſque ad diem vigeſimum ſecundum *Sjumadæ* poſterioris anni prædicti.

علي قبضه اذا خرج اليهم وكانوا هم يترددون الي خدمته دون اسد الدين وهو يخرج في الاحيان الي اسد الدين يجتمع به وكان يركب علي قاعدة وزرايهم بالطبل والبوق والعلم فلم يجاسر علي قبضه من الجماعة الا السلطان بنفسه وذلك انه لما سار اليهم تلقاه راكبا وسار الي جانبه واخذ بثلابيبه وامر العسكر ان اخذوا علي اصحابه فقروا ونهبهم العسكر وقبض شاور وانزل الي خيمة مفردة وفي الحال جاء التوقيع من المصريين علي يد خادم خاص لا بد من راسه جريا علي عادتهم في وزرايهم في تقرير قاعدة فيمن قوي منهم علي صاحبه فحزت رقبته وانفذ راسه اليهم وانفذ الي اسد الدين خلعة الوزارة فلبسها وسار ودخل القصر وترتب وزيرا وذلك في سابع عشر ربيع الاخر سنة اربع وستين ودلم امرا ناهيا والسلطان رحمه الله مباشر الامور مقرر لها وزمام الامر والنهي مفوض اليه لمكان كفايته ودرايته وحسن رايه وسياسته الي الثاني والعشرين من جمادي الاخر من السنة المذكورة ✡

CAPUT QUARTUM.

Mors Aſedoddini, & imperii ad Saladinum devolutio.

ذكر وفاة اسد الدين ومصير الامر الي السلطان

NEmpe *Aſedoddinus* edaciſſimus erat, in carnibuſque præſertim durioribus ſumendis nimius, unde cruditatibus & anginis perpetuis divexatus ſæpiuſcule quidem, non ſine ingenti periculo, evaſit, ſed tandem graviore morbo, ac præfocatione vehementiore gutturis oppreſſus periit, die vigeſimo ſecundo *Sjumadæ* poſterioris. Poſt hujus fata *Sultano* noſtro defertur imperium, pulcherrimeque fundatum ſimul ordinatumque eniteſcit; dum largitione corda occupat hominum, mundanaſque opes erogando Mundi poſſeſſionem

وذلك ان اسد الدين كان كثير الاكل شديد المواظبة علي تناول اللحوم الغليظة وتتواتر عليه التخم والخوانيق وينجوا منها بعد مقاساة شدة عظيمة فاخذه مرض شديد واختراه خانوق عظيم فقتله في الثاني والعشرين من جمادي الاخر وفوض الامر بعده الي السلطان واستقرت القواعد واستتبت الاحوال علي احسن نظام وبذل المال وملك الرجال وهانت عنده الدنيا فملكها وشكر

Digitized by Google

nem regnumque ſibi firmat. Grata autem mente hunc Dei in ſe favorem agnoſcens, a vino ludicriſque omnibus reſipuit, ſeque totum avertit, induens ſummum ſeverioris vitæ bellique ſacri ſtudium, idque identidem uno perpetuo tenore intendens, donec ad miſericordiam Dei emigravit. Utique audivi eum cum diceret, ſe quum regiones *Ægyptiacas* tam feliciter obtinuiſſet adſpirante Numine, ſimul inſpirari ſibi ſenſiſſe, velle Deum, ut *Palæſtinam* lituſque expugnaret; ſeque propterea excurſiones in *Francos* per *Carachæ* & *Sjaubechæ* tractus nunquam intermiſiſſe, ſtatim atque rerum eſſet potitus. Nulli interim faſti conſimilem referunt munificentiam, qua quis homines *e nubibus* veluti liberalitatis *compluerit*; dum inter initia quidem adminiſtrationis ſectam ſequens *Ægyptiorum*, mox *Sunnitarum* fovere cœpit dogmata, eruditis religioſiſque undique terrarum ac gentium ad ipſum agmine facto confluentibus, & nullius ſpe atque expectatione deluſa. At *Noureddinus* potentiam *Sultani* in *Ægypto* ſtabilitam cernens, *Emiſſam* a præfectus *Aſedoddini* cepit menſe *Resjebo* anni ſexageſimi quarti.

وشكر نوة الله عليه فتاب من الخمر واعرض عن اسباب اللهو وتقمص بلباس الجد والاجتهاد وما عاد عنه ولا لزداد الا جدا الي ان توفاه الله الي رحمته ولقد سمعت منه يقول لما يسر الله لي الديار المصرية علمت انه اراد فتح الساحل لانه اوقع ذلك في نفسي ومن حين استتب له الامر ما زال يشن الغارات علي الفرنج الي الكرك والشوبك وبلادها وغشي الناس من سحايب الافضال والنعم ما لم يورخ عن غير تلك الايام هذا كله وهو وزير متابع القوم ولكنه مقو لمذهب السنة غارس في البلاد اهل العلم والفقه والتصوف والدين والناس يهرعون اليه من كل صوب ويفدون عليه من كل جانب وهو لا يخيب قاصدا ولا يعدم وافدا ولما عرف نور الدين استقرار امر السلطان بمصر اخذ حمص من نواب اسد الدين وذلك في رجب من سنة اربع وستين ۞

CAPUT QUINTUM.

ذكر قصد الفرنج دمياط حرسها الله تعالي

Damiata a Francis petita.

ولما علم الفرنج ما جري من المسلمين وعساكرهم وما تم للسلطان من استقامة الامر في الديار المصرية علي انه يملك بلادهم ويخرب ديارهم ويقلع اثارهم لما حدث له من القوة والملك فاجتمع الفرنج والروم جميعا وحدثوا انفسهم بقصد الديار المصرية والاستيلاء عليها وملكها وراوا قصد دمياط لتمكن القاصد لها في البر والبحر ولعلمهم انها ان حصلت لهم حصل لهم مغرس قدم فاستصحبوا المنجنيقات والدبابات والجروخ وايات الحصار وغير ذلك ولما سمع فرنج الشام بذلك اشتد امرهم فسرقوا حصن عكار من المسلمين واسروا صاحبها

QUum vero *Franci* reſciviſſent hanc proſperam exercituum *Muſulmannorum* fortunam, perfectumque & ſtabilitum *Saladino* imperium in *Ægypto*; ſimulque experirentur novi hujus regni opibus opes, res, regiones eorum occupari, vaſtari, funditusque convelli, conglobatis cum *Græcia* viribus ſemet inſtimularunt ad expeditionem illuc ſuſcipiendam, ut *Ægyptum* univerſam ſubjugarent, ſub ditionemque ſuam redigerent. Eum in finem *Damiatam* aggrediendam judicarunt, terra marique ſibi aditum patefacturi, eaque occupata pedem in poſſeſſionem iſtam velut defixuri. Machinas proinde, muſculoſque ac catapultas, & reliqua inſtrumenta oppugnandarum urbium ſecum devexere. Ad quam famam excitati *Franci* in *Syria*

ria agentes, majores ſumſere ſpiritus, arcemque *Accaram Muſulmannis* ſurripuere, præfecto ejus *Chotlacho* vexillifero, mancipio *Noureddini*, in vincula conjecto, menſe Rabia poſteriore hujus anni. *Noureddinus* autem, quum hunc in modum ſeſe Franci hinc & hinc movere inciperent, retundendos diſtrahendoſque eos ratus, *Caracham* obſidione cinxit menſe *Sjabano:* mox tamen *Francis Palæſtinæ* adventantibus recedere coactus, atque etiam manum cum ipſis conferendi copiam haud nactus. Majore mox cura oppreſſit eum mors *Mesjdoddini Ibn Daja*, qui *Halebi* diem ſuum obiit menſe Ramadano anni ſexageſimi quinti; is enim omnium rerum molem ſuſtinebat. *Syriam* proinde repetiit, ubi nunciato ipſi terræ motu, qui *Halebum* aliaque oppida divaſtavit, illuc divertere voluit, ſed audita morte *Kotboddini* fratris, qui *Moſulæ* deceſſerat die vigeſimo ſecundo menſis Dſulhasjæ, a *Tel Basjara*, ubi nuncius eum attigerat, eadem nocte ad regiones *Moſuliticas* ire perrexit. *Saladinus* interea *Francorum* adverſus *Damiatam* molimine cognito, peditis equitiſque fortiſſima illuc ſummiſit præſidia, cum ingenti commeatu, apparatuque armorum, quæ facile tutum præſtarent oppidum: promittens inſuper ſe ipſum auxilio adfuturum cum exercitibus inſtructiſſimis, hoſtemque a mœnibus depulſurum. Quumque jam *Franci* urbem obſidione clauſiſſent, vehementiſſimeque oppugnarent, *Saladinus* quidem foris, oppidani autem intus, continuis eos impreſſionibus infeſtarunt, Deo *Muſulmannorum* armis adſpirante, & *Saladino* triumphum Religionis glorioſiſſime ac feliciſſime auſpicante, ita ut Fide Infidelitatem profligante, confuſus deluſuſque inde receſſerit *Francus*, caput vitamque incolumem auferre contentus; machinis omnibus partim combuſtis, partim direptis; & multo milite amiſſo. Sic oppido illo ſingulari Numinis favore conſervato, hinc acies hoſtilis retuſa elanguit, illinc fundamenta novæ potentiæ validius ſubnixa ſtetere.

صاحبها وكان مملوكا لنور الدين
يسمي خطلخ العلم دار وذلك في ربيع
الاخر منها ولما راي نور الدين ظهور
امر الافرنج وبلغه نزولهم علي دمياط قصد
شغل قلوبهم فنزل علي الكرك محاصرا
لها في شعبان من هذه السنة فقصده فرنج
الساحل فرحل عنها وقصد لقاهم فلم
يلقوا له ثم بلغه وفاة مجد الدين بن
الداية بحلب وكانت وفاته في شهر
رمضان سنة خمس وستين فاشتغل قلبه
لانه كان صاحب امره فعاد يطلب الشام
فبلغه خبر امر الزلزلة بحلب التي اخربت
كثيرا من البلاد المذكورة فسار
يطلب حلب فبلغه موت قطب الدين
اخيه بالموصل وكانت وفاته في ثاني
وعشرين من ذي الحجة من السنة
المذكورة وبلغه الخبر وهو بنبل باشر
فسار من لبلته طالبا بلاد الموصل
ولما علم السلطان شدة قصد العدو
دمياط انفذ الي البلد واودعه من الرجال
وابطال الفرسان والمبرة والات السلاح
ما امن معه عليه ووعد المقيمين فيه
بامدادهم بالعساكر والالات وابعاد
العدو عنهم ان نزل عليهم ثم نزل الفرنج
في التاريخ المذكور واشتد زحفهم
عليها وقتالهم لها وهو يشن الغارات
عليهم من خارج والعسكر يقاتلهم من
داخل ونصر الله المسلمين وايدهم وحسن
قصده في نصر دين الله ويسعدهم
وينجدهم حتي بان للفرنج الخسران
وظهر علي الكفر الايمان ورأوا انهم
ينجون برؤسهم ويسلمون بنفوسهم فرحلوا
خائبين خاسرين فحرقت مناجيقهم
ونهبت وقتل منهم خلق كثير وسلم
البلد بحمد الله ومنه عن قصدهم وظهر
بتوفيق الله فل حدهم واستقرت قواعد
السلطان

CA-

CAPUT SEXTUM.

Pater Saladini arceſſitur.

QUo autem completiora forent cumulatioraque hæc gaudia, ſimulque ut prophetæ *Joſephi* (quem cum reliquis prophetis omnibus Numinis favor proſequatur) hiſtoria, omni ex parte, referretur, patrem ſuum qui arceſſerent miſit. *Nesjmoddinum*, id parenti nomen, ergo, labente *Sjumada* poſteriore in *Ægyptum* deductum, officioſiſſime, prout ſolebat, excepit *Sultanus*, eique univerſum imperium detulit. At ille refugere ac reſilire, dicereque, *Enimvero Te, Fili, quod tanto par eſſes oneri, unum elegit Deus, ad hoc regimen capeſſendum: neque ullo pacto commutanda nobis eſt aut conturbanda ſedes fortunæ ac felicitatis.* Exinde ærariis omnibus eum præfecit, *Veziri* munia ſtrenue obiens, donec diem clauſiſſet *Eladidus Abu Muhammed Abdalla*, in quo *Ægyptiorum Chalipharum* imperium clauſum expiravit.

Noureddinus inter hæc menſe *Muharremo* anni ſexageſimi ſexti *Raccam* ceperat, *Nitſibinque* ire pergens, eam quoque, ad finem vergente eodem hoc menſe, receperat: *Sensjara* deinde in poteſtatem redacta, *Rabia* poſteriore, *Moſulam* contenderat, quam ut citra oppugnationem ſui juris arbitriique faceret, vadum Urbis trajecit exercitum, atque e regione *Moſulæ* in colle, cui *Hitſno* nomen, conſedit; indeque miſſa legatione *Ezzodino Gazio*, fratris filio, civitatis Domino, intentionis ſuæ ſinceritatem declaravit; paceque cum eo inita, urbem intravit die decimo tertio *Sjumadæ* prioris; *Ezzoddino* cum imperium confirmans, tum filiam ſuam elocans: *Sensjaramque* concedens *Amadoddino* fratris item filio: quibus peractis relicta *Moſula* in *Syriam* iter reflexit, *Halebumque* perrexit menſe *Sjabano* ejuſdem hujus anni.

ذكر طلبه والده

ثم انفذ في طلب والده ليكمل السرور به وينتم الحبور ويجمع القصة مشاكلة لما جري للنبي يوسف صلوات الله عليه وعلي ساير الانبياء اجمعين فوصل والده نجم الدين ايوب في اثناء جمدي الاخر من سنة خمس وستين وسلك معه من الادب ما كان عادته والبسه الامر كله فابي ان يلبسه وقال يا ولدي ما اختارك الله لهذا الامر الا ولانت كفو له ولا ينبغي ان يغير موقع السعادة فحكمه في الخزاين باسرها ولم يزل السلطان وزيرا محكما حتي مات العاضد ابو محمد عبد الله وبه ختم امر المصريين ۞

واما نور الدين فانه اخذ الرقة في المحرم سنة ست وستين وسار منها الي نصيبين فاخذها في بقية الشهر واخذ سنجار في ربيع الاخر منها ثم قصد الموصل وقصد ان لا يقاتلها فعبر بعسكره من مخاضة بلد وسار حتي خيم قبالة الموصل علي تل يقال له الحصن وراسل ابن اخيه عز الدين غازي صاحب الموصل وعرفه صحة قصده فصالحه ودخل الموصل في ثالث عشر جمدي الاولي وقرر صاحبها فيها وزوجه ابنته واعطا عماد الدين بن اخيه سنجار وخرج من الموصل قاصدا نحو الشام فدخل حلب في شعبان من هذه السنة ۞

Digitized by Google

CAPUT SEPTIMUM.

Obitus Eladidi.

ذكر موت العاضد

INcidit autem mors *Eladidi Chaliphæ* in duodecimum menſis *Muharremi* anni ſexageſimi & ſeptimi; per quam *Saladini* opes corroboratæ. Jamque extremis temporibus, vivo adhuc *Eladido*, ſolemnis pro *Chalipha* precatio, quæ initium ſumſerat cum *Almoſtadio Biamrilla*, ad *Abbaſidas* redierat. Rebus ergo juſto firmoque talo ſtantibus, quantumvis æraria, regioſque theſauros, vel donaſſet, vel prædæ reliquiſſet, ne tantillo quidem pro ſe ſervato, ad expeditionem tamen ſacram ſemet accinxit, hoſtilibus *Francorum* terris magnæ molis negotium ſtruens, alteque jactis veluti fundamentis præparans. Ad *Noureddinum* quod attinet, & is bello ſacro intentus, filium fratris, *Moſulæ* Dominum, præſto eſſe juſſit cum ſuis ſibi exercitibus, quo veniente *Arca* oppugnata expugnataque menſe *Muharremo*, anni ſexageſimi & ſeptimi.

وكان موته في الاثنين العاشر من المحرم سنة سبع وستين واستقر الملك للسلطان وكان خطب لبني العباس في اواخر امر العاضد وهو حي وكانت الخطبة ابتداوها للمستضي بامر الله واستمرت القواعد علي الاستقامة وهي كلما استولي علي خزانة المال وهبها وكلما فتح له خزاين ملك انهبها ولا يبقي لنفسه شيا وشرع السلطان في التاهب للغزاة وقصد بلاد العدو وتعبية الامر لذلك وتقرير قواعده واما نور الدين فانه عزم علي الغزاة واستدعا صاحب الموصل ابن اخيه فوصل بالعساكر الي خدمته وكانت غزاة عرقا واخذها في المحرم سنة سبع وستين

CAPUT OCTAVUM.

Prima ex Ægypto expeditio ſacra.

ذكر اول غزاة غزاها من الديار المصرية

Saladinus interea temporis juſtitia æquabiliter adminiſtranda, explicanda longe lateque liberalitate, & collocandis beneficiis, firmior indies potentiorque, anno tandem ſexageſimo & octavo copias ſuas adverſus *Carachæ* & *Schjaubechæ* regiones eduxit: inde exorſus, quod & proximæ forent, & viam interſecarent, catervis viantium Ægypto præcluſa, niſi ipſe egreſſus tranſitum per hoſtile ſolum ipſis patefeciſſet. Ad iter proinde expediendum, regionesque haud intermiſſa ſerie jungendas, ut per eas libere meari remearique poſſet, *Carachum* infeſtus petivit, obſidioneque clauſit: inde tamen, poſt varias cum *Francis* pugnas ac colliſiones, recedere coactus, nullo pretio operæ auctus, niſi quod meredem ſibi boni operis apud Deum compararit.

ولم يزل علي قدم بسط العدل ونشر الاحسان واقامة الانعام علي الناس الي سنة ثمان وستين فعند ذلك خرج بالعسكر يريد بلاد الكرك والشوبك وانما بدا بها لانها كانت اقرب اليه وكانت في الطريق تمنع من يقصد الديار المصرية وكان لا يمكن ان تفصل قافلة حتي يخرج هو بنفسه يعبرها بلاد العدو فاراد توسيع الطريق وتسهيله لتتصل البلاد بعضها ببعض ويسهل علي السابلة فخرج قاصدا لها فحاصرها وجري بينه وبين الفرنج وقعات وعاد عنها ولم يظفر منها بشي في ذلك الوقعة وحصل ثواب القصد واما نور الدين فانه

At

فافه فتح مرعش في ذي القعدة من هذه السنة واخذ بهنسا في ذي الحجة منها

At *Noureddinus* menſe *Dſulkada* hujus anni *Maresjam*, *Dſulhaſſia* autem *Bahneſam* expugnavit.

CAPUT NONUM.

ذكر وفاة والده نجم الدين

Obitus Nesjmoddini, patris ejus.

ولما عاد السلطان من غزاته بلغه قبل وصوله الي مصر وفاة ابيه نجم الدين فشق عليه ذلك حيث لم يحضر وفاته وكان سبب وفاته وقوعه من الفرس وكان رحمه الله شديد الركض ولعا بلعب الكرة بحيث من راه يلعب بها يقول ما يموت الا من وقوعه عن ظهر الفرس وكانت وفاته في شهور سنة تسع وستين وراي السلطان قوة عسكره وكثرة عدد اخوته وقوة باسهم وكان بلغه ان باليمن انسان استولي عليها وملك حصونها وهو يخطب لنفسه يسمي بعبد النبي بن مهدي ويزعم انه ينتشر ملكه الي الارض كلها واستتب الامر له فراي ان يسير اليها اخاه الاكبر شمس الدولة الملك المعظم اتورانشاه وكان كريما لربحا حسن الاخلاق سمعت منه رحمه الله الثنا علي كرمه وحسن اخلاقه وترجيحه علي نفسه وكان توجهه اليها في اثناء رجب سنة تسع وستين فمضي اليها وفتح الله علي يديه وقتل الخارجي الذي كان بها واستولي علي معظمها واعطي واغني خلقا كثيرا

REdeunti deinde ab expeditione iſta *Saladino*, ante quam *Ægyptum* attingeret, patris *Nesjmoddini* obitus renunciatur, quem ſe haud præſente defunctum ſane quam ægerrime tulit. Illi fatum arceſſierat lapſus ex equo. Nempe in equeſtribus curſibus ſaltibuſque vehemens, luſuique pilæ unice deditus, inſpectanti eam ſtatim movebat cogitationem, præcipitatum ex equi dorſo haud dubie aliquando eſſe peritu-rum. Id volvente anno ſexageſimo & nono accidit; quo ſe validiſſimo exercitu, Fratrumque numeroſo ac fortiſſimo agmine ſuccinctum cernetis *Saladinus*, ad altiora animum appulit. Audiverat in *Arabia Felice* arces & potentatum tenere *Abdolnabium* quendam, *Ibn Mohdii*, qui ſibi ſoli imperium, per totum terrarum orbem diffundendum, deberi deſtinarique crepabat. Adverſus hunc Fratrem natu maximum *Schjemſoddaulam Almalichum Almoaddamum Atouransjahum* direxit, virum generoſitate indolis, morumque pulchritudine inſigni præditum, quem *Saladinus* ſibi ipſi in his aliiſque laudibus præcellere ac præponderare profitebatur, ut mihi aurito teſti conſtat. Is menſe *Resjebo* hujus anni ſexageſimi & noni illuc feſtinans, feliciſſimis auſpiciis regiones illas expugnavit, perduelleque iſto occiſo, maximam earum partem ditione tenuit, multos mortales munerans ditanſque.

CAPUT DECIMUM.

ذكر وفاة نور الدين محمود بن زنكي رحمه الله

Obitus Noureddini Mahmudi Zenchiadæ.

وكانت وفاته بسبب خوانيق اعترته ايضا عجز الاطبا عن علاجها وتوفي

EOdem anno, menſis *Sjawali* primo & viceſimo die, qui *Mercurii* erat,

in arce *Damaſcena* diem obiit *Noureddinus* ex anginis quoque, quæ ipſum infeſtare ſolebant, induſtriamque ludere medentum. Ejus in locum ſucceſſit *Elmalichus Elſalihus Iſmael*. Jam vero percrebuerat, ut ipſe mihi retulit *Sultanus*, in *Ægyptum* iter decreviſſe *Noureddinum*; cui ut *baculo* amicitiæ *rupto*, ſemet aperto Marte oppōneret, ſocii amicique magnopere auctores erant, dictitantes, acie confligendum repellendumque hominem, ſi vere aditum moliretur. Reſpuiſſe tamen ſeſe illa conſilia, ac ne verbulum quidem ea de re æquis auribus tuliſſe: contentione iſta durante, donec *Noureddinum* exceſſiſſe adferretur.

وتوفي يوم الاربعا حادي وعشرين شوال من سنة تسع وستين وذلك في قلعة دمشق واقام مقامه ولده الملك الصالح اسماعيل ولقد حكي لي السلطان قال كان بلغنا عن نور الدين انه قصدنا بالديار المصرية وكانت جماعة اصحابنا يشيرون بان نكاشف ونخالف ونشق عصاه ونلغي عسكره بمصاف نرده اذا تحقق قصده وكنت وحدي اخالفهم وتقول لا يجوز ان يقال شي من ذلك ولم يزل النزاع بيننا حتي وصل الخبر بوفاته

CAPUT UNDECIMUM.

Rebellio Cundi in Syenitica, circa idem hocce tempus.

ذكر منافقة الكند باسوان وذلك في شهور سنة تسع وستين

Cundus aliquis, qui præfectus fuerat *Ægyptiorum*, ſeſe *Syenen* fuga ſubduxerat, ubi res novas agitare, confluentibus ad eum *Nigritis*, non intermittebat; jactitans, ſe terras omnes ſubacturum, potentiamque ac gloriam *Ægypti* renovaturum. Temeritas *Ægyptiorum*, ut vana & volatica eſt gens, facile ineſcatur. Agmine facto undique concurritur, impetuſque in tractus *Kuſanos* datur. *Sultanus*, rei fama percepta, delegat illuc manum inſtructiſſimam, in telis jaculiſque horrentem, ex eorum numero, qui deguſtata jam dulcedine *Ægypti*, ne eam amitterent, præmetuebant. Hiſce præeſſe juſſit Fratrem *Elmalichum Eladilum Saiphoddinum*, qui turbam illam fudit fugavitque, ingenti edita ſtrage, malumque illud ulcus exſtirpavit, tumultumque ſedavit atque extinxit, die ſeptimo menſis *Saphari*, anno ſeptuageſimo. Sic res opeſque *Sultani* novum ſibi robur ac firmamentum, Deo favente, compararunt.

والكند انسان مقدم من المصريين كان قد انتزح الي اسوان فاقام بها ولم يزل يدبر امره ويجمع السودان عليه ويخيل لهم انه يملك البلاد ويعيد الدولة مصرية وكان في قلوب القوم من مهاوله المصريين ما تستصغر هذه الافعال عنده فاجتمع عليه خلق كثير وجمع وافر وقصدوا قوص واعمالها وانتهي خبره الي السلطان فجرد له عسكرا عظيما شاكين في السلاح من الذين ذاقوا حلاوة المصرية وخافوا علي فوت ذلك منهم وقدم عليهم اخاه الملك العادل سيف الدين وسار بهم حتي اتي القوم فلقيهم بمصاف فكسرهم وقتل منهم خلقا عظيما واستاصل شافتهم واخمد ثايرتهم وذلك في السابع من صفر سنة سبعين واستقرت قواعد الملك واستوت اموره ولله الحمد والمنة

انتزح

CA-

CAPUT DUODECIMUM.

ذكر قصد الافرنج ثغر الاسكندرية حرسها الله تعالي

وذلك ان الفرنج لما علموا تغيرات الاحوال بالديار المصرية وتقلبات الدول بها داخلهم الطمع في البلاد وجردوا عساكرهم في البحر وكانوا في ستماية قطعة ما بين شاني وطرادة وبطسة وغير ذلك وكانوا في ثلثين الف علي ما ذكر ونازلوا الثغر وذلك في اثناء شهر صفر في السابع منه من هذه السنة وهي سنة سبعين فامده السلطان بالعساكر المنصورة وتحرك وداخل الله في قلوبهم من الخوف والرعب ما لم يمكنهم الصبر معه وعادوا خايبين خاسرين بعد ان ضايقوا الثغر وزحفوا عليه ثلثة ايام وقاتلوا قتالا شديدا وعصمه الله منهم ولما احسوا بحركة السلطان نحوهم ما تلبثوا ان خلفوا مناجنيقهم وراءهم والتهم فخرج اهل البلد الي نهبها واحراقها وكان امرا عظيما ومن اعظم النعم علي المسلمين (وامارة كل سعادة)

Franci Alexandriæ clauſtrum oppugnatum eunt.

AT *Francos*, occaſione illarum in *Ægypto* revolutionum, orbiumque Fortunæ, cupido inceſſit regiones eas invadendi; atque trans mare exercitus ſuos illuc expediunt. Aderat ipſis claſſis lexcentarum navium, majoris partim, partim minoris formæ; quibus, ut traditur, triginta millia virorum impoſuere. Obſidione cingitur clauſtrum illud Ægypti ſeptimo quoque *Saphari*, eodem hocce anno ſeptuageſimo, cui cum victoribus ſuis exercitibus opem laturus *Sultanus* movit. Hujus adventu perculſi externatique majorem in modum, velut pavore Divinitus immiſſo, re infecta abſcedunt, poſt trium dierum acerrimam, multoque ſanguine fœdam, oppugnationem; ipſo Deo propugnaculum illud defenſante. Ad primum ergo *Sultani* motum, terga quam ocyſſime vertunt, machinis omnique inſtrumento relicto; quod oppidani vel diripuere, vel combuſſere; magno plane ac magnifico eventu, omnis felicitatis prænuncio.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

ذكر خروج السلطان الي الشام واخذه لدمشق

واما نور الدين فانه خلف ولده الملك الصالح اسماعيل وكان بدمشق وكان بقلعة حلب ابن الداية شمس الدين علي وشاذبخت وكان قد حدث نفسه بامور فسار الملك الصالح من دمشق الي حلب فوصل ظاهرها ثاني المحرم ومعه سابق الدين فخرج بدر الدين للقايه فقبض علي سابق الدين ولما دخل الملك الصالح القلعة قبض علي شمس الدين واخيه حسن واودع الثلثة

In Syriam proficiſcens Sultanus Damaſcum occupat.

NOureddinus filium *Elmalichum Elſalihum Iſmaëlem* reliquerat ſucceſſorem in arce *Damaſci*. *Halebenſi* autem arci præſidebat filius *Dajæ*, *Schjemſoddinus Ali*, ſocia *Sjadibuchta*. Is novas res meditabatur; qua de cauſa illuc *Damaſco* ſe contulit *Elmalichus Elſalihus*, ac ſecundo *Muharremi* extra urbem conſedit, abducto ſecum *Sabicoddino*. Eum excepturus egreditur *Bedroddinus*, qui *Sabicoddinum* comprehendit. In arcem deinde eſcendens Rex comprehendi quoque jubet *Sjemſoddinum*, ejuſque fratrem *Haſenum*, treſque hoſce in car-

Digitized by Google

cerem condit. Eodem etiam die obtruncatur filius *Cheſsjabi Abu Phadlus*, in ſeditione quæ *Halebi* fuerat exorta. Alii narrant, uno ante filiorum *Dajæ* apprehenſionem die eum fuiſſe occiſum, eorum ipſorum videlicet juſſu facinore patrato. *Sultanus* interim comperta *Noureddini* morte, Filiique perſpecta infantia, oneribus regni longe imparis, neque hoſtem Dei regionibus expellere valentis, in *Syriam*, regionum *Islamiticarum* radicem, profectionem adornat, numeroſiſque cum exercitibus illuc contendit; conſtitutis qui pro *Ægypti* cuſtodia excubarent, ejuſque res rite ordinatas adminiſtrarent. Abducta autem familia, & propinquis, ad oppidorum cives principeſque literas circummiſit, ſciſſis nimirum ſtudiis amicorum *Elmalichi Elſalihi*, conſiliiſque eorum ſcopas diſſolutas referentibus; & alio alium ſuſpectante. Horum etiam nonnullis in vincula compactis, reliquis omnibus ejuſdem ſortis incuſſus eſt metus. Id vel maxime corda hominum a puero abalienavit, eoque compulit neceſſitatis, ut *Sjemſoddinus* filius *Elmokaddemi* datis literis *Sultanum* arceſſere & invocare debuerit, ad curam *Elmalichi Elſalihi* ſuſcipiendam, reſque ejus retro ſublapſas depravataſque corrigendas, atque inſtaurandas. Sic *Damaſcum*, *nullo rupto baculo*, nullo diſcordante, dedentem ſemet intrat, feria tertia, ultimo *Rabiæ* poſterioris, anni ſeptuageſimi, arcemque quoque mox recepit. Statim vero atque Civitatem ingreſſus eſſet, ad ædes paternas recta tetendit, ubi confluentibus obedienter & enixe turbis ingens facta largitio; læto *Damaſcenis* ſuis *Saladino*, & ſolidum gaudente gaudium; *Damaſceniſque* item ob *Sultanum* omnia lætitiæ ſigna edentibus. Mox occupata arce, & pede in poſſeſſionem regni illius poſito, omni amputata mora, *Halebum* iter accelerat, & obſeſſa *Emeſſa*, urbem quidem capit, priore *Sjumada*, ſed arce ſe detineri haud paſſus, ipſam Civitatem *Halebenſem* die Veneris, ultimo ejuſdem menſis, prima vice circumſedit.

الثلثة السجن وفي ذلك اليوم قتل ابن
الخشاب ابو الفضل لفتنة جرت بحلب
ذكروا انه قتل قبل مسك اولاد الدايه
بيوم لانهم تولوا ذلك ولما تحقق
السلطان وفاة نور الدين وكون ولده
طفلا لا ينهض باعباء الملك ولا
يستقل بدفع عدو الله عن البلاد تجهز
للخروج الي الشام ان هو اصل بلاد
الاسلام فتجهز بجمع كثير من
العساكر وخلف في الديار المصرية
من يستقل بحفظها وحراستها ونظم
امورها وسياستها وخرج هو سايرا مع
جمع من اهله واقاربه وهو يدابر
اهل البلاد وامراها واختلف كلمة
اصحاب الملك الصالح واختلت تدابيرهم
وخاف بعضهم من بعض وقبض علي
جماعة منهم وكان ذلك سبب خوف
الباقين من فعل ذلك وسببا لتغير
قلوب الناس عن الصبي فافتقر الحال
ان كاتب شمس الدين بن المقدم
السلطان ووصل البلاد مطالبا بالملك
الصالح ليكون هو الذي يتولي امره
ويرتب حاله فيقوم له ما اعوج من
امره فوصل دمشق ولم يشق عليه
عصا ودخلها بالتسليم في يوم الثلثا
سلخ ربيع الاخر سنة سبعين وتسلم
قلعتها وكان اول دخوله الي دار
ابيه واجتمع الناس اليه وفي جوابه
وانفق في ذلك اليوم في الناس مالا
طويلا واظهر الفرح والسرور بالدمشقيين
واظهروا الفرح به وصعد القلعة واستقر
قدمه في ملكها فلم يلبث ان سار في
طلب حلب فنازل حمصا فاخذ
مدينتها في جمدي الاول سنة سبعين
ولم يشتغل بقلعتها وسار حتي اتي
حلب ونازلها في يوم الجمعة
سلخ الشهر المذكور وهي الوقعة
الاولي ✡

CA-

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

ذكر تسيير سيف الدين اخاه عز الدين الي لقايه

Saiphoddinus Fratrem Ezzoddinum contra Saladinum mittit.

ولما احس سيف الدين صاحب الموصل بما جري علم ان الرجل قد استفحل امره وعظم شانه وعلت كلمته وخاف انه ان غفل عنه استحوذ علي البلاد واستقر قدمه في الملك وتعدي الامر اليه فجهز عسكرا وافرا وجيشا عظيما وقدم عليه اخاه عز الدين مسعود وساروا يريدون لقاء السلطان وضرب المصاف معه وردة عن البلاد ولما بلغ السلطان ذلك رحل عن حلب مستهل رجب من السنة المذكورة عايدا الي حماة وسار الي حمص فاشتغل باخذ قلعتها فاخذها ثم وصل عز الدين الي حلب وانظم اليه من كان بها من العسكر وخرجوا بجمع عظيم ولما عرف هو بسيرهم سار حتي وافاهم في قرون حماة وراسلهم وراسلوه واجتهد ان يصالحوه فا صالحوه وراوا ان المصاف ربما نالوا به الغرض الاكبر والمقصود الاوفر والقضاء يجر الي امور وهم بها لا يشعرون وقام المصاف بين العسكرين بقضاء الله ان انكسروا بين يديه واسر جماعة منهم ومن علبهم واطلقهم وذلك في تاسع عشر رمضان سنة سبعين ايضا ثم سار عقيب انكسارهم ونزل علي حلب وهي الدفعة الثانية وصالحوه علي ان اخذ المعرة وكفرطاب واخذ باريه وذلك في اواخر هذه السنة ۞

HUnc rerum curſum animadvertens *Saiphoddinus*, *Moſulæ* Dominus, cernenſque viri potentiam evadere formidoloſiſſimam, atque ad ſummum Majeſtatis culmen excreſcere, cœpit metuere, ne, ſi otioſus ſederet, ſuas quoque provincias occupatum veniret, tantumque caperet roboris, ut ſolus rerum potiretur. Hac de cauſa delectu habito copioſiſſimum inſtruit exercitum, cui Fratrem præponit *Ezzoddinum*. Itur in occurſum *Sultani*, ad manum cum eo conferendam, eumque regionibus amovendum. Ad eam famam *Halebi* obſidionem ſolvens *Saladinus* ineunte *Resjebo*, *Hamatam* rediit, *Emeſſamque* ire pergens, arcem ejus occupare ſtuduit, cepitque. *Ezzoddinus* interea temporis *Halebum* delatus, aggregat ſibi copias ibi agentes. Exitur adverſus *Saladinum* ingenti agmine; qui moviſſe eos audiens, & ipſe movit, iiſque in finibus *Hamatæ* occurrit; ubi ultro citroque miſſis literis, paciſque conditionibus tentatis, prælio decernendum eſſe conſtituunt, ad ſcopum, optatumque finem, attingendum. Ad magnos nempe eventus Fata trahebant ignaros. Ambo colliduntur exercitus: franguntur æmuli *Saladini*, magnoque numero vinciuntur; quos benigne tractatos dimiſit. Hæc facta decimo nono *Ramadani*, anno ſeptuageſimo. Sic fuſis hoſtibus altera vice *Halebum* obſidione cinxit. At illi pacem, conceſſa ei *Maarra* & *Caphartabo*, redemerunt: *Barinum* quoque exeunte hoc anno captum.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

ذكر مسير سيف الدين بنفسه

Ipſe Saiphoddinus contra Saladinum procedit.

ولما وقعت هذه الواقعة كان سيف الدين علي سنجار يحاصر اخاه عماد الدين

QUum hæc pugna pugnaretur, *Saiphoddinus* fratrem ſuum *Sinjaræ* in-

Digitized by Google

cluſerat, urbem illam ei erecturus, in ordinemque eum redacturus. Nempe Frater ejus obſequium præſtiterat *Sultano*, eique ſocietati ſe totum applicarat. Validiſſime propterea locum premens *Saiphoddinus*, admotis eum machinis quatiebat; jamque dirutis diffractiſque mœnibus expugnationi imminebat, quum adverſi caſus prælii metum injecit, ne Frater intractabilior ferociorque redderetur. Pace proinde per Legatos petita impetrataque, e veſtigio *Niſibim* regreſſus, delectibus habendis copiiſque contrahendis ſtudioſe ſumtuoſeque incubuit: cum quibus, ad *Biram* trajecto *Euphrate*, conſedit in latere *Syriaco* illius fluminis. Ibi ad *Chemusjtechinum Elmalichumque Elſalihum* mittit de conditione pangenda, qua cum iis ſeſe conſociaret. Ad eum ſe contulit *Chemusjtechinus*, cum quo, poſt altercationes multas, quum diſceſſurum ſeſe ſæpius oſtendiſſet, tandem conſtitutum fuit, ut ipſi *Elmalichum Elſalihum* conveniendi poteſtas fieret. Hinc *Halebum* tendenti ſemet obtulit *Elmalichus Elſalihus*, occurritque ei prope arcem, quem ille inter lacrymas amplexatus, ſub tutelam ſuam recepit. Eo autem in arcem redire juſſo, ipſemet ire perrexit ad *Ain Elmobareca*, ubi aliquamdiu caſtra tenuit, *Halebenſi* exercitu obſequia ei quotidie præſtante. Arcem quoque cum delectis equitibus ingreſſus, convivioque ibi exceptus, deſcendit receſſitque ad *Tel Elſultan*, ſecum trahens *Diarbecrenſes*, aliaſque copias bene multas. *Saladinus* interea exercitus *Ægyptiacos* arceſſitum miſerat; eorum adventum *protenſo* expectans *collo*: at illi moras nectere, lenteque res ſuas expedire, tarditate illa, ignaris licet, in optimum verſa conſilium. Advenere tandem, cum iiſque *Saladinus* fines ingreditur *Hamatæ*: quem illi quum propius acceſſiſſe audiviſſent, proculcatores exploratum emiſere; qui repererunt Eum cum equitatu ſolo perveniſſe ad *Puteos Turcomannorum*, exercitu ad aquandum diſpalato; quorum victoria ſi cordi fuiſſet Deo, eopſe ipſum momento aggreſſi fuiſſent. Verum enim vero quod in Fatis eſt, id demum effectui dari poteſt. Lentitudine igitur uſi, & patientia, uſque dum *Saladinus*, univerſæque copiæ aquationem peregiſſent, ju-

الدين يقصد اخذها منه ودخوله في
طاعته وكان قد اظهر اخوه الانتما الي
السلطان واعتصم بذلك واشتد سيف
الدين في حصار المكان وضربه بالمنجنيق
حتي استهدم من صوره ثلم كثيرة
واشرف علي الاخذ فبلغه وقوع هذه الوقعة
فخاف ان يبلغ ذلك اخاه فيشتد امره
فراسله الي الصلح فصالحه ثم سار من
وقته الي نصيبين واهتم بجمع العساكر
والانفاق فيها وسار حتي اتي الفراة
وعبر بالبيرة وخيم علي جانب الفراة
الشامي وراسل كمشتكين والملك
الصالح حتي تستقر قاعدة يصل عليها
البهم ووصل كمشتكين اليه وجرت
مراجعات كثيرة وعزم فيها الي العود
مرارا حتي استقر اجتماعه بالملك
الصالح وسمحوا به وسار ووصل حلب
وخرج الملك الصالح الي لقايه بنفسه
فالتقاه قريب القلعة واعتنقه وضمه اليه
وبكا ثم امره العود الي القلعة فعاد اليها
وسار هو حتي نزل بعين المباركة
واقام بها مدة وعسكر حلب يخرج الي
خدمته في كل يوم ويصعد القلعة جريدة
ويأكل فيها خبزا ونزل وسار راحل الي
تل السلطان ومعه الديار بكرية وجمع
كثيرا فالسلطان قد انفذ في طلب العساكر
من مصر وهو يترقب وصولها وهولاء
يتاخرون في امورهم وتدابيرهم وهم لا
يشعرون ان في التاخير تدبيرا حتي
وصل عسكر مصر فسار رحمه الله حتي
اتي قرون حماة فبلغهم انه قارب عسكره
فاخرجوا اليزك وجهزوا من يكشف
الاخبار فوجدوه قد وصل جريدة الي
جباب التركمان وتفرق عسكره يسقي
فلو اراد الله نصرتهم لقصدوه في ذلك
الساعة ولكن ليقضي الله امرا كان مفعولا
فصبروا عليه حتي سقي خيله هو وعسكره
واجتمعوا وتعبوا تعبية القتال واصبح القوم
علي مصاف وذلك في بكرة الخميس
العاشر من شوال سنة احدي وسبعين
فالتقي العسكران وتصادما وجري
قتال

Digitized by Google

juſtamque aciem ordinaſſent, & ipſi in aciem proceſſere ad primam auroram feriæ quintæ, decimo *Sjawali*, anno primo & ſeptuageſimo: colliſique inter ſe exercitus concurrerunt, non ſine ingenti cæde; fractumque fuit lævum *Sultani* cornu per filium *Zineddini Modaffereddinum* qui in dextro *Saiphoddini* cornu curabat; in quem vehementi impetu illatus ipſe *Sultanus*, cunctos fudit fugavitque; ſummorum principum magna capta multitudine; inter quos *Phachroddinus Abdolmaſihus*. Hos omnes liberaliter habitos, libertate inſuper donavit. At *Saiphoddinus Halebum* rediit, ejuſque theſauris compilatis, continuato itinere *Euphraten* trajecit, in regioneſque ſuas ſemet recepit. *Saladinus* autem, fugientes haud longe inſecutus, quod reliquum erat diei, caſtris eorum occupandis conſumſit. In iis quicquid fuerat ſarcinarum, erat relictum; Ollis ad focum adſtantibus; quæ omnia militi concedens ſtabula diviſit equorum, theſauros erogavit, tentoriumque *Saiphoddini Ezzoddino Phachrousjaho* donavit. Inde *Manbesjam* ducens, eam hoc ipſo menſe in deditionem accepit. Mox arcem *Azazam* arcta clauſit obſidione, quarto *Dſulkadæ*, hujus anni ſeptuageſimi primi. Ibi inſiluerunt in ipſum *Iſmaëlitæ*, quorum ex inſidiis divinitus ereptus triumphavit, propoſitique acie haud quaquam retuſa, arci huic inſtitit, donec eam decimo quarto *Dſulhaſsjæ* cepit: cujus menſis decimo ſexto *Halebum* iterum aſſidere cœpit: unde tamen poſt brevem moram abſceſſit, *Noureddini* parvulæ filiolæ, quam ad eum emiſerant, ſubornarantque ut *Azazam* ab eo repoſceret, eam condonans. Eodem hoc menſe Frater ejus *Schemſoddaula* ex *Jemanenſi* provincia *Damaſcum* pervenit; ubi aliquamdiu commoratus, ad ſedes reverſus *Ægyptiacas*, fato functus eſt *Alexandriæ* principio *Saphari*, anno ſeptuageſimo ſexto. Poſt has expeditiones, *Ægyptum* quoque reviſurus *Sultanus*, ejuſque res inſpecturus ordinaturuſque, iter illuc arripuit *Rabia* priore anni ſeptuageſimi ſecundi, fratrem *Sjemſoddaulam* vicarium ſibi in urbe *Damaſcena* relinquens. Deinde quum in *Ægypto* quicquid vel labefactatum, vel male diſſolutum hiabat, ſartum tectumque

فقتال عظيم ولنكسرت ميسرة السلطان بابن زين الدين مظفر الدين فانه كان في ميمنة سيف الدين وحمل السلطان عليه بنفسه فانكسر القوم واسر منهم جمعا عظيما من كبار الامراء منهم فخر الدين عبد المسيح فن عليهم واطلقهم وعاد سيف الدين الي حلب المحروسة فاخذ منها خزانة وسار حتي عبر الفراة وعاد الي بلاده وامسك هو رحمه الله عن تتبع العسكر ونزل في بقية ذلك اليوم في خيم القوم فانهم كانوا قد ابقوا الثقل علي ما كان عليه والمطابخ قد عملت فغرف الاصطبلات ووهب الخزاين واعطي خيمة سيف الدين عز الدين فخروشاه وسار الي منبج وتسلمها من بقية الشهر المذكور وسار حتي نزل علي قلعة اعزاز يحاصرها وذلك في رابع ذي القعدة سنة احدي وسبعين وعليها وثب الاسماعيلية عليه فنجاه الله من كيدهم وظفر بهم ولم يغل ذلك عزمه واقام عليها حتي اخذها وذلك في رابع عشر ذي الحجة من السنة وسار حتي نزل علي حلب في سادس عشر منه فاقام مدة ثم سار عنها فاخرجوا اليه ابنة نور الدين صغيرة وسالت منه اعزاز فوهبها اياها وفي بقية الشهر ايضا وصل شمس الدولة اخوه من اليمن الي دمشق واقام بها مدة ثم عاد الي الديار المصرية وتوفي باسكندرية مستهل صفر سنة ست وسبعين ثم ان السلطان عاد الي الديار المصرية ليفتقد احوالها وتقرير قواعدها وكان مسيره اليها في ربيع الاول من شهور سنة اثنين وسبعين واستخلف اخاه شمس الدولة بدمشق فاقام رحمه الله بها يقرر قواعدها ويسد خللها ولراح العسكر ثم تاهب للغزاة وخرج يطلب الساحل

que reddidiſſet, atque etiam exercitum idonea quiete impertiviſſet, expeditionem ſacram denuo apparavit; in *Palæſtinæque* oram maritimam progreſſus, *Francos* ad *Ramlam* attigit inter initia *Sjumadæ* prioris, anno ſeptuageſimo tertio.

الساحل حتي وافا الفرنج علي الرملة وذلك في اوايل جمدي الاولي سنة ثلث وسبعين

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Clades Ramlenſis.

ذكر كسرة الرملة

Francorum tum præfectum agebat princeps *Arnaldus*; qui redemtus fuerat *Halebi*, ubi in vinculis detinebatur inde a tempore *Noureddini*. Calamitas iſto die in *Muſulmannos* importata. Cladis deſcriptionem ſic ipſe retulit *Sultanus*. Quum *Muſulmanni* acie rite ſtructa ae diſpoſita, jam imminentem haberent hoſtem, viſum quibuſdam, ut dextrum cornu cum ſiniſtro ſtationem commutaret: ut inter confligendum terga tutarentur notiſſimo in terra *Ramlenſi* colle. Eo occupatos diſtrictoſque præoccupaſſe *Francum*, Fatoque ſic decernente ſtrage ingenti fudiſſe: quumque nullum in vicinia munimentum eſſet, quo refugere poſſent, *Ægyptuſque* foret repetenda, diſpalatos in aviaque delatos complures: multos quoque captos: e quorum numero Antiſtes ſummus *Iſa*. Atrox hoc vulnus prælio demum *Hittinenſi*, nobiliſſimo illo, potuit perſanari.

وكان مقدم الفرنج البرنس ارناط وكان قد بيع بحلب فانه كان اسيرا بها من زمن نور الدين وجري خلل في ذلك اليوم علي المسلمين ولقد حكي السلطان صورة الكسرة في ذلك اليوم وذلك ان المسلمين كانوا قد تعبوا تعبية القتال ولما قرب العدو راي بعض الجماعة ان تغير الميمنة الي جهة الميسرة والميسرة الي جهة الميمنة ليكونوا حالة اللقاء وراء ظهورهم تل معروف بارض الرمله فبينما اشتغلوا بهذه التعبية هجمهم الافرنج وقدر الله كسرتهم فانكسروا كسرة عظيمة ولم يكن لهم حصن قريب ياوون اليه فطلبوا جهة الديار المصرية وضلوا في الطريق وتبددوا واسر منهم جماعة منهم الفقيه عيسي وكان وهنا عظيما جبره الله بوقعة حطين المشهورة ولله الحمد

Quod attinet ad *Elmalichum Elſalihum*, ejus quidem res rationeſque erant conturbatiſſimæ. Primarium Regni miniſtrum *Chemuſchtechinum* in vincula dederat, *Haremum* ſibi tradi poſtulans: abnuentem mox trucidavit. Ea cæde audita *Franci Haremum* obſedere; ejus potiundi percupidi, idque *Sjumada* poſteriore anni ſeptuageſimi tertii. Caſtra caſtris hoſtilibus oppoſuit *Elmalichus Elſalihus*; cui arcis præſidiarii, cernentes periculum a *Francis* impendens, ſeſe dedidere, præcipiti jam menſe *Ramadano* hujus anni, ad ſuaque, irrito conatu, repulſus abiit hoſtis. *Halebum* deinde *Elmalichus Elſalichus* revertit, ubi eadem diſcordia inter aſſeclas ejus vigente, multiſque in partes *Sultani* inclinantibus, audivit *Ezzoddinum Kelis-*

واما الملك الصالح فانه تخبط امره وقبض كمشتكين صاحب دولته وطلب منه تسليم حارم اليه فلم يفعل فقتله ولما سمع الفرنج بقتله نزلوا علي حارم طمعا فيها وذلك في جمدي الاخرة سنة ثلث وسبعين وقابل عسكر الملك الصالح بعساكر الفرنجية ولما راي اهل القلعة خطرها من جانب الفرنج سلموها الي الملك الصالح في العشر الاخر من شهر رمضان من السنة المذكورة ولما عرف الفرنج ذلك رحلوا عن حارم طالبين بلادهم ثم عاد الملك الصالح الي حلب ولم يزل اصحابه علي اختلاف يميل بعضهم الي جانب السلطان حتي بلغه

عصبان عز الدين قليج بنل خالد فاخرج
اليه العسكر وذلك في عاشر المحرم سنة
ست وسبعين ثم بلغه وفاة ابن عمه سيف
الدين غازي صاحب الموصل وكانت وفاته
في ثالث صفر من هذه السنة وولي مكانه
اخوه عز الدين مسعود في الخامس منه
وكانت وفاة شمس الدولة بالاسكندرية

lisjum in *Tel Chalid* defeciſſe; adverſus quem copias eduxit die decimo *Muharremi*, anno ſeptuageſimo ſexto. Nunciata deinceps mors patruelis ſui *Saiphoddini Gazii*, quæ in tertium *Saphari* hujus anni incidit, cujus in locum ſucceſſit frater ipſius *Ezzoddinus Meſoudus*, ejuſdem menſis die quinto. Sub idem hoc tempus obiit *Schemſoddaula Alexandriæ*.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

ذكر عود السلطان الي الشام

Sultani in Syriam reditus.

ولما عاد السلطان بعد الكسرة الي
الديار المصرية واقام بها ريثما الناس
شغلهم وعلم تخبط الشام عزم علي العود
اليه وكان عوده للغزاة فوصله رسول قليج
ارسلان يلتمس من السلطان الموافقة
ويستغيث اليه من الارمن فاشتمل نحو
بلاد ابن لاون لنصرة قليج ارسلان
ونزل بقرا حصار واخذ عسكر حلب
في خدمته لانه قد اشترط في الصلح
فاجتمعوا علي النهر الازرق بين
بهسنسه وحصن منصور وعبر منه الي
النهر الاسود وطرف بلاد ابن لاون
واخذ منهم حصن واخربه وبدلوا له
اسارى والتمسوا منه الصلح وعاد
عنه ثم راسله قليج ارسلان في صلح
الشرقيين باسرهم واستقر الصلح وحلف
السلطان في عاشر جمدي الاولي سنة
ست وسبعين ودخل في الصلح قليج
ارسلان والمواصلة وديار بكر وكان
ذلك علي نهر سنجة (سنجه) وهو
نهر يرمي الي الفراة وسار السلطان
نحو دمشق

Ultanus inter hæc, poſt acceptam illam cladem in *Ægyptum* redux, quietum ſe tenuit dum in *Syria* inter ſe tumultuarentur, donec perplexis ac confuſis rebus omnibus, illuc redeundi cepit conſilium; ſimul in bellum ſacrum intentus. Pervenerant quoque ad eum legati *Kelisji Arſlani*, ſocietatem amicitiamque ambientes, ejuſque auxilium implorantes adverſus *Armenios*. Ille vero in ſeptentrionem tendens, opem *Kelisjo Arſlano* laturus, caſtra ad *Kara Hiſar* fixit, aſſumto ad operam ſibi navandam exercitu *Hakebenſi*, hac enim conditione pax convenerat. Conjunctio facta ad fluvium *Cæruleum*, inter *Bahneſam* & arcem *Manſour*, unde tranſgreſſus ad fluvium *Nigrum*, extremumque finem provinciarum filii *Leonis*, capta dirutaque arce præcipua, pacem eos redimere coëgit traditis captivis. Abſcedentem excepit legatio *Kelisji Arſlani* de pace cum Orientalibus in univerſum omnibus ſancienda: in quod fœdus juravit *Sultanus* decimo *Sjumadæ* prioris, anno ſeptuageſimo ſexto, admiſſis in illud tum *Kelisjo Arſlano*, tum *Moſulenſibus*, tum *Diarbecrenſibus*. Hæc acta ad fluvium *Sensja*, qui in *Euphratem* evolvitur. Inde *Damaſcus* repetita.

Digitized by Google

que reddidiſſet, atque etiam exercitum idonea quiete impertiviſſet, expeditionem ſacram denuo apparavit; in *Palæſtinæque* oram maritimam progreſſus, *Francos* ad *Ramlam* attigit inter initia *Sjumadæ* prioris, anno ſeptuageſimo tertio.

الساحل حتي وافا الفرنج علي الرملة وذلك في اوايل جمدي الاولي سنة ثلث وسبعين

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Clades Ramlenſis.

ذكر كسرة الرملة

Francorum tum præfectum agebat princeps *Arnaldus*; qui redemtus fuerat *Halebi*, ubi in vinculis detinebatur inde a tempore *Noureddini*. Calamitas iſto die in *Muſulmannos* importata. Cladis deſcriptionem ſic ipſe retulit *Sultanus*. Quum *Muſulmanni* acie rite ſtructa ae diſpoſita, jam imminentem haberent hoſtem, viſum quibuſdam, ut dextrum cornu cum ſiniſtro ſtationem commutaret: ut inter confligendum terga tutarentur notiſſimo in terra *Ramlenſi* colle. Eo occupatos diſtrictoſque præoccupaſſe *Francum*, Fatoque ſic decernente ſtrage ingenti fudiſſe: quumque nullum in vicinia munimentum eſſet, quo refugere poſſent, *Ægyptuſque* foret repetenda, diſpalatos in aviaque delatos complures: multos quoque captos: e quorum numero Antiſtes ſummus *Iſa*. Atrox hoc vulnus prælio demum *Hittinenſi*, nobiliſſimo illo, potuit perſanari.

Quod attinet ad *Elmalichum Elſalihum*, ejus quidem res rationeſque erant conturbatiſſimæ. Primarium Regni miniſtrum *Chemuſchtechinum* in vincula dederat, *Haremum* ſibi tradi poſtulans: abnuentem mox trucidavit. Ea cæde audita *Franci Haremum* obſedere; ejus potiundi percupidi, idque *Sjumada* poſteriore anni ſeptuageſimi tertii. Caſtra caſtris hoſtilibus oppoſuit *Elmalichus Elſalihus*; cui arcis præſidiarii, cernentes periculum a *Francis* impendens, ſeſe dedidere, præcipiti jam menſe *Ramadano* hujus anni, ad ſuaque, irrito conatu, repulſus abiit hoſtis. *Halebum* deinde *Elmalichus Elſalichus* revertit, ubi eadem diſcordia inter aſſeclas ejus vigente, multiſque in partes *Sultani* inclinantibus, audivit *Ezzoddinum Kelis-*

وكان مقدم الفرنج البرنس ارناط وكان قد بيع بحلب فانه كان اسيرا بها من زمن نور الدين وجري خلل في ذلك اليوم علي المسلمين ولقد حكي السلطان صورة الكسرة في ذلك اليوم وذلك ان المسلمين كانوا قد تعبوا تعبية القتال ولما قرب العدو راي بعض الجماعة ان تغير الميمنة الي جهة الميسرة والميسرة الي جهة الميمنة ليكونوا حالة اللقاء وراء ظهورهم تل معروف بارض الرملة فبينما اشتغلوا بهذه التعبية هجمهم الافرنج وقدر الله كسرتهم فانكسروا كسرة عظيمة ولم يكن لهم حصن قريب ياوون اليه فطلبوا جهة الديار المصرية وضلوا في الطريق وتبددوا واسر منهم جماعة منهم الفقيه عيسي وكان وهنا عظيما جبره الله بوقعة حطين المشهورة ولله الحمد

واما الملك الصالح فانه تخبط امره وقبض كمشتكين صاحب دولته وطلب منه تسليم حارم اليه فلم يفعل فقتله ولما سمع الفرنج بقتله نزلوا علي حارم طمعا فيها وذلك في جمدي الاخرة سنة ثلث وسبعين وقابل عسكر الملك الصالح بعساكر الفرنجية ولما راي اهل القلعة خطرها من جانب الفرنج سلموها الي الملك الصالح في العشر الاخر من شهر رمضان من السنة المذكورة ولما عرف الفرنج ذلك رحلوا عن حارم طالبين بلادهم ثم عاد الملك الصالح الي حلب ولم يزل اصحابه علي اختلاف يميل بعضهم الي جانب السلطان حتي بلغه عصيان

عصبان عز الدين قليج بنتل خالد فاخرج
اليه العسكر وذلك في عاشر المحرم سنة
ست وسبعين ثم بلغه وفاة ابن عمه سيف
الدين غازي صاحب الموصل وكانت وفاته
في ثالث صفر من هذه السنة وولي مكانه
اخوه عز الدين مسعود في الخامس منه
وكانت وفاة شمس الدولة بالاسكندرية

lisjum in *Tel Chalid* defeciſſe; adverſus quem copias eduxit die decimo *Muharremi*, anno ſeptuageſimo ſexto. Nunciata deinceps mors patruelis ſui *Saiphoddini Gazii*, quæ in tertium *Saphari* hujus anni incidit, cujus in locum ſucceſſit frater ipſius *Ezzoddinus Meſoudus*, ejuſdem menſis die quinto. Sub idem hoc tempus obiit *Schemſoddaula Alexandriæ*.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

ذكر عود السلطان الي الشام

Sultani in Syriam reditus.

ولما عاد السلطان بعد الكسرة الي
الديار المصرية واقام بها ريثما الناس
شغلهم وعلم تخبط الشام عزم علي العود
اليه وكان عوده للغزاة فوصله رسول قليج
ارسلان يلتمس من السلطان الموافقة
ويستغيث اليه من الارمن فاشتمل نحو
بلاد ابن لاون لنصرة قليج ارسلان
ونزل بقرا حصار واخذ عسكر حلب
في خدمته لانه قد اشترط في الصلح
فاجتمعوا علي النهر الازرق بين
بهسنسه وحصن منصور وعبر منه الي
النهر الاسود وطرف بلاد ابن لاون
واخذ منهم حصن واخربه وبدلوا له
اسارى والتمسوا منه الصلح وعاد
عنه ثم راسله قليج ارسلان في صلح
الشرقيين باسرهم واستقر الصلح وحلف
السلطان في عاشر جمدي الاولي سنة
ست وسبعين ودخل في الصلح قليج
ارسلان والمواصلة وديار بكر وكان
ذلك علي نهر سنجة (سنجه) وهو
نهر يرمي الي الفراة وسار السلطان
نحو دمشق

Ultanus inter hæc, poſt acceptam illam cladem in *Ægyptum* redux, quietum ſe tenuit dum in *Syria* inter ſe tumultuarentur, donec perplexis ac confuſis rebus omnibus, illuc redeundi cepit conſilium; ſimul in bellum ſacrum intentus. Pervenerant quoque ad eum legati *Kelisji Arſlani*, ſocietatem amicitiamque ambientes, ejuſque auxilium implorantes adverſus *Armenios*. Ille vero in ſeptentrionem tendens, opem *Kelisjo Arſlano* laturus, caſtra ad *Kara Hiſar* fixit, aſſumto ad operam ſibi navandam exercitu *Hakebenſi*, hac enim conditione pax convenerat. Conjunctio facta ad fluvium *Cæruleum*, inter *Bahneſam* & arcem *Manſour*, unde tranſgreſſus ad fluvium *Nigrum*, extremumque finem provinciarum filii *Leonis*, capta dirutaque arce præcipua, pacem eos redimere coëgit traditis captivis. Abſcedentem excepit legatio *Kelisji Arſlani* de pace cum Orientalibus in univerſum omnibus ſancienda: in quod fœdus juravit *Sultanus* decimo *Sjumadæ* prioris, anno ſeptuageſimo ſexto, admiſſis in illud tum *Kelisjo Arſlano*, tum *Moſulenſibus*, tum *Diarbecrenſibus*. Hæc acta ad fluvium *Sensja*, qui in *Euphratem* evolvitur. Inde *Damaſcus* repetita.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Elmalichus Elſalihus moritur: Ezzoddinuſque Halebum venit.

ANno autem ſeptuageſimo & ſeptimo conflictatus fuit *Elmalichus Elſalihus* dolore colico. Initium cepit morbus nono *Resjebi*, quo crudeſcente, decimo tertio clauſa fuit porta arcis, ſigillatimque introvocati principes, ſolenni ſacramento pro *Ezzoddino*, *Moſulæ* Domino, ſunt adacti. Vigeſimo quinto inſecuta mors; quæ corda hominum perculit attonuitque. Ad eam *Ezzoddino Meſoudo*, filio *Kotboddini*, ſignificandam, ſimulque quid teſtamenti conditum fuiſſet, jureque jurando omnium jam ſancitum, properarunt; quibus excitatus *Halebum* advolat, ne quid *Sultanus* miſceret metuens. Antegreſſus e ducibus ejus *Modaffereddinus* filius *Zineddini*; & præfectus *Serusjæ*: quos comitabatur qui omnes principes jusjurandum adigeret. Tertio die *Sjabani* advenere. Vigeſimo ipſe venit *Ezzoddinus*, arcemque conſcendens *Halebenſem* theſauros gazaſque ejus occupavit, matremque *Elmalichi Elſalihi* tori ſibi ſociam junxit quinto *Sjawali*.

ذكر وفاة الملك الصالح ووصول عز الدين الي حلب

وفي سنة سبع وسبعين مرض الملك الصالح بالقولنج وكان اول مرضه في تاسع رجب وفي ثالث عشر منه غلق باب القلعة لشدة مرضه واستدعا الامراء واحدا واحدا واستحلفوا لعز الدين صاحب الموصل وفي خامس وعشرين منه توفي رحمه الله وكان لموته وقع عظيم في قلوب الناس ولما توفي سارعوا الي اعلام عز الدين مسعود بن قطب الدين بذلك واعلامه بما جري له من الوصية اليه وتحليف الناس له فسارع سايرا الي حلب مبادرا خوفا من السلطان وكان اول قادم من امرايه الي حلب مظفر الدين بن زين الدين وصاحب سروج ووصل معهما من حلف جميع الامراء له وكان وصولهم في ثالث شعبان من السنة المذكورة وفي العشرين منه وصل عز الدين الي حلب وصعد القلعة واستولي علي خزاينها ودخايرها وتزوج لم الملك الصالح خامس شوال من السنة المذكورة

CAPUT DECIMUM NONUM.

Ezzoddinus cum fratre Amadoddino regiones permutat.

MOratus deinde in arce *Halebi Ezzoddinus* ad decimum ſextum *Sjawali*, intellexit *Syriam* cum *Moſulitica* retineri non poſſe, quod ob *Sultanum* neceſſario ipſi in *Syria* foret remanendum. Accedebat importunitas principum, uſque & uſque datari ſibi exigentium, ſeque oſtentantium ut imperii in ipſum collati arbitros atque auctores. Hinc tædium obortum. Pertæſum quoque primario ejus miniſtro *Mosjahidoddino Kaimazo*, haud ſane aſſueto moleſtias devorare principum *Syriæ*.

ذكر مقايضة عز الدين اخاه عماد الدين بالبلاد

ثم اقام عز الدين بقلعة حلب الي سادس عشر شوال وعلم انه لا يمكنه حفظ الشام مع الموصل لحاجته الي ملازمة الشام لاجل السلطان والح علية الامراء في طلب الزيادات وراوا انفسهم انهم قد اختاروه وضاق عطنه وكان صاحب امره مجاهد الدين قايماز وكان ضيق العطن لم يعتد بمقاساة امراء الشام فرحل من قلعة حلب طلبا للرقة وخلف

وخلف ولده ومظفر الدين بها وسار حتي
اتي الرقة ولقيه اخوه عماد الدين عن قرار
بينهم واستقر مقايضة حلب بسنجار
وحلف عز الدين لاخيه علي ذلك في
حادي وعشرين شوال وسار من جانب
عماد الدين من تسلم حلب ومن جانب
عز الدين من تسلم سنجار وفي ثالث
عشر المحرم سنة ثمان وسبعين صعد
عماد الدين الي قلعة حلب ۞

riæ. His de cauſis, relicto in arce filio, itemque *Modaffereddino*, *Raccam* ſeſe confeſtim contulit; ubi ex conſtituto obvium ſibi habuit fratrem *Amadoddinum*, cum quo de *Sinsjara* cum *Halebo* permutanda transactum. Quum die vigeſimo primo *Sjawali* hanc in rem fratri ſuo juraſſet *Ezzoddinus*, ab utroque miſſi, qui pactas reciperent civitates, procuratores. Ipſe *Amadoddinus* arcem *Halebenſem* ſcandit, decimo tertio *Muharremi*, anno ſeptuageſimo & octavo.

CAPUT VIGESIMUM.

ذكر عود السلطان من مصر

واما السلطان فانه لما وقع الصلح
علي قليج ارسلان صعد الي الديار
المصرية واستخلف ابن اخيه عز الدين
فخروشاه والبا ولما بلغه وفاة الملك
الصالح عزم علي العود الي الشام
خوفا علي البلاد من الفرنج وبلغه
ايضا وفاة فخروشاه فاشتد عزمه
وكان وصوله الي دمشق في سابع
عشر صفر سنة ثمان وسبعين ثم انشا
الناهب لغزاة بيروت فانه عبر علي
الفرنج في عوده من مصر مكابرة
من غير الصلح فقصد بيروت ونزلها
ولم ينل منها غرضا واجتمع الفرنج
فرحلوه عنها ودخل الي دمشق وبلغه
ان رسل الموصل وصلوا الي الفرنج
يحثونهم علي قتال المسلمين
فعلم انهم نكثوا اليمين وانشا
العزم علي قصدهم لجمع كلمة
العساكر الاسلامية علي عدو الله
فاخذ في الناهب لذلك فلما
بلغ ذلك عماد الدين سير الي
الموصل يشعره بالخبر ويستحث
العساكر وسار السلطان حتي
نزل علي حلب في ثامن
عشر جمدي الاولي من هذه
السنة

Iterum ex Ægypto movet Sultanus.

ITer in *Ægyptum* remenſus fuerat *Saladinus* poſt pacem interveniente *Kelisjo Arſlano* conſtitutam: præfecturæque *Damaſci* impoſuerat Fratris filium *Ezzoddinum Phachrousjahum*: ſed allato mox obitu *Elmalichi Elſalibi*, in *Syriam* ſtatuit reverti, prætimens regionibus illis a *Francis*; per exceſſum *Phachrousjahi* quoque in eo propoſito factus confirmatior. Pervenit autem *Damaſcum* decimo & ſeptimo *Saphari*, anno ſeptuageſimo octavo, e veſtigioque expeditionem *Berytum* verſus apparavit, jam tum, quum ex *Ægypto* rediret, non pacifice, ſed violenter & hoſtiliter per *Francos* tranſgreſſus. Voti tamen haud compos, fruſtra impetitam, obſeſſamque urbem deſerere cogitur, congregatis adverſus eum *Francis*: atque *Damaſcum* revectus audit *Moſula* legatos ad *Francos* acceſſiſſe, ſollicitatum inſtigatumque eos ad arma *Muſulmannis* inferenda. Eo *Moſulitarum* fœdifragio cognito, ipſos aggredi in animo deſtinat; ut ita adverſus hoſtem Dei deinceps *Islamitici* exercitus una vocis mentiſque conſenſione, ac conſpiratione, agere poſſent. Hujus apparatus, cum maxime ferventis, fama commotus *Amadoddinus*, *Moſulam* mittit qui & nuncium illum ferrent, & exercitus quanta poſſent maxima celeritate excirent. *Sultanus* interim decimo octavo *Sjumadæ* prioris hujus anni *Halebum* circumcingit, triduoque ad eam conſumto,

Digitized by Google

abſceſſit die vigeſimo primo, ad *Euphratem* tendens. Ibi inter ipſum & *Modaffereddinum*, qui *Charras* tenebat, amicitia conflata eſt; is quippe pavore a parte *Moſulæ* concepto, metuenſque *Mosjahidoddinum*, partibus ſeſe adjunxerat *Sultani*: qui *Euphrate* tramiſſo, ut ad provincias illas ſubjugandas animum appulerat, ita ſe id facile conſecuturum cernebat; ingreſſus mox *Edeſſam*, *Raccamque*, & *Niſibin* atque *Serusjum*. Præpoſuit quoque *Chaboræ* ſatrapam, feudi nomine ac titulo aſſignatæ.

السنة واقام ثلثة ايام ورحل في الحادي والعشرين يطلب الفراة واستقر الحال بينه وبين مظفر الدين وكان صاحب حران وكان قد استوحش من جانب الموصل وخاف من مجاهد الدين فالتجي الي السلطان وعبر الي قاطع الفراة وقوي عزمه علي البلاد وسهل امرها عنده ودخل الرها والرقة ونصيبين وسروج ثم شحن علي الخابور واقطعه ۞

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Moſula obſidetur.

ذكر نزوله علي الموصل

CAſtra deinceps hac vice ad *Moſulam* poſuit feria quinta, undecimo *Resjebi*. Ego vero tunc temporis *Moſulæ* verſans, paucis diebus ante *Bagdadum* ivi legatus, quamque potui celerrime *Tigri* deſcendens, duobus diebus duabuſque tertii diei horis illuc perveni, præſentem poſcens opem; at nihil contigit emolumenti, niſi quod miſerint ad ſummum Antiſtitem, qui a parte ipſorum Legatus in comitatu aderat *Saladini*, mandarintque, ut cum ipſo ageret, ad rem amice tranſigendam. Directa quoque a *Moſulitis* legatio ad *Pehlewanum*, opem poſtulatura; a quo item impetratum nihil, ptæterquam conditiones, quas ſubire periculoſius eſſet quam bellum cum *Sultano*. Quum autem dies quoſdam ad *Moſulam* triviſſet *Saladinus*, perſpexit ſe ingenti cum labore, nihil tamen oppugnatione hoc pacto ſuſcepta conſecuturum: viditque illius capiundæ viam, in capiendis ejus arcibus, circumſitiſque regionibus, conſiſtere, utque longo eam tempore debilitaret. Inde igitur abſiſtens, ad *Sinsjaram* conſedit decimo ſexto *Sjabani*, eamque diu ac multum oppugnatam ad incitas adegit, vique expugnavit, ſecundo *Ramadani*. Aderant ibi *Sjerphoddinus*, filius *Kotboddini*, denſæque copiæ: quos omnes honoratos, ſub præſidioque tutos, *Moſulam* exire permiſit. *Sinsjara* deinde fratris filio *Tacioddino* condonata, *Niſibin* inde receſſit.

وكان نزوله عليه في هذه الوقعة في يوم الخميس حادي عشر رجب وكنت ان ذاك في الموصل فسيرت رسولا الي بغداد قبيلا بايام قلايل فسرت مسرعا في الدجلة واتيت بغداد في يومين وساعتين من اليوم الثالث مستنجدا بهم فلم يحصل منهم سوي الانفاذ الي شيخ الشيوخ وكان في صحبته رسولا من جانبهم يامرونه بالحديث معه ويتلطف الحال معه ويسير الي جلوان رسولا من الموصل يستنجدوه فلم يحصل من جانبه سوي تشرط كان الدخول تحته اخطر من حرب السلطان ثم اقام السلطان علي الموصل اياما وعلم انه بلد عظيم لا يتحصل منه شي بالمحاصرة علي هذا الوجه وراي ان طريق اخذه اخذ قلاعه وما حوله من البلاد واضعافه بطول الزمان فرحل عنها ونزل علي سنجار في سادس عشر شعبان واقام بحاصرها وكان فيها شرف الدين بن قطب الدين وجماعة واشتد عليه الامر حتي كان ثاني شهر رمضان فاخذها عنوة وخرج شرف الدين وجماعته محترمين محفوظين الي الموصل واعطاها لابن اخيه تقي الدين ورحل عنها الي نصيبين

CA-

Digitized by Google

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

De Sjah Armeno, Chalatæ Domino.

Mosulitæ interea solenni legatione auxilium imploraverant *Sjah Armeni*, seque & sua ipsi penitus permiserant. Is *Chalata* ad opem ipsis ferendam progressus, ad *Chorzemum* castra metatus fuerat, *Ezzoddinumque*, *Mosulæ* principem, adventus sui fecerat certiorem; qui die vigesimo & quinto *Sjauali*, anno septuagesimo & octavo, ad eum se conferens, cum eo, ut & cum *Merdini* domino, sese conjunxit. Accessit præterea exercitus *Halebensis* ingens manus; quibus omnibus cum *Sultano* in aciem descendere sedebat. Tentavit tamen *Sjah Armenus*, misso *Buchtimero*, pacis conditiones, interprete & conciliatore summo Antistite, sed nulla coire potuit atque coalescere concordia. Ad *Sjah Armeni* igitur castra motus est *Sultanus*, cujus ille adventu audito retro suas in provincias cessit. *Ezzoddinus* quoque domum revisit, cunctique dissipati sunt atque dilapsi. Inde *Sultanus* oppidum *Amidam* obsessum, acerrimeque oppugnatum, expugnavit intra octiduum; idque primo *Muharremi*, anno septuagesimo & nono. Urbs ipsa quidem dono data *Noureddino* filio *Kara Arslani*: ceterum quicquid ibi divitiarum reliquæque prædæ, concessum filio *Nisani*. His rebus gestis in *Syriam* iter intendit, *Halebum* impetiturus; unde *Amadoddinus* hoc temporis intervallo processerat ad arcem *Azazam* vastandam. Vastaverat quoque castellum *Chapherlathæ*, ereptum *Buchmasjo*, qui *Sultani* sectam fuerat secutus, die vigesimo & primo *Sjumadæ* prioris hujus anni. *Basjarum* etiam, acriter, sed frustra, impugnarat, possessum a *Duldurmo Jaroukensi*, qui similiter *Sultani* partes susceperat. Hunc exercituum dissensum suam rati occasionem *Franci*, crebras dederant impressiones, divinitus refutatas atque repressas. *Amadoddinus* deinde *Chorzino* in deditionem accepto, *Halebum* regreditur.

ذكر قضية شاه ارمن صاحب اخلاط

وذلك ان اصحاب الموصل انفذوا اليه واستنجدوا به وطرحوا انفسهم عليه فخرج من خلاط لنصرتهم ونزل بحرزم وسير الي عز الدين صاحب الموصل اعلمه فخرج اليه وذلك في خامس عشر من شوال فسار حتي اجتمع به وصاحب ماردين ووصل جماعة من عسكر حلب كل ذلك للقاء السلطان وارسل شاه ارمن يكتمر الي السلطان يخاطبه في الصلح يتوصل شيخ الشيوخ فلم ينتظم بينهم حال ورحل السلطان الي عسكر شاه ارمن فلما سمع شاه ارمن بوصول السلطان ولي راجعا الي بلاده وعاد عز الدين الي بلاده وتفرقوا وسار السلطان يطلب بلد امد فنزل عليها وقاتلها واخذها في ثمانية ايام وذلك في اول المحرم سنة تسع وسبعين واعطاها نور الدين بن قرا ارسلان ومن علي ابن نبسان بجميع ما كان فيها من الاموال وغيرها ثم سار يطلب الشام لقصد حلب وفي هذه المدة خرج عماد الدين وخرب قلعة اعزاز وخرب حصن كفرلاثا واخذها من بكمش فانه كان قد صار مع السلطان في ثاني وعشرين جمدي الاول من السنة المذكورة وقاتل باشمر وكان صاحبها دلدرم البارقي قد صار مع السلطان فلم يقدر عليها وجري غارات من الافرنج في البلاد بحكم اختلاف العساكر ودفعهم الله تعالي وتسلم الكرزيين ثم عاد الي حلب

Digitized by Google

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Revertitur in Syriam Sultanus.

ذكر عود السلطان الي الشام

PORro redux in *Syriam* factus *Sultanus*, a *Tel Chalido* orsus, die vigesimo secundo *Muharremi*, anno nono & septuagesimo, illud oppugnavit, cepitque. Inde *Halebo* die vigesimo sexto castra admovit, descendens primum in *Hippodromo Viridi*, ubi advocatis undique exercitibus, ingentibusque copiis conflatis, vehementissimam occœpit impugnationem. Persensit tum *Amadoddinus* sese *Saladino* subsistere haud posse, alioquin jam fessus fastidioque correptus postulationibus importunissimis principum. Significavit proinde *Husamoddino Dimano*, ut interpretem ageret se inter & *Saladinum*, de recipiendis pristinis suis provinciis, & reddendo pro iis *Halebo*. Pactum firmatur, nec populo, nec exercitu hilum resciscente, donec transacta ac concluſa forent omnia. Manante tum rumore rem edoceri cupit exercitus. Edocetur, eique sua curare permittitur. Legant igitur pro se & pro populo *Ezzoddinum Sjordichum*, *Zinoddinumque*, qui commorati apud *Sultanum* ad noctem usque, fidem ab eo acceperunt interposito jurejurando, pro milite ac cive, decimo & septimo *Saphari*. Ad obsequium deinde ei præstandum in *Hippodromum Viridem* processere exercitus, & primores oppidi, quos regia veste honoratos bono animo esse jussit. *Amadoddinus* inter hæc tantum in arce traxit moræ, quantum ad res expediendas, supellectilemque & thesauros exportandos, requirebatur, *Sultano* in *Hippodromo Viridi* confidente ad diem vigesimum tertium *Saphari*, quo vita cessit *Tasj Elmolouchus* frater ipsius, e vulnere quo ictus fuerat. Eam ille mortem peracerbe tulit; atque ad solatia admittenda præsedit. Eodem die ad obsequium ei deferendum, alloquiumque, descendit *Amadoddinus*, pactisque ultro ac citro adfirmatis, eum in tentorio suo excepit *Sultanus*, splendidisque muneribus, ac pulchris equis donavit, sociorum quoque turbæ regias vestes impertiens. Sic dimissus *Amadoddinus* eodem illo die per *Kara Hisarum* pertendit *Sinsjaram*. *Saladi-*

ولما عاد الي الشام بدا بنزل خالد فنزل عليها وقاتلها واخذها في ثاني وعشرين المحرم سنة تسع وسبعين ثم سار طالبا حلب فنزل عليها في سادس وعشرين وكان اول نزوله بالميدان الاخضر واستدعي العساكر من الجوانب واجتمع خلق عظيم وقاتلها قتالا شديدا وتحقق عماد الدين انه ليس له به قبل وكان قد ضرس من اقتراح الامراء وجبههم فاشار الي حسام الدين ظمان ان يسفر له مع السلطان في اعادة بلاده وتسلم حلب اليه واستقرت القاعدة ولم يشعر احد من الرعية ولا من العسكر حتي تم الامر وانحكمت القاعدة واستفاض ذلك واستعلم العسكر منه ذلك فاعلمهم واذن في تدبير انفسهم وانفذوا عنهم وعن الرعية عز الدين جرديك النوري وزين الدين فقعدوا عنده الي الليل واستحلفوه علي العسكر وعلي اهل البلد وذلك في سابع عشر صفر وخرجت العساكر الي خدمته الي الميدان الاخضر ومقدمو حلب وخلع عليهم وطيب قلوبهم واقام عماد الدين بالقلعة يقضي اشغاله وينقل اقمشته وخزاينه والسلطان مقيم بالميدان الاخضر الي ثالث عشرين صفر وفيه توفي تاج الملوك اخوه من جرح كان اصابه وشق عليه امر موته وجلس للعزاء وفي ذلك اليوم نزل عماد الدين الي خدمته وعزاه وتقررت بينهما قواعد وانزله السلطان في الخيمة وقدم له تقدمة سنية وخيلا جميلة وخلع علي جماعة من اصحابه وسار عماد الدين من يومه الي قرا حصار سايرا الي سنجار وصعد السلطان قلعة حلب مسرورا منصورا وعمل له حسام الدين ظمان دعوة سنية وكان

Digitized by Google

وكان قد تخلف لاخذ ما تخلف لعماد الدين من قماش وغيره وكان قد انفذ الي خارم من يتسلمها ودافعهم الوالي وانفذ الاجناد الذين بها يستحلفونه فحلف لهم وسار من وقته الي خارم فوصلها في تاسع عشرين صفر وتسلمها وبات بها ليلتين وقرر قواعدها وولي فيها ابرهيم بن شروه وعاد الي حلب ودخلها في ثالث ربيع الاول ثم اعطا العساكر دستورا وسار كل منهم الي بلاده واقام يقرر قواعد حلب ويدبر امورها

dinus autem lætus ovansque arcem *Halebenſem* conſcendit; apparatiſſimo convivio ibi acceptus ab *Huſamoddino Dimano*, qui remanſerat ad reliquam *Amadoddini* ſupellectilem aliaque devehenda. Miſit deinde qui *Haremum* in deditionem acciperent; quos in longum extraxit præfectus, ſummiſſis loci præſidiariis, qui fidem ſibi jurejurando dari peterent; quo ſolenniter præſtito, *Haremum* confeſtim ſe contulit, atque vigeſimo nono *Saphari* recepit. Egit ibi duas noctes, rebuſque ejus ordinatis, præfectum conſtituit *Ibrahimum* filium *Sjerwahi*. Poſt hæc *Halebum* revectus tertio *Rabiæ* prioris, dato exercitibus commeatu, ut domum quiſque ſuam remearet, ipſe Regni illius rebus ſtabiliendis gubernandiſque remanſit.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

ذكر غزاة عين جالوت

Expeditio Einsjalutenſis.

ولم يقم في حلب الا الي ثاني وعشرين ربيع الاخر وانشا عزما الي الغزاة فخرج في ذلك اليوم مبرزا نحو دمشق واستنهض العساكر فخرجوا يتبعونه ولم يزل يواصل بين المنازل حتي دخل دمشق في ثالث جمادي الاول فاقام بها متاهبا الي سابع وعشرين منه ثم برز في ذلك اليوم ونزل علي جسر الخشب وتبعته العساكر مبرزة فاقام به تسعة ايام ثم رحل في ثامن جمدي الاخر وسار حتي اتوا الغوار وتعبا فيه للحرب وسار حتي نزل القصير فبات به واصبح علي المخاض وعبر وسار حتي اتي بيسان فوجد اهلها قد توجهوا عنها وتركوا ما كان من ثقيل الاقشة والغلال والامتعة بها فنهبها العسكر وغنموا وحرقوا ما لم يمكن اخذه وسار حتي اتي الجالوت وهي قرية عامرة وعندها عين جارية فخيم بها وكان قد قدم عز الدين جردبك وجماعة من المماليك النورية وجاولي مملوك اسد الدين حتي يكشفوا خبر الافرنج فاتفق انهم صادفوا عسكر الكرك والشوبك

Longæ tamen moræ impatiens, die vigeſimo ſecundo *Rabiæ* poſterioris toto animo ad expeditionem ſacram converſus, *Damaſcum* verſus movit, proceſſitque, excitis undique exercitibus, atque ad ipſum inſequendum egreſſis. Ille autem uno continenti velut itinere, manſiones manſionibus continuans, uſus, *Damaſcum* intrat tertio *Sjumadæ* prioris, ubi ad vigeſimum & ſeptimum ejuſdem menſis apparavit. Tum progreſſus eopſe die caſtra fixit ad *Pontem Sublicium*, ubi ſubſequentes exeunteſque copias novem dies expectans, octavo *Sjumadæ* poſterioris, ire perrexit *Alphawarum* uſque. Inde agmine inſtructo deſcenſum ad *Elkoſair*, ibique pernoctatum: primaque luce, trajecto vado, *Beiſanam* perventum; cujus incolas inde abſceſſiſſe reperit, gravi inſtrumento, proventu, ſupellectileque relictis. Hæc diripuit exercitus, præda auctus, quæ agere ferre non poterat, flammis tradens. Perrectum deinde ad *Elsjalutum*, qui vicus eſt frequens, fonteque nobilis. In eo tetendit, præmiſſo *Ezzoddino Sjordicho*, *Mamlouchorumque Nouriorum* turba, nec non *Sjawulio*, *Mamloucho Aſedoddini*, ad res *Francorum* explorandas. Jam vero forte fortuna evenit, ut in

exercitum *Curachæ* & *Sjaubechi*, qui *Francis* opitulatum prodierat, incidérent. Hos noſtri, impetu dato, ingenti cæde ſternunt, ad centum captis; abſque ut quiſquam deſideraretur *Muſulmannorum*, ſi ab uno *Behramo Sjawonsjo* diſceſſeris. Reliquo illius diei, qui erat decimus *Sjumadæ* poſterioris, perlata rei fama, pro victoriæ lætiſſimo omine id ſuſcepere *Muſulmanni*. Poſtero die *Sabbati* adfertur, *Francos Sephoriæ* ſeſe conjunxiſſe, indeque *Phaulam*, vicum notiſſimum, conceſſiſſe. Id quum *Saltanus*, cui deſtinatum erat confligere, accepiſſet, ad prælium ſe compoſuit, juſtaque acie inſtructa, & ad dextram, ad ſiniſtram, ad medium, fortiſſimis ſubſidiis firmata, hoſti obvius procedit. Vadit quoque adverſus *Muſulmannos Francus*. Adverſi in ſe invicem cadunt oculi. Ibi tum *Sultanus Sjaliſjum*, notum quingentorum ſagittariorum agmen, educit; qui *Francos* adorti atrocem pugnam edunt. Interficiuntur a parte hoſtis haud pauci; qui in ſe contractus, pediteque equitem defenſans, in aciem deſcendere non ſuſtinuit; uſque ire pergens, donec Fontem prædictum attingeret, ad quem conſedere. Circum eos conſedit & *Sultanus*, cædibus vulneribuſque ad prælium laceſſens; nec tamen elici potuere: conſternati quippe ingenti Noſtrorum multitudine. Cernens autem certamen detrectari, abſiſtendi capit conſilium, num forte abire parantes in conflictum poſſet implicare; atque die ſeptimo & decimo hujus menſis *Tourum* verſus retrocedit. Ibi ad radices montis diſceſſui eorum imminens, occaſionem aliquam de iis captabat. Illi die inſequenti fugam magis trepidam, quam iter, arripiunt; movenſque item *Sultanus*, ſagittarum nimbos conjiciendo, eoſque ad prælium prolectando, incredibilem impendit operam. Non prodiere tamen, a noſtris undique circumfuſi; ad *Phaulamque* ante indicatam caſtris denuo locatis in regiones ſuas ſeſe recepere. Eo viſo *Muſulmanni Sultanum* convenere, ut & ſibi ſeſe recipiendi fieret copia, quod commeatus omnes eſſent abſumti. Ille vero, voti ex parte compos, cæſis captiſque multis, *Apherbala*, *Beiſana*, & *Zerina*, nobiliſſimis eorum propugnaculis di-

والشوبك سايرين نجدة للفرنج فوقع
اصحابنا عليهم وقتلوا منهم مقتلة عظيمة
واسروا منهم كرها عن ماية نفر وعادوا
ولم يفقد من المسلمين سوي شخص
واحد يدعا بهرام الشاموش فوصل
اليه في بقية اليوم الكسرة وهي العاشر
من جمدي الاخر فاستبشر المسلمون
بالنصر والظفر ولما كان السبت حادي
عشر وصل الخبر اليه ان الفرنج قد
اجتمعوا في صفورية فرحلوا الي الغولة
وهي قرية معروفة وكان غرضه المصافا
فلما سمع بذلك تعبا للقاء ورتب
الاطلاب يمنة ويسرة وقلبا وسار للقا
العدو وسار الفرنج طالبين المسلمين
ووقعت العين في العين واخرج السلطان
الجاليش خمس ماية رجل معروفة
فوافعوا الفرنج وجري قتال عظيم وقتل
من العدو جماعة وهم يضم بعضهم
الي بعض يحمي راجلهم فارسهم ولم
يخرجوا للمصاف ولم يزالوا سايرين حتي
اتوا العين ونزلوا عليها ونزل السلطان
حولهم والقتل والجرح يعمل فيهم
ليخرجوا الي المصاف وهم لا يخرجوا
لخوفهم من المسلمين فانهم في كثرة
عظيمة ولما راي انهم لم يخرجوا راي
الانتزاح عنهم لعلهم يرحلون فيضرب معهم
مصافا فرحل نحو الطور وذلك في
سابع عشر هذه الشهر فنزل تحت
الجبل مترقبا رجلهم لياخذ منهم فرصة
واصبح الفرنج في ثامن عشر راحلين
راجعين علي اعقابهم ذاكصين فرحل
رحمه الله نحوهم وجري من رمي
النشاب واستنهاضهم للمصاف امور
عظيمة فلم يخرجوا ولم يزل المسلمون
حولهم حتي نزلوا الغولة المتقدم ذكرها
راجعين الي بلادهم فلما راوا المسلمون
ذلك اجتمعوا علي السلطان واشاروا
بالعود لفراغ ازوادهم وكان قد نال منهم
بالقتل والاسر وخربت عفريلا وقلعة
بيسان وزرعين وهي من حصونهم المذكورة
وخربت عليهم قريا عدة فعاد منصورا
مظفرا

مظفرا مسرورا حتي نزل الغوار واعطي الناس دستورا من اثر المسير ثم سار هو حتي اتي دمشقا فدخلها فرحا مسرورا في يوم الخميس رابع وعشرين من هذه الشهر فانظروا الي هذه الهمّة التي لم يشغلها عن الغزاة اخذ حلب ولا الظفر بها بل كان غرضه الاستعانة بالبلاد علي الجهاد فالله يحسن جزاءه في الاخرة كما وفقه الاعمال المرضية في الدنيا

dirutis, vicis quoque permultis evastatis, victor ac triumpharor, gaudioque delibutus, regreditur, ad *Elphauwarumque* denuo positis castris, omnibus libertatem discedendi concessit: ipse lætus ovansque *Damascum* intrat feria quinta, vigesimo quarto mensis ejusdem. Admirabilem & suspiciendam enimvero animi magnitudinem! quam a belli sacri laboribus suscipiendis non retardavit *Halebum* captum subactumque! sed cui hic unice scopus fuit præfixus, ut istis succinctus regionibus certamen pro religione capesseret. Coronet eum in vita futura Deus remunerator; quemadmodum ipsum hac in vita egregiis factis decoravit.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

ذكر غزاة انشاها الي الكرك

Expeditio adversus Caracham suscepta.

ثم انه اقام بدمشق الي ثالث رجب سنة تسع وسبعين وخرج مرارا نحو الكرك وكان قد سير الي الملك العادل وهو بمصر يتقدم اليه بالاجتماع به علي الكرك فبلغه خبر حركته من مصر فخرج للقايه وسار حتي اتي الكرك ووافاه الملك العادل عليها وقد خرج معه خلق عظيم من تاجر وغير تاجر فذلك في رابع شعبان من هذه السنة وكان قد بلغ الفرنج خبر خروجه فساروا براجلهم وفارسهم نحو الكرك للدفع عنه ولما انتهي ذلك اليه سير الملك المظفر تقي الدين الي مصر وذلك في خامس عشر شعبان وفي السادس عشر منه نزلت الفرنج علي الكرك وتزحزح السلطان عنه بعد ان قاتله قتالا عظيما وعليه قتل شرف الدين برغش النوري شهيدا

NEc tamen ultra tertium *Resjebi*, anni septuagesimi noni, quietem tulit *Damascenam*, plus vice simplici *Caracham* infestans, ad fratremque *Elmalichum Eladilum*, qui in *Ægypto* agebat, mandata edens, ut secum ad *Caracham* conjungeretur. Hunc ut ex Ægypto movisse allatum est, & ipse ei occursurus processit. Condicto loco conveniunt, fratrem ipsius comitante ingenti multitudine, mercatorum quoque, aliorumque hominum. Conjunctio hæc facta quarto *Sjabani*. His excitati *Franci*, peditatu equitatuque suo ad *Caracham* concurrunt, istud propugnaculum strenue defensuri. Ad quam famam *Tacioddinus* die decimo quinto *Sjabani* in *Ægyptum* remittitur: quumque luce insequenti castra ad *Caracham* fixissent *Franci*, retrocessit *Sultanus* post gravem quidem illam, sed irritam, impugnationem. Martyr ibi occubuit *Sjarphoddinus Bargasius Nourius*.

Digitized by Google

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Fratri Elmalicho Eladilo Halebum contribuit.

DEsperans autem, poſt adventum *Francorum*, *Sultanus*, de ſubigenda *Caracha*, fratrem ſecum *Damaſcum* abduxit, in quam vigeſimo & quarto *Sjabani* introivit. Huic, ad ſecundum *Ramadani* ibi hærenti, aſſignavit *Halebum*, quam adhuc obtinuerat *Almalichus Addahirus*, cum *Saiphoddino Jazkusjo* regni negotia, & *Ibn Elamido* civitatem gubernante. Erat autem *Almalichus Addahirus* dilectiſſimus filiorum, cordique ejus egregie carus, ob divinitus in ipſum collatas dotes inſigniores acris perſpicaciſque ingenii, cum pulcra taciturnitate, applicationeque animi ad regimen, conjuncti: quæ quidem luculentiſſime ſeſe exerebant. Idem quoque pientiſſimus erat mortalium erga genitorem, eique dicto unice audiens. Nihilominus *Halebum* ei ademit, id ita expedire cernens: quo quum immigraſſet *Almalichus Aladilus*, emigravit ipſe & *Jazkusjus*, obſequium patri exhibiturus; *Damaſcumque* venit decimo octavo *Sjawali*: nihil ſane deflectens a cultu, obedientia, & ſummiſſione patri præſtanda, quantumvis intus ureretur; eaque ægritudo paternum oculum haud fugeret. Eodem menſe legati adventavimus ad *Sultanum*, a parte *Moſulæ*, petito impetratoque a *Chalipha Elnaſiro Lidinilla*, ut ad eum allegaret Oratorem precatoremque ſummum Antiſtitem *Bedroddinum*. Hunc ille *Bagdado* nobiſcum ſe in viam dare juſſit, virum cumulatiſſimæ cum ſtrenuitatis, tum venerationis & auctoritatis, qua in *Chaliphæ* imperio, qua reliquis in regnis: tantæ quoque apud *Sultanum* exiſtimationis, ut ferme quotidie, quamdiu cum ipſo fuit, ad eum ventitaret atque inviſeret.

ذكر اعطايه اخاه الملك العادل حلب

ثم رحل السلطان مستصحبا اخاه الملك العادل معه الي دمشق لاياسه عن الكرك بعد نزول الفرنج عليها فدخل دمشق في رابع وعشرين شعبان واعطا اخاه الملك العادل حلبا بعد مقامه بدمشق الي ثاني شهر رمضان وكان بها ولده الملك الظاهر ومعه سيف الدين يازكج يدبر امره وابن العيد في البلد وكان الملك الظاهر من احب الاولاد الي قلبه لما قد خصه الله به من الشهامة والفطنة والعقل وحسن الصمت والشغف بالملك وظهور ذلك كله وكان ابر الناس بوالده واطوعهم له ولكن اخذ منه حلبا لمصلحة راها فخرج من حلب لما دخل الملك العادل هو ويازكج سايرين الي خدمة السلطان فدخل دمشق ثامن وعشر من شوال فاقام في خدمة ابيه لا يظهر له الا الطاعة والانقياد مع انكسار في باطنه لا يخفي عن نظر والده وفي ذلك الشهر وردنا علي السلطان رسلا من جانب الموصل وكان قد توسلنا الي الخليفة الناصر لدين الله في انفاذ شيخ الشيوخ بدر الدين رسولا وشفيعا الي السلطان فسير معنا من بغداد وكان غزير المروة عظيم الحرمة في دولة الخليفة وفي ساير البلاد وكانت مكانته عند السلطان بحيث يتردد اليه اذا كان عنده في معظم الايام

Digitized by Google

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Noſter ad ipſum adventus Legatioque.

ANtiſtes ille *Moſulam* delatus, comitem ibi itineris adſcivit ſibi *Muhjoddinum* filium *Chemaloddini*, quicum ei a puero amicitia fuerat contracta. Ego quoque legationi fui adſcriptus. Quum viæ permenſo ſpatio *Damaſcum* jam propinquaremus, Antiſtiti, quem nos comitabamur, obvius proceſſit *Sultanus*, longeque extra urbem eum excepit. Intrata nobis *Damaſcus* die *Sabbati*, primo & vigeſimo *Dſulcadæ* hujus anni, ubi adepti ſumus quicquid ſplendidum dici poteſt, in hoſpitibus accipiendis honorandiſque. Aliquot in colloquendo exacti dies, ad rem dirimendam; ſed nulla convenire potuit pax, illa quidem vice. Ea propter *Moſulam* remigraturi diſceſſimus, *Sultano* ad *Alkoſairum* proſequente Antiſtitem, ut vale ipſi diceret: illoque adhuc die allaborante, ut finis rei imponeretur. Nihil tamen profectum tranſactumque, *Muhjoddino* potiſſimum obſtinante. Nempe *Sultanus* conditionibus inſeruerat, ut optio relinqueretur *Arbelæ* ac *Meſopotamiæ* principibus, vel *Moſulitarum*, vel ſuam ſectam ſequendi: quum contra *Muhjoddinus* tenderet, utique illos in inſtrumento & fœdere *Moſulitico* eſſe exprimendos. Sic remora concordiæ objecta, ſeptimo *Dſulhaſsjæ* proficiſcimur. Hac autem congreſſione propoſuerat obtuleratque mihi *Sultanus*, internuntio ac pararío Antiſtite, adminiſtrationem non unius functionis, ut *Damaſcenæ* in *Ægypto*; quam excuſavi, nec in me ſuſcipere auſus fui, ne forte pace infecta, id quoque infectum mihi irritumque foret. Ab illo tamen tempore id de me celſo ejus animo fuit infixum, quod cognitum demum habui, quum miniſterio ejus me applicuiſſem. Ad *Sultanum* interea *Damaſci* agentem undique terrarum legationes confluere; inter alias *Sinsjarsjahi* illa, Domini *Meſopotamiæ*, qua, fide ſibi ſolenniter data, partes ſe ejus adoptaturum oſtendit. Idem *Arbelæ*

ذكر وصولنا الي خدمته رسلا

وكان الشيخ قد وصل الي الموصل وسار منها في صحبة القاضي محي الدين بن كمال الدين وكان بينهم صحبة من الصبي وكنت مع القوم وسرنا حتي اتينا دمشق وخرج السلطان الي لقاء الشيخ ونحن في خدمته فلقيه عن بعد وكان دخولنا الي دمشق يوم السبت حادي عشر ذي القعدة من هذه السنة ولقينا من السلطان كل جميل فيما يرجع الي الاكرام والاحترام واقمنا اياما نراجع في فصل حال فلم يتفق صلح في تلك الوقعة وخرجنا راجعين الي الموصل وخرج السلطان الي وداع الشيخ الي القصير واجتهد في ذلك اليوم ان ينقضي شغل فلم يتفق وكان الوقوف من جانب محي الدين فان السلطان اشترط ان يكون صاحب اربل والجزيرة علي خيرتهم في الانتماء اليه او الي الموصل فقال محي الدين لا بد من ذكرها في النسخة فوقف الحال وكان مسيرنا سابع ذي الحجة وفي ذلك الدفعة عرض علي السلطان مواضع اليها الدمشقي بمصر علي لسان الشيخ فاعتذرت ولم افعل خوفا من ان يحال بوقوف الحال علي ومن تلك الدفعة ثبت في نفسه الشريفة مني امر لم اعرفه الا بعد خدمتي له واقام السلطان بدمشق ترد عليه الرسل من الجوانب فوصل رسول سنجرشاه صاحب الجزيرة فاستحلفه لنفسه في انتماء اليه ورسول اربل وحلف لهم وساروا ووصل اليه اخوه الملك

Noſter ad ipſum adventus Legatioque.

Arbelæ legatus, ſuo ſuorumque nomine, ſe ejus adoptaturum oſtendit. Idem *Moſulitarum* legatus, ſuo ſuorumque nomine, ſe ejus adoptaturum oſtendit. Ego quoque legationi fui adſcriptus. Quum viæ permenſo ſpatio *Damaſcum* jam propinquaremus, Antiſtiti, quem nos comitabamur, obvius proceſſit *Sultanus*, longeque extra urbem eum excepit. Intrata nobis *Damaſcus* die *Sabbati*, primo & vigeſimo *Dſulcadæ* hujus anni, ubi adepti ſumus quicquid ſplendidum dici poteſt, in hoſpitibus accipiendis honorandiſque. Aliquot in colloquendo exacti dies, ad rem dirimendam; ſed nulla convenire potuit pax, illa quidem vice. Ea propter *Moſulam* remigraturi diſceſſimus, *Sultano* ad *Alkoſairum* proſequente Antiſtitem, ut vale ipſi diceret: illoque adhuc die allaborante, ut finis rei imponeretur. Nihil tamen profectum tranſactumque, *Muhjoddino* potiſſimum obſtinante. Nempe *Sultanus* conditionibus inſeruerat, ut optio relinqueretur *Arbelæ* ac *Meſopotamiæ* principibus, vel *Moſulitarum*, vel ſuam ſectam ſequendi: quum contra *Muhjoddinus* tenderet, utique illos in inſtrumento & fœdere *Moſulitico* eſſe exprimendos. Sic remora concordiæ objecta, ſeptimo *Dſulhaſsjæ* proficiſcimur. Hac autem congreſſione propoſuerat obtuleratque mihi *Sultanus*, internuntio ac pararío Antiſtite, adminiſtrationem non unius functionis, ut *Damaſcenæ* in *Ægypto*; quam excuſavi, nec in me ſuſcipere auſus fui, ne forte pace infecta, id quoque infectum mihi irritumque foret. Ab illo tamen tempore id de me celſo ejus animo fuit infixum, quod cognitum demum habui, quum miniſterio ejus me applicuiſſem. Ad *Sultanum* interea *Damaſci* agentem undique terrarum legationes confluere; inter alias *Sinsjarsjahi* illa, Domini *Meſopotamiæ*, qua, fide ſibi ſolenniter data, partes ſe ejus adoptaturum oſtendit. Idem *Arbelæ*

Digitized by Google

legati poſtularunt. Jurejurando accepto ad ſua rediere. Ad ipſum quoque viſit quarto *Dſulhaſsjæ* frater *Almalichus Aladilus*, feſtoque apud eum celebrato, *Halebum* reviſit.

الملك العادل رابع ذي الحجة فاقام عنده وعيد وتوجه الي حلب المحروسة

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Alia adverſus Caracham expeditio.

ذكر غزاة اخري الي الكرك

ACceſſit ibi ad eum filius *Kara Arſlani Noureddinus*, octavo *Saphari*, anno octogeſimo; honorificentiſſime exceptus, atque in arcem familiariſſime receptus. Cum eo *Damaſcum* denuo iter inſtituit *Almalichus Aladilus* vigeſimo & ſexto ejuſdem menſis. Audito autem adventu *Kara Arſlanidæ*, *Sultanus*, qui ex aliquot dierum valetudine recens convaluerat, obviam ei proceſſit, prout in honorandis hominibus effuſiſſimus erat, eique ad *Fontem Pontis* occurrit in *Convallibus*, idque nono *Rabiæ* prioris. Eo officio exhibito rediit *Damaſcum*, *Noureddino* & *Almalicho Aladilo* poſt ſe relictis; ſtatimque expeditionem adornavit, eamque ſuſcepturus ad *Pontem Sublicium* movit media *Rabia* priore: qua ad finem vergente *Damaſcum* deveniunt *Almalichus Aladilus* & *Kara Arſlanides*; dieſque aliquot morati, itineri ſe commiſerunt ad *Sultanum* aſſequendum; qui ex *Raſelma* ad *Characham* propius caſtra admoverat: haud longe ab ea dies aliquot expectans *Almalichum Almodafferum* ex *Ægypto*: qui decimo & nono *Rabiæ* poſterioris præſto fuit, ſecum trahens familiam patris, theſauroſque. Hos recta ad *Almalichum Aladilum* ire juſſit, eique reliquiſque exercitibus mandat, ut & ipſi præſto forent. Ita aliis poſt alias copiis illuc adfluentibus, circumſepta *Caracha* quarto *Sjumadæ* prioris, & machinamentis verberari cœpta, conglomeratis hanc in rem Legionibus *Ægyptiacis*, *Syriacis*, & *Meſopotamiæ* quoque, ductore *Kara Arſlanida*. Ad hanc famam iterum *Francus*, pedes equeſque, advolavit, pro caſtro illo ſtrenue propugnaturus. Vehementiſſime id caſtrum *Muſulmannis* incommodabat, aditum præcidens ad *Ægyptum*, ſic ut catervæ iter facere nequirent, niſi confertiſſimis ſtipatæ copiis, ac

فوصل اليه بن قرا ارسلان نور الدين الي حلب ثامن عشر صفر سنة ثمانين فاكرمه الملك العادل اكراما عظيما واصعده الي القلعة وباسطه ورحل معه طالبا دمشق في سادس وعشرين منه وكان السلطان قد مرض اياما ثم شفاه الله ولما بلغه وصول قرا ارسلان خرج الي لقايه وكان السلطان يكارم الناس مكارمة عظيمة فالتقاه علي عين الجسر بالبقاع وذلك في تاسع ربيع الاول ثم عاد الي دمشق وخلف نور الدين واصلا مع الملك العادل فتاهب للغزاة وخرج مبرزا الي جسر الخشب في منتصف ربيع الاول وفي رابع وعشرين منه وصل الملك العادل ومعه ابن قرا ارسلان الي دمشق فاقاموا بها اياما ثم رحلوا يلتحقون بالسلطان من راس الماء طالبا للكرك فاقام قريبا منها اياما ينتظر وصول الملك المظفر من مصر الي تاسع عشر ربيع الاخر ووصل الي خدمته ومعه بنت الملك العادل وخزانته فسيرهم الي الملك العادل وتقدم اليه والي بقية العساكر بالوصول اليه الي الكرك فتتابعت العساكر الي خدمته حتي احدقوا بالكرك وذلك في رابع جمدي الاول وركب المناجنيق علي المكان وقد التفت العساكر المصري والشامي والجزري ايضا مع قرا ارسلان ولما بلغ الفرنج ذلك خرجوا براجلهم وفارسهم الي الذب عن الكرك وكان علي المسلمين منه ضرر عظيم فانه كان يقطع عن قصد مصر بحيث كانت القوافل لا يمكنها الخروج

ac militari ſub præſidio. Ea propter ſollicitudo *Sultani* huc potiſſimum ſeſe convertit, ut perviam in *Ægyptum* viam emuniret. *Francorum* vero adventu cognito, prælio ſe parat *Sultanus*, atque copias omnes educit, impedimentis ablegatis in oppida; equitatuque ſolo retento. Sic hoſti in occurſum ſeſe dedit, qui conſederat in loco cui *Elwaliho* nomen; pergenſque ſeſe ei objecit in vico *Hasbon*, unde mox ad *Maainam*, locum ita dictum, duxit. At *Franci* in *Elwaliho* morati ad vigeſimum ſextum, *Caracham* verſus moverunt, exercitus noſtri parte terga premente, atque ad extremum diei eos carpente. Cernens igitur *Sultanus Francos* mordicus retinere *Caracham*, in *Palæſtinam*, copiis evacuatam, impreſſionem facere ſuis imperat exercitibus. Illo impetu oppreſſa direptaque *Neapolis*, intactis tamen duabus ejus arcibus. Occupatum quoque *Sjaninum*; atque in *Raſelma* iterum ad *Sultanum* deventum; poſtquam late omnia prædando, vinciendo, urendo, vaſtandoque perſultaſſent. Ita *Damaſcum* remeat *Sultanus* die *Sabbati*, ſeptimo *Sjumadæ* poſterioris, triumphanti ſimilis, comitante ipſum *Almalicho Aladilo*, *Noureddinoque*, filio *Kara Arſlani*, quem ille honoribus beneficiiſque cumulavit. Hoc quoque menſe *Chaliphæ* Legatus regias pro *Sultano* veſtes adduxit, quibus ipſum indueret. Frater quoque ipſius, & filius *Aſedoddini* conſimili veſte honeſtati: medioque jam menſe ſolenniter eodem *Chaliphæ* munere, manu *Sultani*, cultus veſtituſque *Kara Arſlamides*, dimittitur domum. Dimiſſi etiam exercitus. Circa hoc idem tempus advenere a filio *Zinoddini* qui opem poſtularent *Sultani*, ſimulque ſignificarent exercitum *Moſulæ*, cum *Kozuli* copiis junctum, duce *Mosjahidoddino Kaimazo* caſtra ad *Arbelam* admoviſſe, populationeſque & incendia feciſſe: quos tamen ipſe egregie jam fuderit fugaritque.

الخروج الا مع العساكر الجمة الغفيرة
فاهتم السلطان بامره ليكون الطريق
سابلة الي مصر ولما بلغ السلطان
خروج الفرنج تعبا للقاء وامر العساكر
ان خرجن ظاهر الكرك وسير الثقل
نحو البلاد وبقي العسكر جريدة ثم
سار السلطان يقصد العدو وكان الفرنج
قد نزلوا بموضع يقال له الواله وسار
حتي نزل علي قرية يقال لها حسبان
قبالة الفرنج ورحل منها الي موضع
يقال له ما هين والفرنج مقيمين بالواله
الي سادس وعشرين من جمادي
الاولي ثم رحلوا قاصدين الكرك فسار
بعض العسكر وراهم فقاتلهم الي اخر
النهار ولما راي قدس الله روحه
تصميم الفرنج علي الكرك امر العساكر
ان دخلوا الساحل لخلو عن العساكر
فهجموا نابلس ونهبوها وغنموا ما
فيها ولم يبق فيها الا حصناها واخذوا
جانبن والتحقوا السلطان براس الماء
وقد نهبوا واسروا واحرقوا وخربوا واتفق
دخول السلطان الي دمشق يوم
السبت سابع جمدي الاخر ومعه الملك
العادل ونور الدين بن قرا ارسلان فرحا
مسرورا واكرمه واحترمه واحسن اليه وفي
هذه الشهر وصل رسول الخليفة ومعه
الخلع فلبسها السلطان والبس اخاه
الملك العادل وابن اسد الدين خلعا جات
لهم وفي رابع عشر الشهر خلع السلطان
خلعة الخليفة علي بن قرا ارسلان واعطاه
دستورا واعطاه لعساكر وفي ذلك التاريخ
وصلت رسل بن زين الدين مستنصرخا
الي السلطان يخبر ان عسكر الموصل
وعسكر قزل نزلوا مع مجاهد الدين
قايماز علي اربل وانهم نهبوا واحرقوا
وانه نصر عليهم وكسرهم

Digitized by Google

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Secunda vice appetita Mosula.

ذكر خروج السلطان الي جهة الموصل في الوقعة الثانية

HÆc quum audivisset *Sultanus*, *Damasco* movit provincias illas impetiturus, exercitibus subsequi jussis: per viamque *Biræ* pertendit *Charras*. Ad *Biram* ei occurrit *Modaffereddinus* duodecimo *Muharremi*, anni octogesimi primi. *Charras* perventum vicesimo & secundo insequentis *Saphari*, ad *Rasolainam* cum exercitu prægresso *Saiphoddino Mesjtoubo*. Ejusdem mensis die vigesimo sexto in custodiam dedit *Sultanus Modaffereddinum* filium *Zineddini*, quod nonnihil culpæ in se admisisset, quodque evocatus ad *Sultanum*, se præsentem non stitisset. Id ægre ferens *Charrarum* arcem, *Edessamque* ei ademit. Detinetur in vinculis, castigandi ergo, ad *Rabiæ* prioris initium: quum regia veste indutus bono esse animo jubetur. Arcem quoque *Charrarum*, cum provinciis quas tenuerat, ei restituit; eumque in eundem honoris ac dignationis gradum reposuit, retenta tantum arce *Edessæ*, quam tamen se redditurum promisit. Postero die *Rasolainam* motus est; attigitque eum interea temporis legatus *Kelisji Arslani*, denuncians, Reges Orientis universos consensisse ac conspirasse, ad *Sultanum* invadendum, ni *Mosula* & *Merdino* absistat: fixumque ipsis sedere, acie cum ipso decernere, si in proposito perseveret. Ille vero *Duneisiram* castra promovere; ubi octavo hujus mensis sese ei adjungit *Amadoddinus* filius *Kara Arslani*, cum exercitu *Noureddini*, *Merdini* principis: quos honorificentissime excepit. Inde vigesimo primo *Mosulam* intendit, proximeque urbem, ad *Ismailanum*, notum omnibus locum, assedit: unde quotidie recenti impressione *Mosula* infestari coarctarique posset. Ibi *Amadoddinus Kara Arslanides*, accepto de morte fratris *Noureddini* nuncio, commeatum a *Sultano* petit, impetratque, fraterno regno inhians.

ولما سمع السلطان ذلك رحل من دمشق يطلب البلاد وتقدم الي العساكر فتبعته وسار حتي اتي حران علي طريق البيرة والتقي مظفر الدين بالبيرة في ثاني عشر المحرم سنة احدي وثمانين وتقدم السلطان الي سبق الدين المشطوب ان يسير في تقدمة العسكر الي راس العين ووصل السلطان حران ثاني وعشرين صفر وفي سادس وعشرين منه قبض علي مظفر الدين بن زين الدين لشي كان قد جري منه وحديث كان بلغه عنه رسول ولم يقف عليه وانكره واخذ منه قلعة حران والرها ثم اقام في الاعتقال تاديبا الي مستهل ربيع الاول ثم خلع عليه وطيب قلبه واعاد عليه قلعة حران وبلاده التي كانت بيده واعاده الي قانونه في الاكرام والاحترام ولم يتخلف له سوي قلعة الرها ووعده بها ثم رحل السلطان ثاني ربيع الاول الي راس العين ووصله في ذلك رسول قليج ارسلان يخبره ان ملوك الشرق باسرهم قد اتفقت كلمتهم علي قصد السلطان ان لم يعد عن الموصل وماردين وانهم علي عزم ضرب المصاف معه ان اصر علي ذلك فرحل السلطان يطلب دنيسر فوصله ثامن ربيع الاول عماد الدين بن قرا ارسلان ومعه عسكر نور الدين صاحب ماردين فالتقاهم واحترمهم ثم رحل من دنيسر حادي عشره نحو الموصل حتي نزل موضع يعرف بالاسماعيلان قريب الموصل بحيث يصل من العسكر كل يوم نوبة جديدة يحاصر الموصل فبلغ عماد الدين بن قرا ارسلان موت اخيه نور الدين فطلب من السلطان دستورا طمعا في ملك اخيه فاعطاه دستورا ۞

CA-

Digitized by Google

CAPUT TRIGESIMUM.

Obitus Sjah Armeni, Chalatæ Domini.

INeunte autem *Rabia* posteriore anni primi & octogesimi vita cessit *Sjah Armenus*, qui *Chalatæ* principatum obtinebat. Successit ei in imperio *Buchtimerus*, servus ipsius, idem ille, qui Legatus accesserat *Sinsjara* ad *Sultanum*. Is justitiam colens, temperansque in universa vitæ via ac ratione, populum *Chalatensem* sibi devinxit, promtam ei ac propensam obedientiam cunctis exhibentibus. Jam vero morte *Sjah Armeni*, hujusque in regnum successione, in id prominebant, seque intendebant multorum desideria: inter alios *Pehlewani* filii *Eldokuzi*, ad cujus famam misit *Buchtimerus* qui sua *Sultano* deferrent obsequia, cum eoque pactum inirent de tradenda ei *Chalata*, ejusque possessore in clientelam suscipiendo, attributis ei, quæ placere possent, aliis possessionibus. Cupiditate *Chalatæ* inductus *Sultanus*, demigrat *Mosula*, illuc contendens: ad *Buchtimerumque* præmittit juris consultum *Isam* & *Gersoddinum Kelisjum*, ad fœdus constituendum perscribendumque. Legati *Chalatam* perveniunt; sed jam regionibus illis e proximo imminebat *Pehlewanus*, atque a *Sultano* deterrebat; *Buchtimerum* studens sibi conciliare elocata ipsi filia, imperioque ei adfirmato. Hac excusatione elusa rediit legatio, absque ullo fructu. *Sultanus* interim *Miafarekinam* obsidione circumvallaverat, directisque adversus eam machinationibus vehementissimam exorsus erat oppugnationem. *Leoni* autem cuidam custodia urbis erat commissa, haud sane nomini suo impar, eove in defensanda ea minor. Verum enim vero *Fata haud evincuntur*. Undetrigesimo *Sjumadæ* enim occupavit eam *Sultanus*; deque *Chalatæ* negotio jam desperans, *Mosulam* reversus est, longiusculeque ab ea, hac tertia vice, consedit in loco, cui *Caphar Zammaro* nomen: quam stationem aliquamdiu obtinuit. Huc e *Mesopotamia* ad eum se con-

ذكر موت شاه ارمن صاحب اخلاط

ولما كان ربيع الاخر سنة احدي وثمانين توفي شاه ارمن صاحب خلاط وولي بعده غلام له بكتمر وهو الذي وصل رسولا الي خدمة السلطان بسنجار فعدل واحسن الي اهل خلاط وكان متصونا في طريقته فاطاعه الناس ومالوا اليه ولما ملك خلاط امدت نحوه الاطماع لموت شاه ارمن فسار نحوه بهلوان بن الدكز فلما بلغه ذلك سير الي خدمة السلطان من يقرر معه تسليم خلاط اليه واندراجه في جملته واعطاوه ما يرضيه فطمع السلطان في خلاط ولم يحل عن الموصل متوجها نحوها وسير الي بكتمر الفقيه عيسي وغرس الدين قليج لتقرير القاعدة وتحريرها فوصلت الرسل وبهلوان قد قارب البلاد جدا فخوف بهلوان من السلطان فطلب بهلوان اصلاحه وزوجه ابنة له وولاه وعاد البلاد اليه واعتذر الي رسل السلطان وعادوا من غير زيدة وكان السلطان قد نزل علي ميافارقين يحاصرها وقاتلها قتالا شديدا ونصب عليها مناجنيق وكان بها رجل يقال له الاسد وما قصر في حفظها لكن الاقدار لا تغلب فملكها السلطان في تاسع وعشرين من جمدي ولما ايس من امر اخلاط عاد الي الموصل فنزل بعيدا عنها وهي الوقعة الثالثة بموضع يقال له كفر زمار وكان الحر شديد فاقام مدة وفي هذه المنزلة اتاه سنجرشاه من الجزيرة واجتمع به فاعاده الي بلده

contulit *Sinsjarsjahus*, ſeque ei adjunxit; mox tamen domum remiſſus. Quumque intenſiſſimus foret æſtus, in graviſſimum morbum implicitus fuit *Sultanus*, cujus meſſignum metuens violentiam *Charras* receſſit, quantumvis laboraret, edurans, neque lectica vectus. Hinc vehementius conflictatus, ad extremum devenerat imbecillitatis, quum *Charras* attigit, jamque actum de eo ac conclamatum cenſebatur. Rumor quoque mortis ejus ſparſus. Huc ad eum delatus *Halebo* Frater, unaque medici ipſius.

بلده ومرض رحمه الله بكفر زمار مرضا شديدا خلف من غايلته فرحل طالب حران وهو مريض وكان ينجلد ولا يركب محفة فوصل وهو شديد المرض ويبلغ الي غاية الضعف وايس منه ورجف بموته فوصل اليه لخوه من حلب ومعه اطباوه

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Pacem cum ipſo faciunt Moſulitæ.

ذكر صلح المواصلة معه

PAci deinde ſic præbita occaſio. *Ezzoddinus Atabecus*, *Moſulæ* Dominus, me ad *Chalipham* opem oratum dimiſerat; ſed ne tantillum quidem inde collatum. Miſerat inſuper ad *Perſas*, a quibus item impetratum nihil. Hoc quum *Bagdado* redux renunciaſſem, deſperato undique auxilio, perfertur *Sultanum* ægrotare: quam ſuam rati occaſionem *Moſulitæ*, probe gnari alioquin eum promtiſſimæ eſſe facilitatis ac clementiæ, e veſtigio me ad hanc rem conficiendam legant, unaque *Behajeddinum Errabibum*, mihi inſtrumenti, in quod juraret, cura demandata: jubentque omnem in eundo diligentiam celeritatemque adhibere. Nos vero magnis itineribus contendere ad exercitum, ad quem perventum primis *Dſulhaſijæ* diebus, cunctis jam de *Sultano* animum deſpondentibus. Ibi exquiſito ab ipſo honore acceptis conſeſſus datus, qui quidem primus erat a morbo, cui intereſſe potuit: atque *Arafatæorum* ſacrorum die fœdus jurejurando ſanxit, quo *Meſopotamiam*, quam a *Sinsjarsjabo* acceperat, recepimus, *Moſulitis* ab ipſo contributam. In conceptiſſima autem ſacramenti verba ipſum fratremque ſimul adegi; ad mortemque uſque ſanctiſſimus princeps pacem hanc intemeratam ſervavit. Deinde cum ipſo jam penitus confirmato *Charras* advivimus, ubi nunciata ipſi mors filii *Aſadeddini Emiſſæ* principis, qui die *Arafatæorum* ſacrorum exceſſerat. In ejus honorem ad

وكان سبب ذلك ان عز الدين اتابك صاحب الموصل سيرني الي الخليفة يستنجده فلم يحصل منهم نجدة وسير الي العجم فلم يحصل منهم نجدة فلما وصلت من بغداد وردت جواب الرسالة ايس من نجدة فلما بلغهم مرض السلطان رأوا ذلك فرصة وعلموا سرعة انقياده ورقة قلبه وفي ذلك الوقت قنديوني لهذا الامر وبهاي الدين الربيب وفوض الي امر النسخة التي حلف بها وقالوا امضوا ما يصل جهدكم وطاقتكم فسرنا حتي اتينا العسكر والناس كلهم ايسون من السلطان وكان وصولنا في اوايل ذي الحجة فاحترمنا احتراما عظيما وجلس لنا وكان اول جلوسه من مرضه وحلف في يوم عرفة واخذنا منه يمين النهرين كان اخذها من سنجارشاه فاعطاها المواصلة وحلفنه يمينا تامة وحلفت اخاه الملك العادل ومات قدس الله روحه وهو علي ذلك الصلح لم يتغير عنه وسرنا معه وهو بحران وقد تماثل ووصله خبر موت ابن اسد الدين صاحب حمص وكان وفاته يوم عرفة وجلس الملك العادل

Digitized by Google

العادل للعزاء وفي ذلك الايام وكان وقعة التركمان مع الاكراد وقتل بينهم خلق عظيم وفي هذا الشهر وصل خبر وفاة بهلوان بن الدكز وكانت وفاته في سابع ذي الحجة

ad officia consolandi admittenda praefedit *Almalichus Aladilus*. His diebus inter *Turcomannos* & *Curdos* commissum praelium, in quo multi utrimque mortales occubuere. Allatum quoque eodem mense de obitu *Peblewani*, filii *Dokuzi*, qui finiente *Dsulhassija* finivit.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

ذكر عود السلطان الي الشام

In Syriam revertit Sultanus.

ولما وجد السلطان نشاطا من مرضه رحل يطلب جهة حلب وكان وصوله اليها رابع عشر المحرم سنة اثنين وثمانين وكان يوما مشهورا لشدة فرح الناس بعافيته ولقايه فاقام بها اربعة ايام ثم رحل نحو دمشق ولقيه اسد الدين شيركوه بن محمد بن شيركوه ينزل السلطان ومعه اخته وقد صحبه خدمة عظيمة وقرب زايدة ومن عليه بحمص واقام اياما يعتبر تركة ابيه ثم سار يطلب جهة دمشق وكان دخوله اليها في ثاني ربيع الاول وكان يوما لم ير مثله فرحا مسرورا ووقعت في هذه الشهر وقعات كثيرة بين التركمان والاكراد بارض نصيبين وغيرها وقتل من الفيقين خلق عظيم وبلغ السلطان ان معين الدين قد عصي بالراوند فكتب الي عسكر حلب ان حاصروه وفي ثاني جمادي الاول وصل معين الدين من الراوند وقد سلمها الي علم الدين سليمان ثم مضي الي خدمة السلطان وفي سابع عشر وصل الملك الافضل الي دمشق ولم يكن راي قبل ذلك الشام

Quumque jam a morbo pristinum vigorem recuperasset *Sultanus*, *Harlebum* versus iter instituit, oppidumque illud ingreditur decimo quarto *Muharremi*, anno secundo & octogesimo. Dies hic effusissima hominum laetitia concelebratus, ob incolumitatem & conspectum ejus. Quatuor ibi commoratus dies, proficiscitur *Damascum*, obviumque habuit *Asededdinum Sjirchoubum*, filium *Muhammedis*, filii *Sjirchoubi*, in *Tel Essultano*, sorose comitatum, stipatumque ingenti famulitio, ac necessariorum multitudine. Hunc ille *Emissena* civitate donavit, diebus aliquot positis in hereditate patria ipsius perlustranda. *Damascum* deinde continuato petit itinere, eamque intrat postridie Kalend. *Rabiae* prioris, die omnibus omnium gaudiis cumulatissimo, & cui similis haud visus. Hoc mense variae iterum pugnae pugnatae *Turcomannos* inter & *Curdes*, in terra *Nisibensi*; aliisque oris; ingenti, utraque ex parte, caesa multitudine. *Maineddinum* tunc temporis in *Rawenda* rebellasse accipit, qua propter ad exercitum scribit *Halebensem*, ut eum obsidione urgeat. Ecce autem postridie Kalend. *Sjumadae* prioris *Maineddinus* ipse, tradita *Alameddino Rawenda*, praesto advenit *Sultanum* officiose venraturus. Decimo septimo ejusdem mensis ad *Damascum* accessit *Almalichus Alaphdalus*, qui *Syriam* nunquam ante viderat.

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Almalichus Aladilus in Ægyptum; Almalichus Addahirus Halebum redeunt.

VIſum interim *Sultano*, ut *Almalichus Aladilus* in *Ægyptum* denuo ſe conferret, ut pote expertior in rebus regni illius quam *Almalichus Almodaffer-rus*. Ad *Charras* jam, quantumvis laborans, crebros ea de re ſeruerat ſermones: idemque *Almalicho Aladilo*, qui ſedes *Ægyptiacas* adamabat, in mentem venerat. Quum proinde *Damaſcum* revertiſſet, penituſque divina gratia convaluiſſet, fratrem illuc evocavit; qui, expedito cinctus equitatu, *Halebo* proficiſcitur vigeſimo & quarto *Rabiæ* prioris, & magnis itineribus *Damaſcum* contendit. Ibi in *Sultani* comitatu aliquamdiu ſubſtitit, variis inter eos agitatis, & ultro citroque habitis, ſermonibus, ad conditiones conſtituendas; donec tandem *Sjumada* poſteriore ineunte convenit, ut *Almalichus Aladilus* in *Ægyptum* rediret, recepto ab ipſo *Halebo*. Miſſi eum in finem, qui univerſam ipſius familiam inde adducerent. Jam vero *Almalichus Addahirus*, quem majeſtate augeat Deus, *Almalichuſque Alazizus* tunc temporis quoque *Damaſci* in comitatu genitoris verſabantur, atque ita pactum conſtitutumque fuit, ut rediens in *Ægyptum Almalichus Aladilus* gubernatorem ageret *Almalichi Alazizi*, omniaque negotia ejus, ex mandato patris, procuraret; viciſſimque *Halebum Almalicho Addahiro* reſtitueretur. Hæc quum ita pacta eſſent, ipſe mihi retulit *Almalichus Aladilus*, ſe utrumque illum principem honoris ergo conveniſſe, interque eos medium conſediſſe; dixiſſeque *Almalicho Alazizo*, Domine, *Sultanus* imperat, ut comes te ſequar in *Ægyptum*: jam vero perditorum hominum quam copioſa ſit annona, probe compertum habeo. Hinc brevi tempore haud deerunt, qui me malignis different ſuſurris, meique metum tibi incutient: quibus ſi aures præbere decreviſti, dicas velim, haud ſane tecum tunc ituro. Au-

ذكر مسير الملك العادل الي مصر وعود الملك الظاهر الي حلب

وذلك ان السلطان راي رواح الملك العادل الي مصر فانه كان انس باحوالها من الملك المظفر فما زال تفاويضه بذلك وهو علي حران مريض وقد حصل ذلك في نفس الملك العادل فانه يحب الديار المصرية فلما عاد السلطان الي دمشق ومن الله بعافيته سير يطلب الملك العادل الي دمشق فخرج من حلب جريدة رابع وعشرين من ربيع الاول وسار حتي اتي دمشق فاقام بها في خدمة السلطان فجري بينهما احاديث ومراجعات في قواعد تقرر الي جمادي الاخر واستقرت القاعدة علي عود الملك العادل الي مصر وتسلم حلب منه وسير الصنبعة لاحضار اهله من حلب وكان الملك الظاهر ايده الله والملك العزيز بدمشق في خدمة والدهما فلما استقرت القاعدة علي عود الملك العادل الي مصر استقرت علي ان يكون اتابك الملك العزيز وسله والده اليه يربي امره وسلم الملك العادل حلب الي الملك الظاهر ولقد قال لي الملك العادل انه لما استقرت عليه هذه القاعدة واجتمعت بخدمة الملك العزيز والملك الظاهر وجلست بينهما قلت للملك العزيز يا مولاي ان السلطان قد امرني ان اسير في خدمتك الي مصر وانا اعلم ان المفسدين كثير وغدا فما يخلوا ممن يقول عني ما لا يجوز ويخوفك مني فان كان لك عزم تسمع فقل لي حتي لا اجي فقال لا اسمع وكيف يكون

يكون ذلك ثم التفت وقلن للملك
الظاهر انا اعرف ان اخاك ربما
يسمع في اقوال المفسدين وانا فا
لي الا انت مني ضاق صدري
من جانبه فقال مبارك وذكر
كل خبر ثم ان السلطان
الملك الظاهر سيره والده الي
حلب لبعلمه ان حلب هي اصل
الملك وجرثومته وقاعدته ولهذا
دءبت في طلبها ذلك الداب ولما
حصلت اعرض عما عداها من بلاد
الشرق وقنع منهم بالطاعة
والمعونة علي الجهاد فسلمها اليه
عالما منه بحذاقته وحزمه وحفظه وتابته
وعلو همته فسار اليها حتي العين
المباركة وسير في خدمته الشحنة
حسام الدين بشارة ووالبا عيسي بن
بلاشوا فنزل بعين المباركة وخرج
الناس الي لقايه في بكرة تاسع
جمدي الاخر وصعد القلعة ضاحي
نهار وفرح الناس به فرحا شديدا
ومد علي الناس من جناح عدله
وافاض عليهم وابل فضله واما الملك
العزيز والملك العادل فان السلطان
قرر حالتهما وكتب الي الملك
المظفر يخبره بمسير الملك العزيز وهو
صحبة عمه ويامره بالوصول الي الشام
وشق ذلك عليه حتي اظهر للناس
وعزم علي المسير الي ديار العرب
الي برقا فقبح ذلك عليه جماعة من
اكابر الدولة وعرفوه ان عمه السلطان
يخرج من يده في الحال والله اعلم
بما يكون منه بعد ذلك فراي
الحق بعين البصيرة واجاب بالسمع
والطاعة وسلم البلاد ورحل واصلا
الي خدمة السلطان فسار
السلطان الي لقايه وفرح بوصوله
فرحا شديدا وذلك في ثالث
وعشرين شعبان واعطاه حماة
وسار اليها وكان قد عقد
بين الملك الظاهر وبعض
بنات

Aures præbiturum ſe negante eo, atque in totum mentionem iſtam abhorrente, reſumſiſſe ſeſe, converſo ad *Almalichum Addahirum* ſermone; Equidem novi fratrem tuum profligatorum hominum voculas auribus admiſſurum adverſus me; quum quidem mihi tu ſolus reſtabis ab hac parte oppreſſo, tædiique pleno. Ad quæ *Almalichum Addahirum*, bona verba quæſo, repoſuiſſe, atque omnia fauſta ſpopondiſſe. Sic ergo pater *Almalichum Addahirum* titulo *Sultani* remiſit *Halebum*, ut doceret eum, *Halebum* eſſe regni fundamentum, radicem, ac ſedem; ad quam acquirendam tantum impenderit ſtudii ac laboris; & qua ſemel in ſolidum potitus, abſtinuerit deinceps a reliquis provinciis Orientis; contentus. ſi obedienter & enixe bellum ſacrum adjuvarent. Huic autem filio potiſſimum tradidit iſtam civitatem, ob acrem & firmum mentis habitum, verecundia omni & pietate celſiſſime exaggeratum, qui illuc itinere arrepto, prætore *Huſamoddino Basjara*, & præfecto *Iſa* filio *Balasjou* comitatus, deſcendit in *Ain Almobarecha*: ubi nono *Sjumadæ* poſterioris illuceſcente officioſe exceptus ab oppidanis, in arcem conſcendit pleno jam meridie, omnibus largiſſimam gaudii exultantis materiam præbens; quum in omnes *alam* juſtitiæ ſuæ *extenderet*, *imbremque* munificentiæ *effunderet*. *Almalichi Alazizi* deinde, *Almalichique Aladili* rem conditionemque ordinans *Sultanus*, ad *Almalichum Almodafferum* literas dat, quibus certiorem eum reddit adventus *Almalichi Alazizi*, patruo ipſi addito, ſimulque in *Syriam* revocat. Id adeo grave ei accidit, ut publice quoque dolorem præ ſe ferret, atque diſceſſum pararet in ſedes Occidentis *Barcanas*. At plurimi regni proceres improbare rem, deteſtarique, eique ob oculos ponere, patruum *Sultanum* e veſtigio *e manu* ipſius *exiturum*, alienandumque eſſe: quando ſoli quidem Deo notum eſſet, quid ipſo poſtmodum eſſet futurum. Hæc vera eſſe defæcato cernens oculo, dicto ſe ei audientem fore oſtendit; atque traditis provinciis in viam ſe dedit, præſentem reverentemque ſeſe *Sultano* ſtiturus. Adventanti obviam itum a *Sultano*, ſupra modum læto de ejus præſentia, vi-

geſimo tertio *Sjabani*: moxque *Hamatam*, quam ei *Sultanus* conceſſit, ſeſe transfert. Porro inter *Almalichum Addahirum*, & quandam Filiarum *Almalichi Aladili* jugali fœdere inito, id conſummatum, nuptiæque celebratæ vigeſimo ſexto *Ramadani*. Torum genialem quoque ingreſſus eſt *Almalichus Alaphdalus* cum filia *Naſireddini*, filii *Aſedoddini*, menſe *Sjawalo* ejuſdem hujus anni multo fauſtiſſimi.

بنات الملك العادل عقد نكاح فتمم ذلك ودخل بها سادس وعشرين شهر رمضان ودخل الملك الافضل علي زوجته بنت ناصر الدين بن اسد الدين في شوال من السنة المذكورة المباركة ۞

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Expeditio ſacra ſuſcepta adverſus Caracham.

ذكر غزاة انشاها الي الكرك

INeunte deinde *Muharremo*, anno octogeſimo & tertio, *Caracham* impetere in animo deſtinat, *Halebumque* mittit, qui exercitum inde acciret. *Damaſco* mox educens medio menſe, ire perrexit ad terram *Naitara*, ubi ſtativa habuit expectans legionum *Ægyptiacarum* congregationem. Copiis adfluentibus injunctum, ut quicquid regionum *Palæſtinæ* pertranſirent, excurſionibus longe lateque ſparſis infeſtarent: quod & perpetrarunt. In ora autem *Carachenſi* ſubſtitit, uſque dum in *Syriam* remeaſſet peregrinator ſacer inde *Meccam* profectus, hocce præſidio tutus a fraudulento hoſtis inſultu. Ibi acceſſit ad eum redux ex *Ægypto* viatorum caterva hiemalis, qui univerſam *Almalichi Almodaffari* familiam, & quicquid ipſi in *Ægypto* fuerat, ſecum advexere. At legiones *Halebenſes* præſto eſſe nequiverunt, cum *Francis* occupatæ in *Armenia*, quæ ditionis eſt filii *Leonis*. Anſam præbuerat mors principis *Francorum*, qui fratris filium ſcripſerat hæredem ſucceſſoremque. Id quum perlatum eſſet ad *Sultanum*, *Almalicho Almodaffero* qui *Hamatæ* agebat, mandat, ut hoſtile invaderet ſolum, impetumque eorum ſurgentem ſedaret. Aſſumto ergo *Halebenſi* exercitu, ſeſe *Haremum* contulit, ibique ſtativa tenuit, ut intelligeret hoſtis, hoc latus neutiquam nudum eſſe neglectumque. Regreſſus deinde in *Syriam Sultanus*, ſeptimo decimo *Rabiæ* prioris deſcendit in *Aſſyra*, excipiturque a Filio *Almalicho Alaphdalo*,

ولما كان المحرم سنة ثلاث وثمانين عزم علي قصد الكرك فسير الي حلب من يستحضر العسكر وسير من دمشق في منتصف المحرم فسار حتي نزل بارض بطرة (نبطرة) منتظرا لاجتماع العساكر المصرية والشامية وامر العساكر المتواصلة اليه بشن الغارات علي ما في طريقهم من البلاد الساحلية ففعلوا ذلك واقام بارض الكرك حتي وصل الحاج الشامي الي الشام وامنوا غايلة العدو ووصل قفل من مصر الشتوي ووصل معه بيت الملك المظفر وما كان له بالديار المصرية وتاخرت عنه العساكر الحلبية بسبب اشغالها بالفرنج بارض الارمن من بلاد ابن لاون وذلك انه قد مات ملك الفرنج ووصي لابن اخيه بالملك وكان الملك المظفر بحماة وبلغ السلطان الخبر فامرهم بالدخول الي بلاد العدو واخماد ثايرتهم وسار الملك المظفر بعسكر حلب الي حارم فاقام بها ليعلم العدو ان هذا الجانب ليس بمهمل فعاد السلطان الي الشام ونزل بعشترا سابع عشر ربيع الاول ولقيه ولده الملك الافضل ومظفر الدين بن زين الدين وجميع العساكر وكان قد تقدم الي الملك المظفر بمصالحة الجانب

الجانب الحلبي مع الفرنج ليفترغ البال مع العدو في جانب. واحد فصالحهم في العشر الآخر من ربيع الاول وتوجه الي حماة يطلب خدمة السلطان للغزاة التي عزم عليها فسار ومن اجتمع به من العساكر الشرقية في خدمته وهم عسكر الموصل مقدمهم مسعود بن الزعفراني وعسكر ماردين فلقيهم السلطان في العشر الاوسط من ربيع الاخر فاقرهم واكرمهم وفي منتصف هذه الشهر عرض السلطان العساكر لامر قد عزم عليه علي تل يعرف بتل تسبل (تبسل) وتقدم الي لرباب الميمنة بحفظ موضعهم والي اصحاب الميسرة بذلك والي القلب بمثله

lo, *Modaffereddinoque* filio *Zineddini*, cunctisque adeo copiis. Fuerat autem in mandatis *Almalicho Almodaffero*; ut cum *Francis* pacem a latere *Halebensi* firmaret, atque ita ab una parte securitatem sibi ab hoste compararet. Id labente ultimo *decemdio Rabiæ* prioris perfectum. Hinc *Hamatam* tetendit, *Sultano* operam diligentem navaturus ad sacrum ., quod animo volutabat, bellum: cum exercitibusque Orientalibus ibi congregatis ei præsto adfuit. Hi erant, exercitus *Mosulensis*, ductore *Mesoudo Alzaphranio*, exercitusque *Merdinensis*, quos media *Rabia* posteriore volvente benigne excepit, & requiete ac honore omni impertivit. Idibus ejusdem mensis copias lustravit *Sultanus* in colle *Tel Taisal* dicto, aliquid rei moliens; omnibusque qua dextrum qua sinistrum cornu curantibus, itemque mediam aciem tuentibus, præcepit, ut ordines rite servarent.

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

ذكر وقعة حطين المباركة علي المومنين

وذلك ان السلطان راي ان نعمة الله عليه باستقرار قدمه في الملك وتمكين الله اياه في البلاد وانقياد الناس لطاعته ولزومهم قانون خدمته ليس لها شكر سوي الاشتغال ببذل الجهد والاجتهاد الي اقامة قانون الجهاد فسير الي ساير العساكر واستحضرها ولجتمعوا اليه بعشترا في التاريخ المذكور وعرضهم ورتبهم واندفع قاصدا نحو بلاد العدو المخذول في نهار الجمعة سابع عشر ربيع الاخر وكان ابدا يقصد بوقعاته الجمع سيما اوقات صلاة الجمعة تبركا بدعاء الخطباء علي المنابر فربما كانت اقرب الي الاجابة فسار في ذلك الوقت علي تعبية الحرب وكان بلغه ان العدو لما بلغهم انه قد جمع العساكر اجتمعوا باسرهم في مرج صفورية بارض عكا وقصدوا نحو المصاف معهم فسار ونزل من يومه علي بحيرة طبرية عند قرية تسمي

Prælium Hittinense, faustissimum illud pro Fidelibus.

NEmpe *Sultanus* videbat divinam sibi gratiam largiter impensam, usque adeo, ut firmum jam regno pedem imposuisset, opesque in terris essent fundatissimæ, hominum obsequio promto, atque ad fidelitatis normam exacto, subnixæ: quæ quidem gratia nulla re alia posset rependi, quam, studio laboreque omni converso atque intento, ad bellum saerum rite instituendum. Hac de causa omnes undique exercitus conciverat, qui ad diem dictam in *Asjtara* convenere. Iis lustratis, in ordinesque dispositis, hostico sese infestus infert die *Veneris*, decimo ac septimo *Rabiæ* posterioris: quos dies perpetuo captare solebat in aleis prœliorum, in primisque horas statas precationis publicæ; fausti quid spondens sibi ex concionatorum e suggestibus supplicatione, cui iis potissimum horis Numen annueret. Tali igitur temporis puncto ad aciem instructus movet: audiverat quippe hostes, ad famam collectarum ab ipso copiarum, copias quoque suas in universum omnes contraxis-

se in campo *Sepphoris*, agri *Ptolemaidis*, atque cum ipso conflicturos procedere. Castra eo die protulit ad Lacum *Tiberiadis*, proxime vicum cui *Alsobaira* nomen. Inde duxit ad occidentem *Tiberiadis* in plana montium, compositus ad prælium; expectansque, *Francos*, eo audito, adversus se prodituros: illi vero e stativis suis nusquam moveri. Dies erat *Mercurii*, vigesimus ac primus mensis, quo die stationem illam occupavit: quumque hostem haud commoveri cerneret, *Tiberiadem* expedito equitatu aggreditur, firmisque relictis pro statione subsidiis e regione hostis, urbem invadit, opprimit, expugnat horæ momento; manibus in rapinas, capturas, incendia, cædesque versis atque exertis. Sola sese defendit arx. Oppressæ civitatis nuncius quum ad hostem perveniisset, generoso ardori, haud amplius potens sui, sese permisit, eoque ipso ad vindicandam *Tiberiadem* accucurrit momento. Hunc *Francorum* motum excursatores *Islamici* ducibus, illi vicissim *Sultano* renunciant. Is relictis qui arcem inclusam tenerent, cum turma sua ad exercitum revolat. Ambo exercitus in mutuum deveniunt conspectum ad latus occidentale montis *Tiberiadis*, inclinato jam die *Jovis*, qui erat vigesimus secundus. Nox depræliaturis partibus intercessit. Utrimque armis telisque horrentem ostendunt aciem, ad auroram usque diei *Veneris*, vigesimi ac tertii. Tum vero in se invicem invecti colliduntur, sagittariisque nostris strenuam operam edentibus, impetuque dato a lectissimis turmis, conferitur pugna multo atrociissima, prope vicum *Allubia* dictum. Ad extremum adigitur spiritum populus inimicus; pecudumque ritu ad necem propellitur vivus videnque; sic ut omnes pro certo intelligerent, miserabiliter sibi pereundum, persentiscerentque *se crastino die sepulcra visitaturos*. Interim magis magisque acies implicari, cum adversarioque suo eques colluctari, donec jam liquida in manibus esset victoria, infidelesque exitium circumstaret. Noctis tamen tenebræ intervenere, postquam isthoc die maxima quæque & speciosissima facinora essent edita, qualia superioris ætatis nulla prodit historia. Pernoctatum ab utraque parte in armis, quum

تسمي الصبيرة ورحل من هناك ونزل غربي طبريه علي سطح الجبل بتعبية الحرب منتظرا ان الفرنج اذا بلغهم ذلك قصدوه فلم يتحركوا من منزلتهم وكان نزوله في هذا المنزلة يوم الاربعا الحادي والعشرين فلما راهم لا يتحركون نزل جريدة علي طبرية وترك الاطلاب علي حالها قبالة وجه العدو ونازل طبرية وزحف عليها فهجمها واخذها في ساعة من نهار وامتدت الايدي اليها بالنهب والاسر والحريق والقتل واحتمت القلعة وحدها ولما بلغ العدو ما جري علي طبريه لما ياخذهم الصبر دون اجابة الحمية فرحلوا من وقتهم وساعتهم وقصدوا طبرية للدفع عنها فاخبرت الطلايع الاسلامية الامراء بحركة الفرنج فسيروا الي السلطان من عرفه ذلك فترك علي طبرية من يحفظ قلعتها ولحق العسكر هو ومن معه فالتقي العسكران علي سطح جبل طبرية الغربي منها وذلك في اواخر الخميس الثاني والعشرين وحال الليل بين الفئتين فتبايننا علي مصاف شاكين في السلاح الي صبيحة الجمعة ثالث وعشرين فركب العسكران وتصادما وعلت الجالبشية وتحركت الاطلاب والتحم القتال واشتد الامر وذلك بارض قرية تسمي اللوبيا وضاق الخناق بالقوم هذا وهم سايرون كانما يساقون الي الموت وهم ينظرون وقد ايقنوا بالويل والثبور واحست نفوسهم انهم في عد زوار القبور ولم يزل الحرب يلتحم والفارس مع قرنه يصطدم حتي لم يبق الا الظفر فوقع الوبال علي من كفر فحال بينهما الليل وظلامه وجري في ذلك اليوم من الوقايع العظيمة والامور الجسيمة ما لم يحك عن من تقدم وبات كل فريق في سلاحه ينتظر خصمه في كل ساعة وقد اقعده التعب عن النهوض وشغله النهب عن الحرب فضلا عن الركوض حتي كان صباح السبت الذي تبوركت فيه

Digitized by Google

فيه فطلب كل من الفريقين مقامه
وعلمت كل طايفة ان المكسورة
بينهما مدحورة الجنس معدومة
النفس وتحقق المسلمون ان من
ورايهم الاردن ومن بين يديهم
بلاد القوم وان لا ينجيهم
الا الله تعالي وكان الله قد
قدر نصر المسلمين ويسره
واجراه علي وفق ما قدره
فحملت الاطلاب الاسلامية من
الجوانب وحمل القلب وصاحوا
صيحة الرجل الواحد فالقي
الله الرعب في قلوب الكافرين وكان
حقا علينا نصر المومنين وكان
القومص ذكي القوم واطغيهم فراي
امارات الخذلان قد نزلت باهل دينه
ولم يشغله ظن محاسنه حبسه عن
تعبية فهرب في اوايل الامر قبل
اشتداده واخذ طريقه نحو صور
وتبعه جماعة من المسلمين فنجي
وحده وامن الاسلام كيده واحتاط
اهل الاسلام باهل الكفر والطغيان
من كل جانب واطلقوا عليهم السهام
وعاملوهم بالصفاح واذهزمت منهم
طايفة فتبعها ابطال المسلمين فلم
ينج منها واحد واعتصمت الطايفة
الاخري بتل يقال لها تل حطين
وهي قرية عنده وعندها قبر
شعيب عليه الصلاة والسلام
وعلي ساير الانبياء فصايقهم
المسلمون علي التل واشعلوا حوالبهم
النيران وقتلهم العطش وضاق
بهم الامر حتي كانوا يستلمون
للاسر خوفا من القتل فاسر
مقدموهم وقتل الباقون واسروا
وكان فيمن سلم واسر من
مقدميهم الملك جفري والبرنس
ارناط واخو الملك والبرنس هو
صاحب الشوبك وابن الهنفري وابن
صاحب طبريه ومقدم الداوية وصاحب
جبيل ومقدم الاسبتار واما الباقون
من

quum ad ſingula momenta adverſarium ſibi incubiturum quiſque crederet; quantumvis præ laſſitudine procubuiſſent, ac ne connitendi quidem ac conſurgendi, nedum proſiliendi potentiam, penitus exhaufti, retinuiſſent. Ad primam inſequentis *Sabbati* lucem, lætiſſimam illam fauſtiſſimamque, utraque pars fortiter ſuo ſtat in gradu. Fuſis fugatiſque manifeſtiſſimum exterminium, interitumque imminere cernunt. *Muſulmannis* a tergo quidem *Jordanes*, a fronte hoſtilia omnia, oſtendunt unam ſalutem eſſe in Deo, & victoria: cui victoriæ ut Numinis decretum, moderamenque eidem ſubſerviens adſpirabat; ita quum a lateribus lectiſſima virorum robora *Iſlamitica* ſeſe inferrent, inferret ſe item media acies, conſonumque clamorem, tanquam unius viri, tolleret, pavor infidelium cordibus Divinitus injectus, Fidelibus certiſſimam victoriam oppignerat. At Comes *Tripolitanus*, ardentiſſimus idem, ferociſſimuſque inter ſuos, cladis indicia proſpiciens, quæ in religionis ſuæ homines eſſet ingruitura, ſuſque deque habens factorum pulcherrimam, qua florebat, famam, ſemet ab acie inſtituenda ineundave cohibuit, interque initia, ante quam malum ingraveſceret, fugæ ſe mandavit, *Tyrumque* verſus iter arripuit. Inſecuto eum *Muſulmannorum* agmine, ſolus evaſit; hominiſque fraudem ac malitiam non amplius metuendam habuit *Iſlamiſmus*. Tum gens Fidelium, rebellem infidelium nationem, indagine veluti cinctam, effuſiſſimo ſagittarum gladiorumque impetu obruit. Pars inde in fugam converſa, a ſtrenuiſſimis *Muſulmannorum* tergo inhærentibus univerſa conciditur, ne uno quidem elapſo: Altera pars ſeſe in collem ſubduxit, cui nomen inditum ab adjacente vico, *Hittino* (quem ad collem ſepulcrum extat *Sjoaibi*, cum reliquis prophetis omni benedictione proſequendi.) Hos ibi *Muſulmanni*, ignibus, flamma in ſilvas immiſſa videlicet, circumſepſere: ſitique enectos eo anguſtiarum adegere, ut ſemet ipſi, metu mortis, vinciendos præberent. Duces in vincula conjecti: reliqua turba partim cæſa, partim vincta. Vivi in poteſtatem pervenere Rex, *Geoffriduſque* regis frater, nec non princeps *Arnaldus*, *Sjaubechæ* Dominus, cum

Digitized by Google

Filio *Hunfredi*, Filioque principis *Tiberiadis*: Magiſter præterea *Templariorum*, Magiſterque *Hoſpitalariorum*, itemque Dominus *Hubeilæ*: ceteri duces obtruncati. Inferioris conditionis homines partim ad cædem diviſi, partim in ſervitutem abducti; quumque incolumitatis nulla alia pateret via, quilibet, etiam illuſtriſſimus quiſque, ultro ſeſe vinculis ingerebat, animulæ ſuæ præmetuens. Quam in rem idoneus mihi retulit teſtis, ſe in *Hauran* obvium habuiſſe quendam, qui ſune tentorii nexos trahebat ad triginta, quos ipſe ſolus ceperat, ob conſternationem fruſtrationemque mentis, quæ ipſos oppreſſerat. Primoribus e pugna reſiduis quid acciderit, memoremus. Comes quidem *Tripolitanus*, fuga *Tripolim* perlatus, pleuritide divinitus immiſſa periit. *Hoſpitalariorum Templariorumque* præfectos trucidandos cenſuit *Sultanus*, ad unumque omnes deleti. Principem *Arnaldum* ſe obtruncaturum eſſe voverat, ſimul atque eo foret potitus, talem ob cauſam. Ex *Ægyptiacis* ſedibus ſeſe referens viatorum caterva, præter *Sjaubecham* habuerat iter, tempore pacis: qua freti, ſtativa ibi ſecure tenuerant. Hos ille fraude circumventos cæciderat; iiſque Deum, paciſque fidem teſtantibus regeſſerat aliquid, quod cum ſacratiſſimi prophetæ contumelia erat conjunctum. Id *Sultani* quum religioſum, tum generoſum animum impulerat, ut hac hominis votiva ſeſe cæde obligaret. Auſpicatiſſima proinde victoria voti damnatus, in veſtibulo tentorii, nondum penitus exſtructi, conſedit, hominibus undique affluentibus, adducentibuſque, tum ceteram captivorum turbam, tum præſertim quos deprenderant ductores. Tentorio deinde erecto, omnibus gaudiis delibutus, ob ſingularem, qua mactatus erat, numinis gratiam, Regem mox *Geoffredumque* fratrem, cum principe *Arnaldo*, præſentes ſiſti mandat. Ibi Regi, tantum non extincto præ ſiti, porrigit dulciculam potiunculam nive dilutam, quam ille *Arnaldo* propinavit, tranſmiſitque. Tum *Sultanus* ad interpretem converſus, Dic, inquit, Regi, enim vero Tu is es, qui huic potum præbuiſti; non ſane ego. Jam mos eſt pulcherrimus *Arabum*, liberalem nobilemque eorum ſpirans indolem, ut

من المقدمين فانهم قتلوا واما
الادوان فانهم قسموا الي قتل
واسر ولم يسلم منهم الا من اسر
وكان الواحد منهم العظيم يجلد
الي الاسر خوفا علي نفسه ولقد
حكي لي من اثق به انه لقي
بحوران شخصا واحدا معه طلب
خيمة فيه نيف وثلثين اسيرا
لخذهم وحده لخذلان وقع عليهم
فاما الذين بقوا من مقدميهم
فنذكر حديثهم اما القومص
الذي هرب فانه وصل الي
طرابلس واصابه ذات الجنب فاهلكه
الله بها واما مقدم الاسبتار والداوية
فان السلطان اختار قتلهم
فقتلوا عن بكرة ابيهم واما البرنس
ارناط وكان السلطان قد نذر
انه اذا ظفر به قتله وذلك انه
كان عبر به بالشوبك قفيل
من الديار المصرية في حالة
الصلح فنزلوا عنده بالامان فغدر
بهم وقتلهم فناشدوه الله والصلح
الذي بينه وبين المسلمين فقال
ما يتضمن الاستخفاف بالنبي صلعم
ويبلغ ذلك السلطان فحمله الدين
والحمية علي انه نذر ان ظفر به قتله
ولما فتح الله بالنصر والظفر جلس
السلطان في دهليز الخيمة فانها لم
تحكن نصبت والناس يتقربون اليه
بالاسري وبمن وجدوه من المقدمين
ونصبت الخيمة وجلس فرحا مسرورا
لما انعم الله عليه ثم استحضر الملك
جفري واخاه والبرنس ارناط وناول
الملك جفري شربة من جلاب بثلج
فشرب منها وكان علي اثر حال
من العطش ثم تناول بعضها البرنس
ارناط فقال السلطان للترجمان
قل للملك انت الذي اسقيتنه والا
انا ما اسقيتنه وكان علي عادة
جميل العرب وكريم اخلاقهم ان
الاسير اذا اكل او شرب من ما
لمن

لمن اسره امن بذلك لجري علي
مكارم الاخلاق ثم امرهم
بمسيرهم الي موضع عين
لنزولهم فضوا واكلوا شيا
ثم عادوا استحضرهم ولم يبق عنده
سوي بعض الخدم واقعد الملك في
الدهليز واستحضر البرنس ارناط
واوقعه علي ما قال وقال له ها
انا انتصر لمحمد ثم عرض عليه
الاسلام فلم يفعل ثم سل النمجاه
وضربه بها فحمل كتفه وتمم عليها
من حضر وعجل الله بروحه الي
النار فاخذ ورمي علي باب الخيمة
فلما راه الملك قد خرج به علي
تلك الصورة لم يشك انه يثني
به فاستحضره وطيب قلبه وقال لم
تجر عادة الملوك ان يقتلوا الملوك
واما هذا فانه تجاوز حده فجري
ما جري وبات الناس في تلك
الليلة علي اتم السرور واكمل حبور
ترتفع اصواتهم بالحمد لله والشكر
له والتكبير والتهليل حتي طلع الصبح
في يوم الاحد وتسلم قدس الله روحه
في بقية ذلك اليوم قلعة طبرية واقام
بها الي يوم الثلثا ثم رحل طالبا
عكا وكان نزوله عليها يوم الاربعا
سلخ ربيع الاخر وقاتلها يوم الخميس
مستهل جمدي الاول فاخذها
واستنقذ من كان فيها من الاساري
وكانوا نحوا اربعة الاف نفر واستولي
علي ما فيها من الاموال والذخاير
والبضايع والتجاير فانها كانت
مظنة التجار وتفرقت العساكر في
بلاد الساحل ياخذون الحصون
والقلاع والاماكن المنيعة واخذوا
نابلس وهبغا وقيسارية
وصفورية والناصرة وكان
ذلك لخلوها عن الرجال
بالقتل والاسر ولما
استقرت قواعد عكا
واقتسموا الغانمون اموالها
واساراها

ut captivus, ſtatim atque cibi potuſve quid nanctus eſt ab eo, qui ipſum vinxit, eo ipſo vitæ ſecurus reddatur; quippe quibus hoſpitalitas, generoſumque illud honeſtum ſanctiſſime obſervatur. Præcepit deinde, ut ad locum, quem ipſis aſſignaverat, diſcederent. Abivere ergo, & aliquid cibi ſumſere, brevique poſt denuo adeſſe jubentur, quum jam ſolus cum paucis miniſtrorum remanſiſſet. Tum Rege in veſtibulo aſſidente, introductus ad eum princeps *Arnaldus*; cui dicti refricans memoriam, en ego nunc, inquit, *Muhammedis* agam defenſorem. Offert dein homini fidem *Muhammedanam*, quam quum recuſaret, ſtricto acinace ictum ei infligit, quo ſcapula ejecta fuit: negotium, qui præſentes aderant, tranſegere: atque ita Orco præcipitatur ſpiritus, corpus ad introitum tentorii proturbatur. Hunc quum tam fœda forma projectum cerneret Rex, nullus addubitat quin cædes in ſeſe foret conduplicanda: ſed adductum bono eſſe animo jubet *Saladinus*, neque enim Regum ferre mores, ut Reges contrucident: nam quod ad hominem illum attineret, eum fines honeſtatis egreſſum, talem ſibi exitum arceſſiviſſe. Completiſſima interim lætitia, gaudioque cumulatiſſimo nox illa a noſtris traducta eſt, vocibus in cœlum ſublatis cum laude gratiarumque actione, & *Magnum* eſſe *Deum* concelebrantibus; uſque dum feria prima illuceſceret: quo die accepta ſtatim in deditionem arx *Tiberiadis*. Ad feriam tertiam in ea commoratus, *Ptolemaidem* verſus movet, quam ſequenti die aſſidere cœpit, extremo *Rabiæ* poſterioris: moxque kalendis *Sjumadæ* prioris oppugnatione urgens capit. Ad quatuor millia virorum, captivam multitudinem, ibi vinculis eripuit. Quumque ſedes florentiſſima fuiſſet mercatorum, omnibus ejus copioſiſſimis fortunis, theſauris, mercimoniiſque eſt potitus. Inde per *Paleſtinæ* regiones diffuſi exercitus caſtra, arces, loca quæque munitiſſima occupant; unoque impetu rapiunt *Neapolin*, *Haipham*, *Cæſaream*, *Sepphorin* & *Nazaretam*; vacuas videlicet viris, qua cæſis, qua captis. *Ptolemaidis* rebus rite conſtitutis ac ſtabilitis, & tum opibus, tum captivis inter victores diſtributis, *Tebninum* verſus

ſumit iter, prævalidam arcem, quam duodecimo hujus menſis obſidione cinxit, machiniſque diſpoſitis tam vehementer infeſtavit, ut veluti præcluſis faucibus reſpirare amplius nequiret. Erant quidem in ea viri ſtrenuiſſimi, & religionis ſuæ acerrimi defenſores, qui reſiſtendo graviſſima quæque experiri haud recuſarint; at ſummo Numine adſpirante, vi & armis ſubacta decimo & octavo, ad internecionem deletur. Hinc porro *Sidonem* caſtra transfert, obſeſſamque mox poſtera luce recipit; ubi paululum moræ traxit, ad ſtatum ejus ordinandum. Mox reſumto itinere *Berytum* aggreditur die vigeſimo ſecundo, graviſſima oppugnatione eam premens, tamque vehementer arctans, ut vigeſimo nono in ditionem ceſſerit: *Hobaila* quoque, dum ipſe *Berytum* urget, a ſociis ipſius recepto. Hoc pacto jam curis vacuus ab hoc quidem latere, ad *Aſcalonem* impetum potius convertere ſtatuit, nec *Tyro*, quam admotis tentarat caſtris, longius detineri; quod pleræque copiæ per *Palæſtinam* ſparſæ diſcurſitarent; quolibet pro ſe aliquid rapere conante: quodque plurimorum *dens* ad tot continentes cædes, pugnaſque, *hebeſcens* veluti *obſtupuiſſet*. Accedit quod quicquid *Francici* nominis ſupereſſet in *Palæſtina*, id *Tyrum* agminatim confluxiſſet. Quibus adductus, ad *Aſcalonem*, utpote promtius multo negotium, animum iterque reflectit: quam vigeſimo & ſexto *Sjumadæ* poſterioris obſedit, plurimis inter vias locis in ditionem acceptis, ut *Ramla*, *Jafna*, *Darone*. Directis confeſtim machinationibus verberatam, acriterque infeſtatam urbem, deditione facta ingreditur, exitu menſis: ad eamque ſubſiſtit, uſque dum ſocii ejus *Gazam*, *Beitsjebrinum*, & *Nitronem*, ſine cæde ac ſanguine, in poteſtatem redegiſſent. Inter *Aſcalonem* receptam, eandemque *Muſulmannis* ereptam, triginta quinque fluxere anni: namque hoſtis eam occuparat ſeptimo & vigeſimo *Sjumadæ* poſterioris, anno duodequinquageſimo hujus ſeculi.

واسارها سار يطلب تبنين
فنزل عليها يوم الاحد ثاني
عشر جمدي الاولي وهي قلعة منيعة
فنصب عليها المناجنيق وضيق عليها
بالزحف الخناق وكان بها رجال
ابطال شديدون في دينهم فاحتاجوا
الي معاناة شديدة ونصر الله عليهم
وتسلمها ثامن عشر عنوة وليس من
بغي بها بعد القتل ثم رحل منها
الي صيدا فنزل عليها ومن الغد تسلمها
واقام عليها بحيث قرر قاعدتها ثم
سار حتي اتي بيروت فنازلها
الثاني والعشرين فركب عليها
القتال والزحف وضيق عليهم الامر
حتي اخذها التاسع والعشرين وتسلم
اصحابه حبيلا وهو علي بيروت ولما
فرغ باله من هذا الجانب راي قصد
عسقلان ولم ير الاشتغال بصور بعد
ان نزل عليها ومارسها لان العسكر
كان قد تغرق في الساحل وذهب
كل انسان ياخذ لنفسه شيا وكان
قد ضرسوا من القتال وملازمة الحرب
وكان قد اجتمع في صور كل
افرنجي بغي في الساحل فراي قصد
عسقلان لان امرها كان ايسر ونازلها
السادس وعشرين من جمدي الاخرة
وتسلم في طريقه مواضع كثيرة كالرملة
وبينا والدارون واقام عليها المنجنيقات
وقاتلها قتالا شديدا وتسلمها سلخ هذه
الشهر واقام عليها الي ان تسلم
اصحابه غزة وبيت جبرين والنطرون
بغير قتال وكان بين فتوح
عسقلان واخذ الفرنج لها من
المسلمين خمس وثلثون
سنة فان العدو ملكها في
سبعة وعشرين من جمدي الاخر
سنة ثمان واربعين وخمس
مية

CA-

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Expugnatio ſanctæ urbis, nobiliſſimæ Divinituſque cuſtoditæ.

SIc *Aſcalone*, lociſque ſanctam urbem ambientibus, ſe ſubmittere coactis, *nudatum* ſtrenuitatis ſuæ & religioſæ expeditionis *crus* ad ipſum belli ſacri caput adoriendum *ſubſtrinxit*. Eum in finem copiæ per *Palæſtinam* diſpalatæ, expletæ jam ſatiatæque præda & excurſionibus, in unum iterum coëunt ad *Sultanum*; qui Deo nixus, cœleſtique curæ tantam rem penitus committens, illuc contendit, occaſionem illam arrepturus, ad quam dictum inſtimulat Prophetæ, *Cui proſperæ porta fortunæ reſerata eſt, is vero ſuam rapiat occaſionem; neſcit quippe quandonam ſit obſeranda.* Civitati iſti conſtipatæ pugnatoribus, qua equite, qua pedite, caſtra admota a latere occiduo, die decimo quinto *Resjebi* hujus anni lætiſſimi; ſed videntur modum modeſtiamque ſupergreſſi eſſe hiſtorici, quum ultra ſexagies mille pugnatores numerant; præter mulierum puerorumque imbellem turbam. Tranſtulit dein *Sultanus* caſtra ad latus aquilonare, quod id oportunius cerneret, atque adverſus illud tormenta direxit, inter continuam aggreſſionem oppugnationemque, multitudine ſagittariorum ſuccenturiante; donec ad cornu boreale quaſſatus murus, ubi vallem *Gehinnom* attingit, ruinam traxit. Tum vero hoſtes Dei cernentes indeclinabili mole ſeſe obrutos, ſimulque manifeſtiſſima auſpicia veræ Religionis de falſa tandem triumphaturæ, (fracti jam ante & conſternati ob cladem, quæ fortiſſimos quoſque non tantum, ſed omnes viros ferme militares, vel ad necem, vel in vincula, dederat; atque etiam munimenta omnia ipſis eripuerat) eundem ſibi exitum, eundem gladium, quo fratres erant abſumti, imminere intelligunt: eoque deſcendunt, ut vitæ ſibi ſecuritatem concedi ſummiſſe ſupplicent. Conditionibus ultro citroque agitatis, ac tandem conſtitutis, deditur ſanctiſſimæ memoriæ principi ſancta urbs, die *Veneris*, vigeſimo & ſeptimo *Resjebi*, in cujus noctem

T in-

ذكر فتوح القدس الشريف حرسها الله تعالي

ولما تسلم عسقلان والاماكن المحيطة بالقدس شمر عن ساق الجد والاجتهاد في قصده واجتمعت عليه العساكر التي كانت متفرقة في الساحل بعد انقضاء لبانتها من النهب والغارة فسار نحوه معتمدا علي الله مفوضا امره اليه منتهزا فرصة فتح باب الخير الذي حث عليه صلعم بقوله من فتح له باب خير فلينتهزه فانه لا يدري متي يغلق دونه وكان نزوله عليها الخامس عشر من رجب سنة ثلث وثمانين المباركة فنزل بالجانب الغربي وكان مشحونا بالمقاتلة والخيالة والرجالة ولقد تجاوز اهل الخبرة عدة من كان فيه من المقاتلة بما يزيد علي ستين الفا ما عدا النساء والصبيان ثم انتقل رحمه الله لمصلحة راها الي الجانب الشمالي ونصب عليه المناجنيق وضايقه بالزحف والقتال وكثرة الرماة حتي اخذ النقب في السور مما يلي وادي جهنم في قرنة شمالية ولما راي اعداء الله ما نزل بهم من الامر الذي لا يندفع عنهم وظهرت لهم امارات نصرة الحق علي الباطل وكان قد القي في قلوبهم مما جرت علي ابطالهم ورجالهم في السبي والقتل والاسر وما جري علي حصونهم من الاستيلاء والاخذ علموا انهم الي ما صاروا اليه صايرون وبالسيف الذي قتل به اخوانهم مقتولون واستكانوا واخلدوا الي طلب الامان واستغرت القاعدة بالمراسلة بين الطايفتين وكان تسلمه القدس قدس الله روحه في يوم الجمعة السابع والعشرين من رجب وليلة كانت ليلة المعراج المنصوص عليها في القران المجيد

incidit cœleſte iter *Muhammedis*, in *Alcorano* celebratum. Admirabilem profecto convenientiſſimumque caſum! tali tempore Deum Fidelibus reſtituiſſe hanc civitatem, quo vates ipſorum glorioſiſſimus inde nocturnum illum per cœleſtia templa volatum capeſſivit: quod quidem indicio eſſe poteſt, obedientiam operamque in liberandis *Hieroſolymis* præſtitam Deo quam gratiſſimam accidiſſe. Magnam hanc, magnificamque ſane victoriam Doctiſſimorum hominum maxima honeſtavit frequentia, atque adeo quicquid uſpiam excellentium ulla in arte virorum. Scilicet poſtquam percrebuiſſet Deum manu *Saladini* ſubjugaſſe *Paleſtinam* omnem, ad ipſaſque jam *Hieroſolymas* tendi rumor diſſeminaſſet, illuc contendit ex *Ægypto Syriaque* quicquid erat Eruditorum, nullo alicujus nominis ac celebritatis, quo minus præſentem ſeſe ſiſteret, pigrante. Inter voces in cœlum ſublatas, fremitumque & ſuccłamationem laudes Numinis O. M. perſonantem, concio ſacra ibi habita, ſolemniſque precatio, ipſo deditionis die. Dejecta quoque crux, quæ ſupra *Baſilicam Petræ* erecta ſtabat, vægrandis figura: atque ita *Iſlamiſmus* ſplendidiſſimo triumpho decoratus eſt. In deditionem ventum fuit his conditionibus, ut quicquid erat virorum decem penderet aureos *Tyrios*: fœminæ quinque: minore natu virile ac muliebre ſecus unum. Hanc ſummam qui exhibuiſſet incolumis abibat; qui ſolvendo non erant, in vincula conjecti. Contra vinculis exemti *Muſulmannorum* bene multi, trium inſtar millium. Redacta pecunia omnis protinus diviſa erogataque, pars in duces, doctoſque: pars in eos qui redemtionis pretio perſoluto deducendi erant in ſecuritatem, id eſt *Tyrum*. Satis conſtat, quum *Hieroſolymis* abſcederet, nihil omnino ei reliquum fuiſſe ex tantis opibus, ducentis puta ac viginti millibus aureorum. Diſceſſus ejus in diem *Veneris* incidit, *Sjabani* quintum ac vigeſimum.

والمجيد فانظر الي هذا الاتفاق
والعجيب كيف يسر الله هوده الي
ايدي المسلمين في مثل زمان الاسراء
فبهم صلعم وهذه علامة قبول هذه
الطاعة من الله تعالي وكان فتوحا
عظيما شهده من اهل العلم خلق
عظيم ومن ارباب الحرف والحرق
وذلك ان الناس لما بلغهم ما يسر
الله علي يده من فتوح الساحل
وشاع قصده القدس فقصده العلماء
من مصر ومن الشام حتي لم يتخلف
معروف من الحضور وارتفعت الاصوات
بالتسبيح والدعاء والتهليل والتكبير
وخطب فيه وصليت فيه الجمعة يوم
فتحه وحط الصليب الذي كان علي
قبة الصخرة وكان شكلا عظيما ونصر
الله الاسلام نصر عزيز مقتدر وكانت
قاعدة الصلح انهم قطعوا علي انفسهم
عن كل رجل عشرة دنانير وعن
كل امراة خمسة دنانير صورية وعن
صغير ذكر او انثي دينار واحد
فمن احضر القطيعة سلم نفسه والا
اخذ اسيرا وفرج الله عن من كان
اسيرا من المسلمين وكان خلقا
عظيما زهاء عن ثلاثة الاف اسير
واقام رحمه الله تجميع الاموال
وتفرقها علي الامراء والعلماء
وايصال من رفع قطيعته منهم
الي مامنه وهو صوم ولقد
بلغني انه رحل عن القدس
ولم يبق له من ذلك
المبلغ شيء وكان ماينتي
الف دينار وعشرين الف
دينار وكان رحيله يوم
الجمعة الخامس والعشرين
من شعبان

CA-

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

ذكر قصده صور

Tyri aggressio.

DEfixo jam in regnum *Hierosolymitanum* pede, *Tyrum* sibi denuo impetendam proponit; difficilius fore negotium judicans, si procrastinaret. Per *Ptolemaidem*, quam adiit inspexitque, illuc perrectum, perventumque die *Veneris*, quinto *Ramadani*: & castris tantum non urbi injunctis, imminentibusque, expectatum oppugnationis instrumentum. Statim enim atque immotum fixumque animo ejus sederat, *Tyrum* aggredi, miserat qui filium *Almalichum Addahirum* evocarent, quem imposuerat *Haleho*, ut dum ipse in *Palæstina* perdomanda occuparetur, latus illud tectum præstaretur. Is duodevigesimo die ad patris castra delatus, ingenti gratulatione excipitur. Pleno jam instructus apparatu obsidionali, catapultis, musculis, pluteis, aliisque, vigesimo secundo oppugnationem instituit, arctissime urbem includens, acerrimeque impetens. Advocaverat quoque classem *Ægyptiacam*, quæ mari premeret, dum terra exercitus arctaret. Arcessivit præterea fratrem *Almalichum Aladilum*, quem ad res *Hierosolymorum* constituendas ibi reliquerat; qui quinto *Sjawali* præsto venit. Missi interea qui *Honainum* obsiderent: quod vicesimo & tertio ejusdem mensis, fide data, receptum.

ولما ثبت قدم السلطان بممالك القدس والساحل قويت نفسه على قصد صور وعلم انه ان اخر امرها ربما اشتد فرجل سايرا اليها حتى عكا فنزل عليها ونظر في احوالها ثم رجل متوجها الى صور يوم الجمعة خامس شهر رمضان وسار حتى اشرف عليها ونزل قريبا منها ينتظر وصول الات القتال وكان لما تحرر عزمه على قصد صور سير الى ولده الملك الظاهر يستحضره وكان قد تركه بحلب ليسد ذلك الجانب لاشتغاله هو بامر الساحل فقدم عليه في ثامن عشر على تلك المنزلة وسر بوصوله سرورا عظيما ولما تكاملت عنده الات القتال من المناجنيق والدبابات والسنابر وغير ذلك نازل عليها في ثاني وعشرين وضايقها وقاتلها قتالا عظيما واستدعي اسطول مصر وكان حاصرها من البحر والعسكر من البر وكان قد خلف اخاه الملك العادل بالقدس يقرر قواعدها فاستدعاه فوصل اليه في خامس شوال وسير من حاصر هونين فسلمت في ثالث وعشرين من شوال

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

ذكر كسرة الاسطول

Clades navalis accepta.

CLassi autem præpositus erat quidam, *Elpharisus Bedranus*, excitati vir ingenii, exercitique simul ac durati in re maritima: cui additus erat præfectus utriusque maris, *Abdolmohsinus* dictus. Arctius his fuerat injunctum, ut quam circumspectissime administrarent, neque occasionem in se ullam hosti aperirent. At illi parum memores mandatorum, de nocte remissius agebant; oppressitque eos infide-

وذلك انه كان قد قدم على الاسطول انسانا يقال له الفارس يدران وكان ناهضا جلدا في البحر وكان رئيس البحرين يقال له عبد المحسن وكان قد اكد عليهم الوصية واخذ حذرهم ويتقظهم ليلا ينتهز منهم فرصة فخالفوه وغفلوا عن انفسهم في الليل فخرجوا اسطول الكفار من صور وكبسوهم واخذوا المقدمين

lium classis *Tyro* egressa, qui tum duces cepere, tum naves quinque abstraxere, postquam atrocem inter classiarios nostros cædem edidissent. Id accidit vigesimo ac septimo *Sjawali*. Res, cladesque illa *Musulmannis* importata, perquam anxium habuit *Sultanum*, quando jam hyems quoque ingruisset, congestique irruissent nimbi, imbrium spurcitie omnem oppugnationem prohibente. Consilio igitur advocato, quid agendum sit exquirit a ducibus. Omnes absistendum esse decernunt, ut aliquantulum requietis perciperet exercitus, remque hanc novatis viribus simul & animis denuo susciperet. Id quum & *Sultano* consultissimum esset visum, postridie kalend. *Dsulkadæ* hujus anni a *Tyro* recessum; machinamentis partim dejectis devectisque, partim, quod transferri nequirent, concrematis. Dimissæ quoque legiones, universique ad suos quisque Lares sub commeatu remissi. Ipse cum lecta amicorum manu *Ptolemaidem* divertit, donec annus octogesimus & quartus inchoaret.

المقدمين مع خمسة قطع وقتلوا خلقا
عظيما من الاصطول الاسلامي وذلك في
سابع وعشرين شوال فلما علم السلطان
ما تم علي المسلمين ضاق عطنه وكان قد
هجم الشتاء وتراكمت الامطار وامتنع
الناس من القتال من شدة المطر فجمع
الامراء واستشارهم فيما يفعل فاشاروا
عليه بالرحيل لياخذ العسكر جزوا من
الراحة ويستعدوا لهذا الامر استعدادا
جديدا فراي ذلك رايا فرحل عنها
بعد ان رمي المنجنيقات وسيرها
واحرق ما لا يمكن نقله وكان
رحيله ثاني ذي القعدة من هذه
السنة ففرق العساكر واعطاها
دستورا وسار كل قوم الي
بلادهم واقام هو موضع جماعة
من خواصه بعكا
حتي دخلت سنة اربع
وثمانين

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Obsessa Caucheba.

ذكر نزوله علي كوكب

PRincipio anni hujus faustissimi reliquas hostis arces sibi invadendas esse constituit, ut hoc pacto debilitatis *Tyriorum* animis, negotio isti finis imponeretur. *Caucheba*m ea propter, primis *Muharremi* diebus, circumsidet; inde potissimum orsus, quod quum eam ab aliquo tempore inclusam tenuisset haud exigua manu suorum, ne subsidia illuc summitterentur, *Franci* captata neglectæ noctis occasione erupissent, nostrosque in *Apherbala* oppressissent, præfecto *Saiphoddino*, fratre *Elsjawelii*, trucidato, & armis signisque avectis. Hac de causa lectissimis tantum amicis comitatus illuc se confert, dimissis reliquis copiis, & fratre in *Ægyptum*, filio *Halebum* reversis. Spurcis in itinere nivibus, frigoribusque vexatus, nihilo tamen minus, nobilem suum secutus ardorem, propositum urguet, castrumque illud acriter diuque oppugnat. Hac in statione Ego offi-

ولما دخلت عليه هذه السنة المباركة راي
الاشتغال بالحصون الباقية التي لهم لما
يضعف قلوب من في صور ونهي امرها به
فاشتغل بذلك ونزل علي كوكب في اوايل
المحرم وكان سبب بدايته بكوكب انه
قد جعل حولها جماعه يحفظونها من ان
تدخل اليهم قوة فخرج الفرنج ليلا واخذوا
غرتهم وكبسوهم بغفربلا وقتلوا مقدمهم
وكان من الامراء يعرف بسيف الدين اخي
الجاولي واخذوا اسلحتهم فسار رحمه
الله من عكا ونزل عليها بمن معه
من خواصه فانه كان قد اعطا العساكر
دستورا وعاد اخوه الي مصر وولده الي
حلب ولقي في طريقه شدة من الثلج
والبرد فحملته مع ذلك الحمية علي
النزول عليها واقام يقاتلها مدة
وفي ذلك المنزلة وصلت الي خدمته
واني

Digitized by Google

واني كنت قد حججت سنة ثلاث وثمانين وكانت وقعة ابن المقدم وجرح يوم عرفة علي عرفة لخلف جري بينه وبين امير الحاج طسنكين علي ضرب الكوس والدبدبة فان امير الحاج نهاه عن ذلك فلم ينته ابن المقدم وكان من اكبر امراء الشام وكان كبير الخبر كثير الغزاة فقدر الله ان جرح بعرفة يوم عرفة ثم حمل الي مني مجروحا ومات بمني يوم الخميس يوم عيد الله الاكبر وصلي عليه في مسجد الخيف في بقية ذلك اليوم ودفن بالمعلا وهذا من اتم السعادات وبلغ ذلك السلطان فشق عليه ثم اتفق لي العود من الحج علي الشام لقصد القدس وزيارته والجمع بين زيارة النبي صلعم وزيارة ابرهيم عليه الصلاة والسلام فوصلت الي دمشق ثم خرجت الي القدس فبلغه خبر وصولي فظن اني وصلت من جانب الموصل في حديث فاستحضرني عنده وبالغ في الاكرام والاحترام ولما ودعته ذاهبا الي القدس خرج لي بعض خواصه وابلغني تقدمه الي بان اعود اتمثل في خدمته عند العود من القدس فظننت انه يوصيني بمهم الي الموصل وانصرفت الي القدس يوم رحيله عن كوكب ورحل لانه علم ان هذا الحصن لا يوخذ الا بجمع العساكر عليه وكان حصنا قويا وفيه رجال شداد من بقايا السيف وسيرة عظيمة فرحل الي دمشق وكان دخوله اليها في سادس ربيع الاول وفي ذلك اليوم اتفق دخولي اليها عايدا من القدس واقام بها خمسة ايام فكان له عنها سنة عشر شهرا وفي اليوم الخامس بلغه خبر الفرنج انهم بجبيلا واغتالوها فخرج مسرعا ساعة بلوغ الخبر وكان قد سير الي العساكر يستدعيها من ساير الجوانب وسار يطلب جبيلا فلما عرف الفرنج

officia ei exhibiturus ad ipſum acceſſi, poſtquam anno octogeſimo ac tertio peregrinationem *Meccanam* obiviſſem. Ad *Meccam* tunc in conflictu vulneratus fuit *Ibn Elmokaddemus* in monte *Arafata*, ipſo Arafatæorum ſacrorum die, ob litem inter ipſum & *Teſtechinum*, peregrinantium ductorem, exortam, de pulſatione tympani; quo ſigno honoris abſtinere juſſus a ſummo peregrinantium duce, interdicto haud fuerat abſterritus: quippe qui inter *Syriæ* Megiſtanes principem facile locum teneret, atque virtutibus fortibuſque pro religione factis emineret. Is fatali vulnere adfectus loco dieque prædictis, interque manus, ita ut erat cruentus, ablatus *Minam*, die *Jovis*, totius Feſti celeberrimo, mortem oppetiit; laudatus in Templo *Chiphæ* eodem adhuc die, tumulatuſque in ſummo colle; felicitate omnibus numeris perfectiſſima: licet caſus ille permoleſtus *Sultano* acciderit. Convenientiſſimum duxeram, peracta ad *Meccam* cerimonia, ut per *Syriam* pertenderem *Hieroſolymas*, atque ita cum prophetæ viſitatione, *Abrahami* viſitationem ſacram conjungerem. *Damaſcum* proinde profectus, Civitatem ſanctam cogitabam; quum ille de adventu meo inaudiens, opinanſque aliquid nuncii portantem a parte *Moſulæ* acceſſiſſe, me ad ſe evocavit, cumulatiſſimiſque honoribus adfecit. Poſt vero quam vale ei dixiſſem, *Hieroſolymas* iter intendens, conſecutus intimorum ejus aliquis hæc ad me perfert mandata principis, ut redux factus *Hieroſolymis* ad ſe reviſerem. Id ſuſpicionem mihi movit velle ipſum rem majoris momenti mihi committere *Moſulam* verſus. Sic ego in viam me dedi civitatem ſanctam aditurus ipſo illo die, quo a *Caucheba* regreſſus eſt *Sultanus*, quam experiebatur, non niſi contractis undique exercitibus poſſe expugnari, quippe quod caſtrum eſſet tum per ſe multo validiſſimum, tum viris fortibus, qui gladio elapſi fuerant, tum commeatu ingenti inſtructiſſimum. Receſſit autem *Damaſcum*, quam die ſexto *Rabiæ* prioris introiit; qua ipſa luce & Ego eam urbem ingreſſus ſum *Hieroſolymis* revertens. Quinque dies tantum ibi moratus fuit, quamvis per ſedecim menſes abfuiſſet, quod allatum eſſet

Frances adverſus *Hobeilam* aliquid machinari: ad quem nuncium illico eduxit, accitis & evocatis undique copiis. Hoc motu *Franci* cœpto abſterriti. Interim *Amadoddinus* cum exercitu *Moſulenſi*, & *Mudaffereddinus*, jam *Halebum* perveniſſe nunciantur, inde præſto futuri occurſurique ad bellum religioſum. Ille ad *Caſtrum Curdorum* progreſſus, maritimam ſuperiorem adoriri ſtatuit.

الفرنج بخروجه كفوا عن ذلك وكان بلغه وصول عماد الدين وعسكر الموصل ومظفر الدين الي حلب قاصدين الخدمة للغزاة فسار نحو حصن الاكراد اني طلب الساحل الغوقاني

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Superiorem maritimam ingreſſus, Laodiceam, Sjiblam, aliaque loca occupat.

ذكر دخوله الساحل الاعلي واخذه اللاذقية وجبلة وغيرها

QUum kalendæ illuxiſſent *Rabiæ* poſterioris, ad *Caſtrum Curdorum* ſtativis poſitis in colle exadverſum ſito, *Almalicho Addahiro Almalichoque Almodaffero* mittit mandatque, ut junctis copiis e regione *Antiochiæ* caſtra figerent in *Taizino*, ad illius cuſtodiam lateris. Orientales interim exercitus hac in ſtatione ſeſe obedienter *Sultano* ſtiterunt, ad quam & ego me contuli propoſito *Moſulam* remeandi, itinerique jam accinctus. Læto ob adventum meum, honorificeque me excipienti exhibeo *Librum de bello ſacro*, inter moras *Damaſci* tractas a me compoſitum, qui jura ejus diſciplinamque univerſam complectebatur: mirifice gratum ipſi, aſſiduaque mox manu ab ipſo volutatum. Ibi dum ego omni hora miſſionem flagito, eandem ille quotidie procraſtinat, meque ad ſingula fere momenta familiarius evocat arceſſitque: frequentem quoque mei mentionem, ut præſentes mihi retulere, magna cum laude movens. Totum menſem his in ſtativis poſuit; ad *Caſtrumque Curdorum* interea evectus, id unius diei oppugnatione acri tentavit, quod anni tempus juſtam obſidionem haud pati cerneret. Confluentibus quoque undique copiis, bis agrum *Tripolitanum* eodem hoc menſe incurſavit, experimentum capturus hoſtilium copiarum, ibi degentium, unde prædis manubiiſque auctus, ac corroboratus fuit. Pronunciavit deinde, oram maritimam ſeſe ingreſſurum; quamvis tenuiſ-

ولما كان مستهل ربيع الاخر نزل علي تل قبالة حصن الاكراد ثم سير الي الملك الظاهر والملك المظفر ان يجتمعا وينزلا بتبزين قبالة انطاكية لحفظ ذلك الجانب وسارت عساكر الشرق حتي اجتمعت لخدمة السلطان في هذا المنزلة ووصلت اليه بها علي عزم المسير الي الموصل متجهزا لذلك فلما حضرت عنده فرح بي واكرمني وكان قد جمعت له كتابا في الجهاد بدمشق مدة مقامي فيها بجميع احكامه وادابه فقدمته بين يديه فاعجبه وكان يلازمه مطالعته وما نزلت اطلب دستورا في كل وقت وهو يدافعني عن ذلك ويستدعيني للحضور في خدمته في كل وقت وبلغني علي السنة الحاضرين ثناه علي وذكره اياي بالجميل فاقام في منزلته ربيع الاخر جميع وصعد في اثنايه الي حصن الاكراد وحاصرها يوما بحسبها به فيما راي الوقت بحمل حصاره واجتمعت العساكر من الجوانب واغار علي بلد طرابلس في الشهر دفعتين ودخل البلاد مغيرا ومختبرا لمن بها من العساكر وبقويه العساكر بالغنايم ثم نادي في الناس في اواخر الشهر انا داخلون الي الساحل وهو قليل الانزواء

nuiſ-

الازواد والعدو يحيط بنا في بلاده من
سايير الجوانب فاحملوا زاد شهر ثم
سير الي مع الفقيه عيسي وكشف الي
انه ليس في عزمه ان يمكنني من العود
الي بلادي وكان الله قد اوقع في قلبي
محبته منذ رايته وحب الجهاد فاجبته
الي ذلك وخدمته من تاريخ مستهل
جمدي الاولي سنة اربع وثمانين
وهو يوم دخوله الساحل وجميع ما
حكيته من قبل انما هو روايتي
عن من اثق به ممن شاهده ومن هذا
التاريخ ما لسطر الا ما شاهدته او
اخبرني به من اثق به خبرا يقارب
العيان والله الموفق ولما كان
يوم الجمعة رابع جمدي الاولي
رحل السلطان علي تعبية لقاء العدو
ورتب الاطلاب وسارت الميمنة اولا
ومقدمها عماد الدين زنكي والقلب في
الوسط والميسرة في الاخير ومقدمها
مظفر الدين وسار الثقل في وسط
العسكر حتي اتي المنزل فبتنا تلك
الليلة في بلد العدو ثم رحل ونزل
علي العريمة فلم يقاتلها ولم
يعرض لها ووصل في السادس
الي انطرسوس فوقف قبالتها ينظر
اليها وكان في عزمه الاجتياز
فانه كان له عمل بجبلة فاستهان
بامرها فعزم علي قتالها فسير
من رد الميمنة وامرها بالنزول
علي جانب البحر وامر الميسرة
بالنزول علي البحر من الجانب
الاخر ونزل هو في موضعه وصارت
العساكر محدقة بها من البحر
الي البحر وهي مدينة راكبة علي
البحر ولها برجان كالقلعتين
حصينان وركب هو وقارب
البلد وامر الناس بالزحف
والقتال فلبسوا لامة الحرب
واشتد عليها الحرب والقتال
والزحف وضايقهم فما استتم نصب
الخيم حتي صعد الناس السور
واخذها

nuiſſimus eſſet commeatus, hoſtiſque ſuis in terris nos undique circumcingeret. Cibaria in menſem modo aſſumta. Sub hoc tempus Antiſtitem ſacri profanique juris *Iſa* ad me allegat, qui mihi exponeret, ipſum neutiquam a ſe impetrare poſſe, ut mihi domuitionis faceret poteſtatem: quumque mihi quoque, ex quo in conſpectum ei veneram, divinitus viri amor injectus fuiſſet, ſacrique me belli ardor item pertentaſſet, morem ei geſſi, acquievique. Sic ab ineunte *Sjumada* priore, anni octogeſimi & quarti, quo die maritimum *Syriæ* tractum aggreſſus eſt, miniſtrare ei occœpi. Omnia autem quæ adhuc pertexui, a teſtibus quidem oculatis, fideique probatiſſimæ, hauſi: ſed quæ deinceps ſum denarraturus, ipſe meis vidi oculis, vel & a talibus accepi, quibus æque ac meiſmet oculis confidam. Deus conata ſecundet. Quum ergo dies *Veneris*, quartus *Sjumadæ* prioris, veniſſet, movit *Sultanus* agmine ad prælium inſtructo, diſpoſitis quoque cohortibus ſubſidiariis. Prægrediebatur dextra acies ductore *Amadoddino Zenchio*, media in meditullio incedebat: ſiniſtra vero acies agmen cogebat, ducatum tenente *Modafferedino*: impedimenta in medium quoque erant conjecta. Ita proceſſum, primiſque caſtris in hoſtico ſolo pernoctatum. Alteris caſtris conſeſſum ad *Oreimam*, quam oppugnare inſuper habuit, utpote nullius momenti. Sexto die deventum ad *Antraſum*: e regione cujus ſubſtitit conſiderabundus, in mente habens eam prætervehi, quod adverſus *Sjiblam* primum opus deſtinaſſet. Sed parvæ molis rem futuram judicans, oppugnationem decernit, dextramque aciem revocari jubet, atque latus unum maritimum occupare: ab altero maris latere ſiniſtram aciem ſuccedere: ipſe locum ubi conſederat, obtinet. Sic undique oppidum ab exercitibus noſtris circumcluſum. Id mari aſſitum, duabus turribus, tanquam arcibus munitiſſimis, præminebat. Invectus ergo ipſe, urbique imminens, reliquos omnes ſuccedere & oppugnationem inſtituere imperat. Induti armaturam bellicam, pugnam cient multo acerrimam, gravique impetu oppidanos ad incitas redigunt. Necdum erecta erant tabernacu-

la, quum ecce jam murus conſcenditur, gladioque urbs expugnatur; exercitu noſtro *& qui in ea, & quod in ea*, diripiente, & qua captivos, qua ſpolia agente ferenteque. Sic plenis manibus egreſſos conſpicati calones, tentoriorum extructione omiſſa, rapinæ quoque prædæque incumbunt. Tum illud *Sultani* dictum, *prandebimus*, *bono cum Deo*, *Antraſi*, adfirmatum. Reverſo mox in tentorium, exultimque lætanti adſumus gratulaturi proſperum eventum; appoſitumque epulum, magna hominum frequentia, pro more, concelebratum. Adverſus ambas turres, quæ reſtabant, deinde inſtruit, alteramque earum tradit *Modaffereddino*, qui indeſinenter verberatam brevi diruit, præſidio capto. Dirui quoque juſſit oppidi mœnia, diviſis inter duces partibus, qui rem illam ſtrenue aggreſſi ſunt. Suſcepta & alterius turris oppugnatio, quæ cæſo ſtructa lapide multo muniniſſima erat, atque inacceſſa; in quam ſe agmine facto receperat, quod equitum, patriciorum, turbæque militaris in urbe fuerat. Præcingebat eam undique foſſa aquis plena; frequentibuſque machinis petrariis longe lateque vulnera inter ſubeuntes ſpargebat, quum nullum contra vulnus *Muſulmannus* dare poſſet. *Sultanus* propterea differendum negotium, ad aliudque momentoſius prævertendum ratus, pervaſtandis mœnibus acriter inſtitit, donec quod jam profligatum erat, penitus conficeretur. Deſtructa inter alias Baſilica apud eos multo nobiliſſima, undique locorum peregrinationibus culta: igniſque univerſæ civitati injectus, quam ingenti cum fragore per cedros, per tecta, graſſantes flammæ depavere, inter lætas noſtrorum voces, cum ſummi Numinis laudibus in cœlum ſubmiſſas. Ad decimum quartum evaſtationi incubuit; inde *Sjiblam* converſus, ad quam iter tendenti occurrit filius *Almalichus Addabirus*, quem una cum copiis, quæ in *Taizino* fuerant, exciverat.

واخذها سبغا وغنم العسكر جميع
من بها وما بها وخرج الناس والاسري
بايديهم واموالهم وترك الغلمان نصب
الخيم واشتغلوا بالنهب والكسب
ووفي بقوله تتغدا بانطرسوس ان شاء
الله وعاد الي خيمته فرحا مسرورا
وحضرنا عنده للهناء بما جري ومد
الطعام وحضر الناس واكلوا علي
عادتهم ورتب علي البرجين البقيين
الحصار فسلم احدها الي مظفر الدين
فما زال يحاصره حتي اخربه واخذ
من كان فيه وامر السلطان
باخراب سور البلد وقسمه علي الامراء
وشرعوا في خرابه واخذوا يحاصروا
الاخر وكان حسبنا منيعا
مبنيا بالحجر المنحت
وقد اجتمع من كان فيها من
الخيالة والبطارقة والمقاتلة فيه
وخندقه يدور فيه الماء وفيه جروخ
كثيرة يجرح الناس عن بعد
وليس له قدر يجرح عليه مسلم
فراي السلطان تاخير امره
والاشتغال بما هو اهم منه
فاشتد في خراب السور حتي
اني علبه وخرب البيعة وهي
بيعة عظيمة عندهم محجوج
اليها من اقطار بلادهم وامر بوضع
النار في البلد فاحرق جميعه
حتي كان تعج النار في لرزه
وبيوته والاصوات مرتفعة بالتهليل
والتكبير فاقام عليها يخربها الي
رابع عشر وسار يريد جبلة
وكان عرض له ولده الملك
الظاهر في اثناء طريق جبلة فانه
طلبه وامره ان يحضر معه
جميع العساكر التي كانت
بتبزين

CA-

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Sjibla & Laodicea occupatæ.

QUum decimo & octavo *Sjiblam* attigisset, nondum castrorum metatio erat confecta, quum urbem, mox intrat, plenam *Musulmannis*, quibus suus attributus erat judex, cui præfectura etiam urbis data fuerat. Is nullam paravit defensionem. Arx sola defensionis præbuit speciem, eo usque a nostris oppugnata, ut excusatum abire posset præsidium, leque, fide accepta, dedidit decimo nono. Ad vigesimum tertium quiete sumta, pergitur *Laodiceam*, ad eamque insequenti luce castra locantur. Urbs est perelegans, perque jucunda, nulli ignota, portu prædita nobilissimo, & gemina arce, haud multum distantibus inter se, sitisque in colle urbi imminente. Tum oppido arcibusque circumfusæ nostræ copiæ, nisi qua parte oppidum arces spectat, gravem cient Martem, strenuamque dant impressionem. It cœlo clamor, tumultuque ac strepitu usque valescente, sub finem diei vigesimi & quarti civitas expugnatur. Arces nondum cessere. Ingens ibi præda reperta, mercaturis quippe egregie floruerat. Nox ingruens pugnam diremit. Ad auroram diei *Veneris* subsecutæ, quatiendis arcibus insistitur quam animosissime, tantaque ruina a latere septentrionali perforatur & disjicitur murus, ut hiatus, prout mihi narratum fuit ab eo qui ipse mensus est, ad sexaginta cubitos longitudinis, & quatuor latitudinis patuerit. Tum vero nostri instare, succedere, in montem eniti, appropinquare muro, certamen conserere, ita ut manu revulsis quoque lapidibus se invicem ferirent. At hostis Dei se obnoxium mox fore cernens ignominiæ, occidionique, ad vesperam diei *Veneris*, quinti ac vigesimi hujus mensis, fidem sibi, vitæque securitatem fieri orat: conditionibusque firmandis interpretem ad se mitti petunt judicem *Sjiblæ*. Petitioni eorum annuit *Sultanus*, quum fides & securitas ab ipso quæreretur neutiquam difficilis avárúsque, nec repulsam dare solitus. Relaxatum ergo a nostris, qui la-

ذكر فتوحه جبلة واللاذقية

ووصل الي جبلة في ثامن عشر وما استتم نزول العسكر حتي اتي البلد وكان فيه مسلمون مقيمون فيه يقاضي بحكم بينهم وكان قد عمل علي البلد فلم يمتنع وبقيت القلعة ممتنعة فاشتغل بقتالها فقوتلت قتالا يقيم عذرا لمن كان فيها وسلمت بالامان تاسع عشر واقام عليها الي ثالث وعشرين وسار عنها يطلب اللاذقية وكان نزوله عليها رابع وعشرين وهي بلد مليح خفيف علي القلب غير مستور وله مينا مشهور وله قلعتان متصلتان علي تل مشرف علي البلد فنزل محدقا بالبلد واخذ العسكر منازلهم مستديرين علي القلعتين من جميع نواحيها الا من ناحية البلد واشتد القتال وعظم الزحف وارتفعت الاصوات وقوي الضجيج الي اخر النهار رابع وعشرين واخذ البلد دون القلعتين وغنم الناس منه غنيمة عظيمة فانه كان بلد التجار ففرق بين الناس البلد وهجومه واصبح يوم الجمعة مقاتلا مجتهدا في اخذ القلعتين واخذت النقوب من شمالي القلاع وتمكن منها النقب حتي بلغ طوله علي ما حكي لي من ذرعه ستين ذراعا وعرضه لربعة اذرع واشتد الزحف عليهم حتي صعد الناس الجبل وقاربوا السور وتواصل القتال حتي صاروا يتحاذفون بالحجارة بالبد فلما راي عدو الله ما حل به من الصغار والبوار استغاثوا بطلب الامان عشية الجمعة خامس وعشرين الشهر وطلبوا قاضي جبلة يدخل البهم ليقرر لهم الامان فاجيبوا الي ذلك وكان رحمه الله مني طلب منه الامان لا يبخل به دفعا فعاد الناس عنهم الي خيامهم وقد اخذ منهم التعب فباتوا الي صبيحة السبت ودخل

labore & fatigatione exhausti sese in tentoria recepere. Postera luce *Sabbati* judice *Sjiblæ* urbem ingresso, hæc pacta convenere, ipsos liberos exituros, una cum liberis opibusque suis; exceptis proventibus, commeatuque, & bellico instrumento; nec non pecoribus. Jumenta tamen quibus sese in tutum, quem poposcerant, locum subducerent, iis remisit. Sic victricia vexilla *Islamitica* arces illas conscendere reliquo hujus diei: ubi ad vigesimum ac septimum substitimus.

ودخل قاضي جبلة اليهم واستقر الحال معهم علي انه يطلقون بنفوسهم وذراريهم واموالهم خلا الغلال والذخاير والات السلاح والدواب واطلق لهم دواب يركبونها الي مامنهم ورقي عليها العلم الاسلامي المنصور في بقية ذلك اليوم واقمنا عليها الي سابع وعشرين ❊

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Sehjounum occupatum.

LAodicea mox discedens, *Sehjounum* petiit, exercitibus ei indagine circumjectis undetricesimo die, atque sex machinis adversus illud erectis. Arx erat egregie munita, in extremitate montis sita, pro fossis habens valles formidolosum in modum depressas atque dispatentes. Ab uno tantum latere præducta erat fossa, longitudine sexaginta cubitorum, impervia plane, atque in rupe excavata. Tres muri eam sepiebant, unus suburbium, alter arcem ipsam, tertius summum verticem subcingens. In isto cacumine prælongum eminebat vexillum, quod propinquante exercitu *Islamitico* delapsum ipse vidi. Id pro liquido lætoque victoriæ augurio acceptum. Ibi tum omni ex parte occœptum acerrimum certamen, *Almalicho Addahiro*, principe *Halebensi*, grandi quodam tormento arcem concutiente. Id machinamentum quam proxime muro injunxerat, trajecta valle, quod lapides ejaculans, ictu indesinente magnam muri portionem discussit, potestate facta scandenti ad evadendum in murum. *Sultanus* tum hoc agens, ad primum diei *Veneris* diluculum, postridie kalend. *Sjumadæ* posterioris, omnia simul tormenta continenti verbere detonare imperat, inter sublatas in cœlum voces, fremitusque crebrescentes, & magnum esse Deum cum jubilo testantes. Vix horæ fluxerat punctulum, quum ecce *Musulmanni* mœnia exsuperant, quibus suburbium erat præseptum: coronaque

ذكر فتوح صهيون

ورحل عن اللاذقية طالب صهيون واستدار العساكر بها من ساير نواحيها تاسع وعشرين ونصب عليها ست مناجنيق وهي قلعة حصينة منيعة في طرف جبل خنادقها اودية هايلة واسعة عظيمة وليس لها خندق محفور الا من جانب واحد مقدار طوله ستون ذراعا ولا يبلغ وهو نقر في حجر ولها ثلثة اسوار سور دون ربضها وسور دون القلعة وسور القلة وكان علي قلتها علم طويل منصوب فحين اقبل العسكر الاسلامي شاهدته فقد وقع فاستبشر المسلمون بذلك وعلم انه النصر والفتح واشتد القتال عليها من ساير الجوانب فضربها بمنجنيق الملك الظاهر صاحب حلب وكان نصب منجنيقا قبالة قريبة من سورها قاطع الوادي وكان صايب الحجر فلم يزل يضربها حتي هدم من السور قطعة عظيمة يمكن الصاعد في السور من الترقي اليه منها ولما كان بكرة الجمعة ثاني جمادي الاخر عزم السلطان وتقدم وامر المنجنيقات ان تتواتر بالضرب وارتفعت الاصوات وعظم الضجيج بالتكبير والتهليل وما كان الا ساعة حتي رقي والمسلمون علي الاسوار التي للربض واشتد الزحف

الزحف وعظم الامر وهجم المسلمون الربض
ولقد كنت لشاهد الناس وهم ياخذون
القدور وقد استوي فيها الطعام
فياكلونها وهم يقاتلون وانضم من
كان في الربض الي القلعة وما امكنهم
ان يحملوا من اموالهم ونهب الباقي
واستدار المقاتلة حول اسوار القلعة
فلما عاينوا الهلاك استغاثوا بطلب
الامان ووصل خبرهم الي السلطان
فبذل الامان وانعم عليهم علي ان
يسلموا بانفسهم واموالهم ويوخذ من
الرجل منهم عشرة دنانير ومن المراة
خمسة وعن الصغير ديناران وسلمت
القلعة واقام السلطان عليها حتي تسلم
عدة قلاع كالعيد وفيحه وبلاطنيس
وغيرها من القلاع والحصون تسلمها
النواب

que infestissime incumbente, & atrocem pugnam edente, perrupere *Musulmanni* in suburbium, ubi ipse meismet conspexi oculis ollas, in quibus cibi erant appositi, rapi a nostris, atque inter dimicandum consumi. Qui in suburbio fuerant, cum opibus, reliquaque præda, quam subvehere poterant, in arcem refugerunt: cujus muros eodem impetu circumfusi nostri pugnatores adoriuntur. Illi vero præsentissimum cernentes exitium, ad vitæ securitatem implorandam sese convertunt: quod quum *Sultano* esset renunciatum, veniam dedit, eisque gratificatus est, ut animas opesque incolumes inde auferrent, decem aureis in singulos viros, in feminas quinque, in parvulos duobus impositis. Sic arx in deditionem concessit, ad quam stativa tenuit *Sultanus* donec complures adhuc arces atque propugnacula, ut *Alaidum*, *Phaiham*, *Platanum*, & alia, per præfectos recepisset.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

ذكر فتوح بكاس

ثم رحل وسرنا حتي اتينا سادس
جمدي الاخر بكاس وهي قلعة حصينة
علي جانب العاصي ولها نهر يخرج
من تحتها وكان المنزل علي شاطي
العاصي وصعد السلطان جريدة الي
القلعة وهي علي جبل يطل علي العاصي
فاحدق بها من كل جانب وقاتلها
قتالا شديدا بالمنجنيقات والزحف
المضايق الي تاسع الشهر ويسر الله
فتحها عنوة واسر من فيها بعد قتل من
قتل منهم وغنم جميع ما كان فيها وكان
لها قليعة تسمي الشغر قريبا منها يعبر
اليها منها بجسر وهي في غاية المنعة
ليس اليها طريق فسلطت عليها
المنجنيقات من الجوانب وراوا انهم لا
ناصر لهم فطلبوا الامان في ثالث عشر
وسالوا ان يوخروا ثلثة ايام لاستيذان من
بانطاكية فاذن في ذلك وكان تمام فتحها
وصعود العلم السلطاني عليها يوم الجمعة
سادس

Expugnatio Bacasi.

PRomota dein castra, perventumque sexto *Sjumadæ* posterioris ad *Bacasum*, prævalidam in ripa *Orontis* arcem, & alio adhuc amne, apud ipsam exoriente, præditam. *Sultanus* ad *Orontem* consedit, moxque cum expedita turma ad arcem subiit, positam in monte flumini isti imminente, inclusamque undique ac circumcinctam vehementissima pressit oppugnatione, qua tormentis, qua militum corona, identidem instantibus, & respirare non sinentibus; donec nono mensis vi & manu occupata fuit, facilem Deo parante victoriam. Vincti omnes quos occidio, stragesque sæviens non delerat. Opes in prædam cessere. Habebat innexam sibi arcem parvulam, *Elsjugro* nomen, ad quam ponte transcendebatur, multo validissimam, planeque abruptam atque inaccessam. Vel sic tamen tormentis in eam dominantibus edomita: quumque longe sibi opitulatorem esse cernerent, die decimo ac tertio vitæ securos sese reddi poscunt, triumque moram dierum, intra quos veniam sese dedendi ab *Antiochia* exposcerent. Id iis con-

concessum. Complementum nacta est victoria, vexillumque *Sultanicum* huc introductum triduo post. Ad castra inde rediens *Sultanus*, filium *Almalichum Addahirum* dimisit ad arcem *Sarmaniam*, quam vehementissime impugnatam, coangustatamque ad deditionem adegit die *Veneris*, vicesimo ac tertio hujus mensis. Congruerunt expugnationes oræ maritimæ a *Sjibla* ad *Sarmaniam* usque in dies *Veneris* cunctæ, quod indicat preces concionantium tum *Musulmannorum* fuisse efficaces, simulque singularem arguit *Sultani* felicitatem; quum illo potissimum die victoriæ nobis fuerint indultæ, quo die bonorum operum præmia conduplicantur. Estque haud dubie multo rarissimum, nullisque annalibus consignatum, tot victorias in dies *Veneris* continenti serie incidisse.

سادس عشر ثم عاد السلطان الي
الثقل وسير ولده الملك الظاهر
الي قلعة سرمانية فقاتلها قتالا
شديدا وضايقها مضايقة عظيمة
وتسلمها يوم الجمعة ثالث
وعشرين الشهر فاتفق فتوحات
الساحل من جبلة الي سرمانية في
ايام الجمع وهي علامة قبول دعاء
الخطباء المسلمين وسعادة
السلطان حيث يسر لنا الله
الفتوح في اليوم الذي يضاعف
فيه ثواب الحسنات وهذا
من نوادر الفتوحات في الجمع
المتوالية ولم يتفق مثلها في
تاريخ

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Expugnatio Burziæ.

INde porro progressus est *Sultanus* expedita cum manu, ad arcem *Burziam* firmissimam, & tum opere, tum natura munitissimam: positam quippe in præcelsi *dente* montis, atque per cunctas *Francorum Musulmannorumque* provincias proverbio quoque nobilitatam. Præcingebant eam valles depressissimæ in circuitu; ejusque altitudo ultra quingentos & septuaginta cubitos assurgebat. Ad hanc aggrediendam semet innovavit acuitque, postquam eam visu perlustrasset; atque impedimenta ad se venire jussit, quæ cum reliquo exercitu ad pedem montis illius considunt vicesimo ac quarto mensis. Insequentis diei prima luce *Sultanus* cum turma equestri, turbaque militari, nec non machinis, atque apparatu omni oppugnationis, escendit in montem, atque arcem cinxit, terrore bellico ei circumfuso, tormentisque eam de nocte, de die, absque ulla intermissione, flagellavit. Die vicesimo ac septimo tres in partes exercitum dispescit, cuilibet parti injungens, ut certum spatium diei incumberet dimicando, ac deinde requietem sumtura pugnam traderet alteri parti: ita ut certamen nunquam omnino laxaret, relanguesceretve. Primæ vices dele-

ذكر فتوح برزية

ثم سار السلطان جريدة الي قلعة
برزية وهي قلعة حصينة في غاية القوة
والمنعة علي سن جبل شاهق يضرب بها
المثل في جميع بلاد الفرنج والمسلمين
يحيط بها اودية من ساير جوانبها وذرع
علوها كان خمس مية ذراع ونيفا
وسبعين ذراعا ثم جدد عزمه علي
حصارها بعد رويتها واستدعي الثقل
وكان نزول الثقل وبقية العسكر تحت
جبلها رابع وعشرين الشهر وفي بكرة
خامس وعشرين منه صعد السلطان
جريدة مع المقاتلة والمنجنيقات والات
الحصار الي الجبل فاحدق بالقلعة من
ساير نواحيها وركب القتال من كل
جانب وضرب اسوارها بالمنجنيقات
المتواترة الضرب ليلا ونهارا وفي السابع
والعشرين قسم العسكر ثلثة اقسام ورتب
كل قسم يقاتل شطرا من النهار ثم
يستريح ويسلم القتال للقسم الاخر بحيث
لا يفتر القتال عنها اصلا وكان صاحب
النوبة الاولي عماد الدين صاحب سنجار
فقاتلها

legatæ *Amadoddino*, principi *Sinsjarensi*, qui certamen animosissime capessivit, donec partes suas expleviſſet, jamque *stupefacto* velut *dente* resilirent omnes a pugna. His quum receptui cecinisset, secundas vices ipse susceptit *Sultanus*, seque invehens, & multis jam passibus provectus, clamorem edidit, ad quem omnes sese unius impetu ac clamore viri invexerunt, atque ab omnibus lateribus ad murum convolarunt. Tum vero vix particula abierat horæ, quum jam muri scanduntur, in arcemque violenta manu perrumpitur. Illi, manus sibi jam injectas sentientes, ad fidem implorandam confugiunt; *sed fides nulla predesse potest iis qui jam præsentissimam vident pœnam, malumque.* Quicquid in ea direptum, Quicunque in ea victi: & refugerat huc ingens multitudo, tanquam in asylum longe celebratissimum atque inexpugnabile. Magnus hic dies, quo miles præda onustus ad tentoria revertit. *Sultanus* quoque omnibus lætitiis mactus, ad impedimenta se retulit, arcisque præfectum ad se adduci jussit, virum præcipuæ inter eos dignationis; quem cum omnibus suis (septem & decem erant captivi) comiter allocutus, miseratusque, ad principem *Antiochenum* remisit, eum sibi conciliaturus; omnes quippe propinqua ipsum cognatione contingebant.

فقاتلها قتالا شديدا حتي استوفي نوبته وضربت الناس من القتال وتراجعوا وسلم النوبة الثعلبة السلطان بنفسه وركب وتحرك خطوات عدة وصاح في الناس فحملوا عليها حملة الرجل الواحد وصاحوا صيحة الرجل الواحد وقصدوا السور من كل جانب فلم يكن الا بعض ساعة وقد رقا الناس علي الاسوار وحصلوا القلعة واخذت القلعة عنوة فاستغاثوا الامان وقد تمكنت الايدي منهم فلم ينفعهم ايمانهم لما راوا العذاب باسنا ونهب جميع ما فيها واسر جميع من كان فيها وكان قد اوي اليها خلق عظيم وكانت من قلاعهم المذكورة وكان يوما عظيما وعاد الناس الي خيامهم غانمين وعاد السلطان الي الثقل فرحا مسرورا واحضر بين يديه صاحب القلعة وكان رجلا كبيرا منهم وكان هو ومن اخذ من اهله سبعة عشر نفسا فمن عليهم ورق لهم وانفذهم الي صاحب انطاكية استمالة له فانهم كانوا يتعلقون به ومن اهله

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Derbasacum occupatum.

ذكر فتوح دربساك

HInc iter resumtum ad *Pontem Ferreum*, ubi unius diei mora facta, perrectum, donec die *Veneris*, decimo & octavo *Resjebi*, attingeret *Derbesacum*, arcem prævalidam, *Antiochiæ* vicinam. Acri hanc impetu invadit, machinisque ac tormentis ita quassat, ut turris quædam labefactata ruinam traheret ingentem, atque procumberet. Scandentibus tum nostris semet objecit quicquid erat virorum, ae turbæ militaris, qui ruinis superstantes tam obstinatam defensionem parabant, ut, quod ipse meis vidi oculis, uno eorum cadente, alter mox eundem locum occuparet, immotique perstarent ad instar muri, nudi quamvis & inermes. Moli tamen rerum succumbentes tandem,

ثم رحل حتي اتي جسر الحديد واقام عليه اياما وسار حتي نزل علي دمرساك يوم الجمعة ثامن عشر رجب وهي قلعة منيعة قريبة من انطاكية فنزل عليها وقاتلها قتالا شديدا بالمنجنيقات وضايقها مضايقة عظيمة واخذ النقب تحت برج منها وتمكن النقيب منه حتي وقع واحموه بالرجال والمقاتلة ووقف في الثغرة رجال يحمونها عن من يصعد فيها ولقد شاهدتهم وكلما قتل منهم رجل قام غيره مقامه فهم قيام عوض الجدار

securitatem sibi dari postulant, atque liberum ad *Antiochiam* abitum paciscuntur. Concessum ipsis, ut incolumes cum vestimentis, quibus induti erant, exirent: nec aliud quicquam efferrent. Ita vexillum *Islamiticum* arcem illam escendit vicesimo ac secundo *Resjebi*, quam *Alamoddino Solimanno*, filio *Sjundari* dono dedit. Insequenti luce *Pagras* processum.

الجدلي: مكشفون واشتد بهم الامر حتي طلبوا الامان واشترطوا مراجعة انطاكية وكانت القاعدة ان ينزلوا بانفسهم وثياب ابدانهم لا غير ورقي عليها العلم الاسلامي ثاني وعشرين رجب واعطاها علم الدين سليمان بن جندر وسار عنها ثالث وعشرين منه

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Pagræ expugnatæ.

ذكر فتوح بغراس

ARx erat inaccessa, propior *Antiochiæ* quam superior illa: armis virisque instructissima. Exercitus in prato ei adjecto consedit: expeditus miles eam circumsedit. His in castris emissariorum statione indiguimus, quæ excubaret a latere *Antiochiæ*, ne inde eruptione facta opprimeremur. Ea nostra statio ad portam *Antiochiæ* tentoria fixit, sic ut nullus omnino egredi sustineret. Ei quodam die & ego interfui, visurus oppidum illud, simulque visitaturus *Habibum Almassjarum* ibidem tumulatum. *Pagræ* post acerrimam indefessamque oppugnationem, venia ab *Antiochenis* impetrata, sub fide deduntur: in easque victricia signa inferuntur postridie kalend. *Sjabani*. Reducem eopse die in majora castra *Sultanum*, missa legatione, de pace facienda compellant *Antiocheni*, quibus eam indulgere coactus fuit, quod jam copias nostras ingens pervasisset tædium: quodque importunius tumultuosiusque discedendi potestatem expolceret *Amadoddinus*, dominus *Sinsjaræ*. Pax ergo cum *Francis Antiochenis*, non aliis, his pacta conditionibus, ut laxarent, quicquid *Musulmannorum* vinculis attinerent: eaque in septem menses duraret: intra quod temporis spatium si ipsis succurreretur: sin minus, oppidum *Sultano* essent dedituri. *Damascum* deinde remeaturus, farcinas colligit: sed rogatus a filio *Almalicho Addahiro*, ut secum *Halebum* transiret, annuit; atque illuc decimo ac tertio *Sjabani* pervenit. Triduum ibi in arce insumtum, Filio ejus omnia hospitalitatis jura egregie explente, & neminem non, ex omni exercitu, liberalitate sua & munificentia prosequente. Pater quoque supra

وهي قلعة منيعة اقرب الي انطاكية من ذريساك وكانت كثيرة العدة والرجال فنزل العسكر في مرج لها والحدق العسكر بها جريدة مع انا احتجنا الي بزك في تلك المنزلة يحفظ من جانب انطاكية لئلا يخرج منها من يهاجم العسكر فضرب بزك الاسلام علي باب انطاكية بحيث لا يشذ عنه من يخرج منها وانا ممن كان في البزك في بعض الايام لرؤية البلد وزيارة حبيب النجار المدفون فيه ولم يزل يقاتل بغراس مقاتلة شديدة حتي طلبوا الامان علي استيذان انطاكية ورقا العلم الاسلامي عليها في ثاني شعبان وفي بقية ذلك اليوم عاد رحمه الله الي المخيم الاكبر وراسله اهل انطاكية في طلب الصلح فصالحهم لشدة ضجر العسكر وقوة قلق عماد الدين صاحب سنجار في طلب الدستور وعقد الصلح بيننا وبين انطاكية من بلاد الفرنج لا غير علي ان يطلقوا جميع اساري المسلمين الذين عندهم وكان الي سبعة اشهر فان جاءهم من ينصرهم والا سلموا البلد الي السلطان ورحل يطلب دمشق فساله ولده الملك الظاهر ان ينجناز به فاجابه وسار حتي اتي حلب حادي عشر شعبان واقام بقلعتها ثلثة ايام وولده يقوم بالضيافة حق القيام ولم يبق من العسكر الا من نالة منه منزلة واكثر ظني لشفق عليه والده وسار من حلب يريد دمشق

دمشق فاعترضه ابن اخيه الملك المظفر تقي الدين واصعده الي قلعة حماة واصطنع له طعاما حسنا واحضر له سماع الصوفية وبات فيها ليلة واحدة واعتطاه جبلة واللاذقية وسار علي طريق يعلبك حتي اتاها واقام بمرجها يوما ودخل الي حمامها وسار منها حتي دخل رمضان وما كان يري تبطيل وقته عن الجهاد مهما امكنه وكان قد بقي له القلاع القريبة من حوران التي يخاف عليها من جانبها صفد وكوكب فراي ان يشغل المكان في فتح المكانين في الصوم ۞

pra opinionem fidemque, tenerrimum ſuum in eum affectum commonſtravit. *Halebo Damaſcum* properanti Fratris filius *Almalichus Almodafferus Takoddinus* occurrit; deductumque in arcem *Hamatæ* ſplendidiſſimo excipit convivio, interpoſito acroamate *Sophiorum*. Una ibi nocte tranſacta, & hoſpiti *Sjibla*, *Laodiceaque*, condonatis, viæ *Baalbecum* ducenti inſiſtit: eoque perlatus ſtativa tenuit in prato ejus unum diem: balneum urbis interea ingreſſus. Diſcedentem inde *Ramadani* ſacer menſis opprimit; cujus tamen religione a bello pro virili urgendo ſeſe retrahi paſſus non eſt. Namque reſiduæ adhuc erant arces aliquæ, *Haurano* imminentes, unde periculum & metus impendebat: *Saphada* nempe & *Caucheba*. Utrumque hunc locum expugnare ſatius duxit, quam jejunii obire ſtationem.

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

ذكر فتح صفد — *Saphada ſubacta.*

ثم سار في اوايل رمضان من دمشق يريد صفدا ولم يلتفت الي مفارقة الاهل والاولاد والوطن في هذا الشهر الذي يسافر الانسان اين كان ليجتمع فيه باهله اللهم انه احتمل ذلك ابتغاء مرضاتك فانه اجرا عظيما فسار حتي اتي صفد وهي قلعة منيعة قد تقاطعت حولها اوادي من ساير جوانبها فاحدق العسكر بها ونصب عليها المناجنيق في اثنا شهر رمضان المبارك وكانت الامطار شديدة والوحول عظيمة ولم يمنعه ذلك عن جده ولقد كنت عنده في خدمته ليلة وقد عين مواضع خمس مناجنيق فقال ما ننام حتي تنصب الخمسة وسلم كل منجنيق الي قوم ورسله تتواتر اليهم يخبرونهم ويعرفونه كيف يصنعون حتي اظله الصبح وقد فرغت المنجنيقات ولم يبق الا تركيب خنازيرها فيها فرويت له الحديث المشهور في الصحاح وبشرته بمقتضاه وهو قوله صلعم عينان

INitiis *Ramadani* itaque *Damaſco* educens, *Saphadam* petiit; nihil penſi habens, quod hoc menſe, quo quiſque, ubi tandem cumque verſatus fuerit, iter arripit ad proprios Lares, a Laribus ſeſe ſuis, liberiſque, ac familia ſejungeret. Enixum enimvero ſtudium religionis, ingenti præmio remunerandum! *Saphada*, ad quam contendit iter, arx erat inexpugnabilis, quam undique valles profundæ abruptam inacceſſamque reddebant. Nihilo tamen minus circumfuſis eam copiis, diſpoſitiſque machinamentis clauſit, volvente hoc menſe ſacro: fœdis imbribus, lutoque multo haud quaquam a ſtudio illo & labore deterritus. Ibi nocte quadam ei adfui, quum quinque tormentis loca ipſe deſignaret, addito, ſomnum non capiemus, donec quinque illa ſint erecta. Tradita cujuſque tormenti cura certis hominibus, nunciis ultro citroque diſcurrentibus, quid agendum foret, quidve efficerent: atque ad auroram demum ultima manus operi impoſita; niſi quod roſtra adaptanda reſtarent. Ea occaſione traditionem perquam nobilem in *Sebaho* ei retuli; atque eam in ipſo effectum ſortitam eſſe

Digitized by Google

gratulabundus monui. Scilicet dictum fertur prophetæ, *Duos oculos non tanget ignis* infernus, *oculum qui pervigiles ſervat excubias pro cauſa Dei: & oculum lacrymas metu Dei fundentem.* Labente hoc menſe *Caracha* a parte præfectorum Domini ejus deditur; quem vinculis hoc pacto exemerunt, captum in prælio *Hittinenſi*. Ipſa *Saphada* oppugnatione, quam ne jejunium quidem ſolenne interrumpere potuerat, feſſa, fide data, in deditionem concedit decimo & quarto *Sjawali*.

عينان لا يمسهما النار عين باتت تحرس
في سبيل الله وعين بكت من خشية الله
وفي اثناء شهر رمضان سلك الكرك
من جانب نواب صاحبها وخلصوه بها
من الاسر وكان قد اسر في وقعة حطين
المباركة ثم لم يزل القتال علي
صفد متواصلا بالبرون مع الصوم
حتي سلمت بالامان في رابع عشر
شوال ۞

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Caucheba expugnata.

ذكر فتوح كوكب

DEin *Cauchebam* iter impetumque vertit; atque in planitie montis conſedit. Mox expeditis lectiſque copiis arcem illam arctiſſime circumcluſit, tali pro ſe capto loco, quem jacula & ſagittæ hoſtiles tranſvolarent, levidenſem e lapide & luto maceriam, poſt quam ſemet abdebat: nemine etiam foribus tabernaculi egredi ſuſtinente, niſi ſumta lorica. Præterea continentes cadebant imbres, tantumque luti provenerat, ut tum pedes, tum eques, citra maximam difficultatem progredi non poſſet. Sævientibus quoque ventis, nimbiſque conglobatis, terribiles exantlati labores. His accedebat, quod hoſtis, utpote loco ſuperior, *dominante* quaſi *vi* tormentorum gravis ſuperne incumberet, paſſimque ſtrages ac vulnera daret. Acies tamen illa & vehementia, cujus impetu ferebatur, ſeque invehebat identidem, neutiquam propterea elangueſcere, ſed rumpendo perfringendoque inſtare muro; quo latiſſimam ruinam ducente, quum ſe jamjam capiendum perſentiret ad incitas adactus inimicus, ſecuritatem petens impetranſque, in deditionem venit, media *Dſulkada* volvente. Tum impedimenta, quæ propter vim luti, fœdarumque tempeſtatum, in planitiem montis fuerant ſubducta, in ſubjectam vallem deferuntur: ubi reliquum menſem transegit, cum fratre *Almalicho Aladilo* agitans deliberanſque aliquid negotii, quod ſeſe e tranſverſo objecerat: uſque dum illuceſcentibus kalendis *Dſulhaſsjæ*, copiis dimiſſis, ſeſe cum fratre, in *Ægyptum* remeaturo, itineri accingeret

ثم سار يريد كوكب فنزل
علي سطح الجبل وجرد العسكر
واحدق بالقلعة وضايقها بالكلية
بحيث اتخذ له موضعا يتجاوزه نشاب
العدو ونباله حايطا من حجر وطين
يستتر وراه حتي لا يقدر احد يقف
علي باب خيمة الا ان كان ملبسا
وكانت الامطار متواترة والوحول
بحيث تمنع الماشي والراكب الا مشقة
عظيمة وعانا شدايدا واهوالا من شدة
الرياح وتراكم الامطار وكون العدو
مسلطا عليهم بعلو مكانه وقتل وجرح
جماعة ولم يزل راكبا مركب الجد
حتي تمكن النقب من سورها ولما
احس المخذول علي انه ماخوذ طلب
الامان فاجابهم الي ذلك وامنهم وتسلمها
في منتصف ذي القعدة ونزل الي
الغور الثقيل وكان قد انزله من شدة
الوحل والريح في سطح الجبل فاقام
بقية الشهر يراجعه اخوه الملك
العادل في اشغال شخصه حتي
هل هلال ذي الحجة واعطي الجماعة
دستورا وسار مع اخيه يريد
القدس ليزيله وودع اخيه فانه
كان عايدا الي مصر فوصلا
اليه يوم الجمعة ثامن ذي
الحجة وصليا الجمعة في قبة
الصخرة

الصخرة الشريفة وصلبا صلاة
العيد الاعظم بها ايضا يوم
الاحد وسار حادي عشر طالبا
عسقلان لينظر في حالها فاقام
بها اياما يلم شعثها ويصلح
احوالها فودع اخاه واعطاه
الكرك واخذ منه عسقلان
وعاد يطلب عكا علي طريق
الساحل يمر علي البلاد
يفتقد احوالها ويودعها الرجال
والعدد حتي اتي عكا فاقام
بها معظم المحرم سنة خمس
وثمانين ورتب بها بهاء الدين
قراقوش والبا وامره بعمارة
السور والاطناب فبه ومعه حسام
الدين بشارة وسار يريد
دمشق سنتهل صفر سنة خمس
وثمانين

ret *Hierosolymitano*, visitaturus simul urbem sanctam, simul Fratrem illuc deducturus. Die *Veneris*, octavo *Dsulhassiæ* eo deventum: atque in *Basilica Petrae* nobilitata illa preces publicæ solenniter ab ipsis obitæ. Die *Lunæ* ibidem solennia Festi maximi celebrata. Postera luce undecima *Ascalonem* transgreditur, statum ejus inspecturus: ubi retro sublapsis rebus componendis instauraudisque aliquot dies impendit. Tum Vale Fratri dicens, *Ascalone* ab ipso recepto, *Caracham* ipsi contribuit: ac mox per oram maritimam *Ptolemaidem* pertendit, in transitu oppida visitans, eaque impositis præsidiis, armisque, firmans. *Ptolemaidem* perlatus, maximam ibi partem *Muharremi*, anni octogesimi & quinti, consumsit, præfectura ejus demandata *Bohaeddino Karakousjo*, cum mandato mœnia collapsa quantocyus reparandi, *funesque* dissolutos *revinciendi*. Adjungitur ei *Husamoddinus Basjara*. Inde *Damascenum* capessit iter, ineunte *Sapharo* ejusdem anni octogesimi & quinti.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

ذكر توجهه الي شقيف ارنون وهي السفرة المتصلة بواقعة عكا

Ad Sjakyf-Arnounum ducit, unde occasio data prælio Accensi.

واقام بدمشق حتي دخل في ربيع
الاول ثلثة ايام ووصله في اثناء
ربيع الاول رسول الخليفة الناصر
لدين الله يامره بالخطبة لولده ولي
العهد فخطب له وجدد عزمه علي
قصد شقيف ارنون وهو موضع حصين
قريبا من بانياس وكان تبريزة في
الثالث فسار حتي نزل مرج برغوث
واقام به ينتظر العساكر الي
حادي عشرة ورحل حتي اتي
بانياس ثم رحل منها حتي اتي
مرج عيون في سابع عشر فخيم به
وهو قريب من شقيف ارنون بحيث
يركب كل يوم يشارفه والعساكر تجتمع
وتطلبه من كل صوب واوب فاتنا اياما
نشرف كل يوم علي الشقيف والعساكر
الاسلامية في كل يوم تصبح متزايدة
العدد

AD *Rabiæ* prioris tertium diem *Damasci* eommorantem, mensis illius primordiis convenit legatus *Chaliphæ Elnatsiri Lidinalla*, mandantis ut solennes preces pro Filio ipsius, tanquam successore imperii, instituerentur. Factum. Aciem deinde mentis suæ renovatam intendit & direxit adversus *Sjakyf-Arnounum*, in vicinia *Paneadis* castrum validissimum. Tertio die educens ire perrexit *Marsj Borgouthum* usque, ubi stativa posuit, opperiens exercitus, ad undecimum. Progressus inde *Paneadem*, mox *Marsj Ojounum* versus iter continuavit, ubi decimo & septimo tetendit subseditque. Locus ille tam prope *Sjakyf-Arnounum* contingit, ut quotidie inde evectus illud circumlustrare posset. Interea copiæ undique terrarum ac tractuum confluere ad *Sultanum*, atque *Islamitici* exercitus nullo non die numerosiores reddi simul, simul instructiores. Id cernens *Sjakyfi* dominus, quotidie quippe imminebamus,

ut dictum, castro illi, rerumque suarum anxius, unam sibi salutis reliquam vidit viam, ad paciscendum descendere. Ipse ergo egressus, absque ut quicquam tale suspicaremur, ad introitum tentorii *Sultani* se sistit, eum conventurus. Venia accepta ingreditur, atque multo excipitur honore, maximæ inter *Francos* dignitatis scilicet, & ingenio quoque præpollens: *Arabicæ* linguæ callens, & historiarum tinctus cognitione aliqua: quin imo *Musulmannum* penes se habens, qui studia ipsius moderaretur. Is secundus ei aderat. Intromissus ad *Sultanum*, ad mensamque ejus refectus, secretum petit, ubi se *Sultani* appellans *Mamlouchum*, mancipiumque in omnem obedientiam promptum, deditionem facturum pollicetur, citra ullum nostrum laborem, ea sub conditione, ut certa ei sedes *Damasci*, prædiaque hæreditaria assignarentur pro se & suis: quippe qui inter *Francos* ulterius degere haud posset: item, ut sibi trium mensium mora concederetur, identidem tamen ad officia venturo, ab hoc ipso die, usque dum familiam suam omnem *Tyro* eduxisset. Omnia hæc ei concessa, ventitanti sane deinceps creberrime ad officium, atque nobiscum de religione serram disputationis reciprocanti: quibus in colloquiis facundiam eruditionemque nobis suam approbabat. Labente hoc mense adfertur *Sjaubechum* tandem sese tradidisse, quod jam per annum integrum magnis inclusum fuerat copiis, usque dum commeatus forent absumti. Securitatem pacti in deditionem venere.

العدد والعدد وصاحب الشقيف يري ما يتيقن معه عدم السلامة فراي ان اصلاح حاله معه قد تعين طريقا الي سلامته فنزل بنفسه وما حسسنا به الا وهو قايم علي باب خيمة السلطان باذن له فدخل فاحترمه واكرمه وكان من كبار الفرنجية وعقلايها وكان يعرف بالعربية وعنده اطلاع علي شي من التواريخ وبلغني انه كان عنده مسلم يقرا له ويفهمه وكان عنده ثاني فحضر بين يدي السلطان واكل معه الطعام ثم خلا به وذكر انه مملوكه وانه تحت طاعته وانه يسلم المكان اليه من غير تعب واشترط ان يعطا موضعا يسكنه بدمشق فان بعد ذلك لا يقدر علي مساكنة الفرنج واقطاعا بدمشق يقوم به وباهله وانه يمكن من الاقامة بموضعه وهو يتردد الي الخدمة ثلثة اشهر من تاريخ اليوم الذي كان فيه حتي تمكن من تخليص اهله وجماعته من صور فاجيب الي ذلك كله واقام يتردد الي خدمة السلطان في كل وقت ويناظرنا في دينه ونناظره في بطلانه وكان حسن المحاورة ومتاديا في كلامه وفي اثناء ربيع الاول وصل الخبر بتسليم الشوبك وكان قد اقام السلطان عليه جمعا عظيما يحاصرونه مدة سنة حتي فرغت ازوادهم وسلموه بالامان

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Franci Ptolemaidem invasuri contrahuntur.

ذكر اجتماع الفرنج تقصد عكا

QUum *Sultanus* per deditionem reciperet *Ascalonem*, in se susceperat, si Rex eam tradi juberet, se ipsum e vinculis esse dimissurum. Id quum Rex suis mandasset, deditioque esset facta; in se quoque conditionem præstari postulavit. Emissus est, quum sederemus ad *Castrum Curdorum*, atque *Antaradi* demum abire permissus, hisce legibus, ne adversus *Saladinum* unquam gladium destringeret; utque se ejus *Mancipium*, *Mamlouchum*, *Li-*

وكان السلطان اشرط علي نفسه حين تسلم عسقلان انه ان امر الملك بتسليمها اطلقه فامرهم بتسليمها وسلموه فطالبه الملك باطلاقه فاطلقه وفاء بالشرط ونحن علي حصن الاكراد اطلقه من انطرسوس واشرط عليه ان لا يشهر في وجهه سيفا ابدا ويكون غلامه ومملوكه وطليقه ابدا فنكث لعنه الله فجمع واتا صور

صور يطلب الدخول اليها فحجم علي
بابها يراجع المركبس الذي كان بها في
ذلك الوقت وكان المركبس اللعين رجلا
عظيما ذا راي وباس شديد في
دينه وصرامة عظيمة فقال انني
نايب للملوك الذين وراء البحر وما
اذنوا الي في تسليمها البتك
وطالت المراجعة واستقرت القاعدة
بينهما علي ان ينفقوا جميعا
علي المسلمين وتجتمع العساكر
بصور وغيرها من الفرنجية
علي المسلمين وعسكره علي باب
صور ۞

Libertumque jugiter profiteretur. At ſacerrimus ille pacta conventa rupit, contractaque manu *Tyrum* venit, intromitti quærens: ad ejuſque portam caſtris tenſis, cum *Marchione*, qui tum temporis ibi aderat, verba ultro citroque commutans. *Marchio* ille, Magnus vir, & conſilio ac fortitudine perinſignis; religionisque ſuæ ſtrenuiſſimus defenſor, ajebat, ſe nomine Regum ultramarinorum hanc civitatem obtinere, neque ejus tradendæ habere poteſtatem. Poſt longam altercationem tandem pactum ſtatutumque, ut adverſus *Muſulmannos* arma conſociarent. Dum *Tyri* portis aſſidet Rex, copiæ illuc undique *Francorum* e terris confluxere, aliquid adverſus *Muſulmannos* tentaturæ.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

ذكر الوقعة التي استشهد فيها ايبك الاخرش

Conflictus in qua Ibechus Alachrasjus pro religione occubuit.

وذلك انه لما كان يوم الاثنين
سابع عشر جمدي الاول من السنة
المذكورة بلغ السلطان من البزك ان
الفرنج قد قطعوا الجسر الفاصل بين
ارض صور وارض صيدا وبقي الارض
التي نحن عليها فركب السلطان
وصاح الجاوش فركب العسكر
يريدون نحو البزك فوصل العسكر وقد
انفصلت الوقعة وذلك ان الفرنج عبر
منهم جماعة الجسر فنهض لهم البزك
الاسلامي وكانوا في قوة وعدة
فقاتلوهم قتالا شديدا وقتلوا منهم
خلقا كثيرا وجرحوا اضعاف ما قتلوا
ورموا في النهر جماعة فغرقوا ونصر الله
الاسلام واهله ولم يقتل من المسلمين الا
مملوك السلطان يعرف بايبك الاخرش
فانه استشهد في ذلك اليوم وكان شجاعا
باسلا مجربا الحرب فارسا تقنطر به
فرسه فلجي الي صخرة فقاتل بالنشاب
حتي فني ثم بالسيف حتي قتل جماعة
ثم تكاثروا عليه فقتلوه ووجد السلطان
عليه لمكان شجاعته وعاد السلطان من
الي

DIe *Martis*, decimo ac ſeptimo *Sjumadæ* prioris, anno octogeſimo & quinto, a ſtationariis noſtris adfertur, *Francos* trajeciſſe pontem, qui agrum *Tyrium* ab agro *Sidonia* dirimit, atque noſtram oram tentare. Ad eum nunciium in equum eſcendens *Sultanus*, promulgat edicitque ut quantocyus conſcenſis equis, ſtationem noſtram verſus iter arriperet exercitus. Ante tamen quam noſtri accurrere potuiſſent, jam diremtum fuerat certamen. Nempe *Francorum* manus pontem tranſgreſſa fuerat. Eo viſo conſurrexerat adverſus eos ſtatio *Iſlamitica*, robore & numero firma; eoſque acri impetu erat adorta. Multi ibi hoſtium cecidere. Duplo plures vulnerati. Complurimi quoque in fluvium præcipitati, merſique. Victor diſcedit populus fidelis, nemine amiſſo, præter quendam *Sultani Mamlouchum*, cui *Ibecho Alachrasjo* nomen, qui iſtoc die martyrio decoratus eſt. Eques erat præſtrenuus, Heros vetus bellorum, qui, ſtrato ſub ſe equo, ſeſe in ſaxum aliquod ſubduxerat, ubi in defenſione ſui abſumtis ſagittis, ſeſe gladio aliquamdiu tutatus eſt, compluribus obtruncatis, donec prævaleſcenti numero ſuccumberet. Caſui indoluit *Sultanus*, ob inſignem viri fortitudinem. A pugna re-

receſſum, una cum expedito equitatu, in tentoria, quæ in vicinia loci illius fuere erecta.

الي خيم كانت ضربت له قريب المكان جريدة ۞

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Altera colliſio, in qua martyres occubuere complures e Muſulmannico peditatu.

ذكر وقعة ثانية استشهد فيها جمع من رجالة المسلمين

His in caſtris ad diem undeviceſimum moratus, pro more ſuo equitavit, hoſtem propius inſpecturus. Secuta tum agmen multitudo ingens peditum, voluntariorum, atque adeo lixarum: qui verbis primo, mox & verberibus admoniti ut recederent, non tamen ceſſere. Nempe locus infeſtior, pediti ſuffugium negans, juſtum præbebat metum. At illi obſtinatius pergere, in pontemque irruentes velitationem cum hoſte ſerere; atque ponte etiam trajecto a bene multis, vehementi anſam dare conflictui. Namque *Franci* magno numero confluxerant, inſciis noſtris; & poſtquam omnia tuta, & inſidiis vacua eſſe exploraſſent, unius ſeſe viri impetu intulerant. Ignorabat hæc *Sultanus*, longiuſcule evectus, ſine exercitu, ſine ſtructis agens ordinibus, quippe qui, pro more quotidiano, egreſſus tantum fuerat ad eos paulo propius inſpectandos. Is tum orto pulvere, coortum eſſe certamen intellexit, turmamque quæ cum ipſo erat illuc ſubmiſit, ut noſtros repellerent a dimicando. Illi vero negotium jam conturbatum penitus reperere, *Francoſque* tam magno numero conglobatos, ut ala hæc metus expers non foret. Gravi autem per pedeſtrem illam turbam dato impetu, equeſtrem turmam mox certamen implicuit, utrimque ſtrenue decertatum. Multi pedites vincti; multi occiſi; ſic ut numerus occumbentium pro religione martyrum ad centum & octoginta excreverit. A *Francorum* etiam parte interfectus ingens numerus: complureſque ſubmerſi. Ex iis qui necem oppetiere *Alamannorum* erat ductor, vir inter eos magnus honoratuſque. Ex nobilibus *Muſulmannis* oppetiit *Ibn Elbaſarou*, adoleſcens pulchritudine ſimul, ſimul fortitudine florentiſſimus, quem pater pro cauſa Dei cecidiſſe in lucro deputavit, nullam propterea lacrymu-

واقام في ذلك الخيم الي تاسع عشر وركب يتشرف علي القوم علي عادته فتبع العسكر خلق عظيم من الرجالة والغزاة والسوقة وحرص في ردهم فلم يفعلوا ولقد امر من ضربهم فلم يفعلوا وخاف عليهم فان المكان كان حرجا ليس للراجل فيه ملجا ثم هجم الرجالة الي الجسر وناوشوا العدو وعبر منهم جماعة اليهم وجري بينهم قتال شديد واجتمع بهم من الفرنج خلق عظيم وهم لا يشعرون وكشفوهم بحيث علموا ان ليس وراهم كمين فحملوا عليهم حملة واحدة علي غرة من سلطان فانه كان بعيدا منهم ولم يكن معه عسكر فانه لم يخرج بتعبية قتال وانما ركب مستشرفا عليهم علي العادة من كل يوم ولما بان له الوقعة وظهر له غبارها بعث اليهم من كان معه ليردوهم فوجدوا الامر قد فرط والفرنج قد تكاثروا حتي خاف منهم السرية التي بعثها السلطان وطغروا بالرجالة طغرة عظيمة وجري بينهم وبين السرية قتال شديد واسر جماعة من الرجالة وقتلوا جماعة وكان عدد الشهداء مائة وثمانون نفرا وقتل ايضا من الفرنج عدة عظيمة وغرق ايضا منهم عدة وكان ممن قتل منهم مقدم الالمانية وكان عندهم عظيما محترما واستشهد من المعروفين من المسلمين ابن البصاروا وكان شابا حسنا شجاعا واحتسبه والده في سبيل الله ولم يقطر من عينه عليه دمعة علي ما ذكر جماعة لانهم وهذه الوقعة لم ينبغ للافرنج مثلها

Digitized by Google

مثلها في هذه الوقايع التي حضرتها وشاهدتها ولم ينالوا من المسلمين مثل هذه العدة في هذه المدة ۞

mulam exſtillante oculo; quod a multis, qui lateri ejus hærebant, confirmatum. Ex iis, quibus ego interfui, dimicationibus, ſimilis nulla *Francis* obtigit: neque omni illo ſpatio tantum *Muſulmannorum* numerum potiti fuere.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

ذكر مسيره جريده الي عكا وسبب ذلك

Cum expedito equitatu vadit Ptolemaidem: & quæ cauſa profectionis.

ولما راي السلطان ما حل بالمسلمين من تلك الوقعة النادرة جمع اصحابه وشاورهم وقدر معهم انه يهجم علي الفرنج ويعبر الجسر ويقتلهم ويستاصل شافتهم وكان الفرنج قد رحلوا من صور ونزلوا قريب الجسر وبين الجسر وصور مقدار فرسخ وزايد علي فرسخ فلما صمم العزم علي ذلك اصبح يوم الخميس سابع عشر وركب وسار وتبعه الناس والمقاتلة والعساكر ولما وصلوا اواخر الناس الي اوايلهم وجدوا البزك عايدا وخيامهم قد قلعت فسيلوا عن سبب ذلك فذكروا ان الفرنج رحلوا راجعين الي صور ملتجين الي صورها معتصمين بقربها وانهم لما بلغهم ذلك عادوا لوقع الغنا عن البزك ولما راي السلطان ذلك منهم راي ان يسير الي عكا ليباحط ما بني من سورها ويحث علي الباقي فمضي الي عكا ورتب احوالها وامر بتتمة عمارة سورها واتقانه واحكامه وامرهم بالاحتياط والاحتراز وعاد الي العسكر المنصور الي مرج عيون منتظرا مهلة صاحب الشقيف لعنه الله ۞

QUum videret *Sultanus* quid importatum eſſet detrimenti *Muſulmannis* per hunc necopinatum caſum, cum comitibus in conſilium vocatis agitat, decernitque, tramiſſo ponte in *Francos* eſſe vadendum, confligendumque, ut *ulcus* ipſorum *radicitus exſtirparetur*. Jam vero *Franci* motis *Tyro* caſtris deſcenderant prope pontem; inter quem & *Tyrum* paraſangæ intercedebat ſpatium, atque etiam amplius. Huc ergo quum animum ſerio appuliſſet *Sultanus*, primo mane diei *Jovis*, decimus ac ſeptimus erat menſis, equo vectus prægreditur, ſubſequentibus ipſum univerſis copiis: quarum poſtremæ quum priores attigiſſent, ſtationem noſtram excubatricem deprehendunt revulſis cum tentoriis retro ſeſe referentem. Interrogati quid cauſæ? memorant, *Francos* collectis ſarcinis *Tyrum* revertiſſe, receptum habituros ad ejus mœnia, eorumque ſeſe præſidio tutaturos: quod quum animadverſiſſent, & ipſos retro pedem tuliſſe, quod nulla amplius ſtatione procubitorum opus jam eſſet. Hæc cernens *Sultanus*, *Ptolemaidem* adire ſtatuit, ut inſpiceret quantum jam muri eſſet ædificatum; atque ad reliquum opus ſtimulos admoveret. Illuc proinde pervectus res ejus ordinavit, atque emunitionem quantocyus perfici, ſolidiſſimeque firmari præcepit. Mandat præterea ut ſedulam circumſpectamque agitarent cuſtodiam. Inde ad victorem exercitum in *Marsj Ojounum* revehitur, expectaturus dum mora Domino *Sjakyf-Arnouni* conceſſa expiraret.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Alius conflictus.

ذكر وقعة اخري

IBi die *Sabbati*, ſexto *Sjumadæ* poſterioris, accipit, confertos hoſtium pedites audacius ſeſe gerere, & lignatum progredi montem uſque *Tebnini*. Quando autem ob cladem peditatui noſtro illatam gravis eum premeret ſolicitudo, ei levandæ hanc init viam ac rationem, ut eos inſidiis apte diſpoſitis circumveniret. Audiverat præſidium quoque equeſtre una cum pedite egredi ſolere: itaque tantum capit inſidiatorum, quantum univerſis par eſſe poſſet. Mittit deinde ad exercitum *Tebnini* agentem, imperatque, ut pauci admodum illi ſeſe peditatui inferrent: utque incurrente in ipſos equitatu hoſtili, terga verterent, ad tractum quem ipſis deſignabat. Id ad auroram diei Lunæ, octavo *Sjumadæ* poſterioris, ut fieret, edicit. Ad *Ptolemaidis* exercitum quoque mandata dirigit, ut hoſtilem exercitum a tergo circuirent, ut ſi ſuis opem laturi moverentur, tentoria eorum invaderent. His ita ordinatis diluculo diei Lunæ cum agmine ſuo, gravem induto armaturam, omnibuſque libero impedimentis, abſque ullo tentorio, viæ ſe committit ad regionem illam, quam exercitui *Tebninenſi* ad fugam aſſignaverat. *Tebninum* prætervectus copias ſuas in octo digerit agmina, e quorum ſingulis viginti equites fortiſſimos, in equoque præſignes, excernit, injungens iis hoſtibus ſeſe coram ingerere, uſque dum adverſus eos prodirent, leviterque conſerta velitatione fugam arripere, donec ad locum inſidiarum eſſent elati. Dictum factum; prodiitque adverſus eos maxima *Francici* exercitus pars, ductore ipſo Rege; quum enim de *Sultani* motu aliquid inaudiviſſent, ad prælium ſeſe inſtruxerant. Inter eos, equeſtremque hanc turmam perexiguam, atrox exarſit dimicatio, cui noſtri tenacius inhæſere, terga dare verecundantes, & generoſo ſuo ardore ablati ad mandata *Sultani* violanda: confertiſſimumque illum hoſtem, pauciſſimi licet, audacter ſubſiſtere non dubitarunt. Protractum certamen hoc ad finem uſque diei *Lunæ*, nemine ſe ad noſtros referente, ut quid accidiſſet, renunciaret. Rem tamen reſcivit *Sultanus* quum

ولما كان يوم السبت سادس جمدي
الاخرة بلغه ان جماعة من رجالة العدو
يبسطون ويصلون الي جبل تبنين
يحنطبون وفي قلبه من رجالة المسلمين
وما جري عليهم امر عظيم فراي ان
يقرر قاعدة وكمين يرتبه لهم ويباخذهم
فيه ويبلغه انه يخرج وراهم ايضا خيلا
يحفظهم فهل كمينا يصلح للقاء الجميع
ثم انفذ الي عسكر تبنين وتقدم ايضا
اليهم ان يخرجوا في نفر يسير عابرين
علي تلك الرجالة وان خيل العدو اذا
تبعتهم ينهزمون الي جهة عينها لهم وان
يكون ذلك صبيحة الاثنين ثامن جمدي
الاخرة وارسل الي عسكر عكا ان يسير
حتي يكون وراء عسكر العدو حتي
ان يحركوا في نصرة اصحابهم قصدوا
خيمهم وركب هو وجحفله سحر يوم
الاثنين شاكين في السلاح متجردين
ليس معهم خيمة الي الجهة التي عينها
لهزيمة عسكر تبنين وسار حتي قطع
تبنين ورتب العسكر ثمانية اطلاب
واستخرج من كل طلب عشرين فارسا
من الشجعان الجياد الخيل وامرهم ان
يتراوا للعدو حتي يظهروا اليهم ويناوشوهم
وينهزمون بين ايديهم حتي يصلوا الي
الكمين ففعلوا ذلك وظهر لهم من الفرنج
معظم عسكرهم يقدمهم الملك
وكان قد بلغهم الخبر وتعبوا
تعبية القتال وجري بينهم وبين
هذه السرية اليسيرة قتال شديد
والتزهت السرية القتال وانفلوا
عن الانهزام بين ايديهم وحملتهم
الحمية علي مخالفة السلطان
ولقايهم العدو الكثير بذلك
الجمع اليسير واتصل الحرب بينهم الي
اواخر نهار الاثنين ولم يرجع منهم احد
الي العسكر ليخبرهم بما جري واتصل
الخبر

الخبر بالسلطان في اواخر الامر
وقد هجم الليل فبعث اليهم بعوثا
كثيرة حين علم ضيق الوقت
عن المصاف وفوات الامر ولما
بصر الفرنج باوايل المدد قد لحق
السرية عادوا منهزمين فاكمنين
علي اعقابهم بعد ان جرت مقتلة
عظيمة من الجانبين وكان القتلي
من الفرنج علي ما ذكر من
حضر فاني لم اكن حاضرها
زهاء عشرة انفس ومن المسلمين ستة
انفر اثنان من البزك واربعة من العرب
منهم الامير رامل وكان شابا تاما
حسن الشباب مقدم عشيرته وكان سبب
قتله انه تقنطرت به فرسه فغداه ابن
عمه بفرسه فتقنطرت به ايضا واسر
هو وثلثة من اهله ولما بصر الفرنج بمدد
العسكر قتلوهم خشية الاستنقاذ
وجرح خلق كثير من الطايفتين
وخيل كثيرة ومن نوادر هذه الوقعة
ان مملوك السلطان اثخن بالجراح حتي
وقع بين القتلي وجراحاته تشخب
دما وبات ليلته اجمع علي تلك
الحال الي صبيحة يوم الثلثا
فسقده اصحابه فلم يجدوه فعرفوا
السلطان فقده فانفذ من يكشف
خبره فوجدوه بين القتلي علي
مثال هذه الحالة فحملوه ونقلوه
الي المخيم علي تلك الحال
وعافاه الله تعالي وعاد السلطان
الي المخيم يوم الاربعا
عاشر الشهر منصورا فرحا
مسرورا

quum jam ad exitum ſpectaret, noxque ingruiſſet: ſummiſitque iis turmas ſatis multas; quum univerſam aciem anguſtias temporis excludere, elapſamque adeo occaſionem, cerneret. *Franci* ſtatim atque prima tantum ſubſidia turmam noſtram attigiſſe conſpexiſſent, in fugam convertuntur, retro veſtigia, metu perculſi, relegentes, poſtquam utrimque vehemens pugna eſſet pugnata non ſine ſanguine multo. E *Francis* cæſi decem admodum, prout retulere mihi qui interfuerunt: ipſe quippe præſens haud fui. E *Muſulmannis* ſex tantum; duo ſtationarii noſtri, & quatuor *Arabes*, quorum e numero *Emir Ramilus*, in quo flos honoſque vigebat adoleſcentiæ ad pulcra & præclara quæque ſuccreſcentis. Is tribus ſuæ erat ductor. Cauſa necis hæc fuit. Quum cernuus ei corruiſſet equus, a fratre patruele diſcrimini exemtus, in ſuumque ipſius equum impoſitus fuerat: ſed & hoc iterum cernuante, ac collapſo, cum tribus ſuorum capitur; mox etiam obtruncatur, quum ſubſidiis noſtris conſpectis metuerent *Franci*, ne captivi ipſis extorquerentur. Utrimque multi mortales, multi quoque equi cecidere vulnerati. Inter eventa hujus conflictus multo rariſſima hoc eſt. *Mamlouchus* quidam *Sultani* vulneribus confoſſus & confectus inter occiſos jacebat, exſiliente inde largiter & radiatim ſanguine. Hoc in ſtatu quum totam noctem tranſegiſſet, atque ad auroram diei *Martis* deſideratus eſſet a ſociis, eum haud comparere nunciant *Sultano*. Miſſi confeſtim qui perquirerent ac ſcrutarentur, hominem ſic affectum inter mortuos reperiunt: ſublatumque in caſtra deportant: ubi incolumitatem ſingulari Numinis gratia recuperavit. *Sultanus* inſigni auctus victoria, lætus ovanſque ad caſtra regreditur die *Mercurii*, decimo menſis.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

ذكر اخذ اصحاب الشقيف وسبب ذلك

Detinetur Dominus Elsjakyſi; et quæ cauſa detentionis.

ثم استفاض بين الناس ان صاحب
الشقيف فعل ما فعله من المهلة غيلة لا انه
صادق في ذلك وانما قصد فيه تدفع
الزمان

RUmor interim magis magiſque ſpargebatur, & increbeſcebat, dominum *Elsjakyſi* fraudulenter & perfide egiſſe, quum dilationem popoſciſſet, ad tem-

tempus videlicet lucrifaciendum ac protrahendum. Hujus rei multa ſeſe indicia prodebant, uti quod enixiſſime commeatus conveherentur, portæque repararentur, & quæ alia ejuſdem naturæ. Conſilium tunc capit *Sultanus*, quo propior foret, atque auxilia commeatuſque importari prohiberet, clanculum caſtra in montis planitiem ſubducere, prætexens, intenſiſſimum temporis æſtum, intemperiemque ſoli campeſtris ſeſe velle evitare. Tranſportata in montem caſtra die duodecimo, concubio noctis. Ad primam auroram *Elsjakyſi* Dominus tenſa ibi cernit tabernacula, parte tamen copiarum inferius in prato remanente. Tum vero admoto propius exercitu, exſpiraturoque, intra paucos *Sjumadæ* poſterioris dies, termino compulſus, in animum inducit denuo ad *Sultanum* officioſe ſalutandum deſcendere, eumque flexum conciliatumque ſpatii orare prorogationem: imaginatus, ob perſpectam ſibi principis indolem, lenitatemque, id ſe facile effecturum. Degreſſus igitur, ſeque paratum profeſſus ad locum tradendum, addit, quum aliquantulum modo ſuperſit ſpatii, quid differt hodiene tradam, an die craſtini? Infert inde oſtenditque, quoſdam ſuorum hærere adhuc *Tyri*, qui hiſce diebus jam jam eſſent migraturi. Totum diem in officio quum poſuiſſet, ſub noctem in arcem conſcendit; abſque ut *Sultanus* ullam præberet ſignificationem ſuſpicionis; prout ſueverat eum excipiens tractanſque, donec terminus foret finitus. Paucis diebus poſt, quum jam finis adeſſet, terminuſque ultimus dilationis, denuo deſcendens ſecretum petit, ſeductumque rogitat *Sultanum*, ut tempus ei prorogaret per totum annum huncce, id eſt, novem adhuc menſes. Perfidiam ſentiens *Sultanus*, lentavit tamen, neque ſpem ei omnem amputavit, conſiderabimus, inquiens, & conſilium advocabimus, perrogatiſque ſententiis, quid deciſum ſit, tecum communicabimus. Statuit deinde ei tentorium prope ſuum ipſius tentorium; eique cuſtodiam, abſque ut quicquam perſentiſceret, circumdedit; effuſiſſimis honoribus in hominem congeſtis; & tum per colloquia, tum per literas eadem illa conſultatione agitata ac protracta, donec dies plane exſpiraſſent. Rogatur tunc, locum tradat; eique aperte denunciatur, Tu mente perfidiam volutaſti, atque novis locum ſub-

الزمان وظهرت لذلك مخايل كثيرة من
الحرص في تحصيل المبرة واتقان الابواب
وغير ذلك فراي السلطان ان يصعد
الي سطح الجبل ليقرب من المكان ويكون
سرا منه يمنع من دخول النجدة والمبرة
اليه واظهر ان سبب ذلك شدة حمى
الزمان والفرار من وخم المرج وكان
انتقاله الي سطح الجبل ليلة
ثاني عشر الشهر وقد مضي من
الليل ربعه فما اصبح صاحب
الشقيف الا والخيم مضروبة وبقي
بعض العسكر في المرج علي
حاله فلما راي صاحب الشقيف
قرب العسكر منه وعلم انه بقي
من المدة بقية جمدي الاخرة
حدثته نفسه انه نزل الي خدمة
السلطان ويستعطفه ويستزيده في
المدة وتخايل له بما راي من اخلاق
السلطان ولطافته ان ذلك يتم فنزل
الي الخدمة وعرض المكان وقال المدة
لم يبق منها الا اليسير واي فرق بين
التسلم اليوم او غدا واظهر انه بقي من
اهله جماعة بصور وانهم علي الخروج
منها في هذه الايام واقام في الخدمة
ذلك اليوم الي الليل وصعد القلعة ولم
يظهر له السلطان شيا واجراه علي عادته
وتقتضي مدته ثم عاد نزل بعد ايام
وقد قرب انتها المدة والفراغ منها وطلب
الخلوة بالسلطان وسال منه ان يمهله
تمام السنة تسعة اشهر فاحس السلطان
منه الغدر فاطله وما ايسه وقال
نتفكر في ذلك ونجمع الجماعة
وناخذ رايهم وما ينفصل الحال
عليه تعرفك وضرب له خيمة
قريب من خيمته واقام عليه
حرسا لا يشعر بهم وهو علي غاية
من الاكرام والاحترام له والمراجعة
والمراسلة بينهم في ذلك الفن مستمر
حتي انقضت الايام وطولب بتسليم المكان
فكشف له انك اضمرت الغدر وجددت
في المكان عماير وحملت اليه دخاير
فاذكر

فانكر ذلك واستغرق القاعدة علي ان
ينفذ من عنده ثقته وينفذ السلطان
ثقته يتسلم المكان وينظر هل تجددت
فيه شي من البنا ام لا فضوا اليه فلم
يلتفتوا اصحابه المغيمون فيه اليهم
ووجدوه قد جدد باب السور لم يكن
فاقيم الحرس الشديد عليه واظهر ذلك
ومنع من الدخول الي الخدمة وقيل
له قد انقضت المدة ولا بد من التسليم
وهو يغلط عن ذلك ويدافع عن الجواب
عنه ولما كان ثامن عشر جمدي الاخر
وفيه اعترف بانتهاء المدة قال انا
امضي واسلم المكان وسلم معه جمع
كثير من الامراء والاجناد حتي اتي
الشقيف وامرهم بالتسليم فابوا فخرج
اليه قسيس وحدثه بلسانه ثم عاد
واشتد امتناعهم بعد عود القسيس
اليهم فظن انه اكد الوصية علي القسيس
في الامتناع واقام ذلك اليوم والحديث
يتردد فلم يلتفتوا واعيد الي المخيم
المنصور وسير من ليلته الي بانياس
واحيط عليه بقلعتها فلحق العسكر
بالشقيف مقاتلين ومحاصرين واقام
صاحب الشقيف ببانياس الي سادس
رجب واشتد حنق السلطان علي
صاحب الشقيف بسبب تضييع ثلثة
اشهر عليه وعلي عسكره ولم يعلموا
فيها شيا فاحضر الي المخيم وهدد
لبلة وصبوه باموز عظيمة فلم يفعل
واصبح السلطان ثامن رجب
ورقي الي سنام الجبل مخيمه وهو
موضع اشرف علي الشقيف من المكان
الذي كان فيه اولا ولبعد من
الوخم وكان قد تغير مزاجه ثم
بلغنا بعد ذلك ان الفرنج بصور
مع الملك قد ساروا نحو
التنواقيس يريدون جهة عكا وان
بعضهم نزل بالاسكندرونة
وجري بينهم وبين رجالنا
المسلمين مناوشة وقتل منهم
المسلمين

subſtructionibus firmaſti, invectis quoque commeatibus. At ille id negans pernegansque, huic acquieſcere conditioni, ut tum ab ipſius, tum ab *Sultani* parte, fidi mitterentur homines, ad deditionem faciundam, perſpiciendumque, num quid ædificando renovatum eſſet, nec ne. Hi quum iviſſent, a præſidiariis ſpreti rejectique retulere, ruinoſam muri portam fuiſſe refectam. Tum arctiore cuſtodia luce palam circumdatus, ab aditu ad officium prohibetur, eique inſinuatur, tempore jam elapſo deditionem omnino eſſe præſtandam; in quo hallucinationis nos arguens reſponſionem procraſtinabat. Poſtquam autem duodevicesimus *Sjumadæ* poſterioris dies illuxiſſet, quem ipſe extremum agnoſcebat terminum, vadam nunc, inquit, deditionemque præſtabo. Magno ducum militumque agmine comitante ad caſtrum tunc accеſſit, ſuiſque ut ſe nobis permitterent imperat. Quum illi abnuerent, interea temporis ſacerdos aliquis ad ipſum exiſſet, patrium cum eo ſermonem cædens, multo adhuc vehementius, poſt ſacerdotis reditum, abnuerunt. Id ſuſpicionem præbuit, ipſum ſacerdoti illi hæc mandata perferenda injunxiſſe, ut in recuſando perſeverarent. Die colloquiis ultro citroque habitis fruſtra abſumto, ad caſtra victricia reducitur, eademque nocte *Panæadem* tranſportatur, ejus in arce concludendus. Exercitus quoque noſter *Elsjakyfum* oppugnaturus, obſeſſuruſque, circumcluſit. In ejus dominum vehementiſſima exarſerat *Sultani* indignatio, quod tres menſes ipſe & exercitus perdidiſſent, quibus nihil omnino eſſet perpetratum. Itaque ſexto *Rejebi* eum *Panæade*, ubi hactenus detinebatur, ad ſe in caſtra pertrahi jubet, eademque, qua advenerat, nocte graviſſimâ quæque ei intentantur. Nihil effectum. Quum interea intemperies quædam adfeciſſet *Sultanum*, octavo *Rejebi* tabernaculum ſuum in *gibbum montis* ſubduci curavit, tum quod inde propius *Elsjakyfo* imminere poſſet, tum quod minus gravem & noxium ibi aërem experiretur. Tunc fama ad nos perlata, *Francos* ad *Tyrum* agentes cum rege ſuo *Nowakirum* progreſſos, *Ptolemaidem* verſus iter intendere: quoſdam etiam eorum *Alexandrettam* deſcendiſſe, atque poſt levem cum peditatu no-

ſtro velitationem exiguamque jacturam, ibi ſedem fixiſſe.

المسلمين نفرا يسيرا واقاموا هناك ۞

CAPUT QUIMQUAGESIMUM SEXTUM.

Prælium Accenſe.

ذكر وقعة عكا

HIc *Francorum* motus, impetuſque illuc converſus, graviſſime anxium habuit *Sultanum*. Haud feſtinandum tamen ratus, quod forte non tam locum illum deſtinaſſent, quam quidem ab *Elsjakyfo* ipſum abſtrahere, ſpeculabundus ſubſtitit ad duodecimum *Resjebi*; quum alius adfert nuncius, *Francos* promotis hoc die caſtris deſcendiſſe in *Ain Baſſa*, primoreſque copias eorum perveniſſe ad *Azzibum*. Id quum moleſtiſſimum ei accidiſſet, ſcripſit ad præfectos regionum omnes, mandatque ut copiæ *Iſlamiticæ* iter ad caſtra divinitis cuſtodita accelerarent; noviſque adhuc datis litteris calcaria iiſdem admovit. Eadem nocte præmiſſis impedimentis, ad auroram lucis decimæ tertiæ *Ptolemaidem* ducit via *Tiberiadis*, quum alia nulla exercitui eſſet meabilis. Haud exiguam tamen manum per viam *Tebnini* dimiſit, quæ hoſti immineret, crebroſque ferret nuncios. Ad meridiem *Haulam* unb tractu eſt deventum; ubi horulæ quiete ſumta, reſumto itinere, noctem, quam longa eſt, ire perrexit, donec locum *Munaia* nomine attigiſſet, tantum quod luce decima quarta exorta. Ibi allatum, *Francos* ad *Ptolemaidem* caſtra locaviſſe, die *Lunæ*, decimo tertio. Tum principe *Elsjakyfi Damaſcum* amandato, poſtquam ob fœdum ipſius factum fœdiſſime eſſet habitus, cum expedito equitatu, *Munaia* relicta, ad reliquum exercitum properat, quem via *Tebnini* emiſſum, in prato *Sepphoris* ſe opperiri edixerat. Eundem locum impedimentis condixerat. Non ceſſatum, donec hoſti a *Cheruba* collatis imminens caſtris, partem exercitus ſummiſiſſet, miſciente hoſte, in urbem, firmamentum oppidanis. Mox aliis aliiſque continuo copiis intromiſſis, milite armiſque refertiſſima evaſit. Ordinata deinde acie, dextra, ſiniſtra, media, a *Cheruba*, ubi decimo quinto menſis ſtativa habuerat, progreditur *Tel Caiſanum* uſque, ubi inci-

وذلك لما بلغ السلطان حركة الفرنج الي تلك الجهة عظم عليه ولم ير المسارعة خوفا من ان يكون قصدهم ترحيله عن الشقيف لا قصد المكان فاقام مستكشفا للحال الي ثاني عشر رجب فوصل قاصدا لخبر ان الفرنج في بقية ذلك اليوم رحلوا ونزلوا عين بصة ووصل اوايلهم الي الزيب فعظم ذلك عنده وكتب الي ساير ارباب الاطراف ينتقدم بالعساكر الاسلامية بالمسير الي المخيم المحروس وعاد جدد الكتب والحث وتقدم الي الثقل ان ساير بالليل واصبح هو صبيحة ثالث عشر سايرا الي عكا علي طريق طبرية ان لم يكن ثم طريق يسع العسكر الا هو وسير جماعة علي طريق تبنين يستشرفون العدو ويواصلون باخباره وسرنا حتي اتينا الحولة بمنتصف النهار فنزل بها ساعة ثم رحل وسار طول الليل حتي اتي موضعا يقال له المنيه صباح رابع عشر وفيه بلغنا نزول الفرنج علي عكا يوم الاثنين ثالث عشر وسير صاحب الشقيف الي دمشق بعد الاهانة الشديدة علي سوء صنيعه وسار هو جريدة من المنيه حتي اجتمع ببقية العسكر الذي كان انفذه علي طريق تبنين بمرج صفورية فانه كان واعدهم اليه وتقدم الي الثقل ان يلحقه الي مرج صفورية ولم ينزل حتي شارف العدو من الخروبه وبعث بعض العسكر ودخل عكا علي غرة من العدو وتقوية لمن فيها ولم ينزل يبعث اليها بعثا بعد بعث حتي حصل فيها خلق كثير وعدد وافر ورتب العسكر ميمنة وميسرة وقلبا وسار من الخروبه وكان قد نزل عليها خامس عشر الشهر فسار منها حتي اتي تل كيسان

في

في اوايل مرج عكا وامر الناس ان ينزلوا
به علي تلك التعبية وكان اخر الميسرة علي
طرف النهر الحلو واخر الميمنة مقارب تل
العياضية فاحتاط العسكر الاسلامي
المنصور بالعدو المخذول واخذ عليهم
الطرق من الجوانب وتلاحقت العساكر
الاسلامية واجتمعت ورتب البرك الدايم
والجاليش في كل يوم مع العدو وحصر
العدو في خيامه من كل جانب بحيث
لا يقدر ان يخرج منها واحد الا ويجرح
او يقتل وكان معسكر العدو علي شط من
عكا وخيمة ملكهم علي تل المصليين قريبا
من باب البلد وكان عدد راكبهم الفي
فارس وعدد راجلهم ثلثون الفا وما رايت
من انقصهم عن ذلك ورايت من حزرهم
بزيادة علي ذلك ومددهم من البحر لا
ينقطع وجري بينهم وبين البرك مقاتلات
عظيمة متواترة والمسلمون ينتهافتون علي
قتالهم والسلطان يمنعهم من ذلك الي
وقته والبعوث من العساكر الاسلامية
تتواصل والملوك والامراء من الاقطار
تتتابع فاول من وصل الامير الكبير
مظفر الدين بن زين الدين ثم قدم بعده
الملك المظفر صاحب حماة وفي اثناء
هذا الحال توفي حسام الدين سنقر
الاخلاطي واسفوا المسلمون عليه اسفا
شديدا فانه كان شجاعا دينا ثم
ان الفرنج لما تكاثروا واستفحلوا
واستفحل امرهم استداروا بعكا بحيث
منعوا من الدخول والخروج وذلك في
يوم الخميس سلخ رجب ولما راي
السلطان ذلك عظم لديه وضاق صدره
وثارت فتنه العالية وفتح الطريق الي
عكا ليستمر السابلة اليها بالميرة
والنجدة وغير ذلك فاحضر امراءه
واصحاب الراي من دولته وشاورهم في
مضايقة القوم وانفصل الحال علي انه
يضايقهم مضايقة شديدة بحيث ينفصل
امرهم بالكلية ويفتح الباب والطريق
الي عكا فباكرهم صبيحة الجمعة مستهل
شعبان وسار مع العسكر وقد رتبه
للقتال

cipit planities *Ptolemaidis*, noſtróſque, ita ut erant, inſtructis conſidere ibi jubet ordinibus: extrema ſiniſtra acie ad fluvium *Dulcem* pertinente, extrema autem dextra *Tel Elajadiam* contingente. Sic victor exercitus *Iſlamiticus* ſe male fauſto hoſti circumfudit, eique vias undique intercepit: jugiter nos aliis aliiſque copiis aſſequentibus, ſeque nobiſcum jungentibus. Stationarii tum perpetui diſpoſiti; nec non ſagittarii, qui quotidie hoſtem infeſtarent; in tentoriis ſuis tanto opere preſſum obſeſſumque, ut nemo inde impune prodiret, ſed vel vulnere, vel leto mox adficeretur. Caſtra hoſtilia dimidiam *Ptolemaidis* partem ambiebant, tabernaculo Regis in *Colle Precantium* proxime portam urbis conſtituto. Eques duo millia implebat; pedites ad triginta millia numerabantur; nec vidi qui numerum minuerit, ſed potius qui eundem adauxerit. A mari præterea firmabantur ſupplementis ſuppetiiſque non interruptis. Inter eos autem, ſtationarioſque noſtros, continua & acria ſerebantur certamina, *provolantibus papilionum ad inſtar Muſulmannis* in pugnam: quos *Sultanus* coërcens juſto ſe tempori reſervarent monuit. Auxiliares nempe copiæ nobis ſubmiſſæ adventabant, & Reges principeſque undique regionum jugiter adfluebant; ut, qui primus acceſſit, princes magnus *Modaffereddinus* filius *Zineddini*; quique paulo poſt adfuit *Almalichus Almodafferus*, *Hamatæ* Dominus. Circa hoc tempus diem ſuum obiit *Huſamoddinus Sunkarus Chalatienſis*, cujus morte graviſſimus *Muſulmannos* luctus pervaſit, quod eſſet ſtrenuiſſimus idem religioſiſſimuſque. Quum interim numerus animuſque creviſſet *Francis*, ferocius ſe efferentes *Ptolemaidem* circumcingunt; aditu exituque omni ademto. Factum die *Jovis*, ſub finem *Resjebi*. Eo conſpecto *Sultanus* ægritudine & curis anxius celſum ſuum animum exſtimulat, ad viam *Ptolemaidem* verſus aperiendam; & annonis auxiliiſque commeabilem præſtandam. In prætorium ergo vocatis ducibus, conſiliariiſque regni, de hoſte invadendo deliberat. Decernitur, impreſſionem, & quidem vehementiſſimam, faciundam; ſimulque ac ſemel hoc labore eſſe defungendum; ut aditus ad *Ptolemaidem* præcluſus iterum patifieret. Ad auroram diei *Veneris*,

kalendis *Sjabani* cum exercitu proceditur, ad prælium rite inſtructo, & in dextram, ſiniſtram, mediamque aciem digeſto. Fit impreſſio multo acerrima, impetu ſub hora precum publicarum dato, oratorumque ſacrorum fauſtis e ſuggeſtu vocibus votiſque captatis. Inter colliſiones graviſſimas, viceſque ancipitis bene multas continuatum eſt prælium, uſquedum irruente nocte dirimeretur. Utrimque eodem in ſtatu pernoctatum, in armiſque pervigilis excubiæ agitatæ, ne quid hinc vel hinc detrimenti importaretur.

للقتال ميمنة وميسرة وقلبا وضايقهم مضايقة شديدة وكانت الحملة بعد صلاة الجمعة اغتنناما لدعاء الخطباء علي المنابر وجرت حملات عظيمة وقلبات كثيرة واتصل الحرب الي ان حال بين الفريقين هجوم الليل وبات الناس علي حالهم من الجانبين شاكين في السلاح يحرس كل طايفة نفسه من الطايفة الاخري

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Via Ptolemaidis reſerata.

ذكر فتح الطريق الي عكا

QUum *Sabbatum* ſequens illuxiſſet, certamen reſumſere noſtri; dimiſitque *Sultanus* lectam promtiſſimorum manum ad mare, qua in ſeptentrionem vergit, ubi hoſtis nulla habebat tentoria, ſed expeditum pretenderat equitatum. iis copiis ſelectæ illæ copiæ noſtræ ſeſe invehunt; fractis extemplo, in fugamque conjectis trepidiſſimam, ingenti cum ſtrage. Qui elapſi ſunt, in tentoria ſe ſua condidere, *Muſulmannis* eos ad caſtrorum introitum uſque perſequentibus. Sic patefactum iter a porta *arcis*, quæ *regia* dicitur, uſque ad portam quæ a *Karakuſjo* refecta ejus gerit nomen. Ea via adeo ampla fuit patenſque, ut lixæ & calones non tantum utenſilia libere ſubveherent, ſed etiam ſinguli viri, ſingulæ mulieres, per eam commearent; quod ſtatio procubitorum inter viam hoſtemque interveniens, quemquam e caſtris hoſtilibus egredi, vel & in ea ingredi, prohiberet. Eodem illo die oppidum intrat *Sultanus*, conſcenſoque muro hoſtem ſub eo conſidentem inſpectavit. Victoria alacris *Muſulmannus* exercitus, qui in urbe clauſus fuerat, exit, ſeque *Sultano* aggregans, cum reliquis copiis noſtris exercitui *Francico* circumfunditur, ab omnibus lateribus indagine incluſo. Eo peracto noſtri abſiſtunt a pugnando poſt preces meridiei, ut jumenta aquatum mitterent, ipſique paululum requietis caperent. Remiſſum ea conditione, ut ſtatim atque pauxillulum reſpiraſſent, pugnæ ſe redderent, atque certamini inſtarent. Quum tamen haud multum ſeper-

ولما كان صبيحة السبت اصبح الناس علي القتال وانفذ السلطان طايفة من شجعان المسلمين الي البحر من شمالي عكا ولم يكن هناك للعدو خيم لكن العسكر كان قد امتد جريدة الي البحر فحملوا عليهم فانكسروا بين ايديهم كسرة عظيمة وقتلوا منهم جمعا كثيرا وانكف السالمون منهم الي خيامهم وهجم المسلمون خلفهم الي اوايل خيامهم وانفتح الطريق الي عكا من باب القلعة المسماة بقلعة الملك الي باب قراقوش الذي جدده وصار الطريق مهيعا يمر فيه السوقي ومعه الحوايج ويمر به الرجل الواحد والمراة والبزك بين الطريق وبين العدو مانعا من يخرج من عسكرهم ان يدخل ودخل السلطان في ذلك اليوم الي عكا وبرقي علي السور ونظر الي عسكر العدو تحت السور وفرح المسلمون بنصر الله وخرج العسكر الذي كان بها في خدمة السلطان واستدار العسكر الاسلامي حول العسكر الفرنجي واحدقوا بهم من كل جانب ولما استقر به ذلك تراجع الناس عن القتال وذلك بعد صلاة الظهر لسقي الدواب واخذ الراحة وكان نزولهم علي انهم اذا اخذوا حظا من الراحة عادوا الي القتال لمشاجرة القوم

perforet diei, tædiumque & laſſitudo inceſſiſſent, ad prælium non eſt reditum hoc quidem die: ſed ea mente a noſtris traducta nox eſt, ut ad primum lucis inſequentis exortum dimicationem redordirentur, bona cum ſpe profligatum jam opus penitus fore conficiendum: quum hoſtis ſuis ſe contineret tentoriis, nemine prorſus prodeunte. Solis ergo die, tertio *Sjabani*, ſummo mane in prælium armant ſeſe inſtruuntque noſtri, circulique in morem hoſtem circumdant: quem ut obruere obſtinarant animis, ita duces, & maxima exercitus pars ad pedes deſcenderunt, mediis in caſtris tentoriiſque eorum manus conſerturi. In procinctu quum ſtarent, viſum ducibus nonnullis ad inſequentis feriæ ſecundæ diluculum remitti proferendam, peditemque interea intromittendum in urbem, qui cum univerſo præſidio portis egreſſus a tergo immineret, dum copiæ *Iſlamiticæ* ſeſe undique, ab exteriori parte, inveherent, uniuſque viri conflictatum darent impetum. Omnem hanc rerum molem ipſe per ſe ſuſtinebat, obibatque, *Sultanus*, nullo in loco ceſſans, ubique promtus ac præſens; præ ſtudii vehementia, enixiſſimaque ſolicitudine *Orbam referens matrem*. Sane a nonnemine mihi medicorum ejus relatum, Eum a die *Veneris* ad diem *Lunæ* nihil, vel parum admodum cibi guſtaſſe, ob immodicam illam, qua angebatur, curam. Prout decretum fuerat, faciunt. Hoſtis contra validiſſime propulſare, ſuiſque in tentoriis ſeſe defenſare. Ibi tum *forum ferbuit præliare*, ubi *ſpiritus* pro pretioſis adſpiratiſque rerum *vendebantur*: *cœlumque* procelloſum *hujus digladiationis* capitibus *perpluebat* eorum, qui ipſi *capita* erant, & dignitate eminebant; uſque ad diem *Veneris*, octavum *Sjabani*.

القوم وضاق الوقت واخذ الضجر والتعب من الناس فلم يرجعوا الي القتال في ذلك اليوم وبات الناس علي انهم يصبحونهم بكرة الاحد الي القتال رجا المناجزة بالكلية واحتوي العدو في خيامهم بحيث لم يظهر منهم احد ولما كان بكرة الاحد ثالث شعبان تعبي الناس القتال واحلقوا بالعدو وعزموا علي مهاجمة القوم وعلي ان تنزجل الامراء ومعظم العسكر ويقاتلون العدو في خيامه فلما تهيأوا لذلك راي بعض الامراء تاخير ذلك الي بكرة الاثنين رابع شعبان وان يدخل الراجل كله الي داخل عكا ويخرجوا مع العسكر المقيم بالبلد من ابواب البلد علي العدو من ورايه وتركب العساكر الاسلامية من خارج من ساير الجوانب ويحملوا حملة الرجل الواحد والسلطان يعاني هذه الامور بنفسه ويصافحها بذاته لا يتخلف عن مقام من هذا المقامات وهو من شدة حرصه ووفور همته كالوالدة الثكلي ولقد اخبرني بعض اطبايه انه بقي من يوم الجمعة الي يوم الاحد لم يتناول من الغذا الا شيا يسيرا لفرط اهتمامه وفعلوا ما كان عزم عليه واشتدت منعة العدو وحمي نفسه في خيامه ولم تزل سوق الحرب قايمة تباع فيها النفوس بالنفايس وتمطر سماء حربها الروس من كل ريبس ومنزليس حتي كان يوم الجمعة ثامن شعبان

CAPUT QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

Retrocedunt noſtri ad Tel Ajadiam.

EO die hoſtis ipſe caſtris educere ſtatuit, proceſſitque peditatus ſimul, ſimul equitatus, ſe per colles extendens, lento compoſitoque gradu: nuſquam diſſoluti, nuſquam extra peditum ordines,

ذكر تاخر الناس الي تل العياضية

ولما كان الثامن عزم العدو علي الخروج بجموعهم فخرج راجلهم وفارسهم وامتدوا علي التلول وساروا الهوينا غير مفرطين في انفسهم ولا خارجين من

Digitized by Google

qui muri ſtructi inſtar equitem circumſepiebant, excurrentes: ſed alii aliorum veſtigiis preſſe inſiſtentes. Sic appropinquatum ad tentoria ſtationarii noſtri præſidii. Hanc hoſtium audaciam cernentes *Muſulmanni* procurrunt, & ſtrenuiſſimi quique ac fortiſſimi bellorum athletæ adverſarios ſubſiſtunt excipiuntque. *Sultanus* ipſe copias omnes ad *Iſlamiſmum* propugnandum magno clamore evocat excitatque. Tum vero equite ſimul ac pedite, juvene pariter ac ſene conglobato, univerſi in hoſtem feruntur, eumque unius viri impetu invadunt. Repulſus ille retro veſtigia legit, gladio noſtro in eum deſæviente; paſſimque vulneratis aliis, aliis ſtratis & abjectis, tam trepida fuga funduntur, ut per occiſos ſaucii eniterentur, ſine ulla ſtratorum cura, atque ita tandem in tentoria ſua evaderent. A pugna deinde per aliquot dies abhorruere, id modo agentes, ut vitam caputque ſartum tectum conſervarent. Quum autem hoc pacto aditus ad *Ptolemaidem* patefactus nobis atque permunitus eſſet, ultroque ac citro commearent *Muſulmanni*, ego quoque in urbem ingreſſus, mœnia conſcendi, tormentumque e muro in hoſtem intorſi, divinitus directum; neque enim vel die, vel nocte, certamina in totum conquieſcebant. Die undecimo autem *Sjabani* viſum *Sultano*, ut tergiverſantes in aciem eliceret, circulum, quo obſeſſi tenebantur, relaxare, atque impedimenta transferre in *Tel Ajadiam*, qui tumulus e regione *Collis precantium*, ubi caſtra erant hoſtilia, urbi imminet. Hac in ſede moritur *Huſamoddinus Dimanus*, heroibus accenſitus; qui humatus eſt ad pedem hujus tumuli. Magna frequentia antiſtitum ei parentatum nocte iduum *Sjabani*; tertia ejus vigilia labente; quem Deus miſericordia ſua proſequatur.

من راجلهم والرجالة حولهم كالسور المبني
ينتلو بعضهم بعضا حتي قاربوا خباء الملك
ولما راي المسلمين ذلك واقدام العدو عليهم
شدوا وتنازعت الشجعان وتنازلت الكماة
الي الاقران وصاح السلطان بالعساكر
الاسلامية يا لل للاسلام فركب الناس
باجمعهم ووافق فارسهم راجلهم وشابهم
شيخهم وحملوا حملة الرجل الواحد علي
العدو المخذول فعاد ناكصا علي عقبه
والسيف يعمل فيهم والسالم منهم جريح
والجريح طريح مشتدون هزيمة يعبر
جريحهم بقتيلهم ولا تلوي الجماعة منهم
علي قتيلهم حتي لحق الغمام من سلم
منهم وانكفوا عن القتال اياما وكان
رايهم ان يحفظوا نفوسهم ويحرسوا رؤسهم
واستغر فتح طريق عكا والمسلمون يترددون
اليها وكنت ممن دخل ورقا علي السور
ورمي العدو بما يسر الله تعالي من
فوق السور ودام القتال بين الفئتين
متصلا الليل والنهار حتي كان الحادي
عشر من شعبان وراي السلطان توسيع
الدايرة عليهم لعلهم يخرجون الي مصافهم
فنقل النقل الي تل العياضية وهو
تل قبالة تل المصليين مشرف علي
عكا وخيام العدو وفي هذه
المنزلة توفي حسام الدين ظمان
وكان من الشجعان ودفن في
سفح هذا التل وصليت عليه مع جماعة
من الفقهاء ليلة نصف شعبان وقد
مضي من الليل هزيع رحمه
الله ✡

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Conflictus Arabes inter & hoſtem.

ذكر وقعة جرت للعرب مع العدو

COnflictui tum novo anſam præbuit, quod allatum nobis eſſet, permultos hoſtium pabulatum exire a parte fluvii, herbida illius ſecutos. Iis inſidiatricem appoſuit *Sultanus* turmam *Arabum*, quibus

وكان سبب ذلك انه بلغنا ان جمعا
من العدو يخرجون للاحتشاش من طرف
النهر مما ينبت عليه فكمن السلطان لهم
جماعة من العرب وقصد العرب لخفتهم
علي

على خيلهم وامنه عليهم فخرجوا ولم يشعروا فهجموا عليهم وقتلوا منهم خلقا عظيما واسروا جماعة واحضروا رؤسا عدة بين يديه فخلع عليهم واحسن اليهم وكان ذلك في السادس عشر وفي عشية ذلك اليوم وقع بين العدو وبين اهل البلد حرب عظيم قتل فيه جمع عظيم من الطايفتين فطال الامر بين الفيئتين وما بخلوا يوم من قتل وجرح وسبي ونهب وانس البعض بالبعض بحيث ان الطايفتين كانا يتحدثان ويتركان القتال وهما غني البعض ويرقص البعض لطول المعاشرة ثم يرجعون الي القتال بعد ساعة وكان الرجال يوما من الطايفتين قد سيموا من القتال فقالوا الي كم تقاتل الكبار وليس للصغار حظ نريد ان يصطرع صبيان منا ومنكم فاخرج صبيان من البلد الي صبيان من الفرنج واشتد الحرب بينهم فوثب احد الصبيين المسلمين الي احد الكافرين فاختطفه وضرب به الارض وقبضه اسيرا فاشتراه بعض الفرنج بدينارين وقالوا هو اسيرك حقا فاخذ الدينارين واطلقه وهذه نادرة غريبة ووصل للفرنج مركب فيه خيل فهرب منها فرس ووقع في البحر ولا يزال يسبح وهم حوله يردونه حتي دخل مينا عكا واخذه المسلمون

bus potissimum hanc curam credidit ac delegavit, ob miram in equis velocitatem. Hi nec opinato egressi, irruentesque, late stragem dederunt, multosque in vincula abripuerunt. Relata magno numero occisorum capita *Saladino* offeruntur: a quo victores veste magnifica decorantur, aliisque beneficiis. Id in decimum sextum incidit diem; ad cujus vesperam atrox quoque collisio extitit inter hostem & oppidanos, qua complures utraque ex parte absumti. Ceterum longum inter partes erat negotium; nullo omnino die abeunte, quo non cædes, vulnera, hominumque ac prædarum abactiones miscerentur. Assuefiebant quin imo sibi invicem, intermissaque pugna colloquiis vacabant; eoque processit longa familiaritas, ut ad cantum quoque alterius, alter saltaret: brevique post ad dimicandum rediretur. Die quodam evenit, ut viris jam pugnandi taedio correptis hinc & illinc dicerent, quousque tandem grandiores natu decertarent, minoribus natu nullam vicem certaminis capessentibus: fert animus ut parvuli utrimque pugnam capessant. Educuntur ex oppido duo pueruli, cum duobus puerulis *Francorum* depugnaturi. Post acre duellum insilit unus Fidelium puerorum, in unum infidelium, eumque abripit, & terræ affligit; pro captivoque suo comprehendit. Illum *Francus* aliquis duobus aureis redemit; agnoscebant enim veri nominis esse captivum. Pretio persoluto vinculis exsolvitur. Rarus enimvero miruſque usus! Pro bono omine etiam acceptum, quod quum e navi, quæ recens *Francis* advenerat, equus excidisset in mare, is natando, quantumvis eum retrahere conarentur, evaserit in portum *Ptolemaidis*, atque a nostris fuerit captus.

CAPUT SEXTAGESIMUM.

ذكر المصاف الاعظم علي عكا

وذلك انه لما كان يوم الاربعا الحادي عشرين تحركت عساكر الفرنج حركة لم تكن لهم بمثلها عادة فارسهم وراجلهم وكبيرهم وصغيرهم فاصطفوا خارج خيمهم قلبا وميمنة وميسرة وفي القلب

Prælium maximum ad Ptolemaidem.

VIcesimo & primo deinde mensis hujus, qui *Mercurii* erat dies, insolito plane motu *Francorum* exercitus consurgunt, equites, pedites, senesque adeo ac pueri: castrisque egressi justam in aciem instruuntur, mediam, dextram, si-

Digitized by Google

niſtram. Mediam obtinebat Rex, ante quem Euangelium portabatur veſte ſerica involutum, coopertumque, cujus quatuor extremitates a quatuor hominibus ſuſtinebantur, qui Regem præcedebant. Dextra acies ſeſe ſiniſtræ exercitus *Iſlamitici* oppoſita extendebat, quam late ea a primo ad extremum protendebatur. Similiter ſiniſtra hoſtium e regione dextræ noſtræ ſeſe diffundebat. Summos colles ita occuparant, ut extrema eorum dextra ad fluvium, extrema ſiniſtra ad mare pertineret. Quod ad victorem exercitum *Iſlamiticum* attinet; *Sultanus* præconibus dimiſſis quum quaquaverſum proclamari juſſiſſet, *Heus ad Iſlamiſmum! heus exercitus Unitariorum!* ſimul omnes in equos eſcenderunt, *animas ſuas pro paradiſo vendere* parati, atque ante tentoria ſua in acie conſtitere; dextra ad mare, ſiniſtra conſimiliter ad fluvium ſeſe explicante. Namque beatæ memoriæ princeps in ipſa caſtrorum metatione formam juſtæ aciei perpetuo obſervabat, ut quum tumultus aliquis increpuiſſet, ad armaque conclamatum eſſet, haud neceſſe foret de novo ad prælium inſtruere. Medium & ipſe obtinebat. In dextro cornu proxime locatus erat *Almalichus Alaphdalus*; dein copiæ *Moſuliticæ*, ductore *Dahroddino* filio *Jalankeri*: inde porro copiæ *Diarbetrenſes* ſub ductu auſpiciiſque *Kotboddini*, filii *Noureddini*, *Elhiſni* principis. Item *Huſamoddinus* filius *Lasjini*, princeps *Neapolis*, nec non *Tawasjius Kaimazus Nasjmæus*, denſis cum globis extremum cornu attingebant; ubi numeroſiſſimo cum exercitu ſuo ſeſe collocarat *Almalichus Almodafferus Takaddinus*, mari e propinquo imminens. Primam ſiniſtram aciem, qua parte mediam contingebat, firmabat *Saiphoddinus Ali Mesjtoubus*, & *Ali Ibn Ahmed*, e præcipuis Curdorum regulis, & *Emir Mosjalli*, & multitudo *Mehranæorum*, *Hacaræorumque*: item *Mosjahiddoddinus Jerankasjus* exercitui *Sinjarenſi* præpoſitus, cum turba *Mamlouchorum*. Inde porro *Modafferedinus* filius *Zineddini* cum numeroſiſſimis ſuis copiis. Extremam ſiniſtram efficiebant præcipui *Mamluchorum Aſadæorum*, ut *Saiphoddinus Jazkusjus*, & *Riſlanus Boga*, reliquaque *Aſadæorum* manus, quorum bellica virtus proverbio nobilitata eſt. Mediam pugnam ſua cum manu tutabatur Antiſtes *Iſa*. Inter hæc *Sultanus* agmina ipſe

القلب الملك وبين يديه الانجيل محمولا
مستورا بثوب اطلس مغطي يمسكه اربعة
انفس باربعة اطرافه وهم يسيرون بين
يدي الملك وامتدت الميمنة في مقابلة
الميسرة التي لعسكر الاسلام من اولها
الي اخرها وكذلك ميسرة العدو في
مقابلة ميمنتنا الي اخرها وملكوا روس
التلال وكان طرف ميمنتهم الي النهر
وطرف ميسرتهم الي البحر واما العسكر
الاسلامي المنصور فان السلطان امر
الجاويش ان نادي في الناس يا
للاسلام وعسكر الموحدين ركب الناس
وقد باعوا انفسهم بالجنة ويقفون بين
يدي خيامهم وامتدت الميمنة الي البحر
والميسرة الي النهر كذلك ايضا
وكان رحمه الله قد انزل الناس في
الخيم ميمنة وميسرة وقلبا تعبية الحرب
حتي اذا وقعت صيحة لا يحتاجون
الي تجديد ترتيب وكان وهو في القلب
وفي ميمنة القلب ولده الملك الافضل
ثم عسكر الموصلة يقدمهم ظهر الدين
بن البلنكري ثم عسكر ديار بكر
في خدمة قطب الدين بن نور الدين
صاحب الحصن ثم حسام الدين بن
لاجين صاحب نابلس ثم الطواشي
قايماز النجمي وجموع عظيمة متصلين
بطرف الميمنة وكان في طرفها الملك
المظفر تقي الدين بجحفله وعسكره
وهو مطل علي البحر واما اوايل الميسرة
فكان مما يلي القلب سيف الدين علي
المشطوب وعلي بن احمد من كبار ملوك
الاكراد ومقدمهم والامير مجلي وجماعة
المهرانية والهكارية ومجاهد الدين
يرنقش مقدم عسكر سنجار وجماعة من
المماليك ثم مظفر الدين بن زين الدين
بجحفله وعسكره واواخر الميسرة كبار
المماليك الاسدية كسيف الدين يازكج
ورسلان بغا وجماعة الاسدية الذين
يضرب بهم المثل ومقدم القلب الفقيه
عيسي وجمعه هذا والسلطان يطوف علي
الاطلاب ينفسه يحثهم علي القتال
ويدعوهم

ويدعوهم الي النزال ويرغبهم في نصرة
دين الله ولم يزل القوم يتقدمون
والمسلمون يقدمون حتي علا النهار
ومضي فيه مقدار اربع ساعات وعند
ذلك تحركت ميسرة العدو علي ميمنة
المسلمين واخرج لهم الملك المظفر الجاليش
وجري بينهم قلبات كثيرة وتكاثروا علي
الملك المظفر وكان في طرف الميمنة علي
البحر فتراجع عنهم شيا اطماعا لهم
لعلهم يبعدون عن اصحابهم فينال منهم
غرضا فلما راي السلطان ظن به ضعفا
وامده باطلاب عدة من القلب حتي قوي
جانبه وتراجعت ميسرة العدو واجتمعت
علي تل مشرف علي البحر ولما راي
الذين في مقابلة القلب ضعف القلب ومن
خرج منه من الاطلاب داخلهم الطمع
وتحركوا نحو ميمنة القلب وحملوا حملة
الرجل الواحد راجلهم وفارسهم ولقد
رايت الرجالة تسير سير الخيالة ولا
يسبقونها وهم يسوقون حينا وجات
الحملة علي الديار البكرية كما شاء الله
تعالي وكان بهم غرة عن الحرب فتحركوا
بين يدي العدو وانكسروا كسرة عظيمة
وسري الامر حتي انكسر معظم الميمنة
واتبع العدو المنهزمين الي العياضية
فانهم استداروا حول التل وصعد
طايفة من العدو الي خيمة السلطان
فقتلوا طشتدارا كان هناك وفي
ذلك اليوم استشهد اسماعيل المكبس
وابن رواحه رحمهما الله واما الميسرة
فانها ثبتت فان الحملة لم تصادفها واما
السلطان اخذ يطوف علي الاطلاب
فينهضهم ويعدهم الوعود الجميلة ويحثهم
علي الجهاد وينادي فيهم يا ال
الاسلام ولم يبق معه الا خمسة
انفس وهو يطوف علي الاطلاب
ويتخارق الصفوف واوي الي تحت
التل الذي كان عليه الخيام واما
المنهزمون من العسكر فانه
بلغت هزيمتهم الي الفخوانة
قاطع جسر طبرية وتم منهم
قوم

ipse circumequitabat ad prælium omnes stimulans, utque pro Religionis triumpho acriter depugnarent, eos hortans accendensque. Jam increscens dies quatuor horarum spatium erat emensus, quum gradum inferente hostili populo, inferente item *Musulmanno*, illorum sinistra in nostram dextram prorumpit: adversus quos *Almalichus Almodafferus* emisit sagittarios, variam cum iis fortunam expertos. Sed quum multitudine eorum prægravaretur tandem, curans extremam, ut dixi, dextram quam proxime mare, paululum retrocessit, ut cupidius secuturos longius a suis avelleret, in iisque tum scopum suum consequeretur. Id quum conspexisset *Sultanus*, debilitatem esse ratus, lectissima ei, e media acie, agmina firmamentum submisit, ita ut latus illud iterum prævaleret; & sinistra hostilis pedem referens sese conglomeraret in tumulum mari imminulum. Ibi tum *Cordis* nostri infirmitate notata ab iis, qui ad mediam aciem stabant oppositi, quantumque inde lectissimorum subsidiorum excessisset, cupiditate incessuntur, moventurque adversus dextram nostram *Cordi*, sive mediæ pugnæ, contiguam, uniusque viri impetu irrumpunt pedes simul equesque, pedite, quod oculis meis vidi, equitem currendo æquante, nec sane præverso, quantumvis equos nonnunquam permitterent. Impressio hæc, ita volente Numine, ingruit in *Diarbecrenses* de bello nimis quam securos, qui impulsi ab hoste, fœda fuga franguntur, strage latius mox grassante, & maximam dextræ aciei partem involvente. Fusos fugatosque persequitur hostis usque ad *Alajadiam*, circumdatoque colle illo, scandit, perrumpitque turma eorum in tabernaculum usque *Sultani*, ubi *pelvigerum* obtruncant. Occubuere quoque pro religione *Ismaëlus Elmocabbisus*, & *Ibn Rawaha*, quorum misereatur Deus. Sinistra nostra interim stabilis perseverabat, quippe ad quam impressio non pervenerat. *Sultanus* vero occœpit obequitare agmina, splendidisque promissis excitare, atque exstimulare ad fortem fidelemque Religioni operam navandam, *Heus ad Islamismum* ingeminans identidem. Ita cum quinque tantum, qui apud eum remanserant, turmas circumvolabat, & ordines perequitabat rapidi turbinis instar. Recepit se deinde ad collem illum, ubi castra fuerant posita, & unde, qui fusi fugatique fuerant

rant in exercitu, delati erant ad *Phechwanam*, ultra pontem *Tiberiadis*, quin imo *Damaſcum* uſque nonnulli fuerant perlati. Eos tamen ultra *Elajadiam* non fuerant inſecuti, qui veſtigiis inhæſerant, ſed quum eos in montem evaſiſſe vidiſſent, retroceſſerant, atque ad exercitum ſuum ſeſe retulerant, in quos quum incidiſſet ſervorum mulionumque & equiſonum turba, mulis vectariis fugam arripientium, compluribus eorum conciſis, devenerunt ad forum noſtrum militare, ubi cædunt ſimul, & cæduntur, quod conferta ibi multitudo eſſet armis probe inſtructa. At illi, quos dixi ad tabernacula *Sultanica* uſque eſcendiſſe, (ubi nihil omnino attigerunt, niſi quod tres illos ſupra memoratos occiderint) quum ſiniſtram noſtram ſuo in gradu firmam ſtabilemque minime advertiſſent, ſemiplenamque tantum ac imperfectam eſſe cladem intellexiſſent, e colle deſcendentes exercitum ſuum repetere coeperunt. Sub colle cum pauciſſimis adſtabat *Sultanus* diſperſos colligens, utque impetum in hoſtem renovarent inhortans. Hi quum *Francos* e colle deſcendentes obſervaviſſent, pugnam adverſis eos ſibi depoposcerunt. Eos jubet *Sultanus* pati, donec terga vertiſſent, prout mox in curſum effunduntur ſuos petituri. Tum ad clamorem illius in ipſos invehuntur, multoſque eorum proſternunt; gliſcenteque ardore, ac ſtudiis accenſis, noſtri poſt eos magis magiſque condenſentur: atque ita pulſi cæſique a tergo tandem ad ſuos perveniunt; qui quum eos cernerent in fugam conſternatos, *Muſulmannis* veſtigio hærentibus magno numero, opinati ſunt, eos qui impreſſionem illam ſuperiorem fecerant, deletos eſſe, atque exiguam hanc portiunculam tantum inde evaſiſſe: clademque hoc pacto in ipſos eſſe revolutam. In trepidiſſimam proinde fugam concitantur; adverſus quos ſeſe ſiniſtra tunc noſtra commovit. *Almalichus Almodafferus* quoque cum globis e dextra noſtra reliquis, in prælium revertit; ubi tum cohortantibus ſeſe mutuo Viris, & turmatim undique bellico ſub clamore redeuntibus ad pugnam, *mendacii convicit Satanam Deus, Fidemque reddidit triumphatricem*, noſtris cædendo, ſternendo, feriendo, ſauciandoque uſque pergentibus, donec qui fuga ſeſe eripuerant caſtra ſua attigiſſent: in quæ quum eodem impetu ſeſe

قوم الي محروسة دمشق فاما
المتبعون لهم فانهم اتبعوهم الي العباضية
فلما راوهم قد صعدوا الي الجبل رجعوا
عنهم وجاوا عايدين الي عسكرهم
فلقيهم جماعة من الغلمان والخربندية
والسماسة منهزمين علي وشال الجمل
فقتلوا منهم جماعة ثم جاوا علي راس
السوق فقتلوا جماعة وقتل منهم جماعة
فان السوق كان فيه خلق
عظيم ولم سلاح واما الذين
صعدوا الي الخيام السلطانية
(فانهم لم يلتمسوا فيها شيا
اصلا سوي انهم قتلوا من
ذكرنا وهم ثلثة نفر) راوا
ميسرة الاسلام ثابتة فعلموا ان
الكسرة لا تتم فعادو منحدرين
من التل يطلبون عسكرهم
واما السلطان فانه كان
واقفا تحت التل ومعه نفر
يسير وهو يجمع الناس ليعودوا
علي الحملة علي العدو فلما
راوا الافرنج نازلين من التل
ارادوا لقاهم فامرهم بالصبر
الي ان ولوا ظهورهم واشتدوا
يطلبون اصحابهم فصاح في الناس
وحملوا عليهم فطرحوا منهم جماعة
فاشتد الطمع فيهم وتكاثر الناس
وراهم حتي لحقوا اصحابهم والطرد
وراهم فلما راوهم منهزمين والمسلمون
وراهم في عدد كثير ظنوا ان من حمل
منهم قد قتل وانهم انما نجي منهم
هذا النفر فقط وان الهزيمة قد عادت
عليهم فاشتدوا في الهرب والهزيمة
وتحركت الميسرة عليهم وعاد الملك
المظفر بجمعه من الميمنة
وتحيات الرجال وتداعت وتراجع
الناس من كل جانب وكذب
الله الشيطان ونصر الايمان وظل
الناس في قتل وطرح وضرب وجرح
الي ان اتصل المنهزمون السالمون
الي عسكرهم فهجم المسلمون
عليهم

سلبهم في الخيام فخرج منهم
اطلاب كانوا اعدوها خشية
من مثل هذا الامر مستريحة
فردوا المسلمين وكان التعب
قد اخذ من الناس والعرق قد الجمهم
فرجع الناس عنهم بعد صلاة العصر
يخوضون في القتلي ودمايهم الي خيامهم
فرحين مسرورين وعاد السلطان في
ذلك اليوم الي خيمته فرحا مسرورا
وجلسوا في خيمته يتذاركون من فقد
منهم وكان مقدار من فقد من الفرنج
المجهولين ماية وخمسين نفرا ومن
المعروفين استشهد ظهر الدين اخو العقيه
عيسي ولقد رايته وهو جالس يضحك
والناس يعزونه وهو ينكر عليهم ويقول
هذا يوم الهنا لا يوم العزا وكان هو
قد وقع من فرسه واركبه قرايبه وقتل
عليه جماعة من اقاربه وقتل في
ذلك اليوم الامير مجلي هذا الذي
قتل من المسلمين واما من العدو
المخذول فحزر قتلاهم سبعة الاف
نفر وراينهم وقد حملوهم الي شاطي
النهر ليلقوا فيه فحزرتهم بدون سبعة
الاف ولما تم علي المسلمين من الهزيمة
ما تم وراوا الغلمان يخلي الخيام عن من
يعترض عليهم (فان العسكر انقسم
الي قسمين منهزمين ومقاتلين فلم
يبق في الخيم احد ورانا) فظنوا ان
الكسرة تتم وان العدو ينهب جميع
ما في الخيم فوضعوا ايديهم في الخيام
ونهبوا جميع ما كان فيها وذهب من
الناس اموال عظيمة وكان ذلك
اعظم من الكسرة وقعا ولما عاد السلطان
الي الخيم وراي ما قد تم علي الناس
من نهب الاموال والهزيمة سارع في
الكتب والرسل في رد المنهزمين وتتبع
من شذ من العسكر والرسل
تتابع في هذا المعني حتي بلغت
عقبة فيق واخذوهم يا لكسرة
يا لعكرة للمسلمين فعادوا وامر
بجمع الاغشة من اكف الغلمان الي
خيمته

sese intulisset *Musulmanni*, eos in tentoriis obtrituri, promicantes subsidiariæ turmæ, consimile in discrimen sepositæ ad relaxamentum, nostros repulere quos ceteroquin jam lassitudo penitus perceperat, atque quibus *sudor ora capistrarat*. Igitur post preces pomeridianas ab iis absistunt, *in occisos eorumque sanguinem altius immerso pede* tentoria sua repetentes, omnibusque lætitiis incessentes. Gaudiis quoque delibutus omnibus *Sultanus* istoc die in tabernaculum suum sese refert, ubi ad calculos assedere, numerum inituri eorum qui deficerentur. Desiderati ex famula & obscura turba centum & quinquaginta. Ex illustribus martyr occubuit *Dahroddinus* frater Antistitis *Isa*; quem vidi præsidentem ad officia & alloquia condolentium sedere, tanquam ad absurdum atque abhorrens aliquid; testarique hunc sibi diem congratulationis potius videri quam consolationis. Is ex equo prociderat, in eumque repositus ab iis qui lateri adhærebant, eorum cum turba ibi procubuit. *Emir Mosulli* quoque hoc die interfectus est. Atque hi sunt qui ex *Musulmannis* mortem oppetiere. Ex hoste occisorum numerus conjectando initus, septem millia æquavit. Hanc ferme summam ipse subduxi, quum mortuos eorum ad ripam fluvii deportari prospectarem, in eumque projici. Jam vero quum fugam illam *Musulmannorum* priorem, defensoribusque vacua tentoria conspexissent nostra servitia (etenim exercitus universus duas in partes fuerat divisus, fugientium alteram, alteram in aciem regredientium, nemine omnino in castris remanente) in eam adducti sunt opinionem, universalem esse cladem nostram; hostemque mox castra esse direpturum. Itaque manus suas tentoriis admoliti, ipsi cuncta agere ac ferre occœpere, ingentesque ibi divitiæ diffipatæ sunt: quod ipsa illa clade gravius accidit. At *Sultanus*, quum ad castra revectus, hanc fœdam opum direptionem & fugam animadvertisset, literas nunciosque dimisit quam celerrime, ad dilapsos revocandos, dispersosque recolligendos, aliosque & alios identidem, iisdem cum mandatis, submisit. Ii ad *Phyki* montis confragosa fugientes affecuti, eos revocarunt, increpantes solennibus illis formulis, quibus *Musulmannus* miles ad redintegrandum adversus hostes impetum accenditur. Sic

reductis quibuſdam, quos pavor abſtulerat, imperat *Sultanus* ut ſuppellectilia e manibus ſervitiorum erepta comportarentur in prætorium, uſque ad equorum ſtragula, & ſaccos pabulatorios, atque ante ipſum in tabernaculo exponerentur. Ibi aſſidens ipſe, nobis circumſtantibus, omnibus qui aliquid pro ſuo recognoſcerent, interpoſito jurejurando, res ſuas reddi curabat: quæ quidem negotia firmo corde, amplo pectore, vultu exporrecto, rectoque, ac nuſquam impingente, judicio ipſe ſolus adminiſtrabat, uni Deo innixus, in ejuſque religione defenſanda tota mente deditus atque defixus. Longe diverſus ad ſua caſtra reditus hoſti contigerat, quorum inſignes bellatores cæſi, ſtrati duces, reguli deſiderati. Mandatu *Sultani* egreſſa *Ptolemaide* plauſtra ſtrata hoſtium cadavera ad oram fluvii devexere, in eumque projecere. Narravit mihi non nemo eorum, quibus cura plauſtrorum fuerat delegata, ſe filum ſumſiſſe, nodumque nexuiſſe quotieſcumque cæſum aliquem ſuſtuliſſet: quorum numerus ex ſiniſtra acie excreverit ad quatuor millia, centum, *fractamque* quandam *acceſſionem*. Reſtitiſſe dextra, mediaque pugna concifos, quos non pernumerarit, quia alius id negotii procurabat. Superfuit hoſti poſt hanc cladem is tantum, cui ſuam ipſius vitam tutari ſatis videbatur: continueruntque ſuis ſeſe caſtris, atque ut legiones copiaſque *Muſulmannorum* laceſſere auderent. Ex illis exercitibus noſtris diſſipata & dilapſa fuerat ingens multitudo per trepidam illam fugam: unde vix alii reverterant, quam nobilia quædam & multo cariſſima capita: reliquam turbam eadem trepidatio diverſa per itinera abſtulerat. *Sultanus* interim, ut ſupra tetigi, disjectas ſupellectiles opeſque omnes ſuis reſtituere dominis aggreſſus, eam rem ubique per exercitus pronunciari vulgarique curaverat: additis præconio minis ac terroribus, ſi quid ſuis intervertiſſet. Ipſe autem iſtam reſtitutionem diſtributionemque adminiſtrandam quum ſuſcepiſſet, ingens omnis ſupellectilis modus numeruſque in tabernaculum ipſius convehebatur, ſic ut qui ab una acervi extremitate conſediſſet, videre non poſſet eum, qui ab altera extremitate conſidebat. Tum per præconem citari juſſit, quibus aliquid deperiiſſet, in urbemque circumſtabant, qui acceſſerant; ubi

خيمته حتي جلالات الخيل والبغالي
بين يديه في خيمته وهو جالس ونحن
حوله وهو يتقدم الي كل من عرف
شيا وحلف عليه يسلم اليه وهو يلقي
هذه الاحوال بقلب صلب
وصدر رحب ووجه منبسط
ورأي مستقيم غير مختبط
واحتساب لله تعالي وقوة عزم
في نصرة دين الله واما العدو
المخذول فانه عاد الي خيمته
وقد قتلت شجعانهم وطرحت
مقدموهم وفقدت ملوكهم فامر
السلطان ان خرج من عكا
عجل يسحبون القتلي منهم
الي طرف النهر ليلقوا فيه
ولقد حكا لي بعض من ولي
امر العجل انه اخذ خيطا
وكان كلما اخذ قتيلا عقد
عقدة فبلغ عدد قتلي الميسرة
الي اربعة الاف ومائة وكسر
وبقي قتلي الميمنة وقتلي القلب
لم يعدهم فانه ولي امرهم غيره
وبقي من العدو بعد ذلك من
حمي نفسه واقاموا في مخيمهم
لم يكترثوا بجحافل المسلمين
وعساكرهم وتشتت من عساكر
المسلمين خلق كثير بسبب الهزيمة
فانه ما رجع منها الا رجل
معروف يخاف علي نفسه والباقون
هربوا في حال سببهم واخذ
السلطان في جميع الاموال المنهوبة
واعادها الي اصحابها واقام
المنادية في العساكر وقرن الندا
بالوعيد والتهديد وهو يتولي
تفرقتها بنفسه بين يديه واجتمع
من الاغشية عدة كثير في خيمته
حتي ان الجالس في احد
الطرفين لا يري الجالس في الطرف
الاخر واقام من ينادي علي من ضاع
منه فحضر الخلق وصار من
عرف شيا واعطا علامته حلف
واخذه

واخذه من الحبل والمخلاة الي
الهمبان والجوهر ولقي من ذلك
مشقة عظيمة ولا يزي ذلك الا
نعمة من الله تع يشكر عليها ويسابق
ببذل القبول اليها ولقد حضرت يوم
تفرقته الاقشة علي لربابها فرايت سوقا
للعدل قايمة لم ير في الدنيا اعظم
منها وكان ذلك في يوم الجمعة الثالث
والعشرون من شعبان وعند انقضاء هذه
الواقعة وسكون ثايرتها امر السلطان
بالنقل حتي تراجع الي موضع يقال
له الخروبه خشية علي العسكر من
لرابيح الغبلي واثار الوقعة من الوخم
وهو موضع قريب من مكان الوقعة الا
انه ابعد عنها من المكان الذي كان نازلا
فيه بقليل وضربت له خيمة عند النقل
وامر لبزك ان يكون مقيما في المكان الذي
كان نازلا فيه وذلك في تاسع عشرين
واستحضر الامراء ولرباب المشورة في
سلخ الشهر ثم امرهم بالاصغاء الي
كلامه وكنت من جملة الحاضرين ثم قال
بسم الله والحمد لله والصلاة علي رسول
الله اعلموا ان هذا عدو الله وعدونا قد
نزل في بلدنا وقد وطي لرض الاسلام
وقد لاح لوابح النصر عليه ان شاء الله
تعالي وقد بقي في هذا الجمع اليسير
ولا بد من الاهتمام بقلعه والله قد وجب
علينا ذلك وانتم تعلمون ان هذا عساكرنا
ليس وراءنا نجدة ننتظرها سوي
الملك العادل وهو واصل وهذا
العدو ان بقي وطال امره الي ان
ينفتح البحر جاءه مدد عظيم والراي
كل الراي عندي مناجزتهم فلينجزنا
كل منكم ما عنده في ذلك (وكان
ذلك في ثالث عشر تشرين من
الشهور الشمسية) وامتخضت الاراء
وجري تجاذب في اطراف الكلام
وانفصلت لراءوهم علي ان المصلحة
تاخير العسكر الي الخروبة وان
يبقي العسكر اياما حتي يستجم
من حمل السلاح وترجع النفوس
اليهم

ubi quicunque aliquid pro ſuo agnoviſſet, ſignumque edidiſſet, præſtito jurejurando, id tollebat, a loro, & ſacco, uſque ad zonam, margaritumque. Hoc quamvis ei multum crearet moleſtiæ ac fatigationis, magni tamen beneficii loco habuit, divinitus in ſe collati, grataque ac prompta manu excipiendi. Ipſe huic diviſioni rerum in ſuos quarumque dominos interfui, ſpectavique *juſtitiæ forum ſummo in gradu vigens*, quo nullum in orbe illuſtrius unquam ſpectatum. Peractum eſt opus die *Veneris*, tertio ac viceſimo *Sjabani*. Hac pugna pugnata, ſedatoque ejus tumultu, imperat *Sultanus* ut impedimenta retro *Cherubam* verſus referrentur, ſollicitus ne noxam traheret exercitus ex odoribus occiſorum, aëriſque gravitate, cui veſtigia ſua prælium illud impreſſerat. Is locus non adeo multum quidem inde aberat; aliquanto tamen erat remotior. Tenſum ibi ei quoque tabernaculum, ſtationaria tantum turma in priori illo loco diſpoſita. Hæc acta undetricesimo menſis: cujus exitu duces conſiliariosque in prætorium convocavit, aurem ut inclinarent ad ſermonem ſuum edicens. In numero præſentium & ego eram. Tum ſic orſus eſt. *In nomine Dei; cui laus. Fauſta item precatio ſuper prophetam Dei. Scitote huncce Dei noſtrumque hoſtem in regionem noſtram immigraſſe, terramque Islamiſmi proculcaviſſe. Sed jam auſpicia refulgent Victoriæ, volente ac propicio Numine. Exigua ſupereſt ſumma. Ipſum ut radicitus hinc revellamus omni cura annitendum. Id divinitus nobis injunctum. Noviſtis nullas nobis eſſe ſuppetias quas reſpiciamus, præter Almalichum Aladilam, qui jam adfuturus eſt. Huic autem inimico ſi nos longius traxerit, donec clauſum aperiatur mare, ingentia adfluent auxilia. Omnis ergo conſilii apud me hæc ſumma eſt, hoc caput; acie cum ipſis decernere. Expediat nobis quiſque veſtrum quid hac de re ſentiat.* Conſultatio hæc congruit in viceſimum ac tertium *Tishrini*, ex menſibus ſolaribus. Ibi tum *agitata lactis inſtar in utre conſilia; anſæque diſputationis ultro citroque tractæ ac reciprocatæ.* Communibus ſententiis deciſum, omnino conſultiſſimum eſſe, retrocedere cum exercitu *Cherubam*, ut ibi aliquot dies recreent ſeſe ac refocillent, quibus arma gerenda, ſpiritumque recuperent: quippe quos laſſitudo pertentarit, quorum-

que animas penitus occuparit tædium; quod ſe gravatos cernant ultra quam ullæ tolerent vires. Periculoſiſſimæ rem hanc eſſe aleæ. Scilicet jam quinquaginta totos dies ſub armis, in equis, edurare homines. Ipſos jam equos conſertorum præliorum diſtædere, faſtidioque ac ſatietate inde reſilire. Quæ quum ita ſint, contra ubi vel particulam reſpirationis hauſerint, exhauſtos ſpiritus redituros. Adfuturum etiam *Almalichum Aladilum*, & tum conſilium tum operam conſociaturum. Reverſuros quoque qui ab exercitibus disjecti fuerint: atque ita peditatum peditatui fore opponendum. Quando autem *Sultanum* corripuiſſet alterati adfectio temperamenti, ex mole curarum, quibus cor ejus opprimebatur, atque ex intolerabili labore tum ſuſtinendorum armorum, tum deliberationum, hisce diebus, auribus animoque admiſit id quod dixerant, optimumque factu judicarant. Tranſportatur exercitus ad impedimenta tertio *Ramadani*. *Sultanus* hac ipſa nocte illuc ſe tranſtulerat; ubi curandæ valetudini ſe tenuit, uſque ad decimum *Ramadani*, ſimul copias recolligens, fratremque opperiens.

اليهم فقد اخذ منهم التعب واسولي علي نفوسهم الضجر وتكليفهم امرا علي خلاف ما تحمله القوي لا نامن غايلته والناس لهم خمسون يوما تحت السلاح وفوق الخيل والخيل قد ضجرت من عرك اللحم وسامت نفوسها ذلك وعند اخذ حظ من الراحة ترجع نفوسها اليها ويصل الملك العادل ويشاركنا في الراي والعمل ونستعيد من شذ من العساكر ونجمع الرجالة ليقفوا في مقابلة الرجالة وكان بالسلطان التباث مزاجي قد عراه ما كثره ما حمل علي قلبه وما عاناه من التعب بحمل السلاح والفكر في ذلك الايام فوقع ما قالوه وراوه مصلحة وكان انتقال العسكر الي النقل ثالث رمضان وانتقال السلطان تلك الليلة واقام يصلح مزاجه ويجمع لعساكر وينتظر اخاه الي عاشر رمضان

CAPUT SEXAGESIMUM PRIMUM.

Adfertur nuncius de Rege Alamannorum.

ذكر وصول خبر ملك الالمان

PRincipio illius menſis, anno quingenteſimo octogeſimo & quinto, a parte *Halebi* literæ perferuntur, datæ ab filio *Almalicho Addahiro*, quibus ſignificabat, verum eſſe, Regem *Alamannorum* pertendiſſe *Conſtantinopolin* ingentibus cum copiis; ducenis millibus ſecundum quoſdam, ſecundum alios ducenis & ſexaginta millibus: eumque in regiones *Iſlamiticas* iter porro intendere. Id *Sultano* multo acerbiſſimum accidit; qui hac de cauſa ſibi homines undique ad bellum ſacrum evocandos & excitandos eſſe judicavit, quin & *Chalipham* temporis illius certiorem reddendum. Hoc ad negotium quum me delegiſſet, *Sinjaræ*, *Meſopotamiæ*, *Moſulæ*, *Arbelæque* Dominos me adire & compellare jubet, tum ipſos, tum exercitus eorum exciens ad tutelam Religionis. Jubet præterea *Bagdadum* contendam, ut *Chaliphæ*, penes quem hoc

ولما دخل رمضان من شهور سنة خمس وثمانين وخمس مايه وصل من جانب حلب كتب من ولده الملك الظاهر عز نصره يخبر فيها انه قد صح ان ملك الالمان قد خرج الي القسطنطينية في عدة عظيمة قبل ماينا الف وقبل ماينان الف وستون الفا يريد بلاد الاسلامية واشتد ذلك علي السلطان وعظم عليه وراي استنفار الناس للجهاد واعلام خليفة الوقت بهذه الحادثة فاشتد في ذلك وامرني بالمسير الي صاحب سنجار وصاحب الجزيرة وصاحب الموصل وصاحب اربل واستدعاهم الي الجهاد بانفسهم وعساكرهم وامرني بالمسير الي بغداد لاعلام خليفة الزمان بذلك وتحريك

وتحريك عزمه علي المعاونة وكان الخليفة
ان ذاك الناصر لدين الله ابا العباس
احمد بن المستضي بامر الله وكان
مسيري في ذلك المعني في حادي
عشر رمضان ويسر الله تعالي
الوصول الي الجماعة وابلاغ الرسالة
اليهم فاجابوا بنفوسهم وسار عماد
الدين زنكي صاحب سنجار بعسكره
وجمعه في تلك السنة وسار ابن اخيه
صاحب الجزيرة سنجرشاه بنفسه بجر
عسكره وسير صاحب الموصل ابنه
علاي الدين خرم شاه بعظم عسكره
وحضرت الديوان السعيد ببغداد
وانهيت الحال كما رسم ووعد بكل
جميل وعدت الي خدمته رحمة الله عليه
وكان وصولي اليه في يوم الخميس
خامس ربيع الاول من شهور سنة ست
وثمانين وكان قد سبقت العساكر
وخبرته باجابتهم بالسمع والطاعة
وباهتمامهم بالمسير فسر بذلك
وفرح فرحا شديدا

hoc tempore ſumma rerum erat, rem exponerem, eumque ad opem ferendam exſtimularem. Is erat *Alnaſirus Lidinilla Abul-Abbaſus Ahmedus*, filius *Almoſtadii Biamrilla*. Hac cum provincia iter ingreſſus fui, undecimo *Ramadani*, divinitus proſperatum, dum mihi ad omnes illos legationem meam perferre datum fuit, promtumque ab iis elicere reſponſum. *Amadoddinus* quidem *Zenchius*, *Sinjaræ* princeps, hoc ipſo anno legiones copiaſque ſuas per ſe adduxit. Princeps quoque *Meſopotamiæ*, *Sinjarsjahus*, fratris ipſius filius, gravem trahens exercitum itineri ſe commiſit. At *Moſulæ* Dominus filium ſuum *Aladinum Chorremsjahum* cum maxima exercitus ſui parte miſit. Inde ad auguſtiſſimum *Diwanum Bagdadi* reſidentem me contuli, cui rerum ſtatum, prout præſcriptum erat, inſinuavi. Largiter & ſplendide promiſſum. Inde ad *Sultani* me comitatum retuli. Redux factus ſum die *Jovis*, quinto *Rabiæ* prioris, e menſibus anni quingenteſimi octogeſimi ac ſexti. Exercitus exciti me præverterant. Hos dicto audientes, promtoſque, itineri ſe extemplo accinxiſſe ſumma cum lætitia accepit.

CAPUT SEXAGESIMUM SECUNDUM.

ذكر وقعة الرمل التي علي جانب نهر عكا

Conflictus in arenis ad oram fluvii Ptolemaidis.

ولما كان صفر من تلك السنة خرج
السلطان يتصيد مطمئن النفس ببعد
المنزلة عن العدو فاوغل في الصيد وبلغ
ذلك العدو فاغتنموا غرة العسكر
واجتمعوا وخرجوا يريدون الهجوم علي
العسكر الاسلامي فاحس بهم الملك
العادل فصاح بالناس وركبت
العساكر من كل جانب وحمل علي
القوم وجرت مقتلة عظيمة قتل
بينهما منهم خلق عظيم وجرح جرح
عظيم ولم يقتل من معروفي المسلمين
الا مملوك السلطان يقال له
لرغش وكان رجلا صالحا استشهد
في ذلك اليوم وبلغ الخبر الي
السلطان وعاد منزعجا
فوجد

MEnſe *Sapharo* anni octogeſimi quinti venatum egreſſus *Sultanus*, ſumme ſecurus, quod hoſtium caſtra longiſſime inde diſtarent, inter venandum longinquius fuerat provectus. Id quum hoſtis reſciſſet, exercitum ſe necopinato opprimere poſſe ratus, coit, ad impreſſionemque in copias *Iſlamiticas* faciendam educit. Eorum adventum perſentiſcens *Almalichus Aladilus*, claſſicum canit; ad quod in equos inſilientes noſtri omni ex parte adverſus eos procurrunt. Atrox cooritur cædes, qua utrimque multi mortales procumbunt, magna vulnera infliguntur. Non tamen e nobilibus *Muſulmannis* cæſus quiſquam, niſi *Mamlouchus Sultani*, cui *Argasjo* nomen, egregiæ probitatis. Is ſanguine ſuo religionem ſanxit illo die. Rumore ad *Sultanum* pertalo, curſu concitatiſſimo retro redierat;

Digitized by Google

ſed jam diremtum repperit prælium; agminibus hinc & hinc ad ſuos ſeſe gregales recipientibus: & hoſte inſignite falſo eluſoque. Deo laus. Huic ego colliſioni haud interfui; quod in itinere tunc eſſem: quæ præceſſere prælia, coram ſpectavi, prout ea ordinis mei homo inſpectare poteſt. Reliqua tamen æque mihi explorata, ac ſi præſens adfuiſſem. Ex hujus dimicationis raris caſibus eſt, *Mamlouchum* quendam *Sultani*, *Kara Suncarum* nomine, virum præſtrenuum, ex hoſtibus Dei quam plurimos leto dediſſe. Noxa illa iras irritaverat in eum, altaque mente manebat repoſta. Conglobati itaque inſidias ei ſtruunt. Nonnulli prælati in conſpectum ſeſe ei dant. Impetu in hos facto, medias in inſidias pervehitur. Ex omnibus lateribus tunc in eum conſurgitur & involatur. Eorum aliquis crines ei arripit; alter, cui propinquos obtruncarat, cervices gladio ferit: ſed ictus in manum incidit crines retinentis, qua amputata dimiſſus, fugæ ſe, quantum poteſt, mandat, atque ad comites ſuos refertur; hoſtibus Dei, concitatiſſimo licet curſu, ipſum aſſequi non valentibus. Sic ille incolumis evaſit. Infideles turpiſſimam tulere repulſam, ad irritum furore ipſorum recidente.

فوجد الحرب قد انفصل وعاد كل فريق الي حزبه وعاد العدو خائبا خاسرا ولله الحمد والمنة وهذه الوقعة لم احضرها فاني كنت مسافر وما مضي من الوقعات شاهدت منها ما يشاهده مثلي وعرفت الباقي معرفة الحاضر في هذه الامور ومن نوادر هذه الوقعة ان مملوكا كان للسلطان يدعي قرا سنقر وكان شجاعا قد قتل من اعداء الله خلقا عظيما وقبل فيهم فاخذوا في قلوبهم من نكايته فيهم وتجمعوا له وكمنوا له وخرج اليه بعضهم وتراوا له فحمل عليهم حتي صار بينهم ووثبوا عليه من ساير جوانبه فسكه واحد منهم بشعره وضرب الاخر رقبته بسيفه فانه كان قد قتل له قرايبا فوقعت الضربة في يد الماسك بشعره فقطعت يده وخلي سبيله فاشتد هاربا حتي عاد الي اصحابه واعداء الله يشتدون عدوا خلفه لم يلحقه منهم احد وعاد سالما ورد الله الذين كفروا بغيظهم لم ينالوا خيرا ۞

CAPUT SEXAGESIMUM TERTIUM.

Mors Antiſtitis Iſa.

ذكر وفاة الفقيه عيسي

ABſens quoque audivi fata Antiſtitis *Iſa*. Is conflictatus crebro recurſante ſuo malo, ac morbo, angina, profluvio inſuper ventris correptus fuit: quo exhauſtus, abſque ut firmitudo ejus infringeretur, aut mota deficeret mens, finivit. Liberaliſſimus idem ſtrenuiſſimuſque, pulcris enitebat facinoribus, ad verum illum ſcopum directis, ſummo ſtudio neceſſitatibus *Muſulmannorum* levandis incumbens, & ſemet mergens ære alieno; ut alii inde emergerent. Spiritum Deo reddidit promicante tantum quod aurora diei *Martis*, noni *Dſilkadæ*, e menſibus anni octogeſimi & quinti.

وهي مما بلغني ولم اكن حاضرها وذلك انه مرض مرضا ينعاهده وهو ضيق النفس وعرض له اسهال واضعفه فلم تقطع صلابته ولم يغب ذهنه عنه الي ان مات وكان رحمه الله كريما شجاعا حسن المقصد كثير الغرام بقضاء حوايج المسلمين توفي رحمه الله طلوع فجر الثلثا تاسع ذي القعدة من شهور سنة وخمس وثمانين

CAPUT SEXAGESIMUM QUARTUM.

ذكر تسليم الشقيف سنة ست وثمانين

Deditio Elsjakyfi anno octogesimo & sexto.

ولما كان يوم الاحد خامس عشر ربيع الاول علم الافرنج المستحفظون بالشقيف انهم لا عاصم لهم من امر الله وانهم ان اخذوا عنوة ضربت رقابهم فطلبوا الامان وجرت مراجعات كثيرة في قاعدة الامان وكان قن علموا من حال صاحبهم انه قد عذب اشد العذاب فاستقرت القاعدة علي ان الشقيف تسلم ويطلق صاحبه وجميع من فيه من الفرنج ويترك ما فيه من انواع الاموال والذخاير وعاد صاحب صيدا والافرنج الذين كانوا بالشقيف الي صور ولما راي السلطان اهتمام الافرنج من اقطار بلادهم بالمكان وتصويب سهام عزايمهم نحوه اغتنم الشتاء وانقطاع البحر وجعل في عكا من المبرة والذخاير والعدد والرجال ما امن معه عليها مع تقدير الله تعالي وتقدم الي النواب بمصر ان يمروا لها اسطولا عظيما يحمل خلقا كثيرا وسار حتي دخل عكا مكابرة للعدو ومراغمة له واعطي العساكر دستورا طول الشتاء ليستجموا ويستريحوا واقام هو مع نفر يسير قبالة العدو قد حال بين العسكرين شدة الوحول وتعذر بذلك وصول بعضهم الي بعض

DEcimo quinto *Rabiæ* prioris, die *Solis*, quum *Franci* præsidium agitantes *Elsjakyfi* cernerent, nullum sibi relictum depulsorem necessitatis fato nexæ, cervicesque mox vi expugnatis esse amputandas, vitæ securitatem expetunt. Ultro citroque multa de conditionibus commutata verba. Sed quum non falleret eos quo in statu, quam gravique sub cruciatu, Dominus ipsorum ageret, constitutum, pactumque, ut tradito castro liber exiret Dominus, incolumesque item abirent omnes præsidiarii, relicto quicquid ibi opum thesaurorumque. Sic princeps *Sidonius Francique* qui *Elsjakyfum* tenuerant *Tyrum* sese recepere. Quum vero cerneret *Sultanus*, *Francos* in locum quem obsederant, omnem, undique regionum ac terrarum, intendere curam, atque illuc tanquam in scopum *Sagittas destinare firmi sui fortisque propositi*, occasionem hyemis intercludique maris arripiens, *Ptolemaidem* victu, commeatibus, instrumentis bellicis, virisque tam copiose instruxit, ut, ni Fatis aliud placeret, de ea securus esse posset. Mandata quoque dedit ad præfectos in *Ægypto*, ut classem ingentem ædificarent ornarentque, eamque densis copiis constiparent: quæ iter per mensa *Ptolemaidem* sese intulit, via fortiter & magnifice per hostes ringentes patefacta. Deinde exercitibus potestatem fecit domos per tempus hyemis discedendi, seque, quam longa ea, refovendi ac recreandi; ipse cum pauciſſimis exadversum hosti subsistens. Dirimebat hostiles exercitus magnitudo ac vis fœda luti, atque in congressum mutuum venire præpediebat.

CAPUT SEXAGESIMUM QUINTUM.

ظريفة

Notabile quid.

كان لما بلغ خبر العدو وقصده عكا جمع الامراء واصحاب الراي بمرج عيون وشاورهم

QUum primus ad nos rumor pervenisset, hostem *Ptolemaida* tendere, duces & consiliarios in concilium vocarat in

Marsi Ojouno, quid faciundum esset rogitans. Ipse *Sultanus* ita differebat, unice sibi placere, ut turba illa extemplo invaderetur, atque obsidionem urbis moliri haud sineretur: si enim semel eam obsedissent, pedites suos pro muro esse objecturos, fossasque perducturos, quando quidem nobis arduum foret ad eos perrumpere, in periculumque amittendæ urbis deveniendum. Reliqui omnes sic ratiocinabantur; si hostis obsidionem suscepisset, suasque copias in unum huc contraxisset, nos uno eos die stirpitus esse eradicaturos. Eventus is fuit, quem *Sultanus* prædixerat; cujus prædictionem ut ipse auribus audivi, ita oculis, per Deum, impletam vidi. Congruit hoc cum dicto prophetæ, *sunt ex gente mea quibus solida inest ratio atque oratio, quorum in numero quoque Omarus.*

وشاورهم فيما يصنع وكان رايه ان قال
المصلحة مناجزة القوم ومنعهم من
النزول الي البلد والا ان نزلوا
جعلوا الرجالة سورا لهم وحفروا
الخنادق وصعب علينا الوصول
اليهم وخيف علي البلد
منهم وكان اشارة الجماعة
انهم اذا نزلوا واجتمعت
العساكر قلعناهم في
يوم واحد وكان الامر كمن قال
السلطان والله لقد سمعت هذا
القول وشاهدت الفعل كما قال
السلطان وهذا يوافق معني
قوله صلعم ان من امتي لمحدثين
ومكلمين وان عمر لمنهم

CAPUT SEXAGESIMUM SEXTUM.

Adventus Legati Chaliphæ.

ذكر وصول رسول الخليفة

NOn cessare interim *Sultanus*, omnemque nervum contendere, ad commeatus, apparatusque, arma item virosque intromittendos in oppidum, donec præterlapsa jam hyeme, mari reserato, & digladiationis adventante tempore, dimissis literis exercitus undique orarum excitaret, & præsto adesse juberet. Primarum accessu copiarum corroborato exercitu *Islamitico*, hostem versus movit *Sultanus*, atque in *Tel Caisano* castra locans, in aciem justam dispositis copiis consedit; duodevicesimo *Rabiæ* prioris, anni octogesimi & sexti. Illuc legiones agmine facto convenire, auxiliaresque continua serie confluere. Advenit etiam Legatus *Chaliphæ*, juvenis illustris, secum vehens *naphtæ* duo onera, multitudinemque *naphtariorum*, artificumque in ignibus jaculandis. Comitabatur ei epistola a perillustri ac præpotenti *Diwano* prophetico exarata, quæ potestatem faciebat *Sultano*, ad aureorum viginti millia fœnore accipiendum a mercatoribus, in bellum sacrum eroganda, pro quibus perillustris *Diwanus* sese obligabat. Recepit quicquid Legatus advexisset: schedula uti, aut quemquam gravare ea noluit. Eo ipse die allatum, *Francos* urbem infestius pressiusque impetere. Hos ut distringeret, re-

ولم يزل السلطان مجدا في الانفاذ
الي عكا بالميرة والعدد والاسلحة والرجال
حتي انقضا الشتا وانفتح البحر وحان
زمان القتال كتب الي العساكر يستدعيها
من الاطراف ولما تواصل اوايل العساكر
وقوي جيش الاسلام رحل السلطان نحو
العدو ونزل علي تل كيسان وذلك في
ثامن عشر ربيع الاول سنة ست
وثمانين ورتب العسكر قلبا وميمنة
وميسرة واخذت العساكر في التواصل
والنجدة في التواتر فوصل رسول الخليفة
وهو شاب شريف ووصل معه حملان
من النفط وجماعة من النفاطين والزراقين
ووصل معه من الديوان العزيز النبوي
مجده الله تعالي رقعة تتضمن الاذن
للسلطان ان يقترض عشرين الف دينار
من التجار ينفقها في الجهاد ويحمل بها
علي الديوان العزيز فقبل جميع ما وصل
مع الرسول واستغني عن الرقعة
والتشغيل بها وفي ذلك اليوم بلغ
السلطان ان الفرنج قد زحفوا علي البلد
وضايقوه فركب اليهم ليشغلهم بالقتال عن
البلد

retraheretque ab oppugnatione, in eos invehitur, acrique eos pugna lacessit, usque dum nox partes dirimeret, atque hinc & illinc receptui caneretur. Videns autem *Sultanus* exercitibus *Islamiticis* suas jam placere vires, ceterum longiuscule eosdem ab hoste dissidere; metuensque ne, repenti invasione in oppidum, confectum forte daretur negotium, ad *Tel Alosjoulum* universa castra transferre decrevit. Transportatæ copiæ simul, simul sarcinæ vicesimo ac quinto die: quo literæ advenerunt, hostem jam fossæ partem oppleviſſe, atque oppidum arctissima oppugnatione aggredi constituisse. Novas proinde literas dimisit, quibus adventantes stimularet legiones: atque copiis suis instructis in aciem processit, hostique infestus incumbit, ut eum a proposito averteret. Illucescente die *Veneris*, vigesimo septimo, accessit filius ejus *Almalichus Addahirus Gijathoddinus Gazius*, *Halebi* Dominus, cum delecto equitatu, prævertens exercitum in stativis relictum, ad reverentiam pietatemque suam patri exhibendam. Officio præstito, *rigatoque* veluti *desiderio*, duodetricesimo die ad exercitum recurrit, quem magnifice ornatum, omnique armatura bellica indutum, signis vexillisque explicitis, crepantibus ahenotympanis, & buccinis clangentibus, Patri suo obtulit, qui ei obviam egressus fuerat in planitiem. Deducta sub hostiumque oculis exposita Dei agmina, haud exiguum terrorem incussere. Sub vesperam ejusdem diei accessit quoque *Modafferoddinus* filius *Zinoddini* expeditis cum equitibus, ad *Sultanum* salutandum præcurrens. Regressus deinde ad exercitum suum; qui insequenti feria prima ornatus item armatusque ad bellum *Sultano* offertur, atque hosti dein e propinquo inspiciendus præbetur. Tum in castra reditum. Solebat autem *Saladinus* quoties recentes adventassent copiæ, eas hosti ostendere, propiusque admovere: deinde in tabernaculo suo ad mensam accipere, omnibusque bonis rebus laute tractatas reficere, siquidem extraneæ forent: atque ita in tentoria ipsis jussu suo erecta dimittere, ubi magnifice & liberaliter habebantur.

البلد وقاتلهم قتالا شديدا الي ان فصل بين الطايفتين الليل وعاد كل فريق الي اصحابه ورأي السلطان قوة العساكر الاسلامية وبعد المكان عن العدو فخاف ان لا يهجم البلد ويتم عليه امر فراي الانتقال الي تل العجول بالكلية فانتقل بالعسكر والثقل في الخامس والعشرين وفي صبيحة هذا اليوم وصلت كتب ان قد طم العدو بعض الخندق وقوي عزمه علي منازلة البلد ومضايقته فجدد الكتب الي العساكر بالحث علي الوصول وعبي العسكر تعبية القتال وزحف الي العدو لاشغله عن ذلك ولما كان سحر ليلة الجمعة سابع وعشرين وصل ولده الملك الظاهر غياث الدين غازي صاحب حلب جريدة الي خدمته معاجلة البر وترك عسكره في المنزلة وخدم والده وبل شوقه منه وعاد الي عسكره ثامن وعشرين وسار حتي وصل في ذلك اليوم بجحفله وقد اظهر الزينة ولبسوا لأمة الحرب وكثرت الاعلام والبيارق وضربت الكوسات ونعقت البوقات وعرض بين يدي والده وكان قد ركب الي لقايه في المرج وسار بهم حتي وقف بهم علي العدو وشاهدوا من جند الله ما ازعجهم واقلقهم وفي اواخر ذلك اليوم قدم مظفر الدين بن زين الدين جريدة ايضا مسارعة للخدمة ثم عاد الي عسكره وقدم معه في لامة الحرب فعرضهم السلطان حتي وقف بهم علي العدو وكان ما تقدم عسكر الا يعرضهم ويسيرهم الي العدو وينزل بهم في خيمته يمد لهم الطعام وينعم عليهم بما يطيب به قلوبهم اذا كانوا اجانب ثم تضرب خيامهم حيث يامر وينزلون بها مكرمين ۞

Digitized by Google

CAPUT SEXAGESIMUM SEPTIMUM.

Munus e cœlo demiſſum, condonatumque Felicitati Almalichi Addahiri Victorioſiſſimi principis

لطيفة نزل علي سعادة ولده الملك الظاهر عز نصره

ÆDificaverat hoſtis tres turres ligneas, ferro munitas, inſuperque obductas pellibus aceto maceratis, uti memoriæ proditum eſt, ut igni forent impenetrabiles. Hæ montes altitudine æquabant; quas e ſtationibus noſtris eminere cernebamus ſupra mœnia oppidi. Rotis vectæ promovebantur. Unaquæque quingentos amplius pugnatores capere potuiſſe dicitur: habebantque ampliſſima tabulata, ubi tormenta erant diſpoſita. Graviſſime adfecerant *Muſulmannos* hæc opera, eorumque cordibus injeccerant inenarrabilem de urbe ſollicitudinem. Penitiſſime animum de ea deſponderant homines: propugnatoreſque ſub tanta imminente jam mole infractis fatiſcebant animis. Operibus perfectis nihil aliud reſtabat, quam ut ad mœnia traherentur, quam proxime iis applicanda. *Sultanus* multa cum animo volutaverat, quo pacto ea incenderet diſperderetque: atque ſolertiſſimos quoſque faciendorum ignium artifices *Naphtarioſque* congregarat, ſpe ingentium divitiarum, copioſorumque præmiorum, eos animans acuenſque, ad induſtriam ſuam huic incendio impendendam. Sed artes technæque ad incitas actæ ceſſabant. Aderat tamen cum reliqua turba juvenis quidam *Damaſcenus*, faber ærarius, qui profitebatur, eſſe ſibi, quo incendium id patraret, artificium, ſi *Ptolemaidem* ſibi ingredi detur, & quæ ipſe indicaret pharmaca ſubminiſtrarentur. Omnia illa ei præſtita. *Ptolemaidem* deinde ſe conferens cum *naphta* decoquit illa medicamenta in ollis aheneis, donec omnia prunam candentem referrent. Die itaque illo, quo *Almalichus Addahirus* advenerat, in unam turrium talem ollam impegit: quæ vix in eam inciderat, quum eodem horæ puncto ac momento tota flammis relucet, inſtar ignei cujuſdam montis prægrandis, cujus comæ diffuſæ ſeſe cœlum verſus explicabant. *Muſulmanni* tum clamoribus, numiniſque laudi-

وذلك ان العدو كان قد اصطنع ثلثة ابرجة من خشب وحديد والبسها الجلود المسقاة بالخل علي ما ذكر بحيث لا ينفذ فيها النيران وكانت هذه الابراج كانها الجبال نشاهدها من مواضعنا عالية علي صور البلد وهي مركبة علي عجل يسع الواحد منها من المقاتلة ما يزيد علي خمسماية نفر علي ما قيل وينسع سطحها لان ينصب عليه منجنيق وكان ذلك قد عمل في قلوب المسلمين واودعها من الخوف ما لا يمكن شرحه وايس الناس من البلد بالكلية وتغلغت قلوب المقاتلة فيه وكان فرغ عملها ولم يبق الا جرها الي قريب السور وكان السلطان قد اعمل فكره في احراقها واهلاكها وجمع الصناع من الزراقين والنفاطين وحثهم في الاجتهاد في احراقها ووعدهم عليه بالاموال الطايلة والعطايا الجزيلة وضاقت حيلهم عن ذلك وكان من جملة من حضر شاب نحاس دمشقي ذكر بين يديه ان له صناعة في احراقها وانه ان مكن من الدخول الي عكا وحصلت له الادوية التي يعرفها احرقها فحصل له جميع ما طلبه ودخل الي عكا وطبخ الادوية مع النفط في قدور نحاس حتي صار الجميع كانه جمرة نار ولما كان يوم وصول الملك الظاهر ضرب الواحد بقدر فلم يكن الا ان وقعت فيه واشتعل من ساعته ووقته وصار كالجبل العظيم من النار طالعة ذوايبته نحو السما واستغاث المسلمون بالتهليل والتكبير وعليهم الفرح حتي كادت عقولهم ان تذهب وبينما

Digitized by Google

وبينما الناس ينظرون ويتعجبون اذ رمي البرج الثاني بالقذيفة الثانية فما كان الا ان وصلت اليه واشتعلت كالتي قبلها فاشتد ضجيج الفيلقين وانعقدت الاصوات الي السماء وما كان الا ساعة حتي ضرب الثالثة فالتهبت وغشي الناس من الفرح والسرور ما حرك ذوي الاحلام والنهي منهم حركة الشباب الرعناء وركب السلطان وركبت العساكر ميمنة وميسرة وقلبا وكان اواخر النهار وسار حتي اتي عسكر القوم وانتظر ان يخرجوا فيناجزهم عملا بقوله صلعم من فتح له باب من الخير فلينتهزه فلم يظهر العدو من خيامهم وحال بين الطايفتين الليل وعاد كل فريق الي حزبه ورأي الناس ذلك ببركة قدوم الملك الظاهر واستبشر والده بغرته وعلم ان ذلك بيمن صلاح سريرته واستمر ركوب السلطان اليهم في كل يوم وطلب نزالهم وقتالهم وهم لا يخرجون من خيامهم لعلمهم ببشاير النصر والظفر بهم والعساكر الاسلامية تتواتر وتتواصل

dibus exſuperantiſſimam ſignificare lætitiam, quæ ipſos vix ſui compotes relinqueret. Dumque ita homines ſpectant ſimul, ſimul adſtupent; ecce alteram ollam in ſecundam turrim ejaculatur, quam vixdum tetigerat, quin, ut ſuperior illa, igne colluceret; novuſque ab utraque parte coortus fremitus, juncto conglobatoque in cœlum clamore conſurgeret. Exiguo intervallo percutitur tertia; itidemque inflammatur. Tum vero omnes *deliquium animi pati* præ gaudio; in tantumque diffundi, ut gravitate ſeveritateque adductiores alias viri, adoleſcentiæ exultantis, ſeſeque oſtentantis, motum impetumque perſentiſcerent. In equum quoque inſiliens *Sultanus*, inſiliens exercitus univerſus, quamvis inclinato jam in veſperum die, ad hoſtem inſtructa tendunt acie, ut & ipſi educerent in prælium expectantes, ad negotium quantocyus cum iis tranſigendum. Memores nempe erant dicti prophetæ, *cui porta fortunæ melioris patefacta eſt, arripiat eam.* At nullus e tentoriis prodire hoſtis, & nox jam intervenerat, quæ quemlibet ſe recipere cogebat ad ſuos. Hanc felicitatem adventui *Almalichi Addahiri* attribuerunt homines; patrique lætiſſimum hinc gloriæ ejus omen adfulſit, cujus ſincero in religionem affectui hoc fuiſſet impertitum. Quotidie autem educere, hoſtemque ad pugnam laceſſere, ac provocare perſeverabat: at illi tentoriis pedem non efferre, his auſpiciis victoriæ ac triumphi de iis reportandi conterriti; copiis quoque *Iſlamiticis* aliis alias ſubſequentibus, ſeque nobis adjungentibus.

CAPUT SEXAGESIMUM OCTAVUM.

ذكر وصول عماد الدين زنكي صاحب سنجار وغيره

Adventus Amadoddini Zenchii, Sinsjaræ Domini; aliorumque.

ولما كان ثاني وعشرين ربيع الاخر وصل عماد الدين زنكي بن مودود صاحب سنجر بجر عسكره ووصل بجمل حسن وعسكر تام ولقيه السلطان بالاحترام والتعظيم ورتب له العسكر في لقايه وكان اول من لقيه من العسكر المنصور قضاته وكتابه ثم

AMadoddinus Zenchius nempe, filius Maudoudi, princeps *Sinsjarenſis*, die viceſima ac ſecunda *Rabiæ* poſterioris grave agmen trahens advenit. Ornatiſſimæ ei inſtructiſſimæque aderant copiæ. Hunc *Sultanus* exquiſitiſſima dignatione, magnificentiaque, excepit; eique cum victore exercitu ſuo ſtructis obviam proceſſit ordinibus. In primo agmine ibant judices & ſcribæ: ſecundum eos incedebant

Digitized by Google

Filii ipsius. Noviſſimus ipſe occurrit. Inde ad hoſtem itum; eique ſuperadſtitum. Tum in prætorium reverſus, hoſpitio apparatiſſimoque eum convivio accepit eodem die; cui præcipui quoque comites ejus interfuere. Regiis præterea muneribus & donariis ipſum auxit, qualia nemo alius donare poſſet. Hunc inſuper ei honorem exhibuit, ut celſius ei ſtratum ad latus ſuum aſſignaret, ingredientique ſericeam ſtragulam ſubſterneret. Tabernaculum ei in extremo ſiniſtro cornu conſtitutum ad latus fluvii. Deinde ſeptimo *Sjumadæ* prioris acceſſit *Sinsjarsjahus* filius *Saiphoddini Gazii*, filii *Maudoudi Zenchiadæ*, *Meſopotamiæ* princeps, pulcherrimas ducens copias, quem *Sultanus*, obviam egreſſus, honorificentiſſime etiam in prætorio ſuo recepit. Tabernaculum ad latus patrui *Amadoddini* ipſi erectum. Nono ejuſdem menſis ſupervenit *Aladinus* filius *Meſoudi*, *Moſulenſis* princeps, exercitui a patre præpoſitus; cujus acceſſus inſigni lætitia adfecit *Sultanum*, qui longius obviam progreſſus cum familia ſua, ſumma ipſum comitate, utpote generoſitate præſtantem, recepit; in prætoriumque deductum maximis honoribus, ſplendidiſſimiſque muneribus, cumulavit. Tabernaculum ei collocatum inter Filios ipſius *Almalichum Alaphdalum*, & *Almalichum Addahirum*. *Renidentem hoſpitalitatis ſuæ vultum* in omnes quoque affectas ejus *exporrexit*. Ad meridiem illius diei crebra in mari vela apparuere. Claſſem ex *Ægypto* expectabat *Saladinus*, qui ejus adornandæ adducendæque ediderat mandata. Eam adeſſe intelligit. Equum itaque conſcendunt ſimul omnes, inſtructaque acie, ad hoſtem premendum diſtinendumque vaditur, ne is in claſſem vadere poſſet. Hoſtis cognito claſſis noſtræ adventu, ſuam quoque claſſem expedit, armatque in prælium, ut eam ingreſſu *Ptolemaidis* arceret. Dum illa in altum evehitur, vehementiſſimum a terra certamen ciet *Sultanus*, hominibus ad litus procurrentibus, ut claſſi noſtræ animos adderent, atque navales ſocios conſpectu ſuo redderent alacriores. Mari claſſes, terra exercitus colliduntur, accenſuſque belli ignis exardeſcit. Utraque pars *Spiritum pro reſpiratione ſua futura vendit: & vitam ſuam æternam vitæ ſeculari cenſet præponderare*. Atrox prælium quum aliquamdiu te-

ثم لقبه اولاده بعد ذلك ثم لقبه السلطان
ثم سار به حتي اوقفه علي العدو وعاد
معه الي خيمته وانزله عنده وكان صنع له
طعاما لايقا بذلك اليوم فحضر هو
وجميع اصحابه وقدم له من التحف
والطايف ما لا يقدر غيره عليه وكان
قد اكرمه بحيث طرح له طراحة مستقلة
الي جانبه وبسط له ثوب اطلس عند
دخوله وضرب له خيمة علي طرف الميسرة
علي جانب النهر ولما كان سابع جمدي
الاول من هذه السنة وصل سنجرشاه بن
سيف الدين غازي بن مودود بن زنكي
صاحب الجزيرة ووصل في عسكر حسن
فلقيه السلطان واحترمه واكرمه وانزله في
خيمته وامر ان ضربت خيمته الي جانب
عماد الدين وفي تاسع الشهر وصل علاي
الدين بن مسعود صاحب الموصل مقدما
علي عسكره ففرح السلطان بقدومه فرحا
شديدا وتلقاه عن بعد هو واهله واستحسن
اديه واستجبه وانزله عنده في الخيمة
وكارمه مكارمة عظيمة وقدم له تحفا حسنة
وامر بضرب خيمته بين ولديه الملك
الافضل والملك الظاهر وما من اهله الا
من بسط له من ضيافته وجها مضيا ولما
كان ظهيرة نهار ذلك اليوم ظهرت في
البحر قلوع كثيرة وكان رحمه الله في
نظرة وصول الاصطول من مصر فانه كان
قد امر بتعبيره ووصوله فعلم انه هو فركب
السلطان وركب الناس في خدمته وتعبي
تعبية القتال وقصد مضايقة العدو ليشغله
عن قصد الاصطول ولما علم العدو وصول
الاصطول استعدوا له وعبروا اصطولا لقتاله
ومنعه من دخول عكا وخرج اصطول
العدو واشتد السلطان في قتاله من خارج
وسار الناس علي جانب البحر تقوية
الاصطول وايناسا لرجاله والنقبا الاصطولان
في البحر والعسكران في البر واضطرمت
نار الحرب واستعرت وباع كل فريق
روحه براحته الاخروية ورجح حياته
الابدية علي حياته الدنوية وجري بين
الاصطولين قتال شديد انقشع علي
نصرة

Digitized by Google

نصرة الاصطول الاسلامي واخذ من العدو شاني وقتل من به ونهب جميع ما فيه وظفر من العدو بمركب ايضا كان واصلا من قسطنطينية ودخل الاصطول المنصور الي عكا وكان قد صحبه مراكب من الساحل فيها مير وذخاير وطابت قلوب اهل البلد وانشرحت صدورهم فان الضايقة كانت اخذت منهم واتصل القتال بين العسكرين من خارج البلد الي ان فصل بينهما الليل وعاد كل فريق الي خيمته وقد قتل من عدو الله وجرح خلق كثير عظيم فانهم قاتلوا في ثلثة مواضع فان اهل البلد اشتدوا في قتالهم ليشغلوهم عن الاصطول ايضا والاصطولان يقاتلا والعسكر يقاتلهم من البر وكان النصر للمسلمين في الاماكن كلها ثم كان وصول زين الدين صاحب اربل في العشر الاخر من جمدي الاول وهو زين الدين يوسف بن علي بن بكتكين قدم بعسكر حسن وتحمل جميل فاحترمه السلطان واكرمه وانزله في خيمته واكرم ضيافته وامر وضرب خيمته الي جانب خيمة اخيه مظفر الدين

tenuisset, *Islamiticæ* tandem classi victoria adfulsit. Maximæ formæ navis ex hoste capta & direpta est, omnibus qui in ea erant occisis. Minoris quoque formæ altera in potestatem recidit, *Constantinopoli* veniens. Tum victrix *Ptolemaidem* sese infert classis, stipata navibus onerariis annona commeatuque omni refertis, quæ ex *Phœnicia* erant submissæ. Ad extremam inopiam ferme deventum fuerat in urbe, ac proinde ad hanc opem recreata oppidanorum corda, diffusa pectora. Terrestrium exercituum conflictus interea extra urbem uno pergens tenore, nocte tandem dirimitur; agmine quoque sua castra repetente. Ex hoste Dei ingens vis hominum cæsa partim, partim vulnerata: namque tribus in locis fuerat pugnatum. Scilicet ex oppido graves factæ erant eruptiones, ut ipsos a classe averterent pro sua etiam virili. Navale prælium erat commissum. Postremo exercitus noster terrestrem pugnam miscuerat. His omnibus in locis a *Musulmannis* stetit victoria. Deinde senescente jam *Sjumada* priore pervenit *Zinoddinus*, princeps *Arbelæ*. Hic est *Zinoddinus Josephus*, filius *Ali*, filii *Buchtechini*. pulchras ille adduxit copias, probeque exercitatas. Honorificentissime habitus, in tabernaculoque *Sultani* opiparo acceptus convivio, ejusdem jussu ad latus tentorii fratris sui *Modaffereddini* tetendit.

CAPUT SEXAGESIMUM NONUM.

ذكر خبر ملك الالمان

ثم تواصلت الاخبار بوصول ملك الالمان الي بلاد قليج ارسلان وانه انتهض للقاه جمع عظيم من التركمان وقصدوا منعه من عبور النهر وانه اعجزهم لكثرة خلقه وعدم مقدم لهم يجمع كلمتهم وكان قليج ارسلان نظر شقاقه وهو في الباطن قد اضمر وفاقه ثم لما عبر الي البلاد اظهر ما كان اضمره ووافقه واعطاه رهايين معه علي انه ينفذ معه من يوصله الي بلاد بن لاون وانفذ معه اولاد وعمراهم في الطريق جوع عظيم

Historia Regis Alamannorum

SUb hoc tempus crebri ventitarunt nuncii, Regem *Alamanniæ* jam provincias attigisse *Kelysji Arslani*. Consurrexisse quidem in occursum ejus ingentem *Turcomannorum* multitudinem, ut trajectu ipsum prohiberent fluminis; sed irritum cecidisse conatum, tum quod ipse innumerabiles traheret copias, tum quod ipsi ductore carerent, penes quem summa foret res, ad omnes in officio continendos. *Kelisjum Arslanum* autem præ se quidem ferre dissensionem, sed intus eum consensionem ac conspirationem fovere; quæ occulta pectoris consilia tum aperuerit, quum ad provincias ipsius pertransissent,

Digitized by Google

fœdere cum ipso inito, & datis obsidibus firmato; additis quoque, qui ipsum ad regiones filii *Leonis* perducerent, viamque præmonstrarent. In itinere tamen sævissimam eos famem vexasse, magnamque instrumenti partem abjicere coactos fuisse. Referebatur, veritas soli Deo nota, eos loricarum, galearumque, & omnis generis armorum, quæ portare amplius non valebant, ingentem vim congessisse, in unumque cumulum construxisse, quem flammis tradiderint consumendum, ne quid quis utilitatis caperet ex iis, indeque ferri tumulum supermansisse. Sic affectos perrexisse ad civitatem *Tarsensem*, ad ejusque flumen substitisse mox trajecturos. Ibi Regi eorum visum, ut in aqua, per quam frigida sane, natando se recrearet post tantum laboris, lassitudinis, molestiæ, & discriminis. Obortum ei inde vehementem morbum, qui ingravescens identidem ipsum leto dederit. Eum autem, quum ultima jam fata cerneret, testamento sibi substituisse filium, qui in comitatu erat. Mortuo eo, in id omnium sententias consensisse, ut in aceto coqueretur; ossibusque in loculum conditis, deportaretur ad urbem sanctam, ibique sepeliretur. In locum ejus succesisse Filium, comitum caterva refragante, quod Filium natu maximum in provinciis suis successorem instituisset; in quem proinde maxima pars inclinabat. Filium tamen, qui præsens aderat. in imperio ductuque exercitus *firmo constitisse talo*. *Leonis* porro filium, quum eos hunc in modum attenuatos, fameque ac morte debilitatos, fato denique Regis sui adflictos sensisset, non committendum duxisse, ut ad eos accederet, quum incertum foret quem exitum res habitura esset; & illi *Franci* essent, ipse *Armenus*. In quandam ergo arcem munitissimam eum sese subduxisse.

عظيم حتي انهم القوا بعض اثقالهم
ولقد بلغنا والله اعلم انهم جمعوا عددا
كثيرة من زرديات وخوذ والات سلاح
عجزوا عن حملها وجعلوها سدرا واحدا
واضرموا فيها النار لتتلف ولا ينتفع
بها احد وانها بقيت بعد ذلك تل
من حديد وساروا علي هذا الحال
حتي الي بلد يقال له طرسوس فاقاموا
علي نهر ليعبروه واما ملكهم عن له
ان يسبح فيه وكان ماء شديد البرد
وكان ذلك عقيب ما ناله من التعب
والنصب والمشقة والخوف وانه عرض
له بسبب ذلك مرض عظيم اشتد
به الي ان قتله ولما راي ما حل
به اوصي الي ابنه الذي كان في
صحبته ولما مات جمعوا رايهم الي ان
سلقوه في خل وجمعوا عظامه في كيس
علي ان يحملوه الي القدس الشريف
حرسه الله ويدفنوه في القدس وترتب
ابنه مكانه علي خلف من اصحابه فان
ولده الاكبر كان قد خلفه في بلاده وكان
جماعة من اصحابه يميلون اليه واستقر
قدم ولده الحاضر في تقدمة العسكر
ولما احس ابن لاون بما جري عليهم
من الخلل وما حل بهم من
الجوع والموت والضعف بسبب
موت ملكهم ما راي الا ان
يلقي نفسه بينهم فانه
لا يعلم كيف يكون الامر
وهم فرنج وهو ارمني فاعتصم
هو عنه في بعض قلاعه
المنيعة

CAPUT SEPTUAGESIMUM.

Exemplum epistolæ Kaikousi Armeni.

صورة كتاب الكايغكوس الارمني

ALlatæ quoque ad *Sultanum* literæ a *Kaikouso Armenorum* duce, & præfecto arcis *Erroumi*, quæ *Euphrati* prætenditur. Exemplum a me conversum sic

ولقد وصل الي السلطان كتاب
من الطاغيكوس وهو مقدم الارمن
وهو صاحب قلعة الروم التي
علي

على طرف الفراة نسخه هذه ترجمته كتاب الداعي المخلص الكاكيغوس مما اطالع به علوم مولانا ومالكنا السلطان الناصر جامع كلمة الايمان رافع علم العدل والاحسان صلاح الدنيا والدين سلطان الاسلام والمسلمين ادام الله اقباله وضاعف جلاله وصان مهجته وكمل نهاية اماله بعظمته وجلاله من امر ملك الالمان وما جري له عند ظهوره وذلك ان اول ما خرج من ديارة ودخل بلاد الهنكر غصبا وغصب ملك الهنكر بالاذعان والدخول تحت طاعته واخذ من ماله ورجاله ما لختار ثم انه دخل ارض مقدم الروم وفتح البلاد ونهبها واقام بها واخرج ملك الروم الي ان اطاعه واخذ رهاينه ولده واخاه ولربعين نفرا من خلصايه واخذ منه خمسين قنطارا ذهبا وخمسين قنطارا فضة وثيابا طلسا بمبلغ عظيم واغتصب المراكب وعاد بها الي هذا الجانب وصحبته الرهاين الي ان دخل حدود بلاد الملك قلبج ارسلان ورد الرهاين وبقي ساير ثلثة ايام وتركمان الاوج يلقونه بالانعام والابقار والخيل والبضايع فتداخلهم الطمع وجمعوا من جميع البلاد ووقع القتال بين التركمان وبينه وضايقوه ثلثة وثلثين يوما وهو ساير ولما قرب من قونية جمع قطب الدين ولد قلبج ارسلان العساكر وقصده وضرب معه مصافا عظيما فظفر به ملك الالمان وكسره كسرا عظيما وساير حتي اشرف علي قونية فخرج اليه جموع عظيمة من المسلمين فردهم مكسورين وهجم قونية بالسيف وقتل منهم عالما عظيما من المسلمين والفرس واقام بها خمسة ايام فطلب قلبج ارسلان منه الامان فامنه الملك واستقر بينهم قاعدة اكيدة واخذ منه الملك رهاين عشرين من اكابر دولته واشار علي الملك ان يجعل طريقه علي طرسوس والمصيصه ففعل وقبل منه وقبل وصوله الي هذه الديار لختبارا اوكرها فاقتضي الحال انفاذ الملوك حاتم وصحبته ما سال ومعه من الخواص

sic habet. *Epistola Kaikousi, sincera vota fundentis, qua certiorem fieri velim Dominum & Regem nostrum, (Sultanum Augustum, Fidei defensorem, Erectorem vexilli justitiæ & beneficentiæ, salutem orbis & religionis, Islamismi & Musulmannorum principem, cujus felicitatem perpetuet Deus, majestatem augeat, vitam conservet, spesque omnes gloria tandem cœlesti cumulet.) de rebus Regis Alamannorum. & quid ei evenerit, ex quo in scenam prodiit. Omnium primum sedibus suis egressus, regiones Hungarorum violenter intrat, compellitque regem Hungarum ad submissionem promtamque obedientiam, cujus ex opibus, ex viris, quod lubitum, excerpit. Inde Græci principis terras ingressus oppida expugnat diripitque: in quibus tamdiu hæsit, tributaque exegit, donec Rex Græcorum sese dicto ei audientem præberet; a quo obsides accepit Filium, Fratremque, & quadraginta intimos amicos. Cepit quoque ab eo quinquaginta auri talenta, totidem argenti; itemque vestis sericeæ ingentem modum. Naves præterea ei extorsit, qvibus hanc in oram trajecit, obsides secum vehens, donec fines intraret Regis Kelisji Arslani. Tum remissis obsidibus triduum ire perrexit, Turcomannis Ausjensibus oves, boves, equos, mercimonia, adportantibus: quibus quum se cupiditas prædæ insinuasset, ex omnibus regionibus confluxere, eumque inter & Turcomannos accensus Mars est, & triginta tribus diebus ab iis infestatus fuit dum iter faceret. Iconium appropinquanti contractis exercitibus sese objicit Kotboddinus filius Kelisji Arslani, atque acerrimum cum eo prælium committit. Sed vicit eum Alamannus, ingentique clade fregit; atque Iconio mox admotis imminuit castris. Adversus eum egressæ magnæ Musulmannorum copiæ repelluntur, fundunturque. Gladio deinde Iconium occupat, quo in Musulmannos Persasque magna cum cæde est sævitum. Quinque dies ibi commoratus, a Kelisjo Arslano aditur ad fidem & securitatem expetendam. Impetratur; interque eos firmum sancitur fœdus, viginti primoribus regni ei obsidio datis. Auctor quoque ei fuit; ut iter præter Tarsum ac Masisam haberet. Paret consilio; sed ante quam perveniret ad illas regiones, sive volenti id erat, sive coacto, certe res poposcerat, ut Mamlouchus Hathimus a filio Leonis mitteretur, in occursum Regis, cum turba amicorum ejus, quos ipse li-*

literis evocarat, responsum sibi allaturos. His mandatum erat, ut, si pote, averterent eum ad provincias Kelisji Arslani: qui quum Regem convenissent, responsumque pertulissent, res plane contra cecidisse deprehenderunt. Namque contractis exercitibus & copiis processerat jam ulterius, atque ad ripam fluminis cujusdam confederat. Ibi cibo somnoque refectum, experrectumque cupido invadit lavandi in aqua illa frigida; unde vix egressum, sic jubente Deo, ex frigore infestus corripuit morbus, quo intra dies paucissimos extinguitur. Filius Leonis interim in viam se dederat obviam iturus Regi: sed quum hic casus intervenisset, proripuere sese legati ejus ex exercitu, ad eumque perlati rem renunciant. Is arcium suarum quandam ingressus, defensionem paravit. At filius Regis, quem pater has regiones petiturus vicarium sibi substituerat, confirmato ipsi imperio, legatos, qui aufugerant, mollibus ad se verbis reduci jubet, iisque edicit, patrem suum grandævum has provincias non alium in finem adiisse, quam ut Urbem Sanctam sacra peregrinatione visitaret: se vero esse eum; qui regni habenas moderetur, atque hoc in itinere tantas exantlarit moles molestiarum; ut si quis obedientem se præbuerit: sin minus, regiones ejus fore invadendas. His adductus filius Leonis, atque adeo necessitate coactus, sese cum eo conjunxit. In summa, numerosissimum ille trahit exercitum; quem lustrans nuper, habuit adhuc quadraginta duo millia equitum cataphractorum: peditum vero tantum, quantum nullus calculus assequatur. Diversissima sunt hominum genera, qui gravi disciplina, & formidabili plane severitate continentur: sic ut si quis turpe quid patrarit, causam nullam dicere queat, quo minus oviculæ instar mactetur. Delatus fuerat quidam principum, quod in servo verberando modum excessisset, culpamque in se admisisset. Congregati presbyteri communibus sententiis decreverunt, ut mactaretur; & quamvis permulti pro eo apud Regem intercederent, nihil motus jugulandum tradidit hominem. A voluptatibus sanctissime temperant: adeo ut si quis sibi in eis indulsisse feratur, consortium ejus abhorreant, eumque castigent. Cuncta hæc ex mœrore illo quo Sanctam lugent domum. Constat quam plurimos eorum per longum temporis spatium vestimenta refugisse, sub anathemate, solo ferro indutos, improbantibus licet primoribus. Patientia eorum in molestiis, adflictionibus, & laboribus, singularis plane est & incredibilis.

Hæc

الخواص جماعة للقاء الملك ويجواب كتابه وكانت الوصية ان يعرفوه علي بلاد قابج لرسلان ان امكن فلما اجتمعوا بالملك الكبير واعادوا عليه الجواب وعرفوا الاحوال بالانحراف ثم كثرت عليه العساكر والجموع ونزل علي شط بعض الانهار واكل خبزا ونام وانتبه فتاقت نفسه الي الاغتسال في الماء البارد ففعل ذلك وخرج وكان من امر الله انه تحرك عليه مرض عظيم من الماء البارد ولكث ايامنا قلايل ومات واما ابن لاون فانه كان سايرا يلقي الملك فلما جري هذا المجري هرب الرسل من العسكر وتقدموا اليه واخبروه بالحال فدخل في بعض حصونه واختفي هناك واما ابن الملك فكان ابوه منذ توجه الي قصد هذه الديار نصب ولده الذي معه عوضه واطاعت القواعد وبلغه هرب رسل لاون فنافق واستلطفهم واحضرهم وقال ان ابي كان شيخا كبيرا وما قصد هذه الديار الا لاجل حج بيت المقدس وانا الذي دبرت الملك وعاندت المشاق في هذه الطريق فمن اطاعني والا قصدت ديارهم واستعطف لاون واقتضي الحال لاجتماع به ضرورة وفي الجملة فهو في عدد كثير ولقد عرض عسكره وكان اثنان واربعين مجفجفا واما الرجالة فما يحصي عددهم وهم اجناس متفاوتة علي قصد عظيم وحد في امرهم وسياسة هايلة حتي ان من جني منهم خيانة ليس له جواب الا انه يذبح مثل الشاة ولقد بلغهم عن بعض اكابرهم انه جني علي غلام له وجاوز الحد في ضربه فاجتمعت النفوس للحكم فاقتضي الحال والحكم العام ذبحه وشفع الي الملك منهم خلق عظيم فلم يلتفت الي ذلك ومن بحضرته وقد حرموا الملاذ علي انفسهم حتي ان من بلغهم عنه بلوغ لذة هجروه وعزروه كل ذلك كان حزنا علي البيت المقدس ولقد صح عن جمع فيهم انهم هجروا الشباب مدة طويلة وحرموها ولم يلبسوا الا الحديد حتي انكر عليهم الاكابر ذلك وهم من الصبر علي الشقا

الشقا والذل والتعب في حال عظيم طالع
المملوك بالحال وما يتجدد بعد ذلك
بطالع به ان شاء الله تعالي هذا كتاب
الكاكبغوس ومعني هذا اللفظ الخليفة واسمه
بر كريكورن بن باسيل

Hæc de præsenti statu perscripsit Mamlouchus, mancipium tuum. Si quid novi posthea inciderit, ulterius, volente Deo, perscribet. Hactenus epistola *Kakigousi*; cujus vocabuli significatio est *Vicarius*. Nomen ei *Bar Gregorius Basilides*.

CAPUT SEPTUAGESIMUM PRIMUM.

ذكر مسير العساكر الي اطراف
البلاد في طريق ملك
الالمان

Exercitus dimittuntur ad fines provinciarum, per quas iter habiturus esset Rex Alamannorum.

ولما تحقق السلطان وصول ملك
الروم الي بلاد ابن لاون وقربه الي
البلاد الاسلامية جمع امراء دولته وارباب
الامراء وشاورهم فيما يصنع فاتفق الراي
علي ان العسكر بعضه يسير الي البلاد
المتاخمة لطريق عسكر العدو الواصل
وان يقيم هو علي منازلة العدو بباقي
العسكر المنصور وكان اول من سار
صاحب منبج وهو ناصر الدين بن تقي
الدين ثم عز الدين بن المقدم صاحب
كفرطاب وبارين وغيرها ثم مجد
الدين صاحب بعلبك ثم صاحب
شيزر سابق الدين ثم البارزقية من
جملة عسكر حلب ثم عسكر حماة
وسار ولده الملك الافضل لمرض عظم
له ثم بدر الدين شحنة دمشق
لمرض عرض له ايضا وسار بعد ذلك
ولده الملك الظاهر الي حلب لاباحة
الطريق وكشفا لاخباره وحفظا
لما يليه من البلاد وسار بعده
الملك المظفر لحفظ ما يليه من البلاد
وتدبير امر العدو المجتاز ولما
سارت هذه العساكر خفت الميمنة
فان معظم من سار منها فامر
رحمه الله الملك العادل ان
ينتقل الي منزلة تقي الدين في
طرف الميمنة وكان عماد الدين
زنكي في طرف الميسرة ووقع
في العسكر مرض عظيم فمرض
مظفر الدين صاحب حران وشفي
ومرض

CErtior ita factus *Sultanus* Regem *Romanorum* jam perveniſſe ad provincias filii *Leonis*, atque appropinquare regionibus *Iſlamiticis*, principes imperii ſui, & conſiliarios, advocavit, conſultaturus cum iis, quid faciendum eſſet. Una mente decernitur, parti exercitus eundum eſſe in provincias, præter quarum fines iter habituræ eſſent hoſtiles copiæ: cum parte vero reliqua ipſi eſſe remanendum, ad obſeſſorem hoſtem obſidendum. Primus profectus eſt *Manbesji* princeps *Naſiroddinus* filius *Yacoddini*, deinde *Ezzoddinus* filius *Elmokaddemi*, princeps *Caphertabi* & *Barini*, aliarumque urbium. inde porro *Mesjdoddinus*, *Balbeci* princeps; itemque *Sabikoddinus* princeps *Sjaizari*. Secuti *Jarukidæ* de exercitu *Halebenſi*: nec non exercitus *Hamatenſis*. Abiit quoque filius *Almalichus Alaphdalus*, ob valetudinem in quam inciderat; itemque *Bedroddinus*, urbi *Damaſcenæ* præfectus, ſimilem ob valetudinem. *Halebum* deinceps digreditur Filius ejus *Almalichus Addahirus*, tum ut hoſtis itinera ac molimina propius exploraret, tum ut vicinas tutaretur regiones. Eum ſubſecutus eſt *Almalichus Almodafferus*, fines item cuſtoditurus, obſervaturuſque hoſtile agmen illac tranſgreſſurum. Horum diſceſſu exercituum quum dextrum cornu eſſet tenuatum, (maximam quippe partem inde diſceſſerant) *Almalichum Aladilum* huc ſe transferre juſſit *Sultanus*, in locumque *Takoddini* ſuccedere ad extremam dextram: extremam lævam obtinente *Amadoddino Zenchio*. Caſtra tum noſtra invaſit atrox vis morbi, quo gravius adflicti *Modafferoddinus Charrarum* princeps itemque brevi poſt *Almalichus Addaphirus*, *ad occaſum vitæ acceſſiſſe* videbantur,

atque *in præcipiti ſtetere*. Adflicta quoque illuſtrium aliorumque virorum ingens multitudo; non tamen letale fuit, beneficio Numinis, malum, quod ad hoſtem ſævius graſſabatur; atque cum gravi peſtilentia erat conjunctum. Erecto cuncta fortique pectore edurans *Sultanus*, hoſtes interim continuo exagitare & impetere non intermittebat.

ومرض بعده الملك الظافر وشفي
ومرض خلق كثير من الاكابر وغيرهم
الا ان المرض كان سليما بحمد الله
وكان المرض عند العدو اكثر واعظم
وكان مقرونا بموتان عظيم واقام
السلطان مصابرا علي ذلك مرابطا
للعدو

CAPUT SEPTUAGESIMUM SECUNDUM.

Continuatio hiſtoriæ Regis Alamannorum.

ذكر تمام خبر ملك
الالمان

AD *Alamannum* quod attinet, ſævo quoque morbo implicitus fuit patri ſubſtitutus Filius ille, ac propterea in loco quodam ditionis Filii *Leonis* ſubſtitit, cum viginti quinque equitibus, & quadraginta Templariis. Exercitum autem *Antiochiam* præmiſit, ut viam ſibi emunirent; in tria diſpertitum agmina, ob multitudinem. Primum agmen præter arcem *Pagras* iter habuit, ductore comite inter eos perilluſtri. præſidium illius loci, quantumvis tenue, hoc ex agmine ducentos rapuit viros, infeſtius carpens eos, opprimenſque, quos jam mali morbi debilitarant; & quibus equi, doſſuaria jumenta, omne reliquum inſtrumentum, ad ſummam devenerat paucitatem. Horum rumore ad præfectos *Syriæ* delato, exercitum emiſerunt, qui quid agerent, exploraret obſervaretque. Is magnam hominum vim, pabulatum egreſſam, oppreſſit; ingenti præda rapta, cæſiſque aut captis, ut fidelibus chartis conſignatum eſt, quingentis admodum. Per alteras *Kaikouſi* literas deinceps ſignificatum, eſſe quidem eos ingens agmen, ſed debile, raris equis, raro inſtrumento; ſarcinulas pleraſque vehente aſino aut caballo attenuato. Addebat, ſe adſtitiſſe ad pontem quendam, per quem trajicerent, ut eos oculis perluſtraret, prætergreſſoſque bene multos, quibus non jaculum aderat, non lancea; rariſſimo quoque telum gerente: interroganti autem, quid cauſæ foret, regeſtum fuiſſe, ipſos in prato inſalubri ſtativa habuiſſe, per aliquot dies, ubi abſumtis commeatibus ligniſque, maximam inſtrumenti ſui partem combuſſerint; quodque fame multi im-

وذلك ان ولده الذي اقام مقامه مرض
مرضا عظيما اقام بسببه بموضع من بلاد
ابن لاون واقام معه خمسة وعشرين فارسا
واربعين داوبا وجهز عسكره نحو انطاكية
حتي يقطعوا الطريق ورتبهم ثلثة فرق
لكثرتهم ثم ان الفرقة الاولي اجتازت
تحت قلعة بغراس يتقدمها كند عظيم
عندهم وان عسكر بغراس مع قلته اخذ
منهم ماينيف رجل قهرا ونهبا وكبتوا
جزوا عنهم بالضعف العظيم والمرض الشديد
وقلة الخيل والظهر والعدد والالات ولما
اتصل هذا الخبر بالنواب في البلاد الشامية
انفذوا اليهم عسكرا يكشف لخبارهم فوقع
العسكر علي جمع عظيم قد خرجوا لطلب
العلوفة فاغاروا عليهم غارة عظيمة وقتلوا
واسروا وكان مقدار ما اخذوه وقتلوه علي
ما ذكره المخبرون في الكتب نيفا عن
خمس مايية نفس ولقد حضرت ادا
رسالة رسول ثاني من كيغا الفرس بين
يدي السلطان وهو يذكر خبرهم ويقول
هم عدد كثير لكنهم ضعاف قليلو الخيل
والعدة واكثر ثقلهم علي حمر وخيل
ضعيفة قال ولقد وقفت علي جسر يعبرون
عليه لاعتبرهم فعبر منهم جمع عظيم ما
وجدت مع واحد منهم طارقة ولا
رمحا الا النادر فسالتهم عن ذلك
فقالوا اتينا بمرج وخم اياما وقلت
ازوادنا واحطابنا واوقدنا معظم عددنا
ومات منا خلقا عظيما واحتجنا
الي

الي الخيل فذبحناها واكلناها واوقدنا
الرماح والعدد لاعوان الحطب واما الكند
الذي وصل الي انطاكية في مقدمة العسكر
فانه مات وذكر ان ابن لاون لما احس
منهم بذلك الضعف طمع فيهم حتي انه
عزم علي اخذ مال الملك لمرضه وضعفه
وقلة جمعه الذي تخلف معه وان البرنس
صاحب انطاكية لما احس منهم بذلك
الي ملك الالمان النقطه الي انطاكية
طمعا في ان يموت عنده ويأخذ ماله ولم
تزل اخبارهم تتواتر بالضعف والمرض الي
ان وقعت وقعة العادل علي طرف البحر

essent consumti, equos mactare necessitas adegerit, ipsasque etiam lanceas foco impendere. Ceterum comes ille, qui *Antiochiam* fuerat præmissus, diem obiit: narraturque Filium *Leonis* deprensa hac imbecillitate eorum, cupiditatis oculos adjecisse ad Regis opes, quem cernebat morbo exhaustum, tenui cum comitatu remansisse: Principem *Antiochiæ* Dominum vero, quum hoc ipsum resciviſſet, Regem ad se recepisse *Antiochiam*, eadem adductum cupidine, ut si moreretur ibi, ejus sibi divitias vindicaret. Crebri tales nuncii ventitabant; debilitatemque & morbum eorum adferebant usque ad prælium *Aladili* in extrema ora maris commissum.

CAPUT SEPTUAGESIMUM TERTIUM.

ذكر الواقعة العادلية

Prælium Adiliticum.

ولما كان اليوم الاربعاء العشرين من
جمدي الاخرة علم عدو الله ان العساكر
قد تفرقت وان المبمنة قد خفت لان معظم
من سافر كان منها بحكم قرب بلادهم
من طريق العدو واجتمعوا رايهم واتفقت
كلمتهم علي انهم يخرجون بغتة ويهجمون
علي طرف المبمنة فجاة وتلاعبت بهم امالهم
فخرجوا ظهيرة النهار وامتدوا ميمنة
وميسرة وقلبا وانبثوا في الارض وكانوا
عددا عظيما واستخفوا طرف المبمنة وكان
فيها مخيم الملك العادل فلما بصر الناس
بهم قد خرجوا في تعبية القتال صاح
صايحهم وخرجوا من خيامهم كالاسود من
آجامها وركب السلطان ونادي منادية
بال الاسلام وركبت الجيوش وطلبت
الاطلاب ولقد رايته رحمه الله قد ركب من
خيمته وحوله نفر يسير من خواصه والناس
لم يستتم ركوبهم وهو كالغاقدة ولدها
الثاكلة واحدها ثم ضرب الكوس فاجابته
كوسات الامراء من اماكنها وركب الناس
واما الفرنج فانهم سارعوا في القصد الي
المبمنة حتي وصلوا الي خيمة الملك العادل
ودخلوا في وطاقه وامتدت ايديهم في
السوق واطراف المخيم بالنهب والغارة
وقبل

Nempe die *Mercurii*, vicesimo *Sjumadæ* posterioris, quum exercitus nostros distractos, dextrumque cornu tenuatum, cernerent hostes, quod potissima pars, ob fines agmini transeunti vicinos, inde discessisset, communiter decernunt, unaque mente ac voce in eam descendunt sententiam, nec opinato esse exeundum, extremumque dextrum latus subitario impetu obterendum. Hæ spes quum ipsos luderent lactarentque, educunt pleno meridie, in justamque aciem digesti ac directi *sese per terram diffundunt*. Numerosis agminibus haud par credebant dextrum nostrum cornu, ubi *Almalichus Aladilus* castra tenebat. Statim autem atque instructum progredi hostem animadvertissent nostri, ad arma conclamatum fuit, leonumque ritu densis ex arundinetis promicantium, e tentoriis suis emicuere. Equum insilit *Sultanus* præcone promulgante *Heus ad Islamismum*; insiliunt copiæ omnes, atque subsidia firma leguntur. Ipse eum vidi tunc temporis tabernaculo evectum, pauciſſimisque amicorum cinctum, dum equos nondum conscendissent nostri, *Orbæ matris* referre *similitudinem quæ unicum suum desiderat*. Mox regium impellitur ahenotympanum, quibus ducum tympana suis quæque e locis responderunt; in *Francosque* equi permittuntur. Illi interea in dextrum illud cornu se concitatissimo impetu impege-

rant, pervaſerantque ad prætorium *Almalichi Aladili*, ubi caſtrenſe forum ingreſſi, manibus ad prædam extenſis longe lateque populationem fecere. Dicitur eos ad ſecretius quoque tentorium penetraſſe, atque nonnihil poculenti ex promtuariis rapuiſſe. Cognitis hiſce in equum aſcendit *Almalichus Aladilus*, tabernaculoque egreſſus, concendere jubet eos qui ipſum proxime in dextro latere contingebant, ut *Tawasjium Kaimazum Nesjmium*, ceteroſque ejuſdem ordinis Leones *Iſlamiſmi*. Conſtitit autem dolum meditantis ritu, quo cupiditas ipſos ſua penitius in tentoria prolectaret, ad prædamque converterentur toti. Accidit quod opinione præceperat: namque avidas in tentoria, in inſtrumenta, in fructus, in eſculenta manus injecere. Hos ita occupatos diſtractoſque cernens, clamorem tollit, & tum ipſe in eos impetum facit, tum quotquot proxima ei loca tenuerant, pari ſeſe impetu concitant, quin imo totum dextrum cornu motus hicce pervaſit, ſic ut ad *Moſulenſem* quoque exercitum clamor pervenerit, univerſique, ſicut leones in prædam, ita in hoſtem provolarent irruerentque. In poteſtatem ipſorum traditi a Deo inimici, ſternuntur, effuſoque curſu caſtra ſua repetunt fœda cum trepidatione, *Gladio Dei ſpicilegia exercente ſpirituum e corporibus extractorum, & tum capita, tum animas demetente, relictis truncis atque cadaveribus.* Quum vero *Sultanum* advertiſſet bellicus pulvis, ſublatus e locis caſtra Fratris contingentibus, *flammato* correptus *pavore*, generoſoque fraternæ caritatis ardore impulſus, ad Religionis cauſam tutandam cupidiſſime advolat, proximorum ſuorum diſcrimine calcaria quoque ſubdente. Conclamant interim præcones, per ordines dimiſſi, *Heus ad Iſlamiſmum! heus ſtrenui propugnatores Unitariorum! Hicce Dei hoſtis in poteſtatem noſtram traditus, eo uſque audaciæ & cupiditatis eſt provectus, ut ſponte caſtra veſtra invaſerit.* Huic clamori promtiſſime reſponderunt, ſuccinueruntque, tum *Mamlouchorum Sultani* agmen, tum lectiſſimorum, laterique hærentium amicorum, cohors, quibuſcum ad *Moſulenſem* exercitum, cui præerat *Aladinus*, tendit: mox *Ægyptiacum* quoque exercitum, cui præpoſitus *Sunkarus Halebenſis*, educit. Conglobata exeunt agmina, forteſque ſe mutuo in prælium hortantur viri.

وقبل وصلوا الي خيمة الخاص واخذوا
من شراب خزانتها شيا واما الملك
العادل فانه لما علم بذلك ركب
وخرج من خيمته واستركب من يليه
من اليمنة كالطواشي قايماز النجمي
ومن يجري مجراه من اسود الاسلام
ووقف وقوف مخادع حتي يوقل بهم
طمعهم في الحيم واشتغلوا بالنهب وكان
كما ظن فانه عانت ايديهم في الخيام
والاقمشة والفواكه والمطاعم فلما علم
اشتغالهم بذلك صاح بالناس وحمل
بنفسه وحمل حملة ما كان يليه
من اليمنة واتصل الامر بجميع اليمنة
حتي وصل الصايح الي عسكر
الموصل وهجموا علي العدو هجمة الاسود
علي فراستها وامكنهم الله منهم
ووقعت الكسرة فعادوا يشدون
نحو خيامهم هاربين علي اعقابهم
فاكبين وسيف الله فيهم يلتقط
الارواح من الاشباح ويفصل بين
الانجساد والروس ويفرق بين الابدان
والنفوس ولما بصر السلطان
بغضطل الحرب قد ارتفع مما يلي
خيام اخيه ثارت في قلبه نار
الاشفاق وحركت الحمية
اخوته وانهضتة الرغبة في نصرة
دين الله والخوف علي اولياية
عزمته وصاح صايحه في الناس
يال الاسلام وابطال الموحدين
هذا عدو الله قد امكن
الله منه وقد داخله
الطمع حتي غشي خيامكم
بنفسه فكان من المبادرين
الي اجابة دعوته جماعة من
مماليكه وخاصته وحاشيته
فسم لطلب عسكر الموصل
يقدمهم علاي الدين ثم
عسكر مصر يقدمهم تقي
الخليلي وتتابعت العساكر
وتجاوبت الابطال يوقف هو
رحمه الله في القلب خشية ان
يستضعف

يستضعف العدو القلب بحكم ما
انفذ منه من العساكر فينال غرضا
فتواصلت العساكر واتصل الضرب وقامت
سوق الحرب فلم يكن الا ساعة حتي
رايت القوم صرعي كانهم اعجاز نخل
خاوية وامتدوا مطرحين من خيام
الملك العادل الي خيامهم اولهم في
الخيم الاسلامية واخرهم في خيم العدو
صرعي علي التلول والوهاد وشربت
السيوف من دمايهم حتي رويت واكلت
اسد الوغي باسنان الظفر منهم حتي
شبعت واظهر الله كلمته وحقق بعبده
نصرته وكان مقدار ما امتد فيه
القتلي فيما بين الخيمتين فرسخا
وربما زاد علي ذلك ولم ينج من
القوم الا النادر ولقد خضت في
تلك الدماء بدابتي واجتهد ان
اعدهم فما قدرت علي ذلك لكثرتهم
وتفرقتهم وشاهدت فيهم امراتين
مقتولتين وحكي لي من شاهد
الربيع نسوة يقاتلن واسر منهن
اثنتان واسر من الرجال في
تلك الايام نفر يسير فان
السلطان كان امر الناس ان
لا يتتبعوا احدا هذا كله في الميمنة
وبعض القلب واما الميسرة فما اتصل
الصايح بهم الا وقد فجر الامر وقضي
القضا علي العدو لبعد ما بين المسافتين
وكانت هذه الواقعة فيما بين الظهر
والعصر فان العدو ظهر في قايم
الظهر وانفصلت الحرب بعد صلاة
العصر وانكسر القوم حتي دخلت
معهم طايفة من المسلمين وراهم الي
مخيمهم علي ما قيل ولم يفقد
من المسلمين احد في ذلك
اليوم سوي عشرة انفس غير
معروفين ولما احس جند الله
بعكا بما جري من الوقعة
فانهم كانوا يشاهدون الوقعات
من اعالي السور خرجوا الي
مخيم العدو وجري بينهم مقتلة
عظيمة

ri. *Sultanus* in media acie consistit, ne parte ea ob dimissas inde copias debilitata, illuc impetum converteret hostis, scopumque suum consequeretur. Colliduntur acies; ictibus cominus sævitur: *Forum belli stat fervetque.* Vix momentum abierat horæ, quum populum hostilem *prostratum* cerno *haud secus ac palmas humi adflictas*, longaque serie porrectum ac dejectum inde a tentoriis *Almachi Aladili* ad sua ipsorum tentoria usque, sic ut primi eorum castra *Islamitica*, novissimi castra hostilia attingerent: tanquam *concæde ac strage* continenti colles simul, simul valles opplente. *De sanguine* eorum *biberunt* tum *gladii*, donec *inebriati* forent: *leonesque præliorum dentibus victoriæ ad satietatem usque de iis comederunt.* Ita Deus *verbum suum reddidit superius*, *atque cultoribus suis præsentissimam suam opem adfirmavit.* Per *Parasangæ* spatium, & quod excurrit, fortassean, porrecta jacuere cadavera. Rarissimus cladi superfuit ex hoste. Ipse ego me *in sanguinem illum*, *transvadaturus* veluti, *jumento meo altius immisi*, utque numerum eorum inirem laboravi: sed effectum dare non valui, quum simul densi, simul late sparsi jacerent. Inter eos cæsas duas fœminas notavi. Nonnemo mihi retulit, se quatuor vidisse mulieres strenue pugnantes; quarum duæ fuerint captæ. Perpauci e viris isto die capti, quod *Sultanus* ne cuiquam parceretur edixisset. Cuncta hæc patrata in dextro latere, & parte *Cordis*, sive mediæ aciei: quod enim ad lævum cornu attinet, illuc qui ad arma conclamabant non pervenere, nisi post rem jam transactam, divinitusque adversus hostem decisam atque decretam. Nempe longinquitas intercapedinum impedimento fuerat. Pugna hæc pugnata inter meridiem, & primam vesperam: namque hostis stante in culmine meridie eduxerat: præliumque peremtum fuit, statim post preces pomeridianas. Fractum fusumque hostem turma *Musulmannorum* usque intra castra ipsorum dicitur esse persecuta, tergis inhærens. Nemo ex *Musulmannis* desideratus est isto die, si a decem obscuris & ignobilibus discesseris. Quum autem prælidiarius Dei miles in urbe persensisset prosperum pugnæ eventum (e summis quippe mœnibus prospectabant dimicationes) eruptionem fecere in castra hostilia; ubi atrox certamen

est consertum, inclinante & hic ad *Musulmannos* victoria, sic ut in tentoria hostium irruperint, indeque abegerint tum mulierum turbam, tum supellectilia: quin imo ollas cibo plenas abripuerint. Id literis ex urbe perlatis significatum. Scævum enimvero diem, qui infideles oppressit. Discrepatur in numero occisorum. Sunt qui octo millia cecidisse tradant. Ego quidem ipse oculis meis perlustravi quinque ordines seriesque cadaverum: quorum primus ordo *Aladili* tentoriis adjacebat, novissimus tentoriis hostium erat attiguus. Incidi tunc in virum quendam peritum, militarem, qui inter cæsorum series illas incedebat, ut eos pernumeraret. Huic ego, quot, inquam, numerasti jam? ille, quatuor millia, inquit, & sexaginta circiter hic strati jacent. Computaverat autem duas tantum series, atque tertiam cum maxime percensebat: verum tamen quod jam expeditum erat ex illis cumulis numero vincebat cumulos restantes. Sic dies ille *Mercurii* multo lætissimus *Islamismo* illuxit. Insequenti die *Jovis*, vigesimo primo, ad primam vesperam venerunt literæ, quinque diebus *Halebo* perlatæ, quæ complectebantur, ingens agmen hostis septentrionalis ad regiones *Islamiticas* depopulandas exiisse: adversus quos consurrexerit exercitus *Halebensis*, intercluso ipsis itinere: ut vix quisquam eorum fuerit elapsus. Nuncius hicce statim post faustissimum prælium allatus, multo accidit jucundissimus, & signis concinentibus est concelebratus. *Tali sponsæ nunquam lætior adfulsit aurora.* Eodem adhuc die ex statione nostra pervenit *Kaimazus Charrensis*, adferens hostem petivisse, ut a parte *Sultani* mitteretur, quicum de pace colloquium posset iniri. Nempe ad extremum devenerant imbecillitatis; *fractaque* velut *ala* trepidarunt, ad Comitis *Henrici* adventum.

عظيمة وكانت النصرة للمسلمين بحيث هجموا خيام العدو ونهبوا منها جمعا من النسوان والاقمشة حتي القدور فيها الطعام ووصل كتاب من المدينة بخبر بذلك وكان يوما علي الكافرين عسيرا واختلف الناس في عدد القتلي منهم فذكر قوم انهم ثمانية الاف ولقد شاهدت منهم خمس صفوف اولها في خيم العادل واخرها في خيم العدو ولقد لقيت انسانا عاقلا جنديا يسعي بين الصفوف القتلي ويعدهم فقلت له كم عددت فقال لي هاهنا اربعة الاف وتسعمائة وستون قتيلا وكان قد عد صفين وهو في الصف الثالث لكن ما مضي من الصفوف اكثر عددا من الباقي وانجلي يوم الاربعا المذكور باحسن ما ينجلي عنه الاسلام ولما كان يوم الخميس الحادي والعشرين من جمدي المذكور ورد في عصرة تجاب له عن حلب خمسة ايام يتضمن كتابه ان جماعة عظيمة من العدو الشمالي خرجوا لنهب اطراف البلاد الاسلامية ونهض العسكر الاسلامي من حلب اليهم واخذ عليهم الطريق ولم ينج منهم الا من شاء الله وكان وقع هذا الخبر عقيب هذه الوقعة المباركة وقعا عظيما وضربت البشاير ولم ير صبحة لذلك العرس احسن من هذه الصبحة وجاءنا بقية ذلك اليوم من البرك فايماز الحراني ذكر ان العدو قد سال من جانب السلطان من يصل اليهم ليسمع منه حديثا في سوال الصلح لضعف حل بهم ولم يزل عدو الله من حينئذ مكسور الجناح من الجانب حتي وصلهم كند يقال له كند هري

CAPUT SEPTUAGESIMUM QUARTUM.

Adventus Comitis Henrici

ذكر وصول الكند هري

HIc inter regulos ipsorum, virosque principes, conspicuus, mari nume-

وهذا المذكور من ملوكهم واعيانهم وصل في البحر في مراكب عدة ومعه من الاموال

الاموال والذخاير والمير والاسلحة والرجال عدد عظيم فقوي بوصوله عزمهم وجاشهم واشتد لزرهم وحدثتهم نفوسهم بطلب العسكر الاسلامي المنصور لبلا وكثر ذلك الحديث علي السنة المستامنين والجواسيس فجمع السلطان الامراء وارباب الراي واستشارهم فيما يفعل فكان اخر الراي انهم يوسعون الخناقة ويتاخرون عن العدو رجا ان يخرج العدو ويبعد عن خيمه فيمكن الله منهم ووافقهم السلطان علي ذلك واوقعه الله في قلبه فرحل الي جبل الخرويه بالعساكر باسرها وذلك في السابع وعشرين من جمدي الاخر وترك بقية من العسكر في ذلك المنزلة كالبزك مقدار الف فارس يتناوبون لحفظ النوبة هذا والكتب متواصلة عن عكا ومنا اليها علمي اجنحة الطيور وايدي السباح والمراكب اللطاف تخرج لبلا وتدخل سرقة من العدو هذا واخبار العدو الواصل من الشمال متواصلة وقلة خيله وعدده وما قد عراهم من الموت والمرض وانهم قد اجتمعوا بانطاكية وانهم قد بقوا رجالة وان اصحابنا عسكر حلب يتخطفون حشاشتهم وعلافتهم ومن يخرج منهم ۞

merosa cum classe advectus fuit; magno quoque numero pecuniæ, annonæ, commeatuum, armorum, virorumque perveeto. Hujus accessu resumti crevere spiritus, eorumque *lumbi corroborati atque succincti fuere*. Impellente ergo eos virium fiducia, victorem exercitum *Islamiticum* de nocte invadere statuunt. Ea fama tum ab perfugis, tum ab exploratoribus, crebra spargebatur: quapropter quid agendum foret deliberaturus *Sultanus* duces & consiliarios convocavit. summa consiliorum huc rediit, *relaxandum* esse *circulum*, retrocedendumque ab hoste, ea sub spe, ipsum egressum e castris, longiusque ab iis abstractum, divinitus fore debellandum. Assensit iis *Sultanus*, Deo id ipsum ei inspirante ac insinuante. Recessit itaque cum universis exercitibus ad montem *Cherubam*, & quidem die vicesimo septimo *Sjumadæ* posterioris, relicto tantum in priori illa sede *stationario equite*, *Jezko*, millenariam turmam complente, qui solet per vices in ordinem euntes excubias agitare. Interim literæ frequentes commeare ab urbe ad nos, a nobis ad urbem, pars alis volucrium, pars industria natatorum, pars exilibus naviculis, quæ noctu egressæ, ingressum in urbem furabantur. Nuncii præterea crebri referre de hoste ex septentrione adventante, quanta ipsi equorum, quanta hominum paucitas; & quid mortis, quid morbi in eos ingruisset; eosque tandem *Antiochiam* in unum convenisse, & quidem pedites factos omnes: quos pabulatum egressos milites nostri de *Halebensi* exercitu subinde carperent, caperentve.

CAPUT SEPTUAGESIMUM QUINTUM.

ذكر كتاب وصل من قسطنطينية يسر الله فتحها

Epistola Constantinopoli allata; cujus expugnationem facilem reddat Deus.

وكان بين السلطان وبين ملك قسطنطينية مراسلة ومكاتبة وكان وصل منه رسول الي الباب السلطاني بمرج عيون في رجب سنة خمس وثمانين وخمس مية في جواب رسول كان انفذه السلطان اليه بعد تقرير القواعد واقامة قانون الخطبة في جامع قسطنطينية فضي

INter *Sultanum*, & Regem *Constantinopolitanum* commercium erat legationis simul & litterarum. Ab eo Legatus ad *Portam Sultanicam* pervenerat in *Marsj Ojouno*, anno quingentesimo octogesimo quinto, mense *Resjebo*, ut responderetur Legationi, quam *Sultanus* miserat ad eum, post pacta conventa, quibus publicum Religionis exercitium *Musulman-*

nis in majore Templo *Conſtantinopoli* adfirmabatur. Hic Legatus, quicum navibus tranſmiſſi, concionator, ſuggeſtum, turba ædituorum, lectorumque, ſumma veneratione, honoreque prolixiſſimo fuit exceptus. Eorum introitus in urbem *Conſtantinopolitanam*, magnus lætuſque inter dies *Iſlamiſmi* effulſit, quem ingens mercatorum multitudo præſens concelebravit. Concionator quum in ſuggeſtum eſcendiſſet, magno ſub confluxu *Muſulmannorum* tum habitantium in urbe, tum mercatorum quoque illorum, inſtituit publica & ſolennia facere vota pro *Imperio Iſlamitico* ſub auſpiciis *Abbaſidarum*. Cum ea Legatione domum reverſa acceſſit quoque Legatus *Conſtantinopolitanus*, qui cuncta rite peracta renunciabat. Præſens adfui, quum legationem ſuam perferret, per interpretem verba faciens. Senex erat multo pulcherrime ætatem ferens, vegetuſque: ritu veſtitus ipſis proprio: auro ſignatam offerens epiſtolam. Eo interim mortuo, nuncioque deceſſus illius *Conſtantinopolitanum* ad regem perlato, ſubmiſit ille hunc poſteriorem Legatum, ad rem interruptam perficiendam; qui litteras adduxit, quibus ad noſtras reſpondebatur. Forma earum, cum interpretatione adjuncta, hæc erat, ut volumen in latitudinem complicatum, *Bagdadenſi* minus, extus & intus duas præferret columnas, in quarum interſtitio ſignatura erat appoſita, in aurum impreſſa, prout ſignaculum in ceram imprimitur. Iſta ſignatura imaginem Regis repræſentabat. Pondus auri quindecim aureos æquabat. Quod duabus columnis continebatur, ita ſe habet. *Iſacius Rex, credens in Meſſiam Deum: a Deo coronatus, victorioſus, ſemper Auguſtus: Imperator potentiſſimus & invictiſſimus, Autocrator Græcorum, Angelus; ad eminentem genere Sultanum Ægypti, Saladinum, dilectionem & amicitiam. Pervenit ſcriptio Eminentiæ tuæ miſſa ad Majeſtatem meam: legimuſque eam, atque inde percepimus, Legatum noſtrum deceſſiſſe. Doluimus ipſum in terra peregrina fato functum: neque perfunctum iis quæ Majeſtas mea ipſi demandarat cum Eminentia tua coram agenda atque tractanda. Neceſſum jam eſt, ut Eminentia tua Legatum mittat ad Majeſtatem meam, qui ad me pervehat legatam mtum defunctum, cum ſupellectilibus quas reliquit, quæque poſt mortem ejus invenientur, ut eas li-*

قضي الرسول واقام الخطبة ولقي احتراما
عظيما واكراما زايدا وكان قد انفذ معه
في المراكب الخطيب والمنبر وجمع من
المؤذنين والقرا وكان دخولهم الي
القسطنطينية يوما عظيما من ايام الاسلام
شاهده جمع كثير من التجار ورقي
الخطيب المنبر واجتمع اليه المسلمون
المقيمون بها والتجار واقام الدعوة
الاسلامية العباسية ثم عاد فعاد معه هذا
الرسول يخبرنا بانتظام الحال في ذلك
فاقام مدة ولقد شاهدته يبلغ الرسالة
ومعه ترجمان يترجم عنه وهو شيخ احسن
ما يعرض ان يكون من صور المشايخ
وعليه زيهم الذي يختص بهم ومعه
كتاب وتذكرة والكتاب مختوم بذهب
ولما مات وصل خبره الي ملك
قسطنطينيه وخبر وفاته فانفذ هذا الرسول
في تتمة ذلك ووصل معه الكتاب في
جواب ذلك وصورة ما فسر من الكتاب
الواصل معه ووضعه انه كان كتابا
مدروجا عرضا وهو دون عرض كتاب
بغداد مترجما ظاهره وباطنه بسطرين
بينهما فرجة وضع فيها الختم والختم
من ذهب مطبوع كما يطبع الخاتم في
الشمع علي خشمه صورة ملك وزن
الذهب خمسة عشر دينارا مضمون
السطرين المكتوبين ما هذا صورته
من ايساكيوس الملك المومن بالمسيح
الاله المتوج من الله المنصور العالي ابدا
افقفوس المدبر من الله القاهر الذي
يغلب ضابط الروم بذاته انكلوس الي
النسيب سلطان مصر صلاح الدين المحبة
والمودة وقد وصل خط نسبتك الذي
نفذت الي ملكي وقراناه وعلمنا منه ان
رسولنا توفي وحزنا حيث انه توفي في
بلد غريب وما قدر ان يتم كل ما رسم
له ملكي وامره ان يتحدث مع نسبتك
ويقول في حضرتك ولا بد لنسبتك
ان تهتم بانفاذ رسول الي ملكي مع
رسولي المتوفي والغماش الذي خلفه
ووجد بعد موته لنعطيه اولاده واقاربه
وما

liberis & propinquis ejus reddamus. Porro putem Eminentiam tuam rumores qui serpunt malos inaudivisse de Alamanno regiones meas ingresso: nec mirum, nam hostes mendacia spargunt scopo servientia: sed si vera audire desideras, multo plus detrimenti & molestiarum ipsi tulere, quam meis colonis agrisque intulere. Imminuti sunt pecuniis, jumentis, viris, mortuis partim, partim occisis. Vix ac ne vix quidem se manibus præsidiorum meorum per provincias potuere subducere, ita attenuati, ut ad regiones tuas neutiquam possint pervenire: sin pervenerint, tanto opere erunt exhausti, ut nec suæ nationi quicquam sint profuturi, nec Eminentiæ tuæ obfuturi. Ceterum quid ita oblitus nostræ societatis, Majestati meæ nihil significavisti de iis quæ intendis, quæque moliris. Omnino liquet Majestati meæ, aliud nihil me ex amicitia tua fecisse lucri, quam inimicitiam totius Francici generis. Cognita hac literarum interpretatione, Legatum honorifice tractavit *Sultanus*; eique loca, lautia, assignavit. Senecio erat pulcre tornatus, solers, *Arabice*, *Græce*, *Francice* sciens. *Franci* interim. ut redeam unde diverti, urbis oppugnationem acerrime urgebant, ob novas, quas indepti erant vires, adventu Comitis *Henrici*, qui dicitur, Deus quid veri sit optime novit, decem millia virorum militarium advexisse. Aliud adhuc auxilium trans mare accessit, quo corroborati urbem arctius compresserunt.

وما اظن انه يسمع نسبتك اخبارا ودية
وانه قد سار في بلادي الالمان وما عجب
فان الاعداء يرجفون باشيا كذب علي
قدر اغراضهم ولو تشتهي ان تسمع الحق
فانهم قد تاذوا وتعبوا كثيرا اكثر مما اذوا
فلاحي بلادي وقد خسروا كثيرا من
المال والدواب والرجال ومات منهم وقتلوا
وبالشدة قد تخلصوا من ايدي اجناد
بلادي وقد ضعفوا بحيث انهم لا يصلون
الي بلادك فان وصلوا كانوا ضعافا بعد
عدة كثيرة لا ينفعون جنسهم ولا يضرون
نسبتك وبعد ذلك كيف نسبتك الذي
بيني وبينك وكيف ما عرفت لملكي شيا
من المقاصد والمهمات فكلها يظهر لملكي
ما ربح ملكي من محبتك الا عداوة
الفرنج وجنسهم فوقف رحمه الله علي
هذا النرجمة واكرم الرسول واحسن مثواه
وكان شيخا حسن الخلق نهبا عارفا
بالعربية والرومية والفرنجية ثم ان الفرنج
شدوا في حصار البلد وضايقوه لما قد
حدث لهم من القوة بوصول الكند
هري فانه انبعث علي ما ذكر والله
اعلم في عشرة الاف مقاتل ووصلهم نجدة
اخري في البحر قويت بها قلوبهم ولزوا
البلد بالقتال

CAPUT SEPTUAGESIMUM SEXTUM.

Combustio Machinarum.

QUum proinde jam vires recentatæ ipsis majorem in modum placuissent ob suppetias jugiter adfluentes, urbisque potiundæ flagrarent desiderio, ab omni parte tormenta applicuere, atque ita vices divisere, ut nec nocte, nec die ejaculationes remitterent conquiescerentve. Hæc labente *Resjebo*. Oppidanos, quum tantam oppugnationis vim molemque sibi admotam cernerent ab hoste, qui *cupiditatis suæ ungues in ipsos defixerat* quasi, *Islamiticus* ille movet stimulatque fastus. (Præerant tum temporis, ut præfectus & custos urbis quidem magnus ille princeps *Bohaeddinus Karaconsjus*: ut summus

ذكر حريق المنجنيقات

وذلك ان العدو ما احس في نفسه
بقوة سبب توالي النجد عليهم اشتد طمعهم
في البلد وسلكوا عليه المنجنيقات
من كل جانب وتناوبوا عليها بحيث لا
ينعطل رميها ليلا ولا نهارا وذلك في
اثناء رجب ولما راي اهل البلد ما
نزل بهم من مضايقة العدو
وتعلق طمعهم بهم حركتهم النخوة
الاسلامية وكان مقدموه حينئذ
اما والي البلد وحارسه فالامير
الكبير بهاي الدين قراقوش واما
مقدم

mus copiarum ductor, magnus item princeps ille, & *Iſpahſelarius*, *Huſamoddinus Abulhaisjaus*; vir generoſitate ac fortitudine inſignis, ſuaque in gente ſplendidis facinoribus excellens.) Communiter ab his decernitur, ut hoſte inſciente imprudenteque, eques ſimul, ſimul pedes, erumperent. Factum. patefactis portis uno ab omni latere impetu, uno prorumpunt momento, hoſte non prius percipiente, quam quum jam *Gladius judicem in eos juſtiſſimum ageret*, & *ſagitta decreti fatique divini ipſos penetraret configeretque*. Ibi *Islamiſmus* infidelitatem ſuis in ſedibus caſtriſque obtrivit, atque agmina globoſque propugnatorum ejus *arrepta* capitis *coma prependula pro arbitrio raptavit tractavitque*. Quum ita *Muſulmanni* in media hoſtium tentoria ſeſe immiſiſſent, curam cuſtodiamque machinamentorum abjecere: in quæ delapſæ tunc ſunt *ſtellæ cadentes* ab jaculatoribus ignium *excuſſæ*, auſpiciis beneficiiſque illis, quibus Numen religionem ſuam ſuperiorem reddere ſolet, adſpirantibus. Ergo ad horæ punctulum ſuccenſi in iis crepant ignes, quorum *manu* ac *violentia* depaſtum breviſſimo temporis ſpatio, quod hoſtes longiſſimo exſtruxerant atque exædificarant. Septuaginta equites ex hoſte occiſi. Ingens capta multitudo. E captivorum numero vir quidam perilluſtris, quem vicerat non nemo noſtrorum; ſed dignitatem ejus ignorabat. Hic viveretne, an non, exquiſivere *Franci*, prælio diremto. Hinc is, penes quem erat, Magnum eum eſſe inter ipſos intellexit. Veritus igitur ne ſibi extorqueretur, iis reſtituendus, ſive per blanditias, ſive alia qua via ac ratione, eum obtruncare properat. *Franci* interea ingentes pro eo divitias offerre, nec abſiſtere vehementiſſime eum atque avidiſſime efflagitare, donec ipſis cadaver eſt monſtratum; quo conſpecto ad terram ſemet adflixere, capitaque pulvere conſperſere. Repreſſus hoc caſu ſedatuſque ardens ille impetus majorem in modum: ſtudioſeque ab ipſis celatum quiſnam ille fuiſſet. Contemſere deinde *Muſulmanni* eorum negotium, ac præſertim *Arabes* in eos ab omni latere incurſarunt, furantes, ſpoliantes, obtruncantes, in vincula abripientes; uſque ad adultum jam mediumque *Sjabanum*, cujus nocte novi quid facinoris adverſus machinas patratum. Comes nempe *Henricus*

مقدم العسكر فالامير الكبير
الاسفهسلار حسام الدين ابو الهيجاء
وكان رجلا ذا كرم وشجاعة وتقدم في
عشيرته ومصافي عزيمته فاجتمع
رايهم علي انهم يخرجون الي العدو
فارسهم وراجلهم عن غرة وغفلة
منهم ففعلوا ذلك وفتحت الابواب
وخرجوا دفعة واحدة من كل
جانب ولم يشعر العدو الا والسيف
فيهم حاكم عادل وسهم قدر الله
وقضاياه فيهم نافذ حادل وهجم الاسلام
علي الكفر في منازله واخذ بناصية
مناصله وراس مقاتله ولما ولج المسلمون
لخيام العدو ذهلوا عن المنجنيقات
وحباطتها وحراستها وحفظها وسياستها
فوصلت شهب الزراقين المقذوفة وجات
عوايد الله في نصرة دينه المالوفة فلم
تكن ساعة حتي اضطرمته فيها النيران
وتحرق منها بعدها ما شبد الاعدا في
المدة الطويلة في اقرب ان وقتل من
العدو سبعون فارسا واسر خلق عظيم
وكان من جملة الاسري رجل مذكور
منهم ظفر به احاد الناس ولم يعلم
بمكانته ولما انفصل الحرب سال
الفرنج عنه هل هو حي لم لا فعرف
الذي هو عنده عند سوالهم انه رجل
كبير فيهم وخاف ان يغلب عليه ويرد
عليهم بنوع مصانعة او علي وجه من
الوجوه فسارع وقتله وبدل الفرنج
فيه اموالا كثيرة ولم يزالوا يشتدوا
في طلبه ويحرصون عليه حتي
ريت لهم جثته فضربوا بنفوسهم
الارض وحثوا علي روسهم التراب ووقعت
عليهم بسبب ذلك خمدة عظيمة
وكتموا امره ولم يظهروا من
كان واستصغر المسلمون بعد
ذلك امرهم وهجم عليهم
العرب من كل جانب يسرقون
وينهبون ويقتلون وياسرون
الي لبلة نصف شعبان وكان
الكند هري قد انفق علي
منجنيق

منجنيق كبير عظيم الشكل علي ما نقل الجواسيس والمستامنون الفا وخمس مائة دينار واعده لبقدمه الي البلد ومنع من حريقه في ذلك اليوم كونه بعيدا عن البلد لم يقدم بعد اليه ولما كانت الليلة المباركة المذكورة خرج الزراقين والمقاتلة تخطفهم من كل جانب والله يكلاهم فساروا من تحت ستر الله حتي اتوا المنجنيق المذكور واضرموا فيه النار فاحترق من ساعته ووقع الصياح من الطايفتين وذهل العدو فانه كان بعيد من البلد وخاف ان يكون قد احيط بهم من الجوانب وكان نصرا من عند الله واحرق بلهيبه منجنيقا لطيفا الي جانبه

cus in vegrande aliquod tormentum, prout qua exploratores, qua transfugæ referebant, impenderat mille & quingentos aureos, idque parabat urbi admoliri. Quod autem nondum admotum, sed longius ab urbe remotum hactenus fuisset, impedimento fuerat, quo minus illo tum die simul conflagrasset. Sed nocte illa faustissima, qua dixi, egressi ignium jaculatores, infensante quidem undique globo hostili, sed Numine ipso eos defensante, *sub Dei velo* ad tormentum progressi, illud succenderunt, eo ipso momento correptum igne combustumque; inter clamorem ab utraque parte coortum. Hoc quum longius ab urbe patraretur, vecors tamen & attonitus torpuit hostis, indagine se undique cinctum forte esse formidans. Divinam enimvero victoriam! Majus hocce sua flamma exilius quoque machinamentum, lateri adstans, involvit.

CAPUT SEPTUAGESIMUM SEXTUM.

ذكر الحيلة وادخال بطسة عمرها واودعها الربع مائة غرارة من القمح ووضع فيها من الجبن والبصل والغنم وغير ذلك من المبرة

Stratagema, quo introductæ in urbem naves quadringentis farinæ saccis, caseo, cepa, ovibus aliisque commeatibus onustæ.

وكان الفرنج خذلهم الله قد ادارو مراكبهم حول عكا حراسة لها من ان يدخلها مركب المسلمين وكانت قد اشتدت حاجة من فيها الي الطعام والمبرة فركب في بطسة بيروت جماعة من المسلمين وتزيوا بزي الافرنج حتي حلقوا لحاهم ووضعوا الخنازير علي سطح البطسة بحيث ترى من بعد وعلقوا الصلبان وجاروا قاصدين البلد من البعد حتي خالطوا مراكب العدو فخرجوا اليهم واعترضوهم في الحراقات والشواني وقالوا لهم نراكم قاصدين البلد واعتقدوا انهم منهم فقالوا اولم تكونوا قد اخذتم البلد فقالوا لم نأخذ البلد بعد فقالوا نحن نرد القلوع الي العسكر وقد اتي بطسة اخري في هوايتنا فانذروهم حتي يدخلوا البلد وكان وراهم بطسة

NIhilominus *Franci* navibus suis circumcinctam inclusamque tenebant urbem, ne *Musulmannorum* navis ulla in eam penetraret. Jam vero invaluerat iterum eorum, qui intus erant, penuria alimentorum commeatuumque: ac propterea imposita fuerat in naves *Berytenses* multitudo nostrorum hominum, habitu ornatuque *Francorum*, eo etiam usque, ut genas raserint, & porcos in transtris exposuerint, qui procul conspicerentur, quin & cruces suspenderint pro insignibus. Sic ad urbem, tanquam e longinquo venientes, trajecerunt, donec hostium immixti navibus, *Missilibus globis incendiarias* illas, bellicasque triremes obvias objectasque sibi haberent. Dicebant autem hostes, ad urbem vos cursum cernimus tendere; eosque mox e numero suorum esse sibi persuaserunt. Rogabant quippe nostri, an necdum oppidum cepistis? Illi vero, necdum captum esse regessere: quum iterum nostri, ergo vela ad castra convertemus: cum aura autem no-

noſtra advehuntur alia adhuc navigia, quæ ne in urbem intrent monete. Et erant ſane poſt eos *Francica* navigia, quæ forte fortuna eundem cum ipſis curſum in alto tenuerant, ad exercitum iter intendentes. Hæc navigia conſpicari illi, illuc pertendunt, ut caveant monituri: atque ita ſola currere perſeveravit navis *Iſlamitica*, conſurgente ipſi interim vento, uſque dum ſalva atque incolumis in portum urbs inveheretur. Id ingens excitavit gaudium; namque inopia jam oppidanos premere occœperat. Res hæc ad finem jam vergente *Resjebo* geſta eſt.

بطسة فرنجية قد اتفقت معهم في البحر قاصدين العسكر فنظروا فرلوها فقصدوها ينذروها فاستبدت البطسة الاسلامية في السير واستقامت لها الريح حتي دخلت مينا البلد وسلمت ولله الحمد وكان فرحا عظيما فان الحاجة كانت قد اخذت من اهل البلد وكان ذلك في العشر الاخر من رجب

CAPUT SEPTUAGESIMUM OCTAVUM.

Hiſtoria Urinatoris Iſa.

ذكر قصة العوام عيسي

EST inter rara quoque ac præclara hujus belli, Urinatorem fuiſſe *Muſulmannum*, cui nomen *Iſa*, qui literas & pecunias ad urbem perferebat, medio corpori ſubligatas, de nocte hoſtem fallens. Solebat, ubi peſſum abiviſſet, ab altero latere navium hoſtilium demum emergere. Is quadam nocte ſibi ad medium ſubſtrinxerat tres folles, in quibus mille erant aurei, & literæ ad exercitum: quumque jam altum tranaret, caſu oppreſſus periit. Habebat autem in more ut ſtatim atque urbem intraſſet, volucrem emitteret, adventum ejus ſignificaturam: ſed alite illo tardante nuncio, metus inceſſit ac ſuſpicio, eum interiiſſe. Non ita multos poſt dies, in litore maris ſtantibus nonnullis oppidanorum, ejectatur ſubmerſi quid, quod quum viſitaſſent, deprehenderunt eſſe Urinatorem huncce noſtrum. Repererunt quoque aurum medio ejus adalligatum, integramque literarum ceram; quod aurum in propugnatores erat erogandum. Non alius, præter huncce virum, conſpectus, qui fidem, dum viveret, præſtitam, etiam in morte ipſa perſolverit, mortuuſve, quod ſibi creditum fuerat, reddiderit. Et hoc ſeneſcente jam *Resjebo* factum.

ومن نوادر هذه الوقعة ومحاسنها ان عواما مسلما كان يقال له عيسي وصل الي البلد بالكتب والنفقات علي وسطه ليلا علي غرة من العدو وكان يغوص ويخرج من الجانب الاخر من مراكب العدو وكان ذات ليلة شد علي وسطه ثلاثة اكياس فيها الف دينار وكتب للعسكر وعام في البحر فجري عليه امر اهلكه وابطا خبره عنا وكانت عادته اذا دخل البلد اطار طيرا عرفنا بوصوله فابطا الطير فاستشعر هلاكه ولما كان بعد ايام بينا الناس علي طرف البحر في البلد قد قذف شيا قريبا فتفقدوه فوجدوه عيسي العوام ووجدوا علي وسطه الذهب وشمع الكتب وكان الذهب نفقة المجاهدين فرئي من ادي الامانة في حال حياته وقد ردها في مماته الا هذا الرجل وكان ذلك في العشر الاخر من رجب ايضا

CA-

Digitized by Google

CAPUT SEPTUAGESIMUM NONUM.

ذكر حريق المنجنيقات

Alia machinarum combuſtio

والعدو كان نصب علي البلد منجنيقات هايلة حاكمة علي الصور وان حجارتها تواترت حتي اثرت في السور اثرا بينا وخيف من غايلتها فاخذ سهمان من سهام الجرخ العظيم فاحرق نصلانها حتي بقيا كالشعلة من النار ثم رميا في المنجنيق الواحد فعلقا فيه واجتهد العدو في اطفايهما فلم يقدر علي ذلك وهب ريح شديد فاشتعل اشتعالا عظيما واتصلت لهبته بالاخر واحرقته واشتد نارها بحيث لم يقدر احد ان يقرب مكانها ليحتال في اطفايهما وكان يوما عظيما استبد فيه فرح المسلمين وسات عاقبة الكافرين ۞

AT hoſtis formidoloſiſſima iterum tormenta urbi admorat, quæ muro præſentiſſimam ruinam *decernebant* quaſi, atque *intentabant pro arbitratu*, atque lapidum continenti verbere late patentem in eo ſtragem edebant. Urgente itaque extremo hinc imminente periculo, duo capta miſſilia, eorum e genere miſſilium quæ balliſta majore evibrantur, eorumque accenſæ cuſpides, ita ut tædæ inſtar ardentis relucerent. Gemina hæc falarica in unam excuſſa machinam, feliciter hæſit, hoſte incaſſum ad extinguendum connitente: quumque vehemens flaret ventus, magno mox collucet incendio, ejuſque flamma alterum illud etiam corripit, tantopere ignibus illis ſævientibus, ut nemo accedere ſuſtineret ad loca ubi ſtabant, aut technæ quicquam comminiſci poſſet ad incendium illud ſedandum. Magnus hic fuit dies, quo ſingulare & ſolidum gaviſi fuere gaudium Fideles; ſed turpis & fœdus fuit infidelium exitus.

CAPUT OCTOGESIMUM.

ذكر تمام حديث ملك الالمان وحيلة التي عملها المركيس

Complementum hiſtoriæ Regis Alamannorum & Marquiſii techna.

ولما استقر قدم ملك الالمان في انطاكية واخذها من صاحبها وحكم فيها وكان بين يديه فيها ينفذ اوامره فاخذها منه غيلة وخديعة واودعها خزاينه وسار عنها خامس عشرين رجب متوجها نحو عكا في جيوشه وجموعه علي طريق اللاذقية حتي اتي طرابلس وكان قد سار اليه من معسكر الافرنج يلتقيه المركيس صاحب صور وكان من اعظمهم حيلة واشدهم باسا وهو الاصل في تهييج الجموع من وراء البحر وذلك انه صور القدس في ورقة وصور فيه صورة

QUum autem Rex *Alamannus* jam *pedem firmum in Antiochiam immiſiſſet*, eamque principi ſuo eripuiſſet, (namque, præſente licet principe, ejus auctoritas, ejus valebant juſſa, unde occaſio data fraude ac dolo eam occupandi) depoſitis ibi theſauris ſuis, viceſimo ac quinto *Resjebi* inde profectus, *Ptolemaidem* cum exercitibus copiisque ſuis iter intendit, per viam *Laodiceæ*, atque *Tripolim* uſque ire perrexit. Ei jam ante in occurſum ſe dederat *Marquiſius* princeps *Tyri*; qui & aſtutiſſimus erat & bellicoſiſſimus ſuæ gentis: atque adeo *radix* fuerat atque origo concitandarum harum turbarum ultramarinarum. Nempe civitatem ille ſanctam in charta depinxerat, in eaque effigiem

Digitized by Google

expreſſerat *Templi reſurrectionis*, quod religioſa colunt peregrinatione, cujuſque majeſtatem venerantur. In eo ſacellum eſt ſepulcri *Meſſiæ*, in quo, ex opinione eorum, poſt crucifixionem humatus fuit. Hoc ſepulchrum *radix* eſt & præcipua cauſa ipſorum peregrinationis, in quod credunt ſtato quodam ac ſolenni feſto lucem deſcendere quotannis. Hoc ſuper ſepulcro equum delineaverat, ab equite *Muſulmanno* inſeſſum, qui monumentum *Meſſiæ*, intermingente equo, conculcabat. Hanc picturam trans mare produxit in foris & conciliabulis, portantibus eam ſacerdotibus, nudo capite, cilicia indutis: luctuoſumque væ ingeminantibus. Jam vero picturæ & imagines eorum corda vel maxime adficiunt, eæ quippe ſunt *radix* & fundamentum religionis ipſorum. Hoc pacto concita fuit turba, quam ſolus numerare valeat Deus; eorumque e numero erat Rex *Alamannorum* ejuſque copiæ. *Marquiſius* itaque quum caput & princeps fuiſſet eorum ad bellum hocce exciendorum, ipſis obviam tetendit, ejuſque adventu non parum confirmatus *Alamannus* eſt, adjutus ab eo in itinere, atque per oram maritimam deductus, quod metus eſſet, ſi per *Halebi* & *Hamatæ* regiones trajeciſſet, *Muſulmannos* ab omni latere conſurrecturos, incurſaturoſque: omnique e plaga *Verbum veritatis* adverſus eos *fore conſtabiliendum*, ſive Religionem noſtram de iis triumphaturam. Et tamen ne ſic quidem impreſſiones noſtrorum, infeſtationeſque huc illuc ſparſas, effugere quiverunt. Utique *Almalichus Almodafferus* ſuis cum copiis, undique agminatim contractis, ad eos contendit; gravemque in eos impetum fecit, extremas hoſtis copias carpens vexanſque; primis tantum agminis ſui ſignis eos aſſecutus: quod ſi quoque ſuis cum copiis *Almalichus Addahirus* eos attigiſſet, omnino actum de iis fuiſſet. Verum enim vero *meta omnis in Libro*, & fatum cuncta præfinit. Eorum in numero ineundo diſcrepatur. Inſpexi libros bellum hoc narrantes, ubi eques ſimul pedeſque, ad quinque millia reducitur, poſtquam ducenis millibus domo exiviſſent. Vide quæſo quomodo hoſtes ſuos tractarit Deus. Incidi etiam alios in libros, ubi memoratur, quum *Laodicea Sjiblam* peterent, ſexaginta tantum male corruptos equos in ipſorum veſtigiis repertos fuiſſe, quo-

صورة القمامة التي يحجون اليها
ويعظمون شانها وفيه قبة قبر المسيح
الذي دفن فيه بعد صلبه بزعمهم وذلك
القبر هو اصل حجهم وهو الذي
يعتقدون نزول النور عليه في كل
سنة في عيد من اعيادهم وصور علي
القبر فرسا عليه فارس مسلم راكب عليه
وقد وطي قبر المسيح وقد بال الفرس
علي القبر وابدا هذا الصورة وراء البحر
في الاسواق والمجامع والقسوس يحملونها
ورؤوسهم مكشفة وعليهم المسوح وينادون
بالويل والثبور وللصور عمل في قلوبهم
فانها اصل دينهم فهاج بذلك خلق
لا يحصي عددهم الا الله وكان من
جملتهم ملك الالمان وجنوده فلقيهم
المركيس لكونه اصلا في استدعايهم
الي هذه الوقعة فلما اتصل به قوي
قلبه ونصره بالطرق وسلك به
الساحل خوفا من انه اذا اتي
علي بلاد حلب وحماة ثار لهم
المسلمون من كل جانب وقامت
عليهم كافة الخلق من كل صوب
ومع ذلك لم يسلموا من شن الغارات
عليهم فان الملك المظفر قصدهم
بعساكره وجمع لهم جموعا وهجم
عليهم هجوما عظيما اخذ فيه من
اطراف عساكره وكان قد لحقهم
باوايل عسكره ولو لحقهم الملك
الظاهر بعساكره لقضي عليهم
ولكن لكل اجل كتاب واختلف
حزب الناس لهم ولقد وقفت علي
كتب بعض المخبر بالحرب فقد
حزر فارسهم وراجلهم بخمسة
الاف بعد ان كانوا قد خرجوا علي
ما ذكر بمايتي الف فانظر
الي صنع الله مع اعدايه ولقد
وقفت علي بعض الكتب فذكر
فيه انهم لما ساروا من
اللاذقية يريدون جبلة وجدوا في
اعقابهم نيفا وستين فرسا قد
عطبت وانتزع لحمها ولم يبق فيها
الا

quorum consumpta plane caro nil nisi ossa præferebat præ vehementia famis. Hoc illi modo procedere, manibus *Musulmannorum* circumquaque eos raptantibus spoliando, cædendo, vinciendo, donec *Tripolim* perventum. Nuncius adventus ejus allatus lucescente feria tertia, octavo *Sjabani*, anno quingentesimo octogesimo ac sexto; cui *Sultanus* firmum pectus, firmum oppositit gradum, non dejectus propterea a custodia *Ptolemaidis*, acrique defensione; nec non obsessoris exercitus infesta observatione, incursatione, & oppressione omnibus horis. Nempe Deo penitus permiserat res suas, in ipsum recumbens; necessitates aliorum quoque exporrecta fronte excipiens discutiensque, facilitateque illa sua impertiens quotquot ad ipsum adirent, religiosos, sapientes, doctores, literatos: quemadmodum & ego sane ad primam hujus rei famam gravius affectus, statim atque ad ipsum ingressus fui, tantum divini roboris, tantum animosæ in eo deprehendi fortitudinis, ut pectus meum continuo laxaretur, victoriamque *Islamismi* & populi ejus certissima jam spe præciperem.

الا العظام من شدة الجوع ولم يزالوا سايرين وايدي المسلمين تختطفهم من حولهم نهبا وقتلا واسرا حتي اتوا طرابلس ووصل خبر وصوله بكرة الثلثا ثامن شعبان سنة ست وثمانين وخمس مايه هذا والسلطان ثابت الجاش راسخ القدم لا يردعه ذلك عن حراسة عكا والحماية لها ومراصدة العسكر النازل بها وشن الغارات عليهم والهجوم عليهم في كل وقت مفوضا امره الي الله معتمدا عليه منبسط الوجه لقضاء حوايج الناس مواصلا يسره من يفد اليه من الفقراء والفقهاء والمشايخ والادباء ولقد كنت اذا بلغني هذا الخبر تاثرت حتي دخلت عليه واجد منه من قوة الله وشدة البأس ما يشرح صدري واتيقن معه نصرة الاسلام واهله

CAPUT OCTOGESIMUM PRIMUM.

ذكر وصول البطس من مصر

Adventus navium ex Ægypto

ولما كان العشر الاوسط من شعبان كتب بهاء الدين قراقوش وهو والي البلد والمقدم علي الاصطول وهو الحاجب لولو يذكران السلطان انه لم يبق بالبلد مبرة الا قدر يكفي الي ليلة النصف من شعبان لا غير فاسرها يوسف في نفسه ولم يبدها لخاص ولا لعام خشية الشيوع والبلوغ الي العدو وتضعف به قلوب المسلمين وكان قد كتب الي مصر بتجهيز ثلاث بطس مشحونة بالاقوات والادم والمير وجميع ما يحتاج اليه في الحصار بحيث يكافيهم ذلك طول الشتاء واقلعت البطس الثلثة من الديار المصرية ولججت في البحر تنوحي النوبة بها الريح حتي ساروا بالريح التي تحملها الي نحو عكا ولم يزالوا كذلك حتي وصلوا الي العكا ليلة النصف من شعبان المذكور وقد فنيت الازواد ولم يبق

Medio *Sjabano* volvente scripsit *Bohæddinus Karakousjus*, præfectus urbi: itemque præpositus classi, cubicularius *Loulouus*, indicantes *Sultano*, nihil commeatus restare in oppido, nisi quantum sufficeret ad noctem iduum *Sjabani*, haud amplius. *Id Josephus in animo suo recondidit*, neque cuiquam mortalium, non privo, non communi amico aperuit, ne forte permanaret ad hostem, animique labascerent *Musulmannorum*. Scripserat autem jam ante in *Ægyptum*, ut tres onerarias naves expedirent fartas ac constipatas penu, pellibus, commeatu, paratu omni ad obsidionem sustinendam necessario; ita ut hyemale tempus edurare valerent. Hæc tria navigia ab *Ægypto* vela fecere *Nubiam* versus, altum penitus ingressa, quod inde ventus flaret, quem ferentem indepta, ipsa illa nocte iduum *Sjabani* prædicta *Ptolemaidem* pervehuntur: quando, penitus absumtis commeatibus, nihil omnino in urbe supererat

alimoniæ. Ad has naves oppugnandas progreditur hoſtium claſſis, inſpectantibus e litore exercitibus *Iſlamiticis*, & ſolennia illa *Non eſt Deus niſi Deus*, & *Maximus eſt Deus* ſonantibus. Quin imo nudatis *Muſulmanni* capitibus, ſupplices ad Deum voces manusque tendebant, ut naves illas incolumes in oppidum invehi decerneret: *Sultanuſque* ipſe in littore oberrabat, ut *orba Genitrix*, ſimul certaminis ſpeculator, ſimul ardentiſſimus ad Dominum ſuum deprecator pro ope obtinenda; populi vicem inenarrabiliter ſollicitus; & tamen in tanta curarum mole, quibus cor erat preſſum, haudquaquam oppreſſus, ſed divinitus corroboratus. Ab omni latere interim pugna circumvaſerat noſtra navigia; pro quibus ipſe militavit æther, vehementiore etenim coorto vento, inter clamores utrimque ſublatos vociferationeſque nubila ſcindentes, ſalva pervenerunt in portum, excepta, *prout imbres poſt ſterilitatem excipiuntur*, ab oppidanis largo inde commeatu recreatis. Inſignem enim vero noctem, & albo inter noctes calculo notandam!

يبق عندهم يطلعون الناس في ذلك اليوم
وخرج عليها اصطول العدو يقاتلها
والعساكر الاسلامية تشهد ذلك من
الساحل والناس في تهليل وتكبير
وقد كشف المسلمون رؤوسهم يبتهلون الي
الله تعالي في القضاء بتسليمها الي البلد
والسلطان علي الساحل كالوالدة الثكلي
يشاهد القتال ويدعو الي ربه بنصره
وقد علم من شدة القوم ما لم يعلمه وفي
قلبه ما في قلبه والله يثبته ولم يزل القتال
يعمل حول البطس من كل جانب والله
يدفع عنها والريح يشتد والاصوات قد
ارتفعت من الطايفتين والدعاء
يخارق الحجب حتي وصلوا
سالمين الي مينا البلد
وتلقاهم اهل عكا تلقي
الامطار عن جدب وامتاروا
ما فيها وكانت ليلة
بلهالي

CAPUT OCTOGESIMUM SECUNDUM.

Oppugnatio Turris muſcarum.

ذكر محاصرة برج الذباب

AD viceſimum ſecundum *Sjabani* paravit hoſtis multa navigia in expeditionem adverſus *Turrim muſcarum*. Ea medio mari exædificata in rupe ad oſtium portus, portum cuſtodit, tutumque præſtat: quam prætervectæ naves, violentiam hoſtilem contemnunt. Hanc occupare cupiens hoſtis, ut portum arbitrio ſubjectum haberet, nec quicquam navigiorum illuc amplius poſſet penetrare, omniſque commeatus urbi intercideretur, tranſverſa per ligna navis cujuſdam turrim erigunt, eamque multa materia complent, ut quum navis hæc propius admota *Turri muſcarum* adhæſiſſet, illam ſuam fabricam in tranſtris poſitam incenderent, atque ita in *Turrim muſcarum* ejuſque tabulata impingerent, cum peſte & internecione propugnatorum. Ipſam quoque navim illam ignium nutrimentis referſerant, ut in flagrantem jam turrim ingererentur. Alteram adhuc navim inſtruxerant oppleruntque multiplici ignium alimento, quam in

ولما كان الثاني والعشرون من شعبان
جهز العدو بطسا متعددة لمحاصرة برج
الذبان وهو برج في وسط البحر مبني
علي الصخر علي باب مينا يحرس به
المينا ومتي عبرة المراكب امن غايلة العدو
فاراد العدو اخذه ليبقي المينا بحكمه
ويمنع الدخول اليه بشي من البطس
فتنقطع المبرة عن البلد فجعلوا علي
صواري البطس برجا ويملوه حطبا علي
انهم يسيرون البطس فاذا قاربت برج
الذبان ولاصقته احرقوا البرج الذي علي
الصاري والصقوه برج الذبان ليلقوه علي
سطحه ويقتل من عليه من المقاتلة
وياخذوه وجعلوا في البطسة وقودا كثيرا
حتي يلقي في البرج اذا اشتعلت النار
فيه وعبوا بطسة ثانية وملوها حطبا ووقودا
علي انهم يدفعوا بها الي ان تدخل بين
البطس الاسلامية ثم يلهبونها فيحرق
البطس

Digitized by Google

البطس الاسلامية ويهلك ما فيها من المير وجعلوا في بطسة ثالثة مقاتلة تحت قبو بحيث لا حصل اليهم نشاب ولا شي من الات السلاح حتي اذا احرقوا ما ارادوا احراقه دخلوا تحت ذلك القبو فامنوا وقدموا البطسة نحو البرج المذكور وكان طمعهم يشتد حيث كان الهوي مصعدا لهم فلما احرقوا البطسة التي ارادوا يحرقوا بها بطس المسلمين والبرج الذي ارادوا يحرقون به من علي برج الذبان فاوقدوا النار وضربوا فيها النفط فانعكس الهوي عليهم كما شاء الله تعالي واراد واشتعلت البطسة التي كان بها باسرها واجتهدوا في اطفايها فما قدروا وهلك من كان فيها من المقاتلة الا من شاء الله واحترقت البطسة التي كانت معدة للاحراق بطسا ووثب اصحابنا عليها فاخذوها اليهم واما البطسة التي كانت فيها القبو فانهم انزعجوا وخافوا وهموا بالرجوع واختلفوا واضطربوا اضطرابا عظيما فانقلبت وهلك جميع من كان بها لانهم كانوا في قبو لم يستطيعوا الخروج منها وكان ذلك من اعظم ايات الله واندر العجايب في نصرة دين الله وكان يوما مشهودا

in medias naves onerarias *Iſlamiticas* impellere deſtinarant, atque tum ſuccendere, ut hoc incendio ſimul naves noſtræ, ſimul commeatus abſumerentur. Tertia in navi præterea ſub teſtudine locant pugnatores, a jaculis, aliiſve miſſilibus telis intactos futuros, ut incendio perpetrato, cuncti perfugium haberent & tutamen. Provehuntur, his præparatis, ad *Turrim* memoratam, eo cupidius inflatiuſque, quod ventus ipſis ſecundus adflare cœpiſſet; ſed quum navim peſti onerariarum noſtrarum deſtinatam incendiſſent, itemque turrim illam, qua *Turrim muſcarum*, cum defenſoribus ſuis delere volebant, ingentemque aggeſta naphta ſuſcitaſſent focum, ventus circumactus, admoderante ſummo numine, reflavit; naviſque illa turrita tota deflagravit, cum viris ſuis militaribus ferme omnibus, fruſtra incendium reſtinguere annitentibus. Altera quoque navis, in onerarias noſtras directa, conflagravit, atque a ſociis navalibus noſtris abſtracta fuit. Quod ad tertiam attinet, opere teſtudineo contectam, conturbati, metuque perculſi ejus vectores, reditum meditabantur; ſed orta diſſenſione, gravique tumultuatione, ſubverſa eſt, omneſque in ea extincti; quod teſtudine concluſi exitum nullum haberent. Fuit hoc ex maximis Dei ſignis, rariſſimiſque miraculis, ad Religionem ſuam defenſandam; dieſque extitit perilluſtris.

CAPUT OCTOGESIMUM TERTIUM.

ذكر وصول الالماني الي عسكرهم المخذول

Alamanni ad exercitum hoſtilem perveniunt.

عدنا الي حديث ملك الالمان وذلك انه اقام بطرابلس حتي استجم عسكره وارسل الي النازلين علي عكا يخبرهم بقدومه اليهم وقد حموا من ذلك لان المركيس صاحب صور هو رب مشورته وصاحب دولته وكان للملك جفري وهو ملك الساحل بالعسكر هو الذي يرجع اليه في الامور فعلم ان مع قدوم الالماني لا يبقي له حكم ولما كان العشر الاخر من شعبان ازمع رايه علي

REdimus ad Regis *Alamannorum* hiſtoriam. Is *Tripoli* ſubſtiterat, donec refectæ forent copiæ ipſius. Inde ad obſeſſores *Ptolemaidis* miſit, ſeque mox adventurum ſignificavit. Hoc ipſis haud volentibus fuit, quoniam *Marquiſius*, dominus *Tyri*, ejus conſilia moderabatur, atque potentiæ ipſius ſatelles erat. Jam vero in exercitu aderat Rex *Hieroſolymitanus*, penes quem ſumma erat rerum; qui facile intelligebat, ſibi, ubi *Alamannus* acceſſiſſet, quicquid habebat auctoritatis eſſe deceſſurum. Labentibus interim ultimis *Sjabani* diebus maritimum curſum

capere deſtinat *Alamannus*, alias ſe male mulcatum iri prævidens, intercepto itinere, occupatiſque anguſtiis. Inſtruuntur proinde naves, eique ſubmittuntur; quas ipſe cum copiis, equiſque, & inſtrumento conſcendit, vela ad exercitum facturus. Brevi temporis ſpatio præterlapſo, ecce *ſegetum ſtrator* & *calamitoſus* in eos *ventus* inſurgit, circumſiliente undique fluctu, atque haud procul ab exitio afuere. Tribus onerariis hauſtis, reliquæ recurrerunt, meliorem ventum exſpectaturæ. Poſt aliquot dierum moram adſpirante blandiore aura *Tyrum* decurrunt, ubi *Marquiſius* & *Alamannus*, reliquiis copiarum ſuarum in caſtra ad *Ptolemaidem* præmiſſis, remanſere uſque ad ſextam *Ramadani* noctem, quando ſolus *Alamannus* mare ingreſſus, ad caſtra illorum delatus eſt, cum pauciſſimis comitibus, ſub occaſum ſolem ejuſdem diei. Sic exploratores & transfugæ retulere. Ejus adventus magnopere utriuſque partis animos adfecit, tanquam momentum allaturus. Intermiſſis quoque paucis diebus oſtendere voluit revera ſe momentum rebus attuliſſe, increpitaque longa illa obſidione, extemplo aciem cum *Muſulmannis* conſerere ſtatuit: ſed quum eum ab hoc auſu deterrerent, infelicem exitum ſortituro, omnino, inquit, exeundum adverſus ſtationariam manum, ut *guſtemus* populi *certamen*, experimentumque capiamus colliſionis cum iis, atque ita demum de negotio ipſorum diſpiciamus; aliud enim eſt auditu, aliud viſu quid percepiſſe. Egreſſus itaque adverſus ſtationem *Iſlamiticam*, comitante ipſum maxima parte *Francorum*, pedite ſimul & equite, planiciem depreſſiorem quæ inter ipſorum collem, & collem *Elajadia* interjacebat, trajecere. In illo colle metabatur noſtra ſtatio, cujus obeundæ vices tetigerant illo die *prætorianam* Sultani *cohortem ſemper victricem*. Hi quantumvis numero impares in gradu adverſus eos conſtitere, conſertoque prælio *mortem ipſis probe guſtandam præbuere*. Hac re intellecta ſuo cum agmine educit *Sultanus*, atque ad *Tel Caiſanum* pedem promovet. Ibi tum hoſtis cernens *Iſlamiticos* exercitus impetus ſui *tela* in ipſum *dirigere*, atque ab omni latere ſe inferre ut *denſam atræ noctis nigredinem*, retro veſtigia pavidus relegit, multis eorum cæſis vulneratiſve. Gladius fugientium cer-

علي المسير في البحر لعلمهم انه ان لم يركب البحر ركب واخذت عليه الطريق والمضايق فاعدوا المراكب وانفذت اليه من كل جانب ونزل فيها هو وعسكره وخيلهم وعدتهم وساروا يريدون العسكر فلم تمض الا ساعة من نهار حتي قامت عليهم ريح عاصف وثار عليهم الموج من كل مكان واشرفوا علي الهلاك وهلك منهم ثلاثة مراكب حمالة وعاد الباقون يرصدون هوا طيبا فاقاموا اياما حتي طابت لهم الريح وساروا حتي اتوا صور فاقام المركبس والالماني بها وانفذوا بقية العساكر الي المعسكر النازل عكا واقاما بصور الي ليلة السادس من رمضان وسار الالمان وحده في البحر حتي وصل معسكرهم غروب الشمس من ذلك اليوم في نفر يسير هكذي اخبر الجواسيس والمستامنون عنهم وكان لقدومه موقع عظيم عند الطايفتين واقام اياما واراد ان يظهر لمجيه اثر فوبخ القوم علي طول مقامهم وحسن في رايه ان يضرب مصافا مع المسلمين فخوفوه من الاقدام علي هذه الامر وعاقبته فقال لا بد من الخروج علي البرك لنذوق قتال القوم ونعرف مراسهم ونبتنصر بامرهم فلبس الخبر كالعبان فخرج علي البرك الاسلامي واتبعه معظم الفرنج راجلهم وفارسهم وخرجوا حتي قطعوا الوطاة التي بين تلهم وتل العياضية وعلي تل العياضية خيم البرك وهي نوبة الحلقة السلطانية المنصورة في ذلك اليوم فوقفوا في وجوههم وقاتلوهم واذاقوهم طعم الموت وعرف السلطان ذلك فركب من خيمته بجحفله وسار حتي اتي تل كيسان فلما راي العدو العساكر الاسلامية صوبت نحوه سهام قصدها واتته من كل جانب كقطع من الليل المدلهم عاد ناكصا علي عقبه وقد قتل منهم وجرح خلق كثير والسيف يعمل فيهم وفي قفيهم وهم هاربون حتي وصل المخيم غروب الشمس

cervicibus incubuit, usque dum sub occasu solis ad castra esset relatus *Alamannus*; vix ac ne vix quidem, tanta incesserat trepidatio, sese incolumem evasisse credens. Nox finem certamini imposuit. A *Musulmannis* cecidere duo tantum: ingens vulnerata multitudo. Sed hostibus Dei improspera fuit pugna. *Alamannus* perpensa sua suorumque clade, quam inflixerat stationarius miles, turma de exercitu, particula de toto decerpta, urbis oppugnationem potius resumendam esse decrevit; quam ut arctius premeret, instrumenta prodigiosa, & fabricas instituit invisitatas, quæ spectantem externarent metu ultimi fati a tantis molibus jam haud dubie in urbem impendentis. Maxime novitate sua formidabilis erat, prout memoriæ proditum est, ingens machina, *Debbaba* dicta, sive *subreptrix*. Ea magnam vim pugnatorum sub se recondere potest, ferreis laminis vestita; estque rotis prædita, quibus intus, ubi milites clauduntur, promovetur, ad mœnia arietanda: habet enim præterea vastum caput robusto collo ferreo nixum ac præfixum, quod vocatur *aries*, quo murus summa cum vehementia *quatitur tanquam petulco cornu*, quod a multis hominibus attractum crebra arietatione sua omnia discutit destruitque. Aliud adhuc tormentum architectatus erat opere testudineo, trahentibus intus viris, ejusdem fabricæ, nisi quod illius caput acuminatum sit ritu vomeris quo terra sulcatur, quum hujus caput sit rotundum; atque hæc solo pondere diruat, quum altera illa acumine simul & pondere demoliatur. Nomen huic machinamento *Cattus*. Pluteorum insuper & scalarum grandium terribiliumque vis parata. stupendas quoque naves mari instituerant, in iisque turrim sive machinam rostratam, quam pro lubitu possent evertere, atque muro invergere lentis motibus, quo pacto ad locum illum, quem eversa comprenderat machina, aditus struebatur, per quem pugnatores possent succedere. Hoc opere *Turrim muscarum* aggredi & expugnare destinabant.

الشمس وهو لا يعتقد سلامة نفسه
من شدة خوفه وفصل الليل بين
الطايفتين وقتل من المسلمين اثنان
وجرح جماعة كثيرة وكانت الكرة
علي اعداء الله ولما عرف ملك الالمان
ما جري عليه وعلي اصحابه من
البرك الذي هو شرذمة من العسكر
وهم جزو من كل راي ان يرجع
الي قتال البلد ويشتغل بمضايقته
فاتخذ من الالات العجيبة والصنايع
الغريبة ما اهال الناظر اليه من
شدة الخوف علي البلد واستشعر
اخذ البلد من تلك الالات وخيف منها
عليه مما احدثوه الة عظيمة تسمي دبابة
يدخل تحته من المقاتلة خلق عظيم ملبسة
بصفايح الحديد ولها من تحتها عجل
تحرك به من داخل وفيها المقاتلة حتي
ينطح بها الصور ولها راس عظيم برقبة
شديدة من حديد وهي تسمي كبشا
ينطح بها الصور بشدة عظيمة
لانه يجرها خلق عظيم فتهدمه
بتكرار نطحها والة اخري وهي قبو
فيه رجال السحب لذلك الا ان
راسها محدد علي شكل السكة التي
يحرث بها وراس البرج مدور وهذا
يهدم بثقله وتلك تهدم بحدتها
وثقلها وهي تسمي سنورا ومن
الستاير والسلالم الكبار الهايلة
واعدوا في البحر بطسة هايلة
وصنعوا فيها برجا بخرطوم اذا ارادوا
قلبه علي السور انقلب
بالحركات ويبقي طريقا الي
المكان الذي ينقلب عليه
تمشي عليه المقاتلة
وعزموا علي تقريبه الي
برج الذبان ليأخذوه
به

Digitized by Google

CAPUT OCTOGESIMUM QUARTUM.

Turritus ille Aries, & alia machinamenta comburuntur.

ذكر حريق برج الكبش وغيره من الالات

MAchinis hisce ad finem perductis, hostis oppido gravis incumbere cœpit, & oppugnationem redordiri ab omni latere, oppidanis ad Religionem Dei defendendam firma proposita, fortia pectora opponentibus. Die *Lunæ* ergo, qui tertius erat *Ramadani*, hujus anni octogesimi sexti (eodem hoc die exercitus e *Syria* reverterant ornatu pulcherrimo, speciosissimo ordine, & completissimo apparatu, cum Filio *Halebi* principe, & *Sabikoddino* principe *Sjaizari*, *Mesjoddinoque Balbeci* domino: *Sultanusque*, quamvis febris e bile oriunda valetudinem ejus turbasset, eo quoque die in equum escenderat; quum multimodis festa esset hæece lux) illo ipso igitur tempore hostis urbem adortus est innumerabili plane multitudine, cujus calculum solus inire possit Deus. Hos neglexere, quietosque succedere sivere qui in urbe erant strenuissimi bellatores, ducum huc consilio conspirante ac concinente, donec *aduncos cupiditatis suæ ungues defixissent* in oppidum; atque machinamenta prædicta protraxissent eo usque, ut jam proxime mœnibus admota atque innexa forent; eorumque maxima turba se in ipsam fossam demisisset. Enimvero tum demum *laxatis habenis* catapultæ, *mangana*, balistæ, jacula, lapides, igneſque in ipsos immittere; uniusque viri clamore adversus ipsos sublato universi patefactis erupere portis, *animasque Creatori Conditorique ipsarum vendidere: acquiescentes in contractu promissis sancito:* atque ab omni latere hostem obtrivere, in fossisque oppressere. Terrore ibi divinitus cordi ipsorum offuso, cædendum præbuere tergum trepidam effusamque in fugam conjecti ad tentoria sua retro repetenda, seque vallis murisque castrorum defendendos, idque ob atrocitatem vulnerum, stragisque, quam cernebant simul & *gustabant*. Multi tamen mortales in fossa hæsere, per quos gladius desæviit, orco mox demittendis ipsorum spiritibus. *Musulmanni* quid frustrationis pavidæque fugæ ingruis-

وذلك ان العدو لما راي الاته قد تمت واستكملت شرع في الزحف علي البلد ومقاتلته في كل جانب واهل البلد كلما راوا ذلك اشتدت عزايمهم في نصرة دين الله وقويت قلوبهم علي المصابرة ولما كان يوم الاثنين ثالث شهر رمضان من السنة المذكورة وهو الذي قدمت فيه العساكر من الشام في احسن زي واجمل ترتيب واكمل عدة مع ولده صاحب حلب وسابق الدين صاحب شيزر ومجد الدين صاحب بعلبك وكان السلطان قد التاث مزاجه الكريم بحمي صفراوية فركب بذلك اليوم فكان عبدا من وجوه متعددة وفي ذلك زحف العدو علي البلد في خلق لا يحصي عددهم الا الله فاقبلوهم اهل البلد وشجعان المقاتلة الذين فيه وذوو الاراء المتفقة من مقدمي المسلمين حتي نشبت مخالب اطماعهم في البلد وسحبوا الاتهم المذكورة حتي قاربوا ان يلصقوها بالصور وتحصل منهم في الخندق جماعة عظيمة واطلقوا عليهم سهام الجروخ واحجار المنجنيق واقواس الرمي والنبران وصاحوا عليهم صيحة الرجل الواحد وفتحوا الابواب وباعوا نفوسهم لخالقها وباريها ورضوا بالصفقة الموعود بها وهجموا علي العدو من كل جانب وكبسوهم في الخندق واوقع الله الرعب في قلب العدو واعطي ظهره الهزيمة واخذوا مشتدين هاربين علي اعقابهم فاكمين يطلبون خيامهم والاحتماء باسوارهم لكثرة ما شاهدوا وذاقوا من الجرح والقتل وبقي في الخندق خلق عظيم فوقع بهم السيف وعجل الله بارواحهم الي النار ولما راي المسلمون ما نزل بالعدو من الخذلان والهزيمة هجموا

gruis-

هجموا علي كبشهم فالقوا فيه النار والنفط والمكنوا من حريقه واحرق حريقا شديدا وظهرت له لهبة عظيمة نحو السماء وارتفعت الاصوات بالتكبير والتهليل والشكر للقوي الجليل وسرت نار الكبش بقوتها الي السنور فاحترقت وعلق المسلمون في الكبش الكلاليب الحديد المصنوعة في السلاسل فسحبوه وهي تشتعل حتي حصلوه عندهم في البلد وكان مركبا من الات هايلة عظيمة الغي الماء عليه حتي برد حديده بعد ايام وبلغنا من البرك ان وزن ما كان عليه من الحديد وكان مائة قنطار بالشامي والقنطار مائة رطل والرطل الشامي بالبغدادي لربعة ارطال وربع رطل ولقد انفذ راسه الي السلطان ومثل بين يديه وشاهدته وقلبته وشكله علي مثال السفود الذي يكون بحجر المدار قبل انه ينطح به فيهدم ما يلاقيه وكان ذلك من احسن ايام الاسلام ووقع علي العدو خذلان عظيم ورفعوا ما سلم من الاتهم وسكنت حركاتهم التي صنعوا فيها نفقاتهم وتحيرت ابصار حيلهم واستبشر السلطان بغرة ولده واستبرك بها حيث وجد النصر مقرونا بقدومه مرة بعد اخري وثانية بعد اولي ولما كان يوم الاربعا خامس عاشر رمضان خرج اصحابنا من الثغر المحروس في شوان علي غفلة من العدو وضربوا البطسة المعدة لاخذ برج الذبان بقواريرر نفط واحترقت وارتفع لهبها في البحر ارتفاعا عظيما وحزن الالمان لذلك حزنا عظيما وشبه حكاية عظيمة ووقع عليهم خذلان مبين ولما كان يوم الخميس سادس عشر الشهر وصل كتاب طاير في طي كتاب وصل من حماة قد طار به الطاير من حلب يذكر فيه ان البرنس صاحب انطاكية خرج بعسكره نحو القرايا الاسلامية التي قلبه تشن الغارات عليها

gruiſſet in hoſtem cernentes, in *Arietem* ipſorum impetum facere, ignemque ac naphtam ei ingeſſere, ejus incendendi nacti potentiam. Fœdiſſimo itaque incendio deflagravit, vehementi ſe cœlum verſus efferente flamma, inter voces cum ſolennibus magnificandi Dei formulis ſublatas, grateſque ad Potentem illum & Præcelſum allegatas. Pervaſit etiam vehementiſſimus ille *Arietis* ignis ad *Cattum*, qui ſimiliter conflagravit. *Muſulmanni* deinde uncinos ferreos catenis nexos *Arieti* injecere, eumque flagrantem adhuc pertraxere ad ſe in urbem. Compactus fuerat formidoloſa ac vegrandi ex materia, quippe aqua perfuſum ejus ferrum non niſi poſt dies aliquot refrixit. Retulere nobis ſtationarii noſtri pondus ferri æquaſſe centum talenta *Syriaca*. Talentum efficit centum libras. Libra *Syriaca* quatuor facit libras *Bagdadenſes*, cum parte quarta. Caput ejus miſſum ad *Sultanum*, interque manus ejus tractatum. Ego ipſe id conſpexi, verſavique; figuram gerens majoris veru, circa quod lapis molaris circumvertitur. Ajebant quicquid arietaſſet, continuo diſcuſſum deſtructumque fuiſſe. Dies hic pulcherrimus *Iſlamiſmo* reluxit. Hoſtes majorem in modum fracti conſternatique tormenta, quæ intacta manſerant, avexere: ſubſederuntque motus illi ac conatus, in quos tantos ſumtus erogarant; *oculis technarum præſtrictis* quaſi *& in ſtuporem defixis.* Lætum *Sultanus* augurium hinc pro Filii ſui ſplendore arripuit, ſeque ſumme felicem in eo prædicavit, quod victoriam repetitis identidem vicibus adventui ejus reperiſſet jugatam atque connexam. Feria quarta, ipſis idibus *Ramadani* ſubitam ex urbe eruptionem in hoſtem fecere, expeditis cum triremibus, atque navigia, ad *Turrim muſcarum* capiendam inſtructa, lagenis naphta refertis impetiverunt; quæ mox flamma medio in mari ad cœlum conſurgente, vehementiuſque furente, deflagrarunt. Hic caſus *Alamannos* non tantum peſſime habuit, ac graviſſimo dolore obruit, ſed & in deſperationem univerſæ rei conjecit. Inſequenti die *Jovis*, decimo ac ſexto menſis *volucris epiſtola* venit, incluſa in aliam epiſtolam *Hamata* miſſam, quam *ales* item *nuncius* apportarat *Halebo*, qua ſignificabatur *Principem*, Dominum *Antiochiæ*, cum copiis ſuis expeditionem ſuſcepiſſe adverſus *Iſlamiticas* oras

ipſi contiguas: exercituſque & præfectos *Almalichi Addahiri* eo animadverſo inſidias ſtruxiſſe, quas non ante deprenderit, quam gladio in eos deſæviente; ex iiſque ſeptuaginta quinque occiſos, ingentem multitudinem eſſe captam: ipſum tamen in loco *Sjiba* dicto ſeſe communiviſſe, donec dilapſis noſtris in civitatem ſuam evaſerit. Volvente etiam *medio decemdio* hujus menſis ventus duo hoſtilia navigia, viris, pueris, feminis, ingenti commeatu, ovibuſque bene multis referta, quum ſuos peterent, ad nos detruſit; quæ *Muſulmannis* in prædam ceſſere. Jam vero hoſtis cymbam interceperat ſtipendio viriſque ad oppidum iter affectantem: quod *vulnus* duo hæc navigia capta *exſuxerunt* atque *conſolidarunt*. Crebri inde nuncii per exploratores & transfugas adferri, hoſti in animo eſſe, adverſus *Iſlamiticum* exercitum in aciem educere, ad prælium-que nos provocare. Id, quando *Sultanus* invaletudine laboraret ex *febri biliosa*, neceſſitatem nobis impoſuit exercitum retro ſubducendi in montem *Sjapheramum*. Tranſlatio facta undeviceſimo *Ramadani*. In ſummo monte caſtra locavit *Sultanus*: reliqui vertices collium inſedere; inſtantem jam hyemem, & vim luti commoda in ſede depulſuri. Eodem illo die gravi morbo implicitus fuit *Zinoddinus Joſephus* filius *Zineddini*, Dominus *Arbelæ*, duabus febribus, quæ diverſis accedebant horis, ipſum adflictantibus. Veniam proinde domum abeundi petiit, ſed non impetravit; *Nazaretham* denuo tranſportari cupienti venia datur. Ibi aliquot diebus tranſactis, malo nihil remittente, ſed magis magiſque integraſcente, nocte feriæ tertiæ, duodetriceſimo *Ramadani* exſpirat. Præſens ei aderat frater *Modafferoddinus*. Indolitum ejus fato, quod & in primo flore adoleſcentiæ, & in terra peregrina oppetiviſſet. *Modafferedino* provinciam ejus *Arbelam* gratificatus eſt *Sultanus*, cum eo tamen ut civitates, quas tenuerat ante, ei adimeret, quæ erant *Charræ*, *Edeſſa*, iiſque annexæ regiones atque juriſdictiones. Recepit quoque ad ſe oppidum *Sjahrezourum*. Tum evocavit *Almalichum Almodafferum Tacoddinum Omarum*, filium fratris ſui, *Sjahensjah*, ut locum ſedemque illius, ad novas provincias nempe dimittendi, occuparet; atque damnum abſentiæ ejus reſarciret. *Modafferedinus* in-

عليها فبصرت به العساكر ونواب الملك
الظاهر فكمنت له الكمينات فلم يشعر
بهم الا والسيف قد وقع فيهم فقتل منهم
خمس وسبعون نفرا واسر خلق عظيم
واستعصم بنفسه في موضع يسمي شيحا
حتي اندفعوا وسار الي بلده وفي اثناء
العشر الاوسط القت الريح بطستين فيها
رجال وصبيان ونسا وبقر عظيمة وغنم
كثيرة قاصدين نحو العدو فغنمها المسلمون
وكان العدو قد ظفر لنا بزورق فيه نفقة
ورجال لراد الدخول الي البلد فاحذوه
فوقع الظفر بهاتين البطستين ماجا لذلك
وجابرا له ولم تزل الاخبار بعد ذلك
تتواصل علي السنة الجواسيس والمستامنين
ان العدو قد عزم علي الخروج الي العسكر
الاسلامي خروج مصاف ومنافسة والتاث
مزاج السلطان بحمي صفراوية فاقتضي
الحال تاخر العسكر الي جبل شغرعم
وكان انتقاله تاسع عشر رمضان فنزل
السلطان علي اعلي الجبل ونزل الناس
علي رووس التلال للاستعداد للشتاء
والاستراحة من الوحل وفي ذلك اليوم
مرض زين الدين يوسف بن زين
الدين صاحب اربل مرضا شديدا
بحمين مختلفين الاوقات واستاذن
في الرواح فلم يوذن له فاستاذن
في الانتقال الي الناصرة فاذن
له في ذلك واقام بناصرة اياما عدة بمرض
نفسه فاشتد به الامر الي ليلة الثلثا ثامن
وعشرين رمضان وتوفي رحمه الله وعنده
اخوه مظفر الدين يشاهده وحزن الناس
عليه لمكان شبابه وغربته وانعم السلطان
علي اخيه مظفر الدين ببلده اربل واستنزله
عن بلاده التي كانت في يده وهي حران
والرها وما ينبعهما من البلاد والاعمال
وضم اليه بلد شهرزور ايضا واستدعي
الملك المظفر تقي الدين عمر بن اخيه
شاهنشاه ليكون نائبا مكانه جابرا
لخلل غيبته واقام مظفر الدين
في نظرة قدوم تقي الدين
ولما كان ضاحي نهار ثالث
شوال

شوال قدم وقد عاد صحبة معز الدين

interim adventum *Tacoddini* opperiebatur. Is tertio *Sjawali* ad meridiem sese stitit, reducem quoque sistens *Moezzoddinum*.

CAPUT OCTOGESIMUM QUINTUM.

ذكر قصة معز الدين

Historia Moezzoddini

وهذا معز الدين هو سنجرشاه بن سيف الدين غازي بن مودود بن زنكي وهو صاحب الجزيرة ان ذاك وكان من قصته انه حضر الجهاد وقد ذكرت تاريخ وصوله وانه اخذ منه الضجر والسامة والقلق بحيث ترددت رسله ورقاعه الي السلطان في طلب الدستور والسلطان يعتذر اليه بان رسل العدو منكرة في معني الصلح ولا يجوز ان ننقض العساكر حتي تتميز علي ما ذا ينفصل الحال من سلم وحرب وهو لا يالو جهدا في طلب الدستور الي ان كان يوم عيد الفطر من سنة ست وثمانين وحضر سحرة ذلك اليوم في باب الخيمة السلطانية فاستاذن في الدخول فاعتذر اليه بالبتات كان قد عري مزاج السلطان فلم يقبل العذر وكرر الاستيذان واذن له في الدخول فلما مثل بالخدمة استاذن في الرواح شفاها فذكر له السلطان العذر بذلك وقال هذا وقت تقدم العساكر وتجتمع لا وقت تفرقها فانكب علي يده وقبلها كالمودع له ونهض من ساعته وسار وامر اصحابه ان القوا القدور فيها الطعام وقلعوا الخيم وتبعوه فلما بلغ السلطان صنيعه امر بانشاء مكاتبة اليه يقول فيها انك انت قصدت الانتماء الي ابتداء وراجعتني في ذلك مرارا واظهرت الخيفة علي نفسك وقلبك وبلدك من اهلك فقبلتك واويتك ونصرتك وبسطت يدك في اموال الناس ودمايهم واعراضهم فنفذت اليك ونهيتك عن ذلك مرارا فلم تنته فاتفق

HIcce *Moëzzoddinus* idem est qui *Sinsjarsjahus* filius *Saiphoddini Gazii*, filii *Maudondi*, filii *Zenchii*, *Mesopotamiam* tunc temporis ditione tenens. Casus ejus ita se habet. Ad Bellum Sacrum occurrerat, prout æram adventus ejus supra consignavi. Mox tædio, fastidioque animum concutiente correptus crebris allegationibus, epistoliisque ad *Suitanum*, discedendi veniam efflagitabat. *Sultanus* repetitas hostis legationes de negotio pacis obtendere; neque par esse dicere ut exercitus dissolvantur ante, quam dijudicatum esset & decisum de pace bellove habendis. At ille tanto impotentius missionem urgere, donec tandem die festo, quo jejunium *Ramadani* solvitur, anno octogesimo sexto, ad primum ejus diluculum, ostium prætorii *Sultanici* accederet, intromittique postularet. Excusavit *Sultanus* invaletudinem sibi obortam: quam ille causam non accipiens, instantius admitti expetit. Admittitur, atque post salutationem & officia, coram abeundi sibi potestatem fieri apertis verbis flagitat. Iterat *Sultanus* excusationem illam priorem, & tempus hocce, inquit, concurrere jubet exercitus, & in unum coire, non dissolvi & dissipari. At ille in manum ipsius proclinatus, eam, ut vale ipsi dicturus, osculatur, atque eo ipso momento consurgens discedit, comitibusque suis mandat, sarcinas colligant, ollasque cibo plenas jumentis imponant; qui continuo revulsis ipsum tentoriis sunt subsecuti. Hoc ejus facinus quum *Sultano* esset renunciatum, jussit literas ad ipsum expediri in hanc sententiam. *Tu primus in clientelam meam recipi gestiviisti, atque iterum iterumque ea de re mecum egisti, ostendens te tibi, vitæque, & provinciæ tuæ, a tuismet metuere. Talem te ego suscepi, præsentissimaque ope tutatus sum. Post illa manum tuam extendisti ad hominum opes, Sanguines, existimationes. Misi aliquoties qui ab hisce te de-*

terrerem; sed non es deterritus. Incidit deinde bellum hocce Islamismo; ad quod te evocavimus. Venisti cum exercitu, quem tu, quem reliqui homines novere. Perexiguo adfueras spatio, quum extemplo hocce tædio correptus, tantum hunce tumultum edidisti, absque ut ullum boni affectus indicium, ullum adversus hostem effectum a te perceperimus. Vide nunc cui te, præter me, fis permissurus in fidem; atque ab iis qui te invasuri sunt, temet tueris: nam nullam amplius tui ego curam rationemve duco. Hanc epistolam veredario expedito tradidit, qui ipsum haud procul *Tiberiade* attigit. Perlectam susque deque habuit, iterque suum continuavit. Ei obvius fit eadem in via, ad collem cui *Phiko* nomen est, *Tacoddinus* evocatus, ut ante explicitum, ad bellum sacrum, ob *Modaffereddini* motum illum abitumque. Hic in festinante cernens indicia minus pulchra, quid rei esset rogavit. Narrat ille casum suum, inculatque *Sultanum*, quod nec honorifice ipsum tractasset, nec potestatem abeundi ipsi fecisset. Intellexit inde *Almalichus Almodafferus* ipsum citra veniam, nolente negante-que *Sultano* discessisse. Dixit itaque, melius tibi fuerit ad officium redire assiduumque te præbere, donec veniam impetres: adolescens es, ignorasque quantum tibi ex hac re periculi impendeat. Ille vero, redire, inquit, haud possum. *Tacoddinus* contra, omnino redeas necesse est: nam hic tibi discessus nullum penitus recessum, receptumve relinqueret. Quum nihilominus abitum obstinaret, metum admovet, & volens nolens, inquit, redibis. Jam vero *Tacoddinus* fortissimus erat, idemque animosissimus in omnibus rebus, quem nullius respectus avertebat. Proinde comprehensum iri se cernens, ni voluntate reverteret, ad exercitum cum ipso regreditur. *Almalichus Aladilus*, nosque lateri ejus hærentes, *Tacoddino* obviam egressi, *Moezzeddinum*, invenimus reducem. Cum eo uterque ad *Sultanum* intrant, proque eo deprecantur. Ipse male sibi metuens ut in contubernio viciniaque *Tacoddini* manere concedatur rogat. Concessum. Mansitque ibi donec domum discessit.

فاتفق وقوع هذه الواقعة للاسلام فدعوناك
فاتيت بعسكر قد عرفته وعرفه الناس
واتت هذه المدة المديدة وقلقت هذا القلق
وتحركت هذا الحركة وانصرفت عن غير
طيب نفس وغير قصد حال مع العدو
فانظر لنفسك وابصر من تنتمي اليه
غيري واحفظ نفسك ممن يقصدك بما لي
الي جانبك التفات وسلم الكتاب الي
نجاب فالحقه قريب من طبرية فقرأ
الكتاب ولم يلتفت وسار علي وجهه وكان
الملك المظفر تقي الدين قد استدعي الي
الغزاة بسبب حركة مظفر الدين علي ما
سبق شرحه فلقيه في الطريق في موضع
يسمي عقبة بيف فراه محتشا ولم يرتح
عليه امارات حسنة وساله عن حاله
فاخبره بامره وتعتب علي السلطان
كيف لم يخلع عليه ولم ياذن له
في الرواح ففهم الملك المظفر انفصاله
من غير دستور من السلطان
وانه علي خلاف اختياره فقال له
المصلحة لك ان ترجع الي الخدمة
وتلازم الي ان ياذن لك وانت صبي
ولم تعلم غايلة هذا الامر فقال ما
يمكنني الرجوع فقال ترجع عن غير
بد فليس في الرواح علي هذا الوجه
لك راحة اصلا فاصر علي الرواح فخشي
عليه وقال ترجع من غير لخبلرك
وكان تقي الدين شديد الباس مقدم
علي الامور ليس في عينه من
احد شي فلما علم انه قابضه ان لم
يرجع باختياره رجع معه حتي
اتي العسكر وخرج الملك العادل
ونحن في خدمته الي لقاء الملك
المظفر فوجدناه معه فدخلا به
علي السلطان وسالاه الصفح عنه
وطلب ان يقيم في جوار تقي الدين
خشية علي نفسه فاذن له في
ذلك فاقام في جواره الي حين
ذهابه

CA-

CAPUT OCTOGESIMUM SEXTUM.

ذكر طلب عماد الدين الدستور

Amadoddinus quoque Domuitionem efflagitat.

وذلك ان عماد الدين زنكي عم المذكور الح في طلب الدستور وشكا هجوم الشتا عليه مع عدم الاستعداد له والسلطان يعتذر اليه فان الرسل متواترة بيننا وبين العدو في الصلح وربما انتظم فينبغي ان يكون انتظامه بحضوركم فالراي مشترك واستاذن في ان يحمل اليه خيم الشتاء فلم يفعل وان يحمل اليه نفقة فلم يفعل وتكررت الرسل منه الي السلطان في المعني والسلطان يكرر الاعتذار ولقد كنت بينهم في شي من ذلك وكان عند عماد الدين من العزم على الرواح ما يجاوز كل وصف وعند السلطان من مسكه الي ان يفصل امر بيننا وبينهم ما لا يحد وال الامر الي ان يكتب عماد الدين بخطه ويطلب فيها الاذن في الرواح وتلين فيها وتخشن فاخذها السلطان وكتب في ظهرها بيده الكريمة من ضيع مثلي من يده فليبك شعري ما استفاد فوقف عماد الدين عليها وانقطعت مراجعته بالكلية

HUjus quoque patruus *Amadoddinus Zenchius* importunius abeundi veniam poſtulavit, conqueſtus vim ingruentis hyemis, quum parati nihil adeſſet interim, quo eam defenderet. *Sultanus* eadem erga hunc excuſatione utebatur, legationes nos inter & hoſtem continuo ire ac redire, ad pacem faciendam, quæ ſi forte coeat, ejus utique requiri præſentiam, quum communi conſilio res geratur. Rogitare tum ille ut tentoria in hyemem, nec non pecuniæ militi erogandæ ſibi ſuppeditarentur. Nihil horum ſuppeditatum. Identidem proinde ad *Sultanum* allegavit qui idem illud efflagitarent: ſed *Sultanus* identidem quoque eandem cauſam interpoſuit. Ipſe ego ad hanc rem inter eos tranſigendam ex parte fui adhibitus. Nullis ſatis verbis deſcribi poteſt obſtinatio *Amadoddini* ad abeundum; quemadmodum nec enarrari poteſt *Sultani* ſtudium in eo retinendo, donec belli dijudicatus foret exitus. Illuc res exceſſit, ut *Amadoddinus* ſua manu ſcripſerit ad *Sultanum*, diſcedendi facultatem petens, & mollibus verbis aſpera etiam intermiſcens. Harum literarum dorſo ſuamet manu nobiliſſima inſcripſit *Sultanus*. *Qui mei ſimilem e manu ſua amittit, utinam ſcirem quid quaerat lucri!* Hac Scriptura inſpecta *Amadoddinus* inſtantias ſuas penitus abrupit.

CAPUT OCTOGESIMUM SEPTIMUM.

ذكر خروج العدو الي راس الماء

Hoſtis ad Raſelma egreditur.

وتواصلت الاخبار بضعف العدو ووقع الغلاء في بلادهم وعسكرهم حتي ان الغرارة من القمح بلغت في انطاكية سنة وتسعين دينارا صورية ولا يزيدهم ذلك الا صبرا واصرارا وعنادا ولما ضاق بهم الامر وعظم الغلا وخرج منهم خلق عظيم

NUnciis interea percrebeſcebat, fatiſcere hoſtem & annonam tanto opere in exercitu, & provinciis eorum, ingraveſcere, ut ſaccus farinæ in urbe *Antiochena* ad nonaginta ſex aureos *Tyrios* excederet. Id ipſum tamen nihil aliud quam ipſorum vel patientiam, vel contumaciam indomitam intendit. Quum tamen

Digitized by Google

arctior res, arctior indies fieret annona, atque vehementia famis bene multi compellerentur ad transfugiendum, seque in fidem dedendum, adversus nos educere decrerunt; eo cupidius animosiusque, quod *Sultanus* conflictaretur: quodque autumarent Eum se movere haud posse. Procedunt die *Lunæ*, vicesimo primo *Sjawali*, cum equitatu & peditatu suo, cibaria portantes & tentoria, ad puteos quos nostri recens egesserant sub *Tel Albesjel*, quum super colle illo consedissent. Quatuor dierum hordeum insuper assumserunt. Quum eos ita compositos exivisse renunciatum esset principi, equestri nostræ stationi, *Jezco*, imperat, ut ad *Tel Caisanum* retrocedat ab *Alajadia*, ubi ante steterat. Hostis ad puteos, post preces pomeridianas, die prædicto, stativa posuerat: noctemque illam ibi egerunt, a nostris pervigili custodia observati. Ad primum auroræ exortum adfertur, movisse eos sese .ac conscendisse. Jam vero princeps inumbrante vespera *Nazaretham* & *Alkaimounum* ablegarat impedimenta; remanentibus hominibus. Ego quoque ministerium ei exhibiturus remansi. Jubet itaque exercitum conscendere, atque in justæ aciei formam sese instruere, ipse in equum insiliens; ad vocemque præconis mox omnes idem fecere. Ipse editum quendam e montibus *Cherubæ* collem occupat. Acies dextra ita se diffundere cœpit, ut extrema ejus montem illum contingerent. Sinistra extrema ad fluvium usque se extendit, mari imminens. Dextram obtinebant Filii ejus *Almalichus Alaphdalus Damasco*, *Almalichus Addabirus Halebo*, & *Almalichus Addahirus Bosræ* præpositi; nec non Filius *Ezzoddini*, *Mosulæ* principis, *Aladinus Chorremsjahus*. Item Frater ejus in extimo latere: cui contigui erant *Husamoddinus Lasjinus*, & *Tawasjius Kaimazus Nesjmæus*, & *Ezzoddinus Sjordichus Nourius*, & *Husamoddinus Bessjara* princeps *Paneadis*, & *Bedroddinus Duldurinus*, aliaque ducum multitudo. In sinistra locati erant *Amadoddinus Zenchius*, princeps *Sinsjaræ*, & Filius fratris ejus *Moezzoddinus*, princeps *Mesopotamiæ*; ejusque extremo in latere *Almalichus Almodafferus Tacoddinus*, Fratris ejus filius. *Amadoddinus Zenchius* tamen ipse quidem absens erat, cum impedimentis profectus ob morbum quo laborabat, sed copiæ ejus

عظيم مستنامنين من شدة الجوع عزموا
علي الخروج الينا وكان طمعهم بسبب
مرض السلطان فظنوا انه لا يستطيع
النهوض وكان خروجهم يوم الاثنين
حادي عشر شوال بخيلهم ورجلهم
متحملين انزوادا وخياما الي الابار التي
استحدثها المسلمون تحت تل الحجل لما
كانوا نزولا عليه واخذوا عليف اربعة ايام
فاخبر رحمه الله بخروجهم علي هذا
الوجه فامر البزك ان يتراجع من بين
ايديهم الي تل كيسان وكان البزك علي
العياضية وكان نزول العدو علي الابار
بعد صلاة العصر من اليوم المذكور وباتوا
تلك الليلة والبزك حولهم جميع الليل فلما
طلع الصبح جاء من البزك من اخبره
بانهم قد تحركوا للركوب وكان قد امر
الثقل في اول الليل ان يسيروا الي الناصرة
والغيمون ورحل الثقل وبقي الناس وكنت
في جملة من اقام في خدمته وامر العسكر
ان يركب يمنة ويسرة وقلبا تعبية القتال
وركب هو وصاح الشاويش بالناس
فركبوا وسار حتي وقف علي تل من
جبال الخروبه وابتدات الميمنة بالمسير
فسارت حتي بلغ اخرها الجبل وسارت
الميسرة حتي بلغ اخرها النهر وقرب
البحر فكان في الميمنة ولده الملك الافضل
صاحب دمشق وولده الملك الظاهر
صاحب حلب وولده الملك الظافر صاحب
بسري وولد عز الدين صاحب الموصل
علاي الدين خرم شاه ثم اخوه في طرفها
ويليه قريب منه حسام الدين لاجين
والطواشي قايماز النجمي وعز الدين
جرديك النوري وحسام الدين بشارة
صاحب بانياس وبدر الدين دلدرم
وجمع كثير من الامراء وكان في الميسرة
عماد الدين زنكي صاحب سنجر وابن
اخيه معز الدين صاحب الجزيرة وفي
طرفها الملك المظفر تقي الدين ابن
اخيه وكان عماد الدين زنكي غايبا
بنفسه مع الثقل لمرض كان به
وبقي عسكره وكان في الميسرة
سيف

سيف الدين علي المشطوب وجميع المهرانية
والهكارية وخشترين وغيرهم من الامراء
الاكراد وفي القلب الحلقة السلطانية وتقدم
السلطان أن يخرج من كل عسكر جمع
من الجالبش وان يدوروا حول العسكر
والبزك معهم واخفي بعض الاطلاب وراء
التلال عساهم يجدون غرة من العدو
ولم يزل عدو الله يسير والناس من جميع
جوانبه وهو ساير علي شاطي النهر
من الجانب الشرقي حتي راس العين
ودار وا حوله حتي عبروا الجانب الغربي
ونزلوا والقتال يتلغف منهم الابطال
ويصرع منهم الرجال وكان نزولهم
علي تل هناك وضربوا خيامهم ممتدة
منه الي النهر وجرح منهم في ذلك
اليوم خلق عظيم وقتل منهم ايضا
جماعة وكانوا اذا جرح واحد منهم حملوه
واذا قتل دفنوه وهم سايرون حتي لا
يبين لا قتيل ولا جريح وكان نزولهم
يوم الثلثا بعد الظهر وتراجعت العساكر
الي مواطن المصابرة ومواقف الحراسة
وتقدم السلطان الي المبسرة ان تستدبرهم
بحيث يقع اخرها علي البحر
والميمنة تستدبر بالنهر من الجانب
الشرقي والجالبش يقاتلهم بقربهم
ويرميهم بالنشاب بحيث لا يقطع
النشاب عنهم اصلا وبات الناس تلك
الليلة علي هذا المثال وساير هو
رحمه الله ونحن في خدمته الي راس
جبل الخروبه فنزل في خيمة لطيفة
والناس حوله في خيم لطاف بمراي
من العدو واجتنان العدو يتواصل اليه
ساعة فساعة الي الصبح ولما كان
الصبح يوم الاربعا وصل من اخبر
انهم تحركوا للركوب فركب هو ورتب
الاطلاب وساير حتي اتي اقرب جبال
الخروبه اليهم بحيث يشاهد
احوالهم وكان رحمه الله ملتاث
المزاج ضعيف القوة قوي القلب ثم
بعث الي العساكر وامرها
بالمقاتلة والمضايقة والحملة
عليهم من كل جانب وامر
الاطلاب

ejus remanserant. Præterea siniſtram firmabant *Saiphoddiuus Ali Almesjtoubus*, omneſque *Mebranitæ*, & *Hacaritæ*; *Chuſterinus* item, aliique duces *Curdorum*. Mediam aciem, ſive *Cor*, tenebat *prætorianus Sultani circulus*. Mandat tum, ut ſagittariorum multitudo, omnibus e Legionibus educta, ſeſe exercitui hoſtili circumfunderet, una cum ſtationaria manu. Lectiſſimas etiam turmas quaſdam poſt colles occuluit: num forte occaſionis quid ſubitariæ reperirent. Hoſtis interim, ita circumdatus undique a noſtris, iter ſuum promovere in fluvii latere orientali, uſque *Raſolainum*; ubi circuitu facto, ad latus occidentale tranſgreſſi ſunt, conſederuntque; *conflictu* ſtrenuiſſimos quoſque eorum *buccellæ inſtar rapidiſſime glutiente*, ac proſternente. Occuparunt ibi collem quendam, caſtraque inde ſua ad fluvium uſque protenderunt. Vulnerata iſto die ingens multitudo: ingens quoque occiſa. Saucium aſportabant; cæſum e veſtigio humabant etiam dum iter facerent, ne vel vulnerati vel interfecti ullum indicium appareret. Die *Martis* poſt meridiem quum ita aſſediſſent, Legiones noſtræ ſeſe retro retulere, & opportuniſſima ad hoſtem captandum obſervandumque loca inſedere. Siniſtræ aciei deinde præcepit *Sultanus*, ut eos circumcingat, uſque ad mare ſe diffundens: dextræ vero, ut ſe a latere orientali fluminis iis circumfundat: ſagittariis autem, ut cominus eos impetant laceſſantque telis, ſine ulla omnino intermiſſione. Hoc pacto perpetem tranſegere noctem noſtri. At *Sultanus*, nobis comitibus, ad verticem montis *Cherubæ* proceſſit, ibique tenue admodum tentorium occupat in conſpectu oculiſque hoſtium, ſimiliterque qui ipſi aderant omnes; ubi hoſtis ad ſingula momenta irruptionem dare potuiſſet. Ad auroram tamen uſque ibi ſubſtitit, qua in diem *Mercurii* illuceſcente, venere qui adferrent, ipſos ſeſe commoviſſe, itinerique accinxiſſe. Equitat igitur & ipſe, inſtructiſque turmis progreditur ad illum *Cherubæ* montem, qui proximus ipſis adjacebat, ut ipſe eorum res conditioneſque cominus inſpiceret. Id, affecta licet valetudine, viribuſque exhauſtis, animo firmus validuſque effecit. Tum denuo Legionibus mittit mandatque ut ipſos ab omni latere oppugnent, arctent, infeſtent; ſubſidiariaſque tur-

Digitized by Google

mas disponit *nulla remota, nulla propinqua*, id est, uno perpetuo filo, æquatisque frontibus: a tergo firmaturas oppugnationem, usque ad illustrem jam diem. Hostis interea per latus occidentale fluminis sensim ac pedetentim progredi, omni a latere majorem in modum iufestatus, excepto fluminis illo: consertaque subinde pugna, magna eorum vis sterni; quos mox sepeliebant, si cæsi essent; saucios vero asportabant. Peditis autem tanquam murum sibi circumjecerant, qui tantam vim missilium jaculorumque spargebant, ut nullus accedendi locus relinqueretur nisi sagittando: sagittarum, haud secus ac locustarum, multitudine ipsos cooperiente. Horum in medio incedebat equitatus, unde ne unus quidem hoc die prodire ausus fuit, quantumvis tympanis tubisque percrepantibus ac reboantibus, inter jubilationes consonas nostrorum, lacesserentur. Interim sagittariis nostris recentes identidem copias a se submittebat *Sultanus*, ita ut pauciissimi cum eo restarent; tam prope ab hoste, ut quid rerum gereretur præsentes quasi inspectaremus. Videbamus tum vexillum hostis e plaustro, in quo depactum erat, alte eminens. Trahebatur mulis, atque strenuissime pro eo propugnabatur. Præcelsum erat, instar turris, cujus albus pannus rubro illuminatus atque distinctus erat colore, ad similitudinem crucium. Indesinenter ad hunc modum progrediebantur, donec meridiano tempore e regione pontis *Dabuki* subsisterent, quippe *quibus sitis jam ora capistrarat*, lassitudoque penitus ossa pertentarat: quin imo quos spissa contecerant confixerantque vulnera: quæ omnia per æstum graviorem intendebantur. *Musulmanni* quoque istoc die atrociissimum ediderant certamen, belloque religionis pensum persolverant debitum, acerrimo in eos impetu invecti, *circulique ritu* ipsis circumfusi. At illi intra peditatum suum se continere, nullo facto in nos impetu. Operis præcipua pars exhausta eo die a *Circulo Prætoriano*, qui ipsis *gustandum præbuere mortis saporem*. Horum e numero multi etiam vulnerati, ut *Ibarus Longus*, in hoc maximo bello principem fortitudinis locum promeritus, qui quamvis ipse numeroso vulnere esset affectus, in ciendo Marte perseverabat. Bene multis quoque vulneribus affectus fuit *Saiphod-*

الاطلاب ان تحيط بهم بحيث ان لا
تكون قريبة ولا بعيدة لتكون وراء
المقاتلة الي ان تضاحا النهار وسار
العدو الي شاطي النهر من الجانب
الغربي يطلب جهة جهة والقتال يشتد
عليهم من كل جانب الا من جانب
النهر والتحم القتال فصرع منهم خلق
عظيم وهم يدفنون قتلاهم ويحملون
جرحاهم وقد جعلوا رجالتهم سورا
لهم تضرب الناس بالزنبورك والنشاب
حتي لا يترك احدا يصل اليهم الا
بالنشاب فانه كان يظهر عليهم كالجراد
وخيالتهم يسيرون في وسطهم بحيث لا
يظهر منهم احد في ذلك اليوم اصلا
والكوسات تخفق والبوقات تنعر
والاصوات بالتهليل والتكبير هذا
والسلطان يمد الجيش بالاطلاب
والعساكر التي عنده حتي لم
يبق معه الا نفر يسير
ونحن نشاهد الاحوال وعلم العدو
مرتفع علي عجلة هو مغروس فيها
وهي تسحب بالبغال وهم يذبون عن
العلم وهو عال جدا كالمنارة خرقته
بياض ملمع باحمر علي شكل الصلبان
ولم يزالوا سايرين علي هذا الوجه
حتي وصلوا وقت الظهرة قبالة جسر
دعوق وقد الجمهم العطش واخذ منهم
التعب واثخنهم الجراح واشتد الامر
من شدة الحر ولقد قاتلوا المسلمون في
ذلك اليوم قتالا شديدا واعطوا الجهاد
حقه وهجموا عليهم هجوما عظيما
واستداروا بهم كالحلقة وهم لا
يظهرون من رجالتهم ولا يحملون فكان
الفعل معظمه للحلقة في ذلك اليوم
فانهم اذاقوهم طعم الموت وجرح
منهم جماعة كابار الطويل فانه قام
في ذلك الحرب العظيم اعظم
مقام وجرح جراحات متعددة وهو
مستمر علي القتال وجرح سيف الدين
يازكوج جراحات متعددة
وهو من فرسان الاسلام وشجعانه
وله مقامات متعددة وجرح
خلق

خلق كثير ولم تزل الناس حولهم حتي
نزلوا ظهر نهار ذلك اليوم عند جسر
دعوق وقطعوا الجسر واخربوه خوفا من
عبور الناس اليهم ورجع السلطان الي
تل الخروبة واقام عليهم يزكا بحربهم
واخبارهم تتواتر حتي الصباح وعزم
في تلك الليلة علي كبس بقيتهم
وكتب الي البلد يعرفهم ذلك حتي
يخرجوا هم من ذلك الجانب
فلم يصل من اهل البلد كتاب فرجع
عن ذلك العزم بسبب تاخير الكتاب
ولما كان صباح الخميس رابع عشر
الشهر وصل من اخبر ان العدو علي
حركة الرحيل فركب السلطان وطلب
الاطلاب وكف الناس عن القتال
خشية ان يقتتلوا فان العدو كان قد
قرب من خيمه وادار الاطلاب في
الجانب الشرقي من النهر تسير قبالة
العدو حتي وصل الي خيمه وكان ممن
خرج من مقدميهم في هذا السرية
الكند هري والمركيس وتخلف ابن ملك
الالمان في الخيم مع جمع كثير منهم
ولما دخل العدو الي خيمه كان لهم
فيها اطلاب مستريحة فخرجت الي
البزك الاسلامي وحملت عليه وانتشبت
القتال بين البزك وبينهم وجري قتال
عظيم قتل فيه من العدو وجرح خلق
عظيم وقتل من المسلمين ثلثة نفر
وقتل من العدو شخص كبير فيهم
مقدم عليهم وكان علي حصان
عظيم ملبس الزرد الي حافره وكان
عليه لبس لم ير مثله وطلبوه
من السلطان بعد انفصال
الحرب فدفع اليهم جثته وطلب
راسه فلم يوجد وعاد السلطان
الي مخيمه واعاد الثقل
الي مكانه وعاد كل قوم
الي منزلتهم وعاد عماد
الدين وقد اقلعت حماه وبقي النباث
مزاج السلطان وهو كان بسبب سلامة
هذه الطايفة الخارجة كونه لا
يقدر علي مباشرة الامر بنفسه ولقد
رايته

phoddinus Jazkusjus, inter *Equites Islamismi Heroasque ejus* insignem gradum obtinens. Alia item turba convulnerata. Ad eam rationem jugiter a nostris obsessi descenderunt tandem, medio jam die, ad pontem *Dahoukum*; eumque abruperunt ac destruxerunt, verentes ne nostri illac transgrederentur ad eos. Tum *Sultanus* ad verticem *Elcherubæ* sese recepit, statione, quæ ipsos observaret, disposita; unde continentes ventitabant nuncii, ad auroram usque sequentem. Eadem illa nocte reliquias hostiles opprimere destinarat, idque ipsum in oppidum missis significarat literis; ut & ipsi ab illo latere exirent. Sed quum nihil responsi ab oppidanis tulisset, literis nempe tardius perlatis, consilium illud minuit mutavitque. Lucescente die *Jovis*, decimo ac quarto mensis, refertur, hostem movere se & moliri profectionem. Ad eum nuncium evectus *Sultanus*, subsidiis lectissimis sumtis, reliquos a pugna prohibuit, metu repentini alicujus mali: namque jam castris suis appropinquarat hostis. Delectæ illæ turmæ a latere orientali fluminis circumeuntes e regione hostis sese tenuere, usque dum tentoria sua attigisset. Agmen hocce eduxerant *Comes Henricus* & *Marquisius*: *Alamanni Regis* Filius in castris remanserat, cum multitudine ingenti. Hostem ubi sua accepere castra, simul excepere subsidia electa, laxamentum fessorum integri, qui in *Islamiticam stationem* se erupere acri impetu: inter quam & eos conserto denuo prælio, acerrime pugnatum est, cæsis ex hoste sauciatisque bene multis; at tribus tantum *Musulmannis* interfectis. A parte hostium cecidit etiam perillustris quidam e ducibus eorum, insigni vectus caballo, ad ungulam usque loricato, ipse quoque loricatus, invisitato plane more. Hunc dirempto prælio a *Sultano* repetivere. Truncus quidem redditus est; sed caput non est inventum. Ad castra deinde sua rediit *Sultanus*; impedimentaque eodem rediere: omnesque in universum in sedes se suas recepere. *Amadoddinus*, discussa jam febri, etiam revertit. Affecta interim *Sultani* valetudo durabat, quæ sane tunc in causa fuit, quum ipse certamini interesse non potuisset, quod agmen illud non penitus fuerit deletum. Vidi quoque in lacrymas aliquando solutum, quod conserta dimicatione, se miscere nequiret

certamini. Vidi iterum Filiis ſuis ſingillatim præcipientem, alteri poſt alterum, ut per ſe negotiis intereſſent, atque præliis ſeſe immiſcerent. Audivi præterea, quum non nemo diceret ex gravitate aëris in prato *Ptolemaidis* tantam peſtem utrumque exercitum invaſiſſe, verſiculo proverbiali regerentem

رايته وهو يبكي في حال الحرب كيف لم يقدر علي مخالطته ورايته وهو يامر لولاده واحدا بعد واحد بمصافحة الامر ومخالطة الحرب ولقد سمعت منه وقايل يقول ان الوخم قد عظم في مرج عكا بحيث ان الموت قد كثر في الطايفتين فانشد ممتثلا

Occidite me & Malichum: Malichum inquam mecum occidite.

اقتلاني ومالكا واقتلا مالكا معي

Quod tantundem erat ac ſi diceret, *contentus ſum perire, ſi modo hoſtes Dei perierint.* Qua quidem animoſitate exercitus *Iſlamiticus* mirifice fuit animatus.

يريد بذلك انني قد رضيت ان اتلف انا اذا تلف اعداء الله وحدث بذلك قوة عظيمة في نفوس العسكر الاسلامي

CAPUT OCTOGESIMUM OCTAVUM.

Conflictus inſidiarum

ذكر وقعة الكمين

VIceſimo ſecundo *Sjawali* viſum *Sultano* inſidias nectere hoſti; in eamque rem intentus, ſtrenuiſſimam ex omni exercitu, & heroica virtute inſignem, equitum manum excerpſit, atque eduxit, edicens illis, ut nocte profecti ſe abſconderent ſuper colle ſito ad ſeptentrionem *Ptolemaidis*, longiuſcule ab hoſte (ubi *Almalichus Aladilus* tetenderat, quum pugna, quæ ab ipſo nomen traxit, pugnata fuit) utque admodum pauci eorum ſeſe hoſti oſtenderent, in tentoriiſque ſuis eum invaderent ac laceſſerent; atque prodeunte tandem hoſte ſeſe in fugam conjicerent *Muſulmannos* verſus. Omnia hæc effecta. Noctu ivere, collem inſedere; atque illuceſcente die viceſimo tertio pauci ex iis, præſtantibus vecti equis, contenderunt ad caſtra hoſtilia; ſagittarumque jaculatione indeſinente generoſum ipſorum ardorem concitarunt. Adverſus illos animoſius conſurgunt ducenti admodum equites, horridi in jaculis, præſtantibus item equis invecti, atque a capite ad calcem armati, abſque ut ullus pedes foret admiſtus. Hi quum paucitatem noſtrorum animadvertiſſent, cupidiſſime provolant. In fugam converſi noſtri, inter vulnera utrimque data atque accepta, ad inſidias eos pertrahunt. Ibi tum Heroës exſiluere, atque clamore Viri unius edito, Leonum ritu prædas ſuas involantium, in ipſos convolarunt. Firmant tamen greſſum, ſumtiſque animis atrocem cient Mar-

وفي الثاني والعشرين من شوال راي السلطان ان يضع للعدو كمينا وقوي عزمه علي ذلك واخرج جمعا من كماة العسكر وشجعانه وابطاله وفرسانه وانتخبهم من خلق كثير وامرهم ان يسيروا في الليل ويكمنوا في سفح تل هو شمالي عكا بعيدا من عسكر العدو عنده كانت منزلة الملك العادل حين وقعت الوقعة المنسوبة اليه وان يظهر منهم للعدو نفر يسير وان يقصدوه في خيمه ويحركوه حتي اذا خرج انهزموا بين يديه نحو المسلمين ففعلوا ذلك وساروا حتي اتوا التل المذكور ليلا فكمنوا فيه ولما تجلا نهار الثالث العشرين خرج منهم نفر يسير علي جياد من الخيل وساروا حتي اتوا مخيم العدو ورموهم بالنشاب وحركوا حميهم بالضرب المتواتر وانتخا لهم مقدار ماييني فارس وخرجوا اليهم شاكين في السلاح علي خيل جياد بعدة تامة واسلحة كاملة وقصدوهم وليس معهم احد راجل وداخلهم الطمع فيهم لقلة عدتهم فانهزموا بين ايديهم وهم يقاتلونهم وينقتلون حتي اتوا الكمين وثارت عند وصولهم الابطال وصاحوا صيحة الرجل الواحد وهجموا عليهم هجمة الاسود علي فرايسها فثبتوا وصبروا وقاتلوا قتالا شديدا

ثم

Martem. Fractos tandem, ac terga dare coactos, Amici Dei pro arbitratu cædunt prosternuntque, magnam partem: reliqui sese vinciendos dediderunt. Equi, & arma prædæ cessere. Ad Lætum nuncium ad exercitum præmissum, atque cum jubilis & magnificationibus Numinis exceptum, conscenso equo Victoribus obvium se tulit *Sultanus*, meque comitante ad *Tel Caisanum* processit. primum agmen illuc jam pervenerat: ibique subsistens princeps felicem reditum Fidei defensoribus gratulatur: congratulantibus reliquis etiam hominibus, atque pulchrum eorum facinus concelebrantibus. Perlustrabat interim captivos princeps, eorumque statum explorabat. Inter vinctos erat præfectus exercitus *Gallici*, qui a Rege in subsidium fuerat præmissus. Captus etiam fuit ejusdem Regis thesaurarius. *Sultanus* lætus ovansque, peractis omnibus, ad prætorium sese suum retulit, atque captivos ad se adduci jussit, præcone proclamante, atque edicente, ut qui vinctum quem haberet, eum sisteret. Promte & obedienter id factum, interfuique ipse isti conventui. Eorum primarios honorifice tractavit, & veste donavit: quumque præfectus ille exercitus *Gallici* indutus esset eximia veste pellicea, reliquis consimile tegmen *Georgianum* impertiri jussit; quod se jam frigus intendisset, eosque penitus percepisset. Cibo quoque eos refecit: tentoriumque ipsis assignavit suo quam proxime assitum; ubi singulis fere horis singulari eos honore prosequebatur. Nonnunquam etiam præfectum mensæ suæ adhibuit, tandemque *Damascum* eos dimitti deducique jussit multo cum honore; facta iis potestate, ad Dominum suum mittendi, sibique ab exercitu ipsorum comparandi ac procurandi omnia, quibus indigerent, sive vestimenta, sive quæ alia. Id illi fecere, *Damascumque* abiere.

ثم ولوا منهزمين فمكن اولياء الله منهم ووقعوا فيهم ضربا بالسيف حتي القوا منهم جمعا عظيما واستسلم الباقون للاسر فاسروهم واخذوا خيلهم وعددهم وجاء البشير الي العسكر الاسلامي فارتفعت الاصوات بالتهليل والتكبير وركب السلطان يتلقي المجاهدين وسار وكنت في خدمته حتي اتي تل كيسان فلقينا اوايل القوم فوقف هناك يتلقي العايدين من المجاهدين والناس يتبركون بهم ويشكرونهم علي حسن صنيعهم وهو يعتبر الاسري ويتصفح احوالهم وكان ممن اسر مقدم العسكر الافرنسيس فانه كان قد انفذ نجدة قبل وصوله واسر خازن الملك ايضا وعاد السلطان بعد تكامل الجماعة الي مخيمه فرحا مسرورا واحضر الاسري عنده وامر مناديا ينادي من اسر اسيرا فليحضر فاحضر الناس اسراهم وكنت حاضرا ذلك المجلس ولقد اكرم المقدمين منهم وخلع عليهم وعلي مقدم عسكر الافرنسيس فروة خاص وامر لكل واحد من الباقين بفروة خرخية فان البرد كان شديدا وكان قد اخذ منهم واحضر لهم طعاما اكلوه وامر لهم بخيمة تضرب قريبا من خيمته وكان يكارمهم في كل وقت ويحضر المقدم علي الاخوان في بعض الاوقات وامر تنفيذهم وحملهم الي دمشق فحملوا مكرمين واذن لهم في ان يرسلوا صاحبهم وان يحضروا لهم من عسكرهم ما يحتاجون اليه من الثياب وغيرها ففعلوا ذلك وساروا الي دمشق

CAPUT OCTOGESIMUM NONUM.

ذكر عود العسكر عن الجهاد

A bello Sacro domum redit exercitus.

ولما هجم الشتا وهاج البحر وامن العدو من ان يضرب مصافا وان يبالغ في طلب

QUum autem hyems jam ingruisset, hyemante etiam mari: satisque securi essemus ne hostis vel in aciem pro-

grederetur, vel urbis urgeret oppugnationem, propter vim continentem imbrium; poteſtatem fecit *Sultanus* exercitibus ad regiones ſuas revertendi, ad requietem aliquam ſumendam, equoſque etiam in tempus bellicorum operum reficiendos. Primus diſceſſit *Amadoddinus*, *Sinsjaræ* Dominus, ob irrequietum illum, quo commeatum popoſcerat, impetum, & quidem viceſimo quinto *Sjawali*. Eodem poſt illum die profectionem adornavit fratris ejus Filius, *Sinsjarsjahus*, princeps *Meſopotamiæ*; uterque regali veſte, donis, muneribuſque, cumulatiſſime ac plane ſingulari munificentia affectus. Abiit quoque *Aladinus*, Filius principis *Moſulitici*, ineunte jam *Dſulkada*, conſimiliter ſplendida veſte honoratus, & donariis exquiſitiſſimis. *Almalichus Almodafferus* traxit, donec annus octogeſimus ſeptimus jam occœpiſſet. Similiter *Almalichus Addahirus* profectus nono *Muharremi* illius anni, ut *Almalichus Almodafferus* tertio *Saphari*. Pauci admodum e ducibus, & *interiore* illo *circulo* amicorum penes eum manſere. Quum in exitu eſſet annus octogeſimus ſextus, labente *Dſulkada* acceſſit ad ipſum *Zulphetdarius*, quem, obviam egreſſus, hoſpitio honorificò excepit. Ipſo adventus die convivium ejus cauſa apparatum, in quo ſummam ei humanitatem exhibuit. Deſiderabat ille reſcripto *Sultani* ſibi reſtitui poſſeſſiones ereptas in provinciis *Niſibenſi*, & *Chaborenſi*. Ei ſua reddi juſſit princeps, atque ex præſcripto Legis ſanctiſſimæ cuncta ibi in poſterum obſervari. Deinde ſplendida veſte decoratus, munificentiam *Sultani* celebrans, lætus ovanſque diſceſſit.

طلب البلد وحصاره من شدة الامطار
وغزارها اذن السلطان للعساكر في العود
الي بلادها لياخذوا نصيبا من الراحة
ويجم خيولنا الي وقت الحل وكان اول
من سار عماد الدين صاحب سنجار لما
كان عنده من القلق في طلب الدستور
وكان مسيره خامس عشر (عشرين)
شوال وسار عقيبه في ذلك اليوم ابن
اخيه سنجر شاه صاحب الجزيرة هذا بعد
ان اوفض من التشريف والانعام والتحف
ما لم ينعم به علي غيرها وسار عسلاي
الدين بن صاحب الموصل في مستهل
ذي القعدة مشرفا مكرما معه التحف
والطرايف وتاخر الملك المظفر الي ان
دخلت سنة سبع وثمانين وتاخر ايضا
الملك الظاهر وسار تاسع المحرم سنة
سبع وثمانين وسار الملك المظفر في
ثالث صفر ولم يبق عند السلطان الا
نفر يسير من الامراء والحلقة الخاص
وفي اثناء ذي القعدة سنة ست وثمانين
وفد عليه زلفندار فتلقاه واكرم
مثواه ووضع له طعاما يوم قدومه
وباسطه مباسطة عظيمة وكانت حاجته
ان يوقع له باعادة املاك كانت في يده
ثم انتزعت من اعمال نصيبين والخابور
فوقع باعادتها التي بيده
واجري الامر فيها بعد ذلك علي
وفق الشريعة المطهرة وخلع عليه
وشرفه وسار فرحا مسرورا شاكرا
لايادية ❁

CAPUT NONAGESIMUM.

Conſilium capit Sultanus recentes in oppidum copias inducendi.

ذكر ارتجال السلطان بادخال
البدل الي البلد

QUum autem ob mare hyemans & procelloſum nihil periculi timeretur a navibus hoſtium, quippe qui triremes ſuas in ſiccum ſubduxiſſent, animum appellit *Sultanus* ad præſidium *Ptolemaidis* recenti milite mutandum, penumque ac commeatum omnem, cum pecuniis, paratuque reliquo intromittendum; eductis

ولما هاج البحر وامنت غايلة
مراكب العدو ورفع ما كان له من
الشواني في البحر الي البر اشتغل
السلطان في ادخال البدل الي
عكا وحمل السير والذخاير والنفقات
والعدد اليها واخراج من كان بها
من

من الامراء لعظم شكايتهم من طول المقام
بها ومعاناة التعب والسهر وملازمة القتال
ليلا ونهارا وكان مقدم البلد من البدل
الداخل الامير سيف الدين علي المشطوب
دخل سادس عشر المحرم من شهور
سنة سبع وثمانين وفي ذلك اليوم خرج
المقدم الذي كان بها وهو الامير حسام
الدين ابو الهيجاء واصحابه ومن كان بها
من الامراء والعبان من الحلق وتقدم الي
كل من دخل ان يصحب معه مير لسنة
وانتقل الملك العادل بعسكره الي حيفا
علي شاطي النهر وهو الموضع الذي تحمل
منه المراكب فتدخل الي البلد واذا خرجت
تخرج اليه فاقام ثم بحبث الناس علي
الدخول ويحرس المير والذخاير لان لا
يتطرق اليها من العدو من يتعرضها وكان
مما دخل اليها سبع بطس مملوة مير
وذخاير ونفقات كانت وصلت من مصر
محملة وتقدم السلطان بتعبيتها من مدة
مديدة وكان دخولها ثاني ذي الحجة
من السنة الخالية فانكسر منها مركب
علي الصخر الذي هو قريب من المينا
فانقلب كل من في البلد من المقاتلة الي
جانب البحر لتلقاء البطس ولما علم
العدو ذلك اخذوا غرتهم وزحفوا الي البلد
في جانب البر زحفة عظيمة وقاربوا الاسوار
وصعدوا في سلم واحد فاندق بهم السلم
كما شاء الله تع وتداركهم اهل البلد
فقتلوا منهم خلقا عظيما وعادوا خايبين
خاسرين واما البطس فان البحر هاج
امرا عظيما وضرب بعضها علي الصخر
فهلك وهلك جميع من كان فيها قيل كان
عددهم سنين نفرا وكان فيها مير عظيمة
لو سلمت كفي البلد سنة كاملة وذلك
بتقدير العزيز العليم ودخل علي المسلمين
بذلك وهنا عظيما واجرح السلطان بذلك
جرحا عظيما فاستخلف ذلك في سبيل
الله تعالي وما عند الله خير وابقي وكان
ذلك اول علايم اخذ البلد والظفر به ولما
كانت ليلة السبت سابع ذي الحجة من
السنة الخالية قضي الله وقدر وقع من
السور قطعة عظيمة ونقلها علي الباشورة
فهدمت

ctis etiam qui adhuc intus fuerant præfectis; quod magnopere conquererentur, se tam longa in ſtatione ſub duris laboribus, vigiliis, pugniſque, de die, de nocte, continuatis detineri. Recenti huic præſidio præficitur *Emir Saiphoddinus Ali Elmesjtonbus*, qui decimo *Muharremi*, e menſibus anni octogeſimi ſeptimi, urbem intrat: quo die *Emir Huſamoddinus Abulhaisjäus*, cum comitibus, reliquiſque ducibus, & illuſtribus e cohorte prætoriana inde egreſſus eſt. Ingredientibus injunctum, annonam in annum ſecum invehere. Inter hæc tranſtulit ſe *Almalichus Aladilus* cum exercitu ſuo ad *Haipham*, oræ fluminis aſſitum locum; unde vela faciebant navigia ad urbem ſummiſſa, & quo ex urbe quoque ſe conferebant. Stativa ibi tenuit, ut præſidio eſſet intrantibus, & ipſorum commeatibus; ne forte nocturnam in eos impreſſionem daret hoſtis. Anno præterito, poſtridie kalend. *Dſulhaſſiæ* ſeptem quoque naves onerariæ, penu ſtipendiiſque refertæ, illuc fuerant ſubmiſſæ, juſſu *Sultani* in *Ægypto* ante modicum temporis ſpatium inſtructæ; quarum una eliſa eſt ad ſaxum portui imminens; ad quas excipiendas quicquid virorum militarium in urbe erat, ad mare concurrit atque converſum eſt. Hanc occaſionem ſuam ratus hoſtis a terra gravem inſtituit oppugnationem; admotiſque ſcalis murum conſcenderunt. Sed ſcala quadam fatali caſu confracta, oppidani eos conſecuti magno numero trucidarunt; reliqui eluſi confuſique abiere. Vehementius interim concitatum mare, naves illas, cum nauticis omnibus, ad ſexaginta numero, copioſiſque quas vehebant annonis, hauſit, ſaxo impactas, vel & inter ſe colliſas: quæ ſi incolumes manſiſſent per integrum annum urbi ſuffeciſſent. Sed Celſus ille omniſcius id ita decrerat. Majorem in modum *Muſulmannorum* mentes hinc debilitatæ infractæque. *Sultano* etiam graviſſimum inflictum vulnus. Deum tamen, quod pro cauſa illius detrimenti erat factum, reſarſurum credidit; quippe apud quem perennia ſunt, & permanentia bona. Hoc primum capiendæ ſubigendæque urbis fuit omen. Aliud ſecundum inciderat nocte *Sabbati*, ſeptimo *Dſulhaſsjæ* prioris anni quoque: quum fatalis ruina magnam partem muri traxit, atque impegit in *loricam* ei *præſeptam*,

ejus quoque haud exigua parte proruta. Ibi tum hoſtis cupiditate accenſus; vehementiſſimaque exarſit oppugnatio; cunctis conglomerato impetu adventantibus *ritu denſæ nigræque noctis*. Ad eum motum concitatur noſtrorum quoque celſa atque erecta virtus; qui acerrima defenſione hoſtem retuderunt, ita ut tandem *dente* quaſi *hebetato* deſperaret de felici exitu. Ruinis deinde ſarciendis incubuere, contracto quicquid in oppido erat ſtructorum, fabrorumque, pro quibus operi inſtantibus propugnatum ſagittis tormentiſque: ita ut poſt pauculas noctes in integrum reſtituta mœnia, pulchriora, quin & firmiora ac ſolidiora, reſurgerent.

فهدمت ايضا منها قطعة عظيمة وهي العلامة الثانية وقد اخذ العدو الطمع وهاج الزحف هبجا عظيما وجاوا الي البلد كقطع الليل المدلهم من كل جانب وثارت هم الناس في البلد وقاتلوا العدو قتالا شديدا حتي ضربوا وايسوا من ان ينالوا خيرا فوقفوا علي سد موضع القطعة الواقعة وجمعوا جميع من في البلد من البنايين والصناع ووضعوهم في ذلك وحموهم بالنشاب والمناجيق فما مرت الا ليال يسيرة حتي انتظمت وعاد بناها احسن مما كان اذ اقوي واتقن

CAPUT NONAGESIMUM PRIMUM.

Naves nonnullæ hoſtiles captæ.

ذكر الظفر بمراكب العدو

FAme autem compulſa ingens *Francorum* multitudo, ad nos perfugerat. Hi *Sultano* obtulere, navigiis ex hoſte captis mare infeſtum iis reddere, præda inter ipſos & *Muſulmannos* dividunda. Permiſſum: dataque ipſis a *Sultano barca*, id eſt cymbula, qua vecti, naves mercatorum quaſdam, hoſtilia caſtra petentes, mercibus, argentoque tum facto, tum infecto, onuſtas, in poteſtatem redegerunt, magniſque divitiis potiti ſunt. Coram *Sultano* cum captivis & præda comparuere die decimo tertio *Dſulhaſſiæ* anni memorati; cui conſeſſui ipſe interfui. Inter alia attulerunt menſam argenteam, in qua erat *Sphæra argentea perforata*. Cuncta illis dono dedit *Sultanus* nihil omnino inde capiens. *Muſulmanni* ſua ipſorum manu hoſtes ſubigi gaudebant.

وكان قد استامن من الفرنج خلق عظيم اخرجهم الجوع الينا وقالوا للسلطان نحن نخوض البحر في براكيس وبطس من العدو ويكون الكسب بيننا وبين المسلمين فاذن لهم في ذلك واعطاهم بركوسا وهو المركب الصغير فركبوا فيه وظفروا بمراكب للتجار من العدو وهي قاصدة الي عسكرهم وبضايعهم معظمها فضة مصاغة وغير مصاغة فوقع عليها البركوس وقاتلوهم حتي اخذوهم وكسبوا منهم مالا عظيما واسروهم واحضروهم بين يدي السلطان وذلك في ثالث عشر ذي الحجة من السنة المذكورة ولقد كنت حاضر ذلك المجلس وكان من جملة ما احضروه مايدة فضة وعليها مكبة مخرمة من فضة فاعطاهم السلطان الجميع ولم ياخذ منهم شيا وفرح المسلمون بنصر الله عليهم بايديهم ۞

CAPUT NONAGESIMUM SECUNDUM.

Mors Filii Regis Alamannorum

ذكر موت ابن ملك الالمان

QUm hyems hoſtem oppreſſiſſet, continuique madores, cum varia aëris mutatione, magnam in planicie *Ptolemaidis*

وذلك ان العدو لما دخل الشتا عليهم وتواترت الامدا واختلفت الاهوا وخم المرج

المرج وخما عظيما ووقع معه موتان عظيم وانظم الي ذلك الغلا الزايد وانسد عليهم البحر الذي كان يجيهم منه المير من كل جانب وكان يموت منهم في كل يوم المايتة والمايتين علي ما قيل وقيل اكثر من ذلك ومرض ابن ملك الالمان مرضا عظيما وعرض له مع ذلك مرض الجوف فهلك به في ثاني وعشرين ذي الحجة سنة ست وثمانين وحزن الفرنج عليه حزنا عظيما واشتعل له نيران هايلة بحيث لم يبق له خيمة الا واشعل فيه النيران والثلثة بحيث بقي عسكرهم كله نار وفرح المسلمون بذلك بمثل ما حزن الكفار بفقده وهلك منهم كبير يقال له الكند بالباط ومرض الكند هري واشفي علي الهلاك وفي الرابع والعشرين منه اخذ منهم بركوسان فيهما نيف وخمسون نفرا وفي الخامس والعشرين منه اخذ منهم ايضا بركوس وجميع ما فيه وكان من جملة ما فيه ملوطة مكللة باللولو هي من تفاصيل الملك وقيل كان في البركوس ابن اخيه واخذ ايضا ۞

dis gravitatem & intemperiem peperisſent, peſtilentia graſſari cœpit, cum caritate annonæ conjuncta, tanto arctioris, quod obſeratum ipſis eſſet mare, quo undique commeatus ſubvehi ſolebant. Centeni, ducenteni, quin plures adhuc, ut proditum eſt, quotidie moriebantur. Filius Regis *Alamannorum* tum ſæviſſimo quoque morbo adflictus fuit; quem dyſenteria comitabatur. Eo abſumtus eſt die viceſimo ſecundo *Dſulhaſſiæ*, anno ſexto & octogeſimo. *Francos* ingens tenuit luctus, igneſque accenſi inſanum multi, ita ut nullum eſſet tentorium, ubi non duo, tres, ignes lucerent: univerſaque eorum caſtra unum continentem ignem referrent. Quæ infidelibus triſtitiæ, ea fidelibus lætitiæ fuit materia. Interiit quoque perilluſtris inter eos, comes *Tibaudus*. Comes *Henricus* ægrotavit, ut jam jam moriturus videretur. Viceſimo ac quarto ejuſdem menſis capti ex hoſte duo lembi, in iiſque quinquaginta admodum homines. Inſequenti die aliud raptum navigiolum, inter cujus prædas fuit *Melote* margaritis obſita, quæ inter ornamenta fuerat Regis *Alamanni*. Ejuſdem fratris filius adfuiſſe etiam dicitur, atque in vincula datus.

CAPUT NONAGESIMUM TERTIUM.

ذكر غارة اسد الدين

Excurſio Aſedoddini

وهذا اسد الدين هو شيركوه بن ناصر الدين محمد بن اسد الدين شيركوه الكبير وهو صاحب حمص وكان من حديثه ان السلطان كان قد رسم له ان ياخذ حذره من الافرنج بطرابلس وياخذ نفسه بحراسة المسلمين والفلاحين في تلك الناحية وانه قيل له ان طرابلس قد خرجوا جشارهم وخيلهم الي مرج هناك وابقارهم ودوابهم وانه قد قرر مع عسكره قصدهم فخرج علي غرة منهم وهجم علي جشارهم فاخذ منهم من الخيل اربعماية راس وماية من البقر فهلك من الخيل اربعون وسلم الباقي وعاد الي البلد ولم يفقد من

Aſedoddinus quoque memorandus, qui & *Sjyrchouchus*, filius *Naſireddini Muhammedis*, filii *Aſedoddini Sjyrchoubi* majoris. *Emiſſanus* erat princeps. Caſus ita ſe habet. *Sultanus* eum monuerat diligenter ſibi caveret a *Francis Tripolitanis*. Itaque per ſe cœpit cuſtodire *Muſulmannos* & colonos illius tractus. Interea allatum ipſi, exiiſſe armenta & equos *Tripolitanorum*, cum pecudum gregibus, in pratum vicinum. Eos cum exercitu ſuo invadere deſtinat. De improviſo egreſſus armentarios oppreſſit; atque quadringentos equos, centum boves abegit. Quadraginta inde equi periere, reliqui incolumes abducti. Nemine ſuorum deſiderato ad ſua

Digitized by Google

rediit. Hæc nobis perscripta quarto *Saphari*, anno octogesimo septimo.

من اصحابه احد ووصل الكتاب بذلك في رابع صفر من سنة سبع وثمانين

CAPUT NONAGESIMUM QUARTUM.

Complures hujus anni Casus.

ذكر وقايع عدة في هذه السنة

TErtio *Rabiæ* prioris statio equestris obtigerat *cohorti prætorianæ*; adversus quam egressa ingens hostium vis fœdum miscuit certamen, multis eorum cadentibus. Cecidisse quoque aliquis e Magnatibus eorum, dicitur. *Musulmannorum* nemo desideratus, nisi famulus quidam *Sultani* cui *Karakousjo* nomen, præstrenuus, vetus præliorum, qui martyr eo die procubuit. Nono ejusdem mensis nunciatur *Sultano*, progressum hostile agmen, quod longiuscule abessemus, sese liberius diffudisse. Statuit itaque Fratrem *Almalichum Aladilum* cum valida manu mittere, eique jubet subsidere hostem, post collem illum, in quo pugna facta erat ipsius nobilitata nomine. Ipse *Sultanus*, cum principibus suæ familiæ, comitibusque post collem *Elajadia* se similiter in insidiis collocavit. E primoribus Domus ipsius aderant *Almalichus Almodafferus Tacoddinus*, ejusque filius *Nasiroddinus Muhammedes*: itemque *Almalichus Alaphdalus*, cum parvulis adhuc filiolis *Almalicho Alasjrapho Muhammede*, & *Almalicho Almoaddemo Touransjaho*, & *Almalicho Alsaliho Ismaële*. Ex inferioris conditionis hominibus assumti erant præstantissimi quique una cum *Diwano*; suique & ego isto in comitatu. Velocissimis tunc equis evecta fortissimorum virorum manus hostem lacessivit, atque audacter adorta est, nec tamen elici illo die potuere; haud secus ac si rei compositæ ordo proditus, ad eosque delatus esset. Attamen vel sic suorum aliquid casuum miscuit Fortuna; advenere quippe eo die, atque istic loci *Sultano* exhibiti sunt quinque & quadraginta *Franci*, capti ad *Berytum*, erga quos tenerrime ipsum, & citra exemplum, vidi commotum. Nempe erat inter eos senex grandævus, provectissimæ ætatis, plane edentulus, & vix sese movere valens. Hunc rogare jubet interpretem, quid te ad hoc impulit iter, tot annis jam gravem? quamque longe hinc in terram tuam patriam? Ad hæc ille, ter-

وفي ثالث ربيع الاول كان اليزك للحلقة السلطانية وخرج من العدو اليهم خلق عظيم وجري بينهم وقعة شنيعة وقتل فيها من العدو جماعة وقتل منهم رجل كبير علي ما قيل ولم يفقد من المسلمين الا خادم كان للسلطان يسمي قراقوش وكان شجاعا عظيما له وقعات عظيمة كثيرة واستشهد في ذلك اليوم وفي تاسع الشهر بلغ السلطان ان العدو يخرج معه طايفة ينفسحون لبعدنا عنهم فاقتضي رايه ان انفذ اخاه الملك العادل وفي خدمته خلق عظيم من العساكر الاسلامية وامره ان يكمن للعدو ورا التل الذي كان فيه الوقعة المعروفة به وسار هو وجمع كان من كبراء اهله واصحابه فاكمن وراء تل العياضية وكان ممن كان معه من كبار اهله الملك المظفر تقي الدين وابنه ناصر الدين محمد والملك الافضل ولده ومعه صغار اولاده الملك الاشرف محمد والملك المعظم طورانشاه والملك الصالح اسماعيل وكان من المعممين الفاضل الفاضل والديوان وكنت في الصحبة في ذلك اليوم وركب جماعة من الشجعان علي الخيول الجياد وناوشوا العدو وباسطوه فلم يخرج في ذلك اليوم وكانه قد وشي اليهم بجلية الامر الا ان ذلك اليوم لم ينفك الا بنوع تصرفاته لان وصل في اثنايه خمسة واربعون نفرا من الفرنج كان قد اخذوا في بيروت وسيروا الي السلطان ووصلوا في ذلك اليوم الي ذلك المكان ولقد شاهدت منه رقة قلب لم يرا اعظم منها وذلك انه كان فيهم شيخ كبير طاعن في السن لم يبق في فمه ضرس ولم يبق له قوة الا مقدار تحرك لا غير فقال للترجمان يساله ما الذي حملك علي المجي وانت في هذا السن وكم من هاهنا الي بلادك فقال بلادي بيني وبينها

وبينها عدة اشهر واما مجيي فانما كان للحج الي القمامة فرق به السلطان ومن عليه واطلقه واعاده راكبا علي فرس الي عسكر العدو ولقد طلب اولاده الصغار ان ياذن لهم في قتل اسير فلم يفعل فسالته عن سبب المنع وكنت حاجبهم بما طلبوه فقال لان لا يعتادوا من الصغر سفك الدما ويهون عليهم ذلك وهم الان لا يفرقون بين المسلم والكافر ولما ايس من خروج العدو عاد الي المخيم في عشية ذلك اليوم

terra mea hinc multis distat mensibus: advenio autem *Ædem Resurrectionis* peregrinatione sacra culturus. *Sultanus* misericordia tactus, hominem muneratum, equoque impositum ad exercitum hostilem dimittit. Petentibus deinde filiolis veniam captivi occidendi, non concessit: quumque ego, qui internuncius fueram hujus petitionis, causam rogitarem, cur id ipsis denegaret, respondit, ne affuescant inde a teneris fundendo sanguini, idque pro ludo ac joco habeant nunc, quum nondum discernere queunt inter Fidelem & infidelem. Ceterum desperans hostem proditurum, ad vesperam in castra regressus est, undecimo *Rabiæ* prioris.

CAPUT NONOGESIMUM QUINTUM.

ذكر وصول العساكر الاسلامية والملك افرنسيس

Adventus exercituum Islamiticorum. Item Regis Gallici.

ومن ذلك الوقت انفتح الباب وطاب الزمان وجاء اوان عود العساكر الي الجهاد من الطايفتين فكان اول من قدم علم الدين سليمان بن جندر من امراء الملك الظاهر وكان شيخا كبيرا مذكورا له وقايع ذو راي حسن والسلطان يحترمه ويكرمه وله قدم صحبة ثم قدم بعده مجد الدين بن عز الدين فخرشاه وهو صاحب بعلبك وتتابعت بعد ذلك العساكر الاسلامية من كل صوب واما عسكر العدو فانهم كانوا يتواعدون البزك ومن يقاربهم بقدوم الملك الفرنسيس وكان عظيما عندهم مقدما محترما من كبار ملوكهم ينقاد اليه العساكر باسرها بحيث اذا حضر حكم علي الجميع ولم يزالون يتواعدون بقدومه حتي قدم في ستة بطس تحمله ومبرته وما يحتاج اليه من الخيل وخواص اصحابه وكان قدومه يوم السبت ثالث وعشرين ربيع الاول من هذه السنة ۞

AB illo tempore *reserata* iterum fuit *porta*; mitioreque jam coelo utrimque exercitibus ad sacrum bellum redeundi data opportunitas. Primus *Muſulmannorum* advenit *Solimannus* filius *Sjundari*, e ducibus *Almalichi Addahiri* principis *Halebenſis*. Senex erat grandævus, multis nobilis palmis pugnisque: nec minus consilio præcellens; perhonoratus propterea *Sultano*, perfamiliarisque. Post eum venit *Mesjdoddinus*, filius *Ezzoddini*, *Phachrsjahus*, princeps *Balbeci*. Inde ab omni ora aliæ post alias copiæ nostræ adventarunt. Quod ad copias hostiles attinet, equestri nostræ stationi, & quotquot propius accessissent ad eos, identidem eminati fuerant, Regem *Galliæ* venire. Magnus hic apud eos, interque Reges eorum tum virtute, tum Majestate eminens: cui omnes in universum copiæ dicto audientes essent futuræ statim atque pervenisset, tanquam summo rerum arbitro. Is toties totiesque ad terrorem nobis intentatus tandem sex navibus, ipsum, commeatum, equos necessarios, amicosque ac comites vehentibus, advenit die *Sabbati* vicesimo ac tertio *Rabiæ* prioris, hujus anni.

Digitized by Google

CAPUT NONAGESIMUM SEXTUM.

Singulare quid, lætique ominis.

نادرة وبشارة

HIc ſecum e regionibus ſuis advexerat falconem grandem, ſpecie formidabili, albo colore, genere plane ſingulari; quo nullum unquam pulchriorem conſpexi. Is Domino ſuo mirifice carus gratuſque a manu ejus avolavit, revocatuſque haud rediit, ſed ſe ſuper mœnia *Ptolemaidis* demiſit. Captum noſtri milites ad *Sultanum* tranſmiſere. Noſtris id multo lætiſſimum accidit, bonumque inde omen arreptum. Mille aurei pro eo a *Francis* oblati, ſed fruſtra. Poſt illa acceſſit Comes *Forondus*, bellica virtute apud eos præluſtris, quem memorabant *Hamatam* & *Haremum* obſediſſe anno *Ramalæ*. Porro duodecimo *Rabiæ* poſterioris pervenerunt literæ *Laodicea*, turbam dediticiorum accepiſſe lembos, quibus prædam ſibi in mari ex hoſte quærerent; eoſque exſcenſionem feciſſe in inſula *Cypro*, ſolenni quodam teſto eorum; quo ingens inſulanorum multitudo confluxerat ad templum mari proximum. Et eos cum ipſis ad precandum ingreſſos: ſed peractis ſacris omnes qui in templo erant, qua viros, qua feminas, invaſiſſe, atque ad unum omnes in vincula dediſſe, ne presbytero quidem excepto: abactoſque conjeciſſe in naves, atque ita *Laodiceam* rediiſſe. Viginti ac ſeptem feminas e numero illo fuiſſe. Præterea magnas ibi divitias raptas; unde ad quemlibet pro ſua portione pervenerint quatuor millia drachmarum argenti liquati. Aliquanto poſt *Damaſcenæ* urbis Satrapa *Bedroddinus* venit, decimo ſeptimo *Rabiæ* poſterioris; militeſque noſtri in pecudes hoſtium impetum fecere, indeque *centum viginti capita* abripuere. Iis recuperandis pedes ſimul equeſque hoſtilis ſe inferens, nullum tulit operæ pretium.

وكان قد صحبه من بلاده باز عظيم
هايل الخلق ابيض اللون نادر الجنس
ما رايت باز يا احسن منه وكان يعزه ويحبه
حبا عظيما فشد الباز من يده وطار وهو
يستجبه ولا يجبه حتي سقط علي سور
عكا فاصطاده اصحابنا وانفذوه الي
السلطان وقد كان لقدومه روعة عظيمة
واستبشار عظيم بالظفر به فتفال المسلمون
بذلك وبذلوا الفرنج فيه الف دينارا فلم
يجابوا وقدم بعد ذلك كند فرند وكان
مقدما عظيما عندهم مذكورا فذكروا انه
حاصر حماة وحارم في عام الرملة ولما كان
الثاني عشر من ربيع الاخر وصل كتاب من
اللاذقية ان كان جماعة من المستامنين قد
اعطوا براكبس ليكبسوا عليها في البحر من
العدو فاخذوها ونزلوا في جزيرة قبرص في
عيد لهم وقد اجتمع جمع كثير من اهل
الجزيرة في بيعة قريبة من البحر وانهم صلوا
معهم صلاة العيد وانهم لما فرغوا من الصلاة
ضربوا علي كل من في البيعة من الرجال
والنسا واخذوهم عن اخرهم حتي القسس
وحملوهم والقوهم في مراكبهم وساروا بهم
حتي اتوا اللاذقية وكان من جملة ما كان
سبعا وعشرين امراة واموالا عظيمة فتقسموها
فوصل الي كل واحد علي ما قبل اربعة
الاف درهم من الفضة النقرة وقدم بعد ذلك
بدر الدين شحنة دمشق في سابع عشر
ربيع الاخر وهجم اصحابنا علي غنم العدو
فاخذوها وكان عددها مائة وعشرين راسا
فركب في طلبها الراجل والفارس فلم
يظفروا منها بشي ۞

CAPUT NONAGESIMUM SEPTIMUM.

De Angliæ Rege.

ذكر ملك الانكتار

REx *Angliæ* quoque nunc memorandus; præſtrenuus inter eos, magnique

وهذا ملك الانكتار شديد الباس بينهم
عظيم الشجاعة قوي الهمة له وقعات عظيمه
وله

que animi, ac firmi pectoris, quem insignes pugnæ nobilitarant; quique intrepidæ in bellis erat audaciæ. Hic Rege *Gallorum* minor apud eos censebatur ratione regni atque dignitatis; sed tum divitiis florentior, tum bellica virtute multo erat celebrior. Ad ejus historiam quod attinet, non autumavit *Cyprum* insulam, quum illuc deveniſſet, sibi prætervehendam, absque ut eam sub jus ditionemque suam subjungeret. Exscensione proinde facta, bello eam aggreditur. Ejus Dominus coactis ingentibus copiis adversus ipsum in aciem progreditur, cum quibus acerrime conflixit. Misit deinde *Anglus Ptolemaidem*, advocavitque Regem *Guidonem* cum *Geoffrido* fratre, & centum sexaginta equitibus, ut ipsum in scopo suo assequendo adjutarent. *Franci* interea ad *Ptolemaidem* expectabant illarum rerum eventum. Sub exitu *Rabiæ* posterioris allatæ *Berytо* litteræ, quibus perscribebatur quinque naves *Anglorum*, quæ ad exercitum hostilem cursum intendebant, captas esse, nec non celocem, onustam viris feminisque bene multis, ut & commeatu, lignis, instrumentis, aliisque rebus. Quadraginta etiam equos in ea fuisse. Hæc insignis sane victoria lætissimum *Muſulmannis* omen præbuit. Quarto inde *Sjumadæ* prioris, dispositis septem machinamentis, urbem iterum adortus est hostis, ex qua literæ ad nos pervenerunt pavoris plenæ, & citam opem efflagitantes, hostem ab iis distrahendo. Pronunciat ergo *Sultanus* exercitibus, sibi destinatum esse hostem versus movere, eumque eominus premere. Ad primam lucem instructis ordinibus iter arripit; præmissis qui statum hostis, munitionumque ac fossarum ejus explorarent: insidiæne in iis forent structæ, nec ne. Renunciatum insidiis vacua esse loca. Tum ipse cum pauciſſimis *Mamlouchorum* suorum ad fossas hostiles processit, montemque conscendit, qui *Tel Elphodoul* audit, quam proximum, imminentenque adeo, tentoriis ipsorum. Ibi machinas præsens adspexit, & quænam earum operi essent utiles, quænam inutiles cessarent. Deinde ad castra sua se retulit, me quoque lateri hærente. Aurora noctem hanc insecuta Latrones attulere ad eum lactentem puerulum tres tantum menſes natum, quem matri furto surripuerant.

ولـه جسارة عـلي الحرب وهـو دون الفرنسيس عندهم في الملك والمنزلة لكنه اكثر مالا منه واشهر في الحرب والشجاعة وكان من خبره انه وصل الي جزيرة قبرص لم ير ان يتجاوزها الا وان تكون له وفي حكمه فنازلها وقاتلها فخرج اليه صاحبها وجمع له خلقا عظيما وقاتلهم قتالا شديدا فانفذ الانكتار الي عكا يستنجد اليه الملك جفري اخاه معه ماية وستون فارسا ليعينوه علي مقصوده ويقف الفرنج علي عكا ينتظرون ما يكون من الطايفتين وفي سلخ ربيع الاخر وصلت كتب من بيروت انه قد اخذ من مراكب الانكتار القاصدة نحو عسكر العدو خمس مراكب وطرادة فيها خلق عظيم رجال ونسا ومير واخشاب والات وغير ذلك وفيها اربعون فرسا وكان ذلك فتحا عظيما استبشر به المسلمون وفي رابع جمدي الاول زحف العدو الي البلد ونصبوا عليه مناجنيق سبعة ووصلت كتب عكا بالاستنفار العظيم والتماس شغل العدو عنهم فاعلم السلطان العساكر بالعزم علي الرحيل الي مضايقة العدو ومقاربته واصبح علي جهة المسير الي العدو ورتب العساكر ثم انفذ من كشف حال العدو وحال خنادقهم هل فيها كمين ام لا فعادوا واخبروا بخلوها عن الكمين فسار بنفسه في نفر يسير من مماليكه الي خنادقهم وصعد جبل كان يعرف بتل الفضول هو قريب العدو مشرف علي خيمهم وشاهد المجانيق وما يعمل منها وما هو بطال ثم عاد الي مخيمه وانا في خدمته وفي صبيحة هذه الليلة اتاه الصوص برضيع له ثلثة اشهر قد اخذ من امه وسرقوه

SI CA-

CAPUT NONAGESIMUM OCTAVUM.

Hiſtoria Lactentis pueruli.

ذكر قصة الرضيع

SCilicet Latrones erant *Muſulmannis*, qui in tabernacula hoſtilia ſeſe penetrabant, virorum abactores. Caſus quem nunc denarrabo ita ſe habet. Quadam nocte ſurripuerant parvulum lactentem, trimeſtrem. Hunc ad *Sultanum* detulerunt, eique exhibuerunt. Is vero quicquid ita raptum obtuliſſent, ipſis condonare ſolebat. Mater filiolo orbata, totam noctem in quiritationibus acerbiſſimis transegit, atque Regibus rem expoſuit: qui dixerunt ei; Miſericordiſſimus eſt ille; itaque veniam tibi concedimus exeundi, parvulumque tuum ab eo requirendi: haud dubie illum tibi reſtituturo. Egreſſa igitur opem ſtationis noſtræ implorat, iiſque caſum ſuum indicat. Noſtri ad *Sultanum* adeundi poteſtatem ei faciunt: cui equitanti, latera cingente me, aliiſque complurimis, ſeſe obviam tulit, acerbiſſime flens, faciemque in pulvere volutans. Rogat quid rei ſit? Enarratur. Tenerrime commoto lacrymis quoque oculi madeſcunt: jubetque mox apportari parvulum: quumque jam in foro venditus inveniretur, eum redhiberi, emtorique pretium reddi imperat. Sic demum ille receptus. Neque abſtitit, donec adductus puerulus matri traderetur. Eum illa effuſiſſimo cum fletu exceptum pectori ſuo appreſſit. Spectatores circumſtantes, inter quos & ego eram, ei adflebant. Ad breve tempus deinde mammam ei præbuit. Eo peracto in equum ipſam cum tenello ſuo imponi curat, atque ad exercitum ipſorum reduci. Conſidera quæſo hanc miſericordiam univerſum genus humanum complexam. O Deus Tu talem eum ipſe creaſti, ampliſſima utique apud Te M.O. miſericordia dignandum. Perpende quoque teſtimonium hocce commiſerationis generoſæque indolis ab ipſis inimicis ei exhibitum. Verſus.

وذلك انه كان للمسلمون لصوص يدخلون الي خيام العدو فيسرقون منهم الرجال وكان من قصتهم انهم اخذوا ذات ليلة طفلا رضيعا له ثلثة اشهر وساروا به حتي اتوا الي خيمة السلطان واعرضوه عليه وكان كلما ياخذونه يعرضونه عليه ويعطيهم ما اخذوه ولما فقدته امه باتت مستغيثة بالويل والثبور في طول الليل حتي وصل خبرها الي ملوكهم فقالوا انه رحيم الغلب وقد اذنا لك في الخروج فاخرجي واطلبيه منه فانه يرده عليك فخرجت تستغيث الي البرك فاخبرتهم بواقعتها فاطلقوها وانفذوها الي السلطان فالتقته وهو راكب وانا في خدمته وفي خدمته خلق عظيم فبكت بكاء شديدا ومرغت وجهها في التراب فسال عن قصتها فاخبروه فرق لها ودمعت عينه وامر باحضار الرضيع فوجدوه قد بيع في السوق فارتد وامر بدفع ثمنه الي المشتري واخذوه منه ولم يزل واقفا عليه حتي احضر الطفل وسلم اليها فاخذته وبكت بكاء شديدا وضمته الي صدرها والناس ينظرون اليها ويبكون وانا واقف في جملتهم فارضعته ساعة ثم امر بها فحملت علي فرس والحقت بعسكرهم مع طفلها فانظر الي هذا الرحمة الشاملة لجنس البشرية اللهم انك خلقته رحيما فارحمه رحمة واسعة من عندك يا ذا الجلال والاكرام وانظر الي شهادة الاعداء له بالرافة والكرم ۞ شعر ۞

Pulcra, cui ipſæ æmulæ ferant teſtimonium:
Namque Pulchritudini non eſt qui jura neget ſua.

وملبحة شهدت لها ضراتها
والحسن ليس لجحفه ذاكر

Eo-

وفي

وفي ذلك اليوم وصل ظهر الدين بن البلنكري وكان مقدما عظيما من امراء الموصل وصل مفارقا لهم يطلب خدمة السلطان ولما عاد السلطان الي مخيمه لم يلبث الا ساعة حتي وصله الخبر بتجديد الزحف فعاد وركب من ساعته نحو البلد وقد انفصل الحرب بدخول الليل من الطايفتين

Eodem die advenit *Dahroddinus* filius *Jelenceri*, inter duces *Mosuliticos* longe strenuissimus; qui ipsorum partes relinquens, *Sultano* operam suam detulit. Vix ad prætorium interim reverso *Sultano* nunciatur, renovatam esse oppugnationem urbis: qua de causa conscenso illico equo illuc pervehitur. Sed jam interventus noctis diremtum utrimque prælium sedarat.

CAPUT NONAGESIMUM NONUM.

ذكر انتقال السلطان الي تل العياضية

Transfert se iterum Sultanus ad Collem Elajadia

ولما كان صبيحة الثلثاء تاسع جمدي الاول بلغ السلطان ان الفرنج قد ضايقوا البلد وركبوا المناجنيق فامر الجاويش ان صاح بالناس وركب لركوبه العسكر راجلهم وفارسهم حتي اتي الخروبة وقوي البزك بنشيبر جماعة من العسكر اليه فلم يخرج العدو واشتد زحفهم علي البلد فضايقهم رحمه الله مضايقة عظيمة وهجم عليهم في خنادقهم فلم يزل كذلك حتي عادوا عن الزحف ظهرة نهار وعاد العدو الي خيمه وقد يبس من امر البلد وعاد السلطان الي خيمة لطيفة ضربت له هناك يستظل فيها من الشمس فنزل بها لصلاة الظهر والاستراحة ساعة وقوي البزك وامر الناس بالعود الي المخيم لاخذ جزو من الراحة وكنت في خدمته فبينما هو كذلك ان وصل من البزك من اخبر ان القوم قد عادوا الي الزحف لما احسوا بانصرافه عنهم اشد ما كانوا اولا فامر من تبع للناس وامر بالعود فتراجعت العساكر الي جهة العدو اطلابا اطلابا وامر بالمبيت علي اخذ لامة الحرب واقام هو هناك علي عزم المبيت وفارقت خدمته اخر نهار الثلثا وعدت الي المخيم وبات هو وجميع العسكر علي تعبية القتال طول الليل واصر طايفة منهم بمضايقة العدو ثم سار العسكر لواخر ليلة الاربعا عاشر الشهر الي تل العياضية قبالة العدو وضربت له عليه خيمة لطيفة

Quum autem illuxisset dies *Martis*, nonus *Sjumadæ* prioris, adfertur *Sultano Francos* denuo oppidum admotis tormentis quatere, atque ad summas angustias adigere. Mandat itaque ut præcones ad arma conclament, ipsoque semet invehente, invehitur universus exercitus, pedes simul equesque: & *Cherubam* usque iter pertenditur. Inde equestrem firmavit stationem, densis copiis summissis, adversus quas hostis non egressus est, totus in oppugnationem conversus atque intentus. Sed oppugnatores illos vehementissime oppugnatum ivit *Sultanus*, eos in munitionibus fossisque eorum invadens: tam diuque gravis incumbens, donec ad meridiem ab oppugnando absisterent, atque ad castra se reciperent animum despondentes. Tum & *Sultanus* se subduxit ad levidense tentorium ipsi inibi statutum, quo solem defenderet; atque in illud descendit preces meridianas peracturus, momentumque requieturus. Corroborata deinde statione, reliquos castra repetere jussit, ut paululum interquiescerent, me apud eum remanente. Interea temporis renunciatur a statione, populum hostilem, quod eum recessisse sensisset, oppugnationem multo vehementius quam ante resumsisse. Emittit ergo qui nostros e vestigio revocarent: omnesque copiæ, versis in hostem agminibus, mox rediere, quibus edixit ut armati ad prælium pernoctarent; ipse quoque ibidem pernoctare cum animo destinans. Ego tum ad vesperam die *Martis* ab ipso discessi, castraque repetii. Sed ipse, universusque cum eo exercitus, ad aciem in-

instructi, totam illam noctem perstitere: magna manu instantissime hostem premere haud intermittente. Extremo noctis, feria quarta insequente, exercitus collem *Elajadia* e regione hostis occupavit, ubi leve tentorium Ipsi est erectum. Totum illum diem, quo ab oppido invadendo abstraherentur, infestissime sese in eos intulit ab omnibus partibus, cruentissimo certamine ne tantillum quidem relaxante. Perequitabat autem ipse turmas, easque admotis identidem stimulis in pugnam instigabat. Hostes tam terribilem cernentes impugnationem, neve in castris tandem suis obtererentur metuentes, oppidum urgere absistunt: seque ad munitiones tentoriaque sua defensanda convertunt. *Sultanus* relanguisse eos animadvertens ab oppugnando, ad *Alajadiam* regreditur; speculatoribus ad fossas eorum dispositis, qui singulis momentis quid agerent, & num denuo aggressuri essent, renunciarent: ut ipse eos tum iterum distraheret inde atque avelleret.

لطبيغة ونازل العدو في تلك اليوم
اجمع بالقتال الشديد والضرب المبرح
المتواتر الذي لا يفتر شغلا لهم
عن الزحف وهو يدور بين الاطلاب
ويحثهم علي الجهاد ويرغبهم فيه
ولما راي العدو تلك المنازلة
الهايلة خاف من الهجوم
عليهم في خيمهم فراجعوا عن
الزحف واشتغلوا بحفظ
الخنادق وحراسة الخيم
ولما راي فتورهم عن
الزحف عاد الي العياضية
ورتب علي خنادقهم من
يخبره بحالهم ساعة فساعة
اذا رجعوا الي الزحف
كل ذلك دفعا للعدو
عن مضايقة البلد والزحف
عليه ۞

CAPUT CENTESIMUM.

Urbs incipit in arctum redigi.

ذكر الشروع في مضايقة البلد

QUam graves autem urbi incubuerint, quantumque ad fossam ejus opplendam studium contulerint, documento sit, quod non tantum jumenta sua mortua in eam injecerint universa, sed res eo excesserit, ut suos ipsorum quoque mortuos illuc convectarent: quin narrant, si quis eorum atrociore aliquo vulnere affectus fuisset, & hunc quoque huc conjectum atque congestum. Ad præsidiarios & oppidanos quod attinet, quorum perpetuæ ad nos ventitabant literæ, illi inter omnia hæc operas inter sese diviserant. Pars in fossam descendens cadavera projecta contruncabat, ut facilius averherentur. Pars, quicquid prior illa truncasset, asportabat, atque in mare dejiciebat. Pars pro illis ptopugnabat, ne quidquam eos in opere turbaret. Pars denique tormenta & mœnia custodiebat. A delassatis exhaustisque tandem, continuæ veniunt querelæ, neminem unquam tam sæva miseriarum exempla subiisse, quibus tolerandis nulla subsistat durities, nullum robur. Se tamen edurare ac perpe-

ولقد بلغ من مضايقتهم البلد ومبالغتهم
في طم خندقه انهم كانوا يلقون فيه موتي
دوابهم باسرها وال الامر حتي كانوا
يلقون فيه موتاهم وقالوا اذا جرح
منهم احد جراحة مولمة متخنة القوة
فيه بهذا جميعه تواصلت كتب
اصحابنا من البلد واما اهل البلد
فانهم انقسموا اقساما قسم ينزلون في
الخندق يقطعون الموتي من الدواب التي
يلقونها فيه قطعا يسهل نقلها وقسم
ينقلون ما يقطعه ذلك القسم ويلقونه
في البحر وقسم يذبون عنهم ويدافعون
حتي يتمكن من ذلك وقسم
في المنجنيقات وحراسة الاسوار
واخذ منهم التعب والنصب وتواترت
شكايتهم من ذلك وهذا ابتلاء
لم يبل بمثله احد ولا يصبر
عليه جلد وكانوا يصبرون والله
مع الصابرين هذا والسلطان لا
يقطع

يقطع الزحف عنهم علي خنادقهم بنفسه وخواصه واولاده ليلا ونهارا حتي اثرت فيه الاثر البين وكلما ازدادوا في قتال البلد ازداد هو في قتالهم وكبس خنادقهم والهجوم عليهم حتي خرج منهم شخص يطلب من يتحدث معه فلما اخبر السلطان بذلك قال ان كان لكم حاجة فليخرج منكم واحد فاما نحن فليس لنا اليكم حاجة ولا شغل ودام ذلك متصلا الليل مع النهار حتي وصل الانكتار

peti, *quod Deus ſit cum patientibus* ut eſt in *Alcorano*. Ergo *Sultanus* impreſſiones ſuas non interrumpere adverſus munitiones & foſſas eorum, tum ipſe, tum amici intimi, tum filii ipſius, noctes dieſque, manifeſto cum valetudinis detrimento. Et tamen, quam magis illi oppugnandæ urbi inſtabant, tam magis ille urgendis iis inſiſtere, mediaſque per munitiones eorum perrumpere. Exit tandem nonnemo eorum, petens ut in colloquium ejus noſtrum aliquis veniret. Id quum *Sultano* indicatum eſſet, dixit, Si vos quo indigetis, vobis ad nos veniendum eſt: nos nihil a veſtra parte opus habemus. Perſeveratum proinde ad hunc modum, noctes dieſque perpetes, donec *Anglus* ad caſtra pervenit.

CAPUT CENTESIMUM PRIMUM.

ذكر وصول الانكتار

Angli adventus.

ولما كان يوم السبت ثالث عشر الشهر قدم ملك الانكتار بعد مصالحته لصاحب جزيرة قبرص والاستيلاء عليها وكان لقدومه روعة عظيمة وصل في خمسة وعشرين شانيا مملوة بالرجال والسلاح والعدد واظهر الفرنج سرورا عظيما حتي انهم اوقدوا تلك الليلة نيرانا عظيمة في خيامهم ولقد كانت النيران مهولة عظيمة تدل علي عدة عظيمة كثيرة وكان ملوكهم يتواعدنا به فكان المستامنون منهم يخبرون عنهم انهم متوقفون فيما يريدون يفعلونه من مضايقة البلد حين قدومه فانه ذو راي في الحرب مجرب واثر قدومه في قلوب المسلمين خشية ورهبة هذا والسلطان يتلقي ذلك كله بالصبر والاحتساب والاتكال علي الله فمن يتوكل علي الله فهو حسبه

DIe *Sabbati*, decimo tertio menſis, Rex *Angliæ*, poſt compoſitas cum Domino *Cypri* res, inſulæque ejus ſubjugationem, advectus eſt magnifice ac terribili paratu. Adducebat nempe quinque & viginti naves bellicas, refertas viris, armis, inſtrumentis. *Franci* ejus ob adventum in omnem ſeſe lætitiam publice ſignificandam effuderunt: caſtraque eorum eadem nocte ingentibus ignibus reluxerunt; qui ignes, inſanum ſane magni & formidoloſi, ſimul indicabant maximum novorum hoſtium numerum. Hujus acceſſum crebris nobis minaciis intentarant Reges eorum: transfugæque ſimiliter adferebant, eos differre, quæ in urbe expugnanda moliebantur, uſque dum acceſſiſſet; quod vetus bellorum, conſilio quoque præpolleret. *Muſulmannorum* quidem corda metu & terrore affecta: ſed *Sultanus* omnia hæc intrepido, in Deumque reclinato, pectore excipiebat; in quem qui recumbit, habet ſane quod ſibi ſufficiat.

Digitized by Google

CAPUT CENTESIMUM SECUNDUM.

Submerſio navis Iſlamiticæ: capiendæ urbis tertium ſignum.

ذكر غريق البطسة الاسلامية وهي العلامة الثالثة علي اخذ البلد

DEcimo ſexto deinde *Beryto* advehitur navis maximæ formæ, formidabili adſpectu, ſtipata inſtumentis, armis, commeatibus, viriſque manu fortiſſimis promtiſſimiſque. Hanc *Sultanus* ornare & expedire præceperat *Berytenſes*, multoque milite armare, ut ringente renitenteque licet hoſte oppidum intraret. Sexcenti quinquaginta ſtrenui pugnatores numerabantur. Eam navem, numeroſa claſſe quadraginta velorum circumfuſa ab omni latere, depreſſit *Anglus*. Nempe quum acri eam prælio eſſent adorti, fatali caſu concidit ventus; tum vero multam inter cædem eam conſcendunt; ipſi haud quaquam incruenti. Incenderunt quoque noſtri navem hoſtilem præcipuæ magnitudinis, in qua numeroſa erat turba; qui ad unum omnes interiere. Multitudine tamen claſſiarios noſtros prægravarunt. Quum igitur præfectus, vir multo ſtrenuiſſimus, atque expertiſſimus bellorum, indicia cerneret cladis imminentis, neque effugi poſſe perniciem, dixit, per Deum haud ingloriam mortem oppetemus: neque iis vel minimum ex navi hacce in manum trademus. Securibus deinde navim ipſi ſuam perforare & diſcindere aggrediuntur, donec patefactis quaſi foribus undique aqua impleretur. Quicquid erat virorum in ea mergitur, una cum inſtrumento, penu, aliiſque rebus: unde hoſtis nihil omnino prædæ tulit. Nomen iſti præfecto *Jacobus*, domo *Halebenſis*. Unum tantum noſtrorum merſantibus undis celerrime extractum, in naveſque exceptum, vita donarunt; atque in urbem dimiſerunt, cladem renunciaturum. Ad eam reliqui quidem omnes majorem in modum ſeſe afflictarunt: ſed *Sultanus* & hoc *manu reſignationis* pro cauſa Dei, *invictæque in adverſis conſtantiæ* accepit. Deus autem mercedem virtutes colentium haud ſinit interire.

ولما كان السادس عشر وصلت بطسة من بيروت عظيمة هايلة مشحونة بالات والاسلحة والمير والرجال والابطال المقاتلة وكان السلطان قد امر بتعبيتها وتسييرها من بيروت ووضع فيها من المقاتلة خلقا عظيما حتي تدخل البلد مراغمة للعدو وكان عدة رجلها المقاتلة ستماية وخمسون رجلا فاغرقها الانكتار في عدة شوان قبل كان في اربعين قلعا فاحتاطوا بها من جميع جوانبها واشتدوا في قتالها وجري القضا بان وقف الهوي فقاتلوها قتالا عظيما وقتل من العدو عليها خلق عظيم واحرقوا علي العدو شانيا كبيرا فيه خلق فهلكوا عن اخرهم وتكاثروا علي اهل البطسة وكان مقدمهم رجلا جبدا شجاعا مجربا في الحرب فلما راي امارات الغابة عليه وانهم لا بد وان يقتلوا قال والله لا نقتل الا عن عز ولا نسلم اليهم من هذه البطسة شيا فوقعوا في البطسة من جوانبها بالمعاول فهدموها ولم يزالوا كذلك حتي فتحوها من كل جانب ابوابا فامتلات ماء فغرق جميع من فيها وما فيها من الالات والمير وغير ذلك ولم يظفر العدو منها بشي اصلا وكان اسم المقدم المذكور يعقوب من رجال حلب وتلقف العدو بعض من كان فيها اخذوه الي الشواني من البحر وخلصوه من الغرق وملوا به وانعذوه الي البلد ليخبرهم بالواقعة وحزن الناس لذلك حزنا شديدا والسلطان يتلقي ذلك ببد الاحتساب في سبيل الله والصبر علي بلايه والله لا يضيع اجر المحسنين

CA-

CAPUT CENTESIMUM TERTIUM.

ذكر حريق الدبابة

Subreptrix machina, Cattus, succenditur.

وذلك ان العدو كان قد اصطنع دبابة عظيمة هايلة اربع طبقات الطبقة الاولي من الخشب والثانية من الرصاص والثالثة من الحديد والرابعة من النحاس وكانت تعلو علي الصور وكان يركب فيها المقاتلة وخاف اهل البلد منها خوفا عظيما وحدثتهم نفوسهم بطلب الامان من العدو وكان قد قربوها من السور بحيث لم يبق بينها وبين السور الا مقدار خمسة اذرع علي ما يشاهد براي العين واخذ اهل البلد في تولية ضربها بالنفط ليلا ونهارا حتي قدر الله تع حريقها واشتعال النار فيها وظهر لها ذوابة نار نحو السما واشتدت الاصوات بالتهليل والتكبير وراوا الناس فيها وظهر لها تلك النيران ولغوا جبرا من ذلك الوهن ومحوا لذلك الاثر ونعمة بعد نقمة وايناس بعد ياس وكان ذلك في يوم غريق البطسة فوقع من المسلمين موقع عظيم وكان مسليا لحزنهم وكابتهم ۞

COnstruxerat hostis vegrandem ac formidolosum plane *Cattum*, quatuor pagmentis permunitum. Primum ligno, secundum plumbo, tertium ferro, quartum ære constabat. Id machinamentum supra ipsa mœnia eminens, multos vehebat viros militares. Oppidani eo vehementer conterriti deditionis faciundæ movebant mentionem. Tam prope illud admoverant hostes muro, ut quinque tantum cubita inde distaret oculorum judicio. Id dies nocteque ab oppidanis *Naphta* impetitum, adspirante Numine tandem succensum est, ignibusque late reluxit, ita ut *cincinni flammarum* cœlum versus sese explicarent. Tum vero lætissimum clamorem tollere nostri, dumque tam claris hisce ignibus oculos suos pascebant, impressum sibi ex superiore clade vulnus sentiunt consolidari atque oblitterari, pro pœnaque gratiam, pro desperatione bonam spem successisse. Videlicet accidit hoc eodem illo die quo navis nostra fuerat demersa. Tanto penitius eventus hic *Musulmannis* sese insinuavit, omnem eorum mœrorem discutiens detergensque.

CAPUT CENTESIMUM QUARTUM.

ذكر وقعات عدة

Conflictus compluſculi

ولما كان يوم الجمعة تاسع عشر الشهر زحف العدو علي البلد زحفا عظيما وضايقوه مضايقة شنيعة وكان قد استقر بيننا وبينهم انهم متي زحف العدو عليهم دقوا كوسهم فضربوا بكوسهم واجابه كوس السلطان وركبت العساكر وضايقهم السلطان من خارج وزحف عليهم حتي هجموا المسلمين عليهم بخيامهم فجاوزوا خنادقهم واخذوا القدور وما فيها وحضر من الغنيمة الماخوذة من خيامهم شي عند السلطان وانا حاضر ولم يزل القتل يعمل حتي

DIe *Veneris* deinde, decimo nono mensis hujus, acerrimam oppugnationem instituit hostis, oppidumque fœdum in morem pressit. Convenerat vero inter nos & oppidanos, ut quoties inferret sese hostis, aheno-tympana sua pulsarent. Ea nunc pulsata; iisque *Sultani* aheno-tympana responderunt: admotisque mox exercitibus nostris tam pressus infestusque in eos factus est impetus, ut *Musulmanni* tentoria eorum, transcensis fossis, irruperint; ollasque cum cibis inde abripuerint. De præda inde rapta allatum est ad *Sultanum* aliquid, me præsente. Tam sæva acies nihil remisit, do-

Digitized by Google

nec certior factus hoſtis, oppreſſa jam teneri caſtra, urbem laxavit, atque verſus eſt ad certamen cum exercitu noſtro capeſſendum. Ibi tum arctiſſime cohæſit, conſertumque eſt, prælium, uno productum tenore, donec ſol in culmine ſtaret meridiei; atque graviſſimus æſtus vertiginem induceret, deliquiumque. Tum demum deſtitum, reditumque utrimque in caſtra, laſſitudine medullas perurente.

Die viceſimo ac tertio, is *Lunæ* erat, iterum impulſum eſt oppidi tympanum, cui reſponſum præbuit *Sultani* aheno-tympanum: atque atrociſſimum inter partes conflatum eſt certamen. Hoſtis urbem denuo ardentius inſtantiuſque impetebat, ea fiducia, noſtros in tentoria ipſorum non amplius perrumpere auſuros. Sed egregie falſos eos eſſe demonſtravit noſter exercitus. Involantur etiam tum hoſtilia caſtra, ſpoliaque inde aguntur, feruntur. His repellendis regreſſi, cum clamore ſe invehunt, *Muſulmannorumque* multitudinem intra foſſas munitionelque ſuas deprehendunt. Inter eos ingens oritur conflictus. In eo duo Fideles cadunt: compluribus vulneratis. Multi hoſtium cæſi. Admirabile maxime eſt, hac in pugna, eo ipſo die perilluſtrem quendam, atque prænobilem, e *Mazanderana* oriundum, Belli ſacri ſtudio ductum, tum acceſſiſſe, quum prælium cum maxime ferveret. Is *Sultanum* adortus pugnandi veniam orat: moxque vehementiſſimo impetu ſemet invehens, martyrio decoratur. At hoſtis cernens ita *Muſulmannos* ſe penetrare intra foſſas munitioneſque, ibique necopinatas edere ſtrages, generoſo ardore correptus, altiſque ſuis elatus & inflatus ſpiritibus, cum equitum peditumque copiis procedit, atque extra munimenta ſua educens, in *Muſulmannos* unius impetu viri ſeſe infert. Eos magno firmoque gradu ſubſtitere & excepere noſtri, nuſquam loco moti dejectique. Implicantur acies ab utraque parte; graves utrimque ictus infliguntur; *Muſulmannis* conſtantiam generoſiſſimorum virorum præſtantibus, *audaciſſimeque* medium in prælium *ſeſe præcipiti curſu immittentibus*. Hanc admirandam malorum patientiam, cum formidanda ſtrenuitate conſociatam, quum viderent hoſtes, miſerunt deinde fecialem, qui pro oratore commeatum peteret. Datur. Le-

حتي ايقن العدو انه قد هجم عليه واخذوا يتراجعون عن قتال البلد وشرعوا في قتال العسكر وانتشبت الحرب بينهم ولم تزل ناشبة حتي قام قايم الظهيرة وغشي الناس من الحر امر عظيم من الجانبين وتراجعت الطايفتين الي خيامهم وقد اخذ منهم التعب والحر

ولما كان يوم الاثنين ثالث وعشرين دق كوس البلد فجاوبه كوس السلطان ونار القتال بين الطايفتين ولج العدو في مضايقة البلد ثقة منهم ان الناس لا يهجمون علي خيمهم وانهم يهابونها وكذب العسكر ظنونه وهجموا الخيام ايضا ونهبوا منها فتراجع العدو الي قتالهم ووقع الصياح فيهم فلحقوا من المسلمين جماعة عظيمة داخل خنادقهم واسولرهم وجري بينهم وقعة عظيمة وقتل فيها اثنان من المسلمين وجرح جماعة وقتل جماعة من العدو واعجب ما في هذه الوقعة انه كان وصل في ذلك اليوم رجل كبير مذكور من اهل مازندران يريد الغزا فوصل والحرب قايمة فلقي السلطان واستاذنه في الجهاد وحمل حملة شديدة واستشهد فيها في تلك الساعة ولما راي العدو دخول المسلمين الي خنادقهم وتغويلهم الي داخل اسولرهم داخلهم الحمية وبعثتهم النخوة فركب فارسهم وصحبه راجلهم وخرجوا الي ظاهر اسولرهم وحملوا علي المسلمين حملة الرجل الواحد فثبت المسلمون لهم ثبوتا عظيما لم يتحركوا من اماكنهم والتحم القتال من الجانبين واشتد الضرب من الطايفتين وصبر المسلمون صبر الكرام ودخلوا في الحرب باقتحام فلما راي العدو ذلك الصبر المعجب والاقدام المزعج انفذوا رسولا في غضون ذلك يستاذنون للرسول في الوصول فاذن له فوصل الرسول اولا الي الملك العادل

العادل فاصتصحبه ووصل به الي الخدمة
السلطانية ومعه ايضا الملك الافضل فادي
الرسالة وكان حاصلها ان ملك الانكتار
يطلب الاجتماع بالسلطان فلما سمع
السلطان الرسالة اجاب عنها في الحال
من غير تفكر ولا تورّي بان قال
الملوك لا يجتمعون الا عن قاعدة ولا
يحسن منهم الحرب بعد الاجتماع
والمواكلة واذا اراد ذلك فلا بد عن
تقرير قاعدة قبل هذه الحالة ولا بد
من ترجمان نثق به في الوسط يفهم كل
واحد منا ما يقول الاخر فليكن بيننا
ذلك الترجمان فاذا استقرت القاعدة
وقع الاجتماع بعد ذلك ان شا الله تعالي
ولما كان يوم السبت ثامن وعشرين خرج
العدو راجلهم وفارسهم من جانب البحر
شمالي البلد وعلم السلطان ذلك فركب
وركب العسكر وانتشب القتال بين
الطايفتين وقتل من المسلمين بدوي وكردي
وقتل من العدو جماعة واسر واحد بلبسه
وفرسه ومثل بين يدي السلطان ولم يزل
القتال يعمل حتي حال الليل بين
الطايفتين

ولما كان الاحد تاسع وعشرين
خرج العدو برجالة كثيرة علي
شاطي النهر الحلو فلقيهم طايفة
من البزك وجري بينهم قتال عظيم
ووصلت رجالة من المسلمين الحرب
فاسروا مسلما وقتلوه واحرقوه واسروا
المسلمين منهم واحدا فقتلوه واحرقوه ولقد
رايت الناريين تشتعلان في زمان
واحد

ولم تزل الاخبار تتواصل
من اهل البلد بالاحتفال
في امر العدو والشكوي
من ملازمة قتالهم ليلا
ونهارا وذكر ما ينالهم من التعب
العظيم من تواتر الاعمال
المخلفة عليهم من حين قدوم
الانكتار ثم مرض مرضا
شديدا اشفي فيه علي الهلاك
وجرح الفرنسيس ولم يزدهم ذلك
الا

Legatus ille primum ad *Almalichum Aladilun* se confert, eoque adscito sibi comite, ad *Sultani* pergit officium; cui aderat quoque *Almalichus Alaphdalus*. Tum legationem suam & mandata edit, huc redeuntia, Regem *Angliæ* colloquium expetere cum *Sultano*. Eo audito *Sultanus* extemplo, citra meditationem ullam, consultationemve, *Reges*, inquit, *non conveniunt collocuturi, nisi jam pacto fœdere: neque enim decorum ipsis esset post colloquia & convivia, bella agitare. Si itaque id expetit, necesse est conditiones pacis ante conveniant. Adhibendus quoque interpres in medio, cui uterque confidamus, ut ita alter alterum intelligamus. Hæc si rite provisa & procurata fuerint, ad colloquendum conveniemus, Deo O. M. volente.*

Die porro *Sabbati*, duodetricesimo, cum peditatu equitatuque progressus est hostis a latere maris septentrionali. In aciem & ipse educit. Collatis utrimque signis, a *Musulmannis* cecidere *Arabs Scenita*, & *Curdus*. Ab hoste complures. Unus eorum cum lorica & equo captus, atque ita ad *Sultanum* adductus est. Tenuit duravitque prælium, donec noctis interventu partes diremtæ fuerunt.

Undetricesimo eduxit iterum hostis, cum conferto peditatu, ad latus fluvii *Dulcis*. Iis occurrit equestris nostræ stationis turma, atque dimicatio inter eos exarsit. Accurrente autem peditatu etiam nostrorum, conseruntur manus. Captum illi *Musulmannum* trucidant, & comburunt. Nostri parem mox referunt gratiam, quodam eorum capto, trucidato, combusto. Vidi ego geminos rogos uno eodemque tempore collucentes.

Non cessabant interim crebri ventitare nuncii ab oppidanis, significantes anxiam eorum sollicitudinem, simulque querimonias de tenacissima eorum oppugnatione, noctes diebus continuante. Exponebant præterea quanta ipsos lassitudo teneret, ex tanta, tam continente, tamque diversa rerum mole, ipsis incumbente; a quo tempore *Anglus* advenisset. Eum quidem gravi morbo conflictatum, ad limenque mortis deductum fuisse. Regem quoque *Gallorum* fuisse vulneratum. Sed nihil aliud profectum, quam ut per-

vicacius proterviusque institerint.

Habebat autem soror Regis *Anglici* duos servos *Musulmannam* fidem intus gerentes, qui Ei in *Sicilia*, quum uxor esset Regis *Siculi*, servitutem serviverant. Quum eo mortuo Frater ipsius illac transiisset, eam secum ad exercitum vexit. Hac occasione duo illi ad nos refugerunt, a *Sultano* in fidem recepti, & magna liberalitate affecti.

الا اصرارا وعتوا

وكانا لاخت ملك الانكتار خادمين مسلمين في الباطن كانا في خدمتها في السقلية وكانت هي زوجة صاحب سقلية فلما مات ومر اخوها بالبلد اخذها وصحبها معه الي العسكر وهربا الخادمين الي العسكر الاسلامي وقبلهما السلطان وانعم عليهما انعاما عظيما

CAPUT CENTESIMUM QUINTUM.

Fuga Marchionis Tyrum versus

ذكر هرب المركيس الي الصور

IPso exitu *Sjumadæ* prioris invaluit concepta a *Marquisio* suspicio, se, si diutius subsisteret, comprehensum iri, *Tyrumque* veteri Regi, quem *Sultanus* in vinculis habuerat, fore concedendam, ob ea quæ in captivitate perpessus erat pro causa *Messiæ*. Id quum jam liquido compertum haberet, *Tyrum* refugit. Missi post eum sacerdotes, qui reducerent. Frustra. Cursu maritimo *Tyrum* trajecit. Id ipsis permolestum perque grave accidit; consilio quippe, fortitudine, & experientia præpollebat.

ولما كان يوم الاثنين سلخ جمدي الاول قوي استشعار المركيس من انه ان اقام قبضوا عليه واعطوا صور للملك القديم الذي كان قد اسره السلطان لما عافاه من الاسر في نصرة دين المسيح فلما صح ذلك عنده هرب الي صور وانفذوا خلفه قسوسا ليردوه فلم يفعل وسار في البحر حتي اتي صور وشق ذلك عليهم وعظم لديهم فانه كان ذا راي وشجاعة وخبرة

CAPUT CENTESIMUM SEXTUM.

Reliquæ copiæ Islamiticæ adveniunt.

ذكر وصول بقية عساكر الاسلام

EOdem hoc fine *Sjumadæ* prioris accessit exercitus *Sinsjarensis*, ductore *Mosjahidoddino Jerankusjo*; quem *Sultanus*, obviam egressus, multa cum dignatione excepit. Vir erat religiosus, prudens, belli sacri studiosissimus. In sinistro cornu sedes ei assignata, postquam hospitio convivioque principis honestatus fuisset, ob adventum ejus tali in tempore solide gaudentis. Postilla venit magna portio exercitus *Ægyptiaci*, ut *Alamoddinus Curchius*, *Saiphoddinus Sunkarus Dawadarius*, aliique complures. Deinceps pervenit *Aladinus*, *Mosulæ* princeps, cum exercitu; cui obviam progressus est *Sultanus Cherubam* usque, ubi mansere ad auroram insequentis diei, qui secundus erat *Sjumadæ* posterioris. Mane iter ingressus cum agmine suo, hostem usque perrexit, eique se & copias suas præbuit inspiciendas.

Hunc

وفي سلخ جمدي الاول قدم عسكر سنجار يقدمه مجاهد الدين برنقش فلقيه السلطان واحترمه وكان دينا عاقلا محبا للغزو وانزله السلطان في الميسرة بعد ان اكرمه وانزله في خيمته وفرح بقدومه فرحا شديدا في ذلك الوقت ثم قدم بعد ذلك قطعة عظيمة من عسكر مصر كعلم الدين كرجي وسيف الدين سنقر الدوادار وجماعة كثيرة ثم قدم بعد ذلك علاي الدين صاحب الموصل وعسكرهم فلقيه السلطان بالخروبة ونزلوا هناك الي بكرة الغد اليوم الثاني من جمدي الاخر واصبح سايرا حتي اتي بجحفله قبالة العدو وعرض عسكره هناك وانزله السلطان في خيمته وحمل له

له من التحف وقدم من اللطايف ما يليق بكرمة وانزله في المبمنة وفي الثالث قدمت طايفة من عسكر مصر ايضا

واشتد مرض الانكتار بحيث شغل الفرنج شدته عن الزحف وكان ذلك خيرة عظيمة من الله تع فان البلد كان قد ضعف من فيه ضعفا عظيما واشتد بهم الخناق شدة عظيمة وهدمت المنجنيقات من السور مقدار قامة الرجل

هذا واللصوص يدخلون عليهم الي خيامهم ويسرقون اقمشتهم وياخذون الرجال في عافية بان يجيوا الي الواحد وهو نايم فيضعوا علي حلقه السكين ويوقظونه ويقولون له بالاشارة ان تكلمت ذبحناك ويحملونه ويخرجون به الي العسكر وجري ذلك مرارا وعساكر المسلمون تجتمع وتتواتر من كل جانب حتي تكامل وصولها ۞

Hunc in prætorio ſuo receptum magnificis muneribus cumulavit *Sultanus*, quæ munificentiæ ipſius convenirent. Tertio die alia adhuc pars *Ægyptiaci* exercitus advenit.

Interea temporis morbus Regis *Anglici* exaſperarat, ita ut propter illius vehementiam *Franci* ab oppugnatione urbis diſtraherentur. Id divinum plane erat in nos beneficium, nam oppidum, cum iis qui intus erant, ad ultimam devenerat debilitatem, atque *præcluſis quaſi faucibus ſtrangulabatur:* quod tormenta murum ad altitudinem ſtaturæ viri ſubruiſſent ac diſcuſſiſſent.

Nihilo tamen minus Latrones noſtri in tentoria hoſtium ſubrepebant, & non tantum ſupellectilem furto auferebant, ſed & viros, hac uſi dexteritate prædandi, quod unum aliquem ſomno ſopitum adorti, ſica jugulo impoſita, expergefacerent, ſe e veſtigio mactaturos ipſum denunciantes, ſi loqui ſuſtineret. Hoc pacto eum ad exercitum abſtrahebant. Sæpiſſime id factitatum. Ceterum novæ identidem legiones undique locorum ad nos confluebant.

CAPUT CENTESIMUM SEPTIMUM.

ذكر وصول رسولهم الي السلطان

Legatio ad Sultanum ab iis miſſa.

كنت ذكرت وصول رسول منهم يلتمس من جانب الانكتار ان يجتمع به السلطان وذكرت عذر السلطان عن ذلك وانقطع الرسول وعاد معاودا في المعني وكان حديثه مع الملك العادل ثم هو يلقيه الي السلطان واستقر في راي ان ياذن له في الخروج ويكون الاجتماع في المرج والعساكر محيطة بهما ومعهما ترجمان فلما اذن في ذلك تاخر الرسول اياما عنده بسبب مرضه واستفاض ان ملوكهم اجتمعوا اليه فانكروا عليه ذلك وقالوا هذا مخاطرة بدين النصرانية ثم بعد ذلك وصل رسوله يقول لا تظنن تاخري بسبب ما قبل فان زمام قيادي مفوض الي وانا احكم ولا يحكم علي غير اني في هذه الايام اعتري مزاجي التياث منعني من الحركة فهذا كان العذر

Supra mentionem feci oratoris, qui a parte *Angli* colloquium cum *Sultano* petiverat. Commemoravi quoque, quo pacto *Sultanus* id excuſarit. Ad id obmutuerat Legatus. Sed tamen eodem de negotio crebro commeabat ad *Almalichum Aladilum*, qui quæ acta eſſent referebat ad *Sultanum*. Decernitur, haud inconſultum eſſe, ut *Aladilus* exeat congreſſurus cum *Anglo* in planitie, circumfuſis exercitibus, adhibito interprete. Id quum jam conſtitutum eſſet, aliquot dierum moram traxit Legatus, ob invaletudinem *Angli*. Erat autem divulgatum, Reges ipſorum ad Eum congregatos, id vehementer improbaſſe; dixiſſeque periculum inde Religioni Chriſtianæ præſentiſſimum creari. Paulo poſt Legatus ejus reverſus, hæc dicta dedit ejus nomine. Ne opineris me tardaſſe ea de cauſa, quæ vulgatur; etenim *habenæ regiminis mei in meam ipſius manum ſunt traditæ,*

rerumque mearum ſum arbiter, nullius obnoxius arbitrio. Sed hiſce diebus gravis me intemperies invaſit, per quam commovere me non valui. Hæc unica moræ cauſa eſt. Jam vero Regibus in more eſt, quum ſedem gradumque conferunt, munera mittere. Habeo quod non ingratum *Sultano* ſit futurum. Peto ut ejus offerendi fiat poteſtas. *Aladilus* ſub conditione retaliandi muneris annuit. in quo acquieſcens Legatus, ita redorditur. Munus noſtrum conſiſtit in avibus quibuſdam prædatricibus, quæ inde ultra mare ſunt advectæ. Hæ ex infirmitate languent; ac proinde conſultum foret ut pulli & gallinæ ad nos portarentur, atque ita refectæ convaleſcant, atque ad vos deportentur. Ad hæc *Aladilus* jocabundus, prout probe callebat quid reſpondendum eſſet, Rex, inquit, ipſe gallinaceis pullis indiget, atque hoc prætextu eos a nobis auferre ſtudet. Colloquium illud ſic finitur ad extremum, ut diceret Legatus, quid tandem a nobis poſtulatis? Agite, proferte, ſi quid habetis; ut audiamus. Ei regeſtum eſt, enimvero non nos exambimus vos; ſed vos noſmet ipſi exambiiſtis; ſi quid ergo habetis, agite proferte, ut audiamus. Tum abrupta illa negotiatio uſque ad ſextum *Sjumadæ* poſterioris, quum ad *Sultanum Angli* legatus exiit, adducens hominem *Maarrenſem* quem a longo tempore vinctum habuerant, *Muſulmannum*, pro munere nunc dimiſſum. Honorifice eum excepit *Sultanus*, atque munifice ſplendideque donatum, ad ſuum Dominum remiſit. Illius quidem intentio erat, legationibus hiſce ſubmittendis, explorare quid animorum gereremus, firmosne an infirmos? Noſter quoque ſcopus in iiſdem admittendis, eodem collineabat.

العذر في التاخير لا غير وعادة الملوك
اذا تغاريت منازلهم ان يتهادوا وعندي
ما يصلح للسلطان وانا استخرج الاذن
في ايصاله اليه فقال له الملك العادل
قد اذن له في ذلك بشرط قبول المجازاة
علي الهدية فرضي الرسول بذلك وقال
الهدية شي من الجوارح قد جلبت
من وراء البحر وقد ضعفت فيحسن
ان يحمل الينا طير ودجاج حتي نطعمها
لتقوي وتحملها فداعبه الملك العادل
وكان فقيها فيما يحدثهم به فقال
الملك قد احتاج الي فراريج ودجاج
ويريد ان ياخذها منا بهذه الحجة
ثم انفصل حديث الرسالة بالاخر
علي ان قال الرسول ما الذي اردتم
منا ان كان لكم حديث فتحدثوا
به حتي نسمع فقيل له عن ذلك
نحن ما طلبناكم انتم طلبتمونا فان
كان لكم حديث فتحدثوا به حتي
نسمع وانقطع حديث المراسلة
الي سادس جمدي الاخرة فخرج
رسول الانكتار الي السلطان
ومعه انسان معري قد
اسروه من مدة طويلة وهو
مسلم قد اهداه الي السلطان
فقبله واحسن اليه واعاد
مشرفا مكرما الي صاحبه
وكان غرضه بتكرار الرسايل
تعرف قوة النفس وضعفها وكان
غرضنا بقبول الرسايل تعرف ما
عنده من ذلك ايضا ۞

CAPUT CENTESIMUM OCTAVUM.

Urbs vehementius oppugnata, & in arctum compulſa.

ذكر قوة زحفهم علي البلد ومضايقته

HAud deſtitere interim hoſtes mœnia continentibus tormentorum ictibus quatere, lapideſque ſedibus ſuis excutere, donec laxata, & labefactata. ingentem traherent ruinam. Attriverat præterea laſſitudo & vigilia oppidanos, tum quod

ولم يزالون يوالون علي الاسوار
بالمنجنيقات المتواصلة والضرب وتنقلوا
احجارها حتي خلخلوا سور البلد وضعفوا
بنيانه وانهك التعب والسهر اهل البلد
لقلة عددهم وكثرة الاعمال عليهم حتي ان
جماعة

quod pauci essent, tum quod multa ipsis incumberent; adeo ut complures sine ullo omnino somno aliquot noctes permanserint, nocturno, diurno. Hostium autem corona erat numerosa; per vicesque inter se succedebant, fessis recentes: quum exiguus ille numerus nostrorum in diversa esset distractus, aliis ad murum, aliis ad fossas, aliis ad machinamenta, aliis ad naves dispositis. Hæc quum animadvertisset hostis, simulque conquassati labem muri, ab omni latere oppugnationem capessunt, in parteisque & agmina sese dividunt, ut quoties defatigata esset una pars, respiraret, alia ejus locum occupante. In hunc infestissimum impetum simul pedite, simul equite suo, consurrexere septimo hujus mensis: dum interea muros illi suos, fossis ipsorum prætentos, viris pugnatoribusque de nocte, de die, probe instructos ac munitos haberent. Hæc quum *Sultanus* resciviſſet, partim nunciis, partim præbito, quod inter nos eosque convenerat, signo pulsati aheno-tympani; inscenso equo, cum exercitu, in hostem invehitur. Cruenta isto die utrimque coorta est acies: Ipso instar *matris orbæ*, singula agmina obequitante, atque omnes ad certamen pro religione inhortante. *Almalichus Aladilus* sane dicitur isto die bis in hostem irrupisse. *Sultanus* autem agmina perequitans identidem ingeminabat *Heus ad Islamismum*, oculis imbre lacrymarum gravidis. Quoties autem cumque *Ptolemaidem* respiceret, quantaque eam calamitas oppressisset, & quid dirioris adhuc fortunæ incolis ejus impenderet, toties & ipse ad certamen urgendum acuebatur, & alios acriter stimulabat.

Nihil prorsus cibi eo die ab ipso gustatum. Pocula tantum nonnulla ex medici consilio hausta. Ego quidem ob accessum morbi, qui quum recursaret, temperamentum meum conturbabat, ab hac impressione abesse coactus fui, atque in tentorio eram super colle *Alajadia:* omnia tamen haud secus ac præsens inspectabam. Quumque jam tenebræ incessissent, post extremam vesperam, multa demum nocte in tabernaculum sese retulit *Sultanus*, defatigatione, ægritudine, mœroreque penitus obsessus atque oppressus: ubi addormivit, non sane propensus in somnum, sed tractus.

Ad primum inde diluculum *aheno-tym-*

جماعة منهم بقيوا ليال عدة لا ينامون اصلا لا ليلا ولا نهارا والحلق الذين عليهم عدد كثير يتناوبون علي قتالهم وهم نفر يسير قد تقسموا علي الاسوار والخنادق والمنجنيقات والسفن ولما احس العدو بذلك وظهر له تخاخل السور وتقلقل بنيانه شرعوا في الزحف من كل جانب وانقسموا اقساما وتناوبوا فرقا كلما تعب قسم استراح وقام غيره مقامه وشرعوا في ذلك شروعا عظيما براجلهم وفارسهم سابغ الشهر هذا مع عمارتهم اسوارهم الدايرة علي خنادقهم بالرجالة والمقاتلة ليلا ونهارا ولما علم السلطان ذلك باخبار من يشاهده واظهار العلامة التي بيننا وبينهم وهي دق الكوس ركب وركب العسكر عليهم وجري في ذلك اليوم قتال عظيم من الجانبين وهو كالوالدة الثكلا يجول بفرسه من طلب الي طلب ويحث الناس علي الجهاد ولقد بلغنا ان الملك العادل حمل بنفسه في ذلك اليوم مرتين والسلطان يطوف بين الاطلاب بنفسه وينادي يال للاسلام وعيناه تذرفان بالدمع وكلما ينظر الي عكا وما حل بها من البلاء وما يجري علي ساكنيها من المصاب العظيم اشتد في الزحف والحث علي القتال

ولم يطعم في ذلك اليوم بطعام البتة وانما شرب اقداح مشروب كان يشير بها الطبيب وتاخرت عن حضور هذا الزحف لالمام مرض شوش مزاجي لما عراني فكنت في الخيمة في تل العياضية وانا اشاهد الجميع ولما هجم الليل عاد رحمة الله الي الخيم بعد عشا الاخرة وقد اخذ منه التعب والكابة والحزن فنام لا عن عفو

ولما كان سحر تلك الليلة امر الدوسن

ان

panum pelli præcipit; atque ab omni latere ſeſe inferentes exercitus cum aurora reſumunt, quod ad ſeram veſperam extenderant opus. Iſto die literæ ex oppido perlatæ, quibus ſignificabant, Devenimus jam ad ultimum debilitatis quæ nihil aliud relinquit, niſi deditionem. Cras itaque, octavo menſis, niſi quid efficiatis pro nobis, ſecuritatem petemus, urbemque trademus, *nudaſque ememus cervices noſtras*. Hic nuncius multo graviſſimus accidit *Muſulmannis*, in eorumque corda altiſſimo vulnere penetravit. Namque *Ptolemais* complectebatur quicquid armorum habuerat *Phœnicia*, *Hieroſolyma*, *Damaſcus*, *Halebum*, *Ægyptus*, omneſque adeo provinciæ *Iſlamiticæ*. Complectebatur quoque eadem maximos quoſque ductorum exercitus, *Heroumque Fidei*, ut *Saiphoddinum Almesjtoubum*, *Bohæddinum Karakousjum*, alioſque: nam *Karakousjus* cuſtodiæ urbis manſerat adfixus, a quo hoſtis adverſus eam deſcenderat. *Sultano* præſertim ea tunc incubuit moleſtiæ moles, quæ nemini alteri: adeo ut metus inceſſerit, ne valetudo ejus penitus corrumperetur. Nec tamen ceſſabat Deo in omnibus hiſce ſpes opeſque ſuas reſignare, atque committere, cum patientia, fiducia, pietateque ac Zelo religionis admirabili: quibus virtutibus perennis apud Deum merces eſt repoſita. Statuit quoque gradum iterum in hoſtem inferre, in ejuſque caſtra perrumpere. Conclamatur ad arma. Bellatores in equos inſiliunt: pedes equeſque ſimul conglobatur, impetuſque acerrimus datur. Iſto tamen die votis *Sultani* non reſpondit exercitus, ſegniuſque in hoſte premendo egit, quod peditatus ipſorum, inſtar muri firmiſſime compacti armis, miſſilibus, telis, ſtaret poſt munimenta eorum. Nonnulli noſtrorum quibuſdam in oris eos adorti, firmum ubique gradum, & defenſionem ſtrenuiſſimam offenderunt. Nonnemo eorum qui munimenta ſcandit, retulit, iſtic loci unum adſtitiſſe *Francigenam*, qui eſcenderat in murum foſſæ ipſorum prætentum, repellentem *Muſulmannos* lapidibus, quos ipſi turba a latere ſubminiſtrabat, quotquot e noſtris propius muro ſucceſſiſſent, iis adfligens. Addebat quinquaginta amplius ſagittas ſiliceſque homini impactas a noſtris; ſed neutiquam propterea defenſionem & dimicationem remiſiſſe, donec per *ignium* ju-

ان دق وركب العساكر من كل جانب
واصبحوا علي ما امسوا عليه وفي ذلك
اليوم وصلت مطالعة عن البلد يقولون فيها
انا قد بلغ منا العجز الي غاية ما بعدها
الا التسليم ونحن في الغد ثامن الشهر
ان لم تعملوا معنا شيا نطلب الامان
ونسلم البلد ونشتري مجرد رقابنا وكان
هذا اعظم خبر ورد علي المسلمين واذكا في
قلوبهم وان عكا كانت قد احتوت علي
جميع سلاح الساحل والقدس ودمشق
وحلب ومصر وجميع البلاد الاسلامية
واحتوت علي كبار من امراء العسكر
وشجعان الاسلام كسيف الدين المشطوب
وبهاي الدين قراقوش وغيرها وكان
قراقوش ملتزما بحراستها منذ نزل العدو
عليها واصاب السلطان ما لم يصبه شي
غيره وخيف علي مزاجه التشويش وهو
لا يقطع ذكر الله والرجوع اليه في جميع
ذلك صابرا محتسبا ملازما مجتهدا
والله لا يضيع اجر المحسنين فراي
الدخول علي القوم ومهاجمتهم فصاح
في العساكر الصابح وركبت الابطال
فاجتمع الراجل والفارس واشتد
الزحف ولم يساعده العسكر في ذلك
اليوم علي الهجوم علي العدو فان
رجالته وقفوا كالسور المحكم البنا
بالسلاح والزبورك والنشاب من وراء
اسوارهم وهجم عليهم بعض الناس من
بعض اطرافهم فثبتوا وذبوا غاية الذب
ولقد حكي بعض من دخل عليهم
اسوارهم انه كان هناك راجل واحد
افرنجي فانه صعد سور خندقهم
واستدبر المسلمين والي جانبه جماعة
يناولونه الحجارة وهو يرميها علي
المسلمون الذين يلاصقون سور
الخندق وقال انه وقع فيه زهاء
خمسين سهما وحجرا وهو
لا يمنعه ذلك عما هو بصدده من
الذب والقتال حتي خرجه زراق
مسلم بفتارورة فاحرقه ولقد
حكي لي شيخ عاقل
بخندقي انه كان من جملة
من

Digitized by Google

من دخل قال وكان داخل
سورهم مراة عظيمة عليها
ملوطة خضراء فما زالت
ترمينا بقوس من خشب
حتي خرجت منا جماعة
وتكاثرنا عليها وقتلناها
واخذنا قوسها وحملناها الي
السلطان فعجب من ذلك عجبا
عظيما فلم يزل الحرب يعمل
بين الطايفتين انما قتل وانما
جرح حتي فصل بينهم الليل ۞

jacu'atorem quendam e noſtris *ampulla igne referta* percuſſus combureretur. Narravit quoque mihi ſenex prudens, militaris, ſe e numero eorum fuiſſe qui perruperint: intra muros autem adfirmabat offendiſſe ſe ſpectatiſſimam mulierem, *melote viridi* veſtitam, quæ nos arcu haud ceſſante ab ictibus impetebat: donec tandem noſtrorum manipulus eam cingeret, ac multitudine obrutam leto daret. Arcus ejus a nobis captus, ad *Sultanumque* delatus eſt; eam ob rem in ſtuporem penitus defixum. Prælium inter cædes & vulnera continuatum nox tandem ſedavit.

CAPUT CENTESIMUM NONUM.

ذكر ما ال اليه امر البلد من الضعف ووقوع المراسلة بين اهل البلد والفرنج

Extrema urbis neceſſitas. Et oppidanorum ad Francos legatio.

ولما اشتد زحفهم علي البلد وتكاثروا
عليهم من كل جانب وتناوبوا ضعفت
نفوس اهل البلد لما راوه من عين الهلاك
واستشعر العجز عن الدفع وتمكن
العدو من الخنادق هدموها وتمكنوا
من سور الباشورة فشغبوه واشعلوا
فيه النار بعد حشق النقب ووقعت
بدنة من الباشورة ودخل العدو الباشورة
وقتل منهم فيها ماية وخمسون نفرا
وصاعدا عن ذلك وكان منهم ستة انفس
من كبارهم فقال لهم واحد منهم لا
تقتلوني حتي ارحل الفرنج عنكم بالكلية
فبادر رجل من الاكراد وقتله وقتل
الخمسة الاخري وفي الغد نادوا
الفرنج حفظوا الستة فانا
نطلقكم كلكم بهم فقالوا قد
قتلناهم فحزن الفرنج
لذلك حزنا عظيما وبطلوا
الزحف بعد ذلك ايياما
ثلاثة

وبلغنا ان سيف الدين المشطوب خرج
بنفسه الي الملك اورنسبس بالامان
وقال له قد اخذنا منكم بلاد عدة وكنا
نهجم البلد وندخل فيه ومع هذا اذا سالونا
الامان اعطيناهم وحملناهم الي مامنهم
واكرمناهم

Oppugnatio oppidi interim intendebatur identidem, atque ut numero, ita viribus vicibuſque recentium ſemper copiarum prægravabat. Infracti tum animi oppidanorum, quum præſentiſſimum cernerent exitium: ſeque reſiſtendo plane impares perſenſerunt. Namque hoſtis jam foſſas ſuperarat & occuparat: ſuperarat quoque murum exteriorem, quem crebris foraminibus pertuſum, in foramina ignium pabulo infarto, ſuccenderant; non ſine ingenti ejuſdem ruina. Intra hunc murum quum ſe penetraſſent, centum quinquaginta, quin & amplius, ex iis occiſi. Inter eos ſex fuere ex illuſtribus eorum, quorum unus quum dixiſſet, ne me trucidetis, quippe qui effecturus ſum ut omnes in univerſum Franci a vobis abſiſtant, Gurdorum aliquis eum neci dare præfeſtinavit. Necati quoque quinque alii illi. Poſtero die promulgarunt Franci, conſervate ſex illos, pro iiſque vos omnes ſalvos dimittemus. Quum eos jam interfectos eſſe reſponſum foret, graviſſimo affecti ſunt mœrore; atque per triduum ceſſarunt ab oppugnatione urgenda.

Interea temporis allatum, Saiphoddinum Mesjtoubum ipſum ad Regem *Gallorum* exiiſſe ad ſecuritatem vitæ impetrandam, eique dixiſſe. Multas vobis urbes eripuimus: quoties autem, quum jam oppreſſam teneremus urbem, in eamque intraſ-

Digitized by Google

ſemus, a nobis expetiſtis ſecuritatem, eam conceſſimus: atque vos honoratos in tutum deduximus. Nos urbem dedemus, tu tantum pro animabus noſtris tuam dabis fidem. Ei reſpondiſſe Regem, tum illi, quos ceperatis, reguli, tum vos quoque, mea eſtis mancipia, mea ſervitia. Videbo ergo quid conſilii ſim capturus. Addebatur, *Almesjtoubum* aſperiore tum ſermone uſum, multa & fortia dediſſe dicta; inter alia, neutiquam urbem trademus donec omnes in univerſum occubuerimus: nec cadet noſtrum ullus, niſi cæſis quinquaginta e Magnatibus veſtris; atque ita ab ipſo diſceſſiſſe.

Hæc quum in urbem renunciaſſet *Mesjtoubus*, multi perculſi, de nocte lembum conſcendere, atque ad exercitum noſtrum refugere; ut *Arſalus*, & *Ibn Elsjawelius*, *Sunkaruſque Elwasjakius*. *Arſalus* & *Sunkarus* quidem metu iræ *Sultani* ita delituere in exercitu, ut non potuerint veſtigari; ſed *Ibn Elsjawelius* deprenſus eſt, atque in armamentarium conditus.

Ejus noctis diluculo equum inſiluit *Sultanus*, in animo fixum habens ſummittere cum palis ferreis, aliiſque inſtrumentis opplendarum foſſarum, qui populum illum obtererent & obculcarent: ſed non obſecundavit exercitus, deſtitutuſque eſt, quod parum utile id dicerent conſilium, atque cum totius *Iſlamiſmi* periculo manifeſto conjunctum.

Hoc die tres ab *Anglo* legati exiere, petentes fructus & nivem, dictitanteſque *Magiſtrum Hoſpitalariorum* poſtero die egreſſurum, paciſque conditiones laturum. Vel ſic honorifice accepti a *Sultano*, forum caſtrenſe adeunt, nactique quæ reficiendi ſui cauſa requirebant, ſub noctem ad exercitum ſuum revertunt.

Illo die *Sarimoddino Kaimazo Nesjmæo* imperat cum ſuis penetrare intra muros eorum; cum quo ad pedes deſcendit multitudo *Curdorum*, ut *Alsjannahus* Frater *Mesjtoubi*, cum ſociis; qui in munitiones *Francorum* forti gradu ſeſe intulere: *Kaimazo* ſuamet manu vexillum ſuum ſuper muro eorum erigente, atque magnam diei partem pro eo depugnante. Acceſſerat cum recentibus copiis eodem die *Ez-*

واكرمناهم ونحن نسلم البلد وتعطينا
الامان علي انفسنا فاجابه بان
هولاء الملوك الذين اخذتموهم منا
وانتم ايضا ممالبكي وعبيدي
فاري فيكم راي وبلغنا ان المشطوب
بعد ذلك اغلظ له في القول
وقال اقاويلا كثيرة في ذلك
المقام منها انا لا نسلم البلد
حتي نقتل باجمعنا
فلا يقتل منا واحد
حتي نقتل خمسين
نفسا من كباركم وانصرف
عنه

ولما دخل المشطوب البلد بهذا الخبر
خاف جماعة ممن كان في البلد فاخذوا
لهم بركوسا وركبوا فيه ليلا خارجين الي
العسكر الاسلامي لرسل وابن الجاولي
وسنقر الوشاقي فاما لرسل وسنقر فانهما
تغيبا في العسكر ولم يعرف لهما مكان
خشية من نقمة السلطان واما ابن
الجاولي فظفر به ورمي في الزردخانه

وفي سحر تلك الليلة ركب السلطان
مشعرا انه يرسل كبس القوم ومعه
المساحي والات طم الخنادق فما
ساعده العسكر علي ذلك وتخاذلوا
عن ذلك وقالوا تخاطر بالاسلام
كله ولا مصلحة في
ذلك

وفي ذلك اليوم خرج من الانكتار
رسل ثلثة طلبوا فاكهة وثلج وذكروا
ان مقدم الاسبتار يخرج في الغد يتحدث
في معني الصلح غير ان السلطان اكرمهم
ودخلوا سوق العسكر وتفرجوا فيه
وعادوا تلك الليلة الي عسكرهم

وفي ذلك اليوم تقدم الي صارم
الدين قايماز النجمي حتي يدخل
هو واصحابه الي اسوارهم وترجل
جماعة من امراء الاكراد كالجناح واصحابه
وهو اخو المشطوب وزحفوا حتي
وصلوا اسوار الفرنج ونصب قايماز
بنفسه علم علي سورهم وقاتل عن العلم
قطعة

Digitized by Google

Ezzoddinus Sjordichus Nourius tum, quum impressio nostra cum maxime ferveret; qui cum agmine suo ad pedes degressus acrem quoque seruit dimicationem; proque religione strenuissime ab nostris est decertatum.

Ad auroram diei decimi hostis nonnihil de oppugnatione oppidi remiserat, exercitibus *Islamiticis* veluti indagine circumcinctus. Nostri totam noctem in armis traduxerant, dorsis equorum adfixi, captantes fortunæ aliquid & occasionis, num forte fratres eorum, eruptione ex oppido data, partem quandam *Francorum* possent proculcare, globoque facto perrumpere; præsidiumque, adjutante exercitu nostro, hoc tandem pacto evadere; incolumibus his, captis aliis, pro ut casus tulisset. Verumenimvero, quantumvis hæc cum ipsis constituta ac composita forent, erumpere nulli potuere ista nocte; quod nonnemo e servitiis fugam capessivisset, atque rem hosti indicasset: qui intensissimas ea de causa excubias agitavit, omni exitu circumsepto ac præcluso.

Eadem hac luce decima, tres legati eorum egressi, convenerunt *Almalichum Aladilum*, atque aliquantum temporis spatium cum eo locuti, re infecta rediere: ita die hoc finito, ut *Musulmanni* in planitie, e regione hostis, in acie perstiterint. Eodem in statu quoque pernoctatum.

Die *Sabbati*, undecimo, *Franci* ad prælium sese accinxerunt universi, atque maximo concitati motu sunt, sic ut nostri acie confligendum esse crederent, seque item instruerent. Sed mox e porta, quæ sub fornicato erat opere, circiter quadraginta viri prodiere, atque *Mamlouchos* quosdam evocavere, requirentes *Adlum Zebdanium*, præfectum *Sidonis*, *Sultanique* libertum. Adest *Adlus*; inchoatique & agitati sermones de *Ptolemaidis* præsidio emittendo: sed quum illi in conditionibus ferendis modum modestiamque longissime excederent, finitus est dies *Sabbati*, absque ut negotium posset definiri.

قطعة من النهار ووصل في ذلك اليوم عز الدين جرديك النوري وصل وسوق الزحف قايم فنزجل هو وجماعته وقاتل قتالا شديدا واجتهد الناس اجتهادا عظيما

وفي العاشر اصبح القوم ساكنين عن الزحف والعساكر الاسلامية محدقة بهم وقد باتوا ليلتهم شاكين في السلاح راكبي ظهور خيلهم منتظرين عسي تمكنهم مساعدة اخوانهم المقيمين بعكا يهجمون علي طرف من الفرنج فيكسرونهم ويخرجون بحمي بعضهم بعضا ويخرجون العسكر ويجاوبهم العسكر من هذا الجانب فيسلم من يسلم ويوخذ من يوخذ فلم يقدروا علي الخروج وكان قد ثبت ذلك معهم فلم ينتهبا لهم في تلك الليلة خروج بسبب انه كان هرب منهم بعض الغلمان فاخبر العدو بذلك فاحتاطوا عليهم وحرسوهم حراسة عظيمة

ولما كان يوم الجمعة العاشر خرج منهم رسل ثلثة واجتمعوا بالملك العادل وتحدثوا معه ساعة زمانية وعادوا ولم ينفصل الحال وانقضي النهار علي مقام المسلمين بالمرج في مقابلة العدو وباتوا علي مثل ذلك

ولما كان السبت الحادي عشر لبست الفرنجية باسرها لباس الحرب وتحركوا حركة عظيمة بحيث انهم اعتقدوا ربما كان مصافا واصطفوا وخرج من الباب الذي تجنب القبة نحو اربعين نفسا واستدعوا جماعة من المماليك وطلبوا منهم العدل الزيداني وذكروا انه صاحب صيدا طلبق السلطان فحضر العدل وجري مبادي احاديث في معني اطلاق العسكر الذي بعكا واشتطوا في ذلك اشتطاطا عظيما وتصرم نهار السبت ولم ينفصل حال

Digitized by Google

CAPUT CENTESIMUM DECIMUM.

Literæ ex urbe perveniunt.

ذكر كتب وصلت من البلد

Die solis, duodecimo, perlatæ literæ, hanc in sententiam. *Solenne inter nos initum pactum de morte oppetenda, neque a repugnando desituros nos esse, donec occumbamus. Urbem viri vestri trademus. Vos quo pacto hostem distrahere, atque ab oppugnando depellere commodissime possitis, dispicite. Ita mentibus vestris sedet. Absit ut huic hosti vos submittatis, aut mollibus cum eo verbis agatis. Ad nos enim quod attinet, actum jam est, ac conclamatum.* Qui epistolam hanc attulit natator, narrabat, quum sonus ille nocturnus increpuisset, *Francos* opinionem incessisse, magnum exercitum transmissum fuisse *Ptolemaidem*, salvumque perveniisse. Addebat, *Francum* quendam muro propius successisse, atque aliquem ex iis qui præsidium ibi tenebant inclamasse, dixisseque, per te religionis tuæ adjuro fidem, edisserta mihi quam numerosæ fuerint copiæ, quæ præterita nocte ad vos sese penetrarunt. Innuebat noctem *Sabbati* qua fragor extiterat, unde uterque exercitus pavore fuerat concussus, absque ut quid rei esset sciretur. Alterum, mille equites, regessisse: tum *Francum* iterum, imo multo plures; nam ipse eos vidi, viridia indutos vestimenta.

ولما كانت يوم الاحد ثاني عشر وصلت كتب يقولون فيها انا قد تبايعنا علي الموت ونحن فلا نزال نقاتل حتي نقتل ولا نسلم هذا البلد ونحن احبا فانظروا انتم كيف تعملون في شغل العدو عنا ودفعه عن قتالنا فهذه عزايمنا وايباكم ان تخضعوا لهذا العدو وتلينوا لهم فانا نحن قد فات لمرنا وذكر العوام الواصل بهذه الكتب انه لما وقع بالليل الصوت ظن الفرنج ان عسكرا عظيما عبر الي عكا وسلم وصار فيها قال وجاء لنسان افرنجي فوقف تحت السور وصاح الي بعض من علي السور وقال له بحق دينك الا اخبرتني كم عدد العسكر الذي دخل اليكم البارحة يعني ليلة السبت وكان قد وقع بالليل صوت وانزعج الطايفتين ولم يكن له حقيقة فقال له الف فارس فيقال لا لكنه دون ذلك انا رايتهم لابسين ثيابا خضرا

Inter hæc quum recentes copiæ ad nos confluxissent, diebus illis depulsa fuit parumper ab oppidanis pernicies, qui jam jam expugnandi visi erant: prout die *Jovis*, qui decimus sextus erat, adhuc accessit *Synchonbus*. Et quamvis ad extrema debilitatis devenisum esset, murusque perviis hiaret foraminibus, nihilo tamen minus, qui intus erant, pro isto foramineso, interiorem alium extruere cœperunt, ut priore penitus prorsus, super altero hocce depugnarent.

ثم تتابعت العساكر الاسلامية واندفع كيد العدو عن القوم في تلك الايام بعد ان كان قد اشرف البلد علي الاخذ وفي يوم الخميس سادس عشر وصل اسد الدين شيركوه واشتد ضعف البلد وكثرت ثغر سوره وجاهد المقيمين فيه وبنوا حوض الثلم سورا من داخلها حتي اذا تم انهدامها اقتتلوا عليه

Nihilominus *Franci* quoque etiam obstinarant, nullam vitæ securitatem iis qui intus erant concedere, nisi omnes, quotquot in manibus *Musulmannorum* erant, captivos restitueremus, una cum provinciis maritimi tractus amissis. Oblatum ipsis oppidum & quicquid in ea rerum, si modo homines emitterentur: sed non ac-

واشتدت ثبات الفرنج علي انهم لا يصالحون ولا يعطون الذين في البلد امانا حتي يطلق جميع الاساري التي في ايدي المسلمين وتعاد البلاد الساحلية اليهم ويبذل لهم البلد وما فيه دون من فيه فلم يجعلوا ويبذل

وبذل لهم ايضا مع ذلك صليب الصلبوت فلم يفعلوا واشتد عتوهم واستفحل امرهم وضاقت الحيل عنهم ومكروا والله خير الماكرين

acceptum. Insuper *Crux Crucifixionis* oblata, sed nil effectum. Hæc ipsorum ferocia, & arrogantia, ut gravissima nobis cadebat, ita omnes simul artes technasque præpediebat, atque nos plane ad incitas redigebat. *Fraudem* quidem *Machinati illi: sed Dei Machinationes & pœnæ præpollent, ait Alcoranus.*

CAPUT CENTESIMUM UNDECIMUM.

ذكر مصالحة اهل البلد ومصانعتهم على نفوسهم

Oppidani pacisciuntur, & vitam auferre ambiunt.

ولما كان يوم الجمعة سابع عشر جمدي الاخر خرج العوام من الثغر ونطقت الكتب عنهم ان اهل البلد ضاق بهم الامر وكبرت الثغر وعجزوا عن الحفظ والدفع ورأوا عين الهلاك وتيقنوا انه متي اخذ البلد عنوة ضربت اعناقهم عن اخرهم واخذ جميع ما فيه من العدد والاسلحة والمراكب وغير ذلك فصالحوهم علي انهم يسلمون اليهم البلد وجميع ما فيه من الات والعدد والمراكب ومايتي الف دينار والف وخمسماية فارس اسير مجاهيل الاحوال وماية اسير معينون من جانبهم يختارون وصليب الصلبوت علي ان يخرجوا بانفسهم سالمين وما معهم من الاموال والاقمشة المختصة بهم وذراريهم ونسايهم وضمنوا للمركبس فانه كان قد استرضي عشرة الاف دينار لانه كان واسطه ولاصحابه اربعة الاف دينار واستقرت القاعدة علي ذلك

DIes Veneris, decimus septimus *Simadæ* posterioris, quum illuxisset, ex diruto oppido natator literas attulit, quæ narrabant; ad ultimas ventum fuisse angustias; strata ruinis esse omnia; ac proinde præsidium, custodiendæ defendendæque urbi plane impar, quum sciret cervices ad unum omnibus esse amputandas, & quicquid apparatus, armorum, navium, aliarumque rerum, prædæ fore, si vi expugnaretur, ad pacisciendum descendisse, his conditionibus, ut oppidum cum omni instrumento, apparatuque & navigiis traderent; nec non penderent ducenta aureorum millia; solverent item mille quingentos ignobilis & obscuræ fortunæ equites captivos: centumque illustres nominandos ab ipsis, & eligendos: præterea *crucem crucifixionis* traderent. Pro quibus nostri salvi incolumesque emitterentur, cum opibus suis & priva supellectile, nec non liberis uxoribusque. *Marquisio* insuper, jam reconciliato a suis, solvendos suscepisse decies millenos aureos, ejusque militibus quater millenos: quia jam redux factus conciliator fuerat pacis. Sic pactum conventumque fuisse.

CAPUT CENTESIMUM DUODECIMUM.

ذكر استيلاء العدو علي عكا

Hostis Ptolemaide potitur.

ولما وقف السلطان علي كتبهم وعلي مضمونها لنكر ذلك انكارا عظيما وعظم هذا الامر وجمع الربلب للمشورة وعرفهم رأيهم فيما يصنع واضطرب به الاراء وتقسم فكره وتشوش وعزم علي ان يكتب في

QUum literas hasce earumque argumentum, cognovisset *Suleamus*, vehementissime id improbavit, ægerrimeque tulit: advocatoque consilio, re communicata, quid faciundum esset, exquirit. Confusæ hærebant sententiæ. Ipsius quoque divisa conturbataque mens est;

ſtatuitque tandem nocte ſequenti per eundem urinatorem ſignificare, ſe pacem ea ratione pactam reprobare. Dum hac in cura cogitationeque erat defixus, ſubito necopinantibus ſane *Muſulmannis*, ſuper oppidi mœnibus erecta conſpiciuntur vexilla infidelitatis, cruceſque; ſigna item igneſque; ipſo meridie diei *Veneris*, decimo ſeptimo *Sjumadæ* poſterioris, anno quingenteſimo octogeſimo ſeptimo. Ibi quum *Franci* unum conſonum tollerent clamorem, gravis *Muſulmannos* oppreſſit calamitas, *Unitariiſque* infandus creatus dolor eſt. Voci illi tunc locus fuit, qua ſapientiſſimi quique ſemet ex *Alcorano* ſuſtentant, *profecto nos Dei ſumus, ad Eumque revertemur*; ſed diro attonitæ malo mentes ſtupebant; exercituſque quiritatu, ejulatu, fletu, atque lamentatione obrutus jacebat. Cuilibet cordi tanta hoc in luctu erat portio, quanta fidei: pro menſuraque religionis, ac generoſi pro ea ardoris, quemque infortunium hocce tangebat. Reſcitum tandem eſt, & *diſcuſſa* quaſi *nube diluxit*, priores illas conditiones oppidanos inter & *Francos* manſiſſe, *Marquiſiumque* cum vexillis Regum ingreſſum in urbem, unum vexillum ſtatuiſſe in arce; alterum in Baſilicæ turri unde ſacra promulgantur; (idque ipſo ſacrorum noſtrorum die) tertium ſuper propugnaculo *Templariorum*, quartum ſuper arce ab elephantorum præfecto nomen adepta: dejectis *Iſlamiſmi* vexillis. Deinde *Muſulmannos*, in angulum quendam urbis compulſos, ea vidiſſe, ſubiiſſeque, quæ vivos ſe adſpicere poſſe ipſi mirabantur. Ego interim *Sultano* aderam ad officia, multo afflictiori quam orba eſt genitrix, externata luctu, & calidas lacrymas profundens.

Ei ſolatia, quæ tali in tempore promi poterant, admovi, commonuique curam potius converteret ad aliud mox incubiturum negotium de urbibus tractus maritimi, deque ſancta urbe *Hieroſolymitana*; quiſve ibi foret rerum ſtatus: ſimulque operam daret ad *Muſulmannos* in urbe captos liberandos. Hæc acta nocte *Sabbati*, die decimo octavo *Sjumadæ* poſterioris. ſumma conſiliorum huc tandem rediit, omnino caſtra retro eſſe referenda, neque hoſtem amplius poſſe incluſum teneri cum fructu. Ergo impedimenta de nocte transferri jubet, ad ſtativa, quæ ante in *Sjapheramo* tenuerat.

Ipſe

في الليلة مع العوام وينكر عليهم
المصالحة علي هذه الوجه وهو في مثل
هذا الحال فما احس المسلمون الا وقد
لرتفعت اعلام الكفر وصلبانه وشعاره
ونارة علي اسوار البلد وذلك في
ظهيرة نهار الجمعة سابع عشر سنة
سبع وثمانين وخمس ماية وصاح الافرنج
صيحة واحدة وعلت المصيبة علي المسلمين
واشتد حزن الموحدين واحضر كلام العقلاء
من الناس في تلاوة انا لله وانا اليه
راجعون وغشي الناس بغتة عظيمة وحيرة
شديدة ووقع في العسكر الصياح
والعويل والبكاء والنحيب وكان لكل
قلب حظ في ذلك علي قدر ايمانه
ولكل انسان نصيب من هذا الخطب
علي مقدار ديانته ونخوته واقشعت
الحال علي انه استقرت القاعدة
بين اهل البلد وبين الافرنج
علي ذلك الحال المتقدم وان المركيس
دخل البلد ومعه اعلام الملوك فنصب
علما علي القلعة وعلما علي مادنة
الجامع في يوم الجمعة وعلما علي
برج الداوية وعلما علي برج القتال
عوضا عن علم الاسلام وحيز
المسلمين الي بعض اطراف البلد
وجري اهل الاسلام الشاهدين لذلك
الحال ما كثر التعجب من الحياة
معه ومثلت في خدمة السلطان
وهو اشد حالة من الوالدة الثكلا
والمولهة الحرا فسليته بما تيسر
من التسلية واذكرته في الفكر
فيما استقبله من الامر في
معني البلاد الساحلية والقدس
الشريف وكيفية الحال في ذلك
واعماد الفكر في خلاص
المسلمين المأسورين في
البلد وذلك في ليلة السبت
الثامن عشر وانفصل الحال
علي ان راي التاخير عن
ذلك المنزلة مصلحة فانه لم
يبق في المضايقة معني فتقدم
بنقل الاثقال ليلا الي
المنزلة

المنزلة التي كان عليها اولا بشغرعم واقام هو جريدة في مكانه لينظر ما ذا يكون من امر العدو وحال اهل البلد واقام هو رجاء راضيا من الله تع انه ربما حملهم غرورهم بالخروج اليه والهجوم عليه فينال منهم غرضا ويلقي نفسه عليهم ويعطي الله النصر لمن يشاء فلم يفعل العدو شيا من ذلك واشتغلوا بالاستيلاء علي البلد والتمكن منه فاقام الي بكرة التاسع عشر من الشهر وانتقل الي الثقل وفي ذلك اليوم خرج منهم ثلثة نفر مع الحاجب قوس صاحب بهاي الدين قراقوش وكان لسانه وان كان رجلا عاقلا مستخبرين ما وقع عقد الصلح عليه من المال والاسري فاقاموا ليلة مكرمين وساروا الي دمشق يبصرون اساري في الحادي عشرين وانفذ السلطان رسولا الي الفرنج يسال منهم كيف جرث الحال ويستعلم كم مدة تحصيل ما وقعت عليه المصالحة واستغرت عليه المهادنة

Ipse cum expedito equitatu ibidem loci subsistit, quid hostis moliretur, & quid de præsidio fieret, observaturus; simulque ea se spe lactans, blandiente fortuna illectos provectosque eos, adversus se eruptionem impetumque esse daturos, occasionemque rei gerendæ nascituram, qua semet in ipsos inferret; Deo victoriam cui vellet concessuro. At nihil horum fecit hostis: unice occupatus in urbe sibi vindicanda atque asserenda. Moratus ad auroram usque diei vicesimi, ad impedimenta quoque se contulit. Illo die egressi sunt ex urbe tres viri cum *Kousio*, cancellario, eodemque amico *Karakousji*, (qui *ipsius erat lingua*, quantumvis ipse prudentia polleret) relaturi, quid convenisset in pace firmanda circa pecunias & captivos. Cum honore excepti, illam noctem remansere; *Damascumque* deinde concessere vicesimo primo, inspecturi captivos. Misit quoque *Sultanus* legatum ad *Francos*, rogaturum, quo pacto res foret transacta, sciscitaturumque quantum spatii constitutum esset conquirendis iis, in quæ fœdus coaluerat.

CAPUT CENTESIMUM DECIMUM TERTIUM.

ذكر وقعة جرت في اثناء ذلك

Conflictus hoc intervallo factus.

ولما كان سابع الشهر خرج الفرنج من جانب البحر شمالي البلد وانتشروا انتشارا عظيما راجلهم وفارسهم وضربوا اطلابا للقتال فاخبر البرك بذلك السلطان ودق الكوس وركب وانفذ الي البرك وقواه برجال كثيرة وتوقف حتي ركبت العساكر الاسلامية واجتمعوا فوقع بين البرك وبين العدو الوقعة العظيمة وقتال شديد قبل اتصال العساكر بالبرك وكان البرك قد قوي بمن انفذ اليه فحملوا علي العدو حملة عظيمة فانكسر العدو من بين ايديهم وانهزمت الخيالة واسلمت الرجالة وظنوا ان وراء البرك كمين فاشتدوا نحو خيامهم ووقع البرك في الرجالة فقتل منهم نهرا خمسين نفرا

IN exitu quum esset mensis, a latere septentrionali maris eduxere *Franci*, seque longe lateque diffuderunt pedes simul, simul eques: lectaque ad prælium instruxere agmina. Id per stationem nostram renunciatum *Sultano*; pulsumque mox aheno-tympanum. Ipse, conscenso equo, misit qui stationem nostram firmarent, expectavitque donec exercitus *Islamitici* sese conglobassent. Orta interim inter stationem nostram hostemque acris dimicatio, ante quam copiæ nostræ illuc pervenissent. Nempe præsidium nostrum corroboratum per submissas suppetias, magno sese impetu in hostem invexerat, ita ut equitatus, peditatu intacto, magna mox clade in fugam conjiceretur: quod suspicio incidisset, insidias post stationem positas esse. Hi quum effuso cursu se ad tentoria sua retulissent, in peditatum irruere stationarii, atque quinquaginta admodum straverunt: haud re-

mittente ab iis gladio, donec & hi fossas suas intrassent.

Eodem hoc die regressi sunt legati *Francorum*, qui *Damascum* contenderant, ad statum captivorum suorum inspiciendum. Cum iis quatuor ex illustribus eorum vinctis adducti. Ad vesperam quoque rediere legati *Sultani*, missi ad accurate conscribendum consignandumque, quinam e nostris vincti detinerentur in oppido. Ad eam rationem ultro citroque missitati complures, usque ad nonum *Resjebi*.

نغرا ولم يزل السيف فيهم حتي دخلوا خنادقهم

وفي ذلك اليوم وصل رسل الفرنج الذين وصلوا الي دمشق ليفتقدوا حال اسراهم ووصل معهم من مبزي اسراهم اربعة نفر ووصل في عشيته ايضا رسل السلطان في تحرير امر الاساري المسلمين الذين كانوا بعكا ولم يزل الرسل يتردد بين الطايفتين حتي كان تاسع رجب

CAPUT CENTESIMUM DECIMUM QUARTUM.

Egreditur Filius Barichi

خروج ابن باريك

ISto die egressus est *Husamoddinus Husainus*, filius *Barichi*, *Mehranita*, cum duobus sociis *Angli*: referens Regem *Gallorum* discessisse *Tyrum*. Duo vero illi postquam accuratum captivorum catalogum exhibuissent, oculis suis usurpare postularunt *Veram Crucem*, reverane in castris esset, an avecta *Bagdadum*. Præsens ergo adducta est, quam illi conspectam magnopere venerati sunt, prosternentes sese humi, vultumque in pulvere volutantes; ac profundissimæ insitataeque plane adorationis signa edentes. Commemorabant quoque Reges annuere *Sultano*, ut quod pactum constitutumque fuerat, tribus *terminis* persolveretur; in diem merstruum. Misit deinde *Sultanus* legatum ad *Gallum*, cum splendidis muneribus, multisque aromatibus, ac vestibus lautissimis.

Die decimo *Resjebi*, sese cum prætoriana cohorte, intimisque, transtulit *Sultanus* ad collem *Sjapherhamo* proxime junctum; ubi exercitus nostri castra habebant, quæ & prius occuparant, ipsius sedi annexa, valle tantum dirimente. Crebris ibi nunciis compellabamur, de conditionibus implendis, expediendisque, donec quæ pro illo *termino* poposcissent, de captivis pecuniisque, jam collata & parata essent; nempe Crux, centenaque aureorum millia, cum captivis sexcentenis. Emisere tum illi fidos homines, qui cuncta perlustrarent adspicerentque; decerantque tantum captivi illustres nominatim designati a parte eorum, quorum nu-

وفي ذلك اليوم خرج حسام الدين حسين بن باريك المهراني ومعه اثنان من اصحاب الانكتار فاخبر ان الملك افرنسيس سار الي صور وذكروا في تحرير امر الاساري وطلبوا ان يشاهدوا صليب الصلبوت وانه في العسكر اوحمل الي بغداد فاخلص صليب الصلبوت وشاهدوه وعظموه ورموا نفوسهم الي الارض ومرغوا وجوههم علي التراب وخضعوا خضوعا عظيما لم ير مثله وذكروا ان الملوك قد اجابوا السلطان ان يكون ما وقع عليه القرار يدفع بتمامه غاية كل يوم شهر ثم رسل السلطان رسولا الي الفرنسيس سار اليه الي صور بهدايا سنية وطيب كثير وثياب جميلة

وفي صبيحة العاشر من رجب انتقل السلطان بخيامه وخواصه الي تل ملاصقا لشغرهم ونزلت العساكر في منازلهم علي حالهم قريبة من منزلته الاولي ليس بينهما الا الوادي ولم تزل الرسل تتردد في تحرير القاعدة وتنجيزها حتي حصل لهم ما كانوا التمسوه من الاسري والمال المختص بذلك النرم وهو الصليب ومايتا الف دينار وستماية اسير واخذوا فكاتهم وشاهدوا الجميع ما عدا الاساري المعينين من جانبهم فانهم لم يكونوا فرغوا من تعيينهم ولم يكملوهم حتي يحصلوا

numerum nondum complere & absolvere potuerant nostri. In iis conquirendis tractum tempus, donec primus *terminus* expirasset, die duodevicesimo *Resjebi*. Missi tum qui cuncta illa acciperent. His *Sultanus*, vel emittendi vobis sunt, inquit, nostri, ut quod pro hac pensione constitutum est recipiatis, datis vobis pignoribus, nos quæ restant suo termino vobis exhibituros: vel pro iis, quæ vobis in manum sumus tradituri, pignoribus datis obligabimini, donec nostri nobis reddantur. Ad hæc illi, Nihil horum fiet; sed tradetis nobis quæ hic exigit *terminus*; fideque nostra contenti eritis, usque dum vestros vobis restituamus. Id recusavit *Sultanus*, quod probe calleret, si recepissent pecunias, crucemque, & captivos, nostris apud eos remanentibus, se securum non fore de ipsorum perfidia: unde tunc *Islamismo* gravissimum imponeretur vulnus, quod nulla ope posset persanari.

CAPUT CENTESIMUM DECIMUM QUINTUM.

Trucidatio Musulmannorum, qui in urbe fuerant, quorum miseretur Deus.

QUum autem cerneret maledictus ille *Anglus*, tergiversari *Sultanum*, quo minus pecunias, captivos, crucemque traderet, perfide egit cum captivis nostris. Ab iis urbem hisce receperat conditionibus; ipsos de vita securos fore, quicquam tandem cecidisset. Quod si *Sultanus* ea quæ convenerant dedisset, ipsos cum opibus, liberisque & uxoribus fore emittendos: sin negasset, in servitutem fore asserendos, sub nexuque retinendos. Sed fidem violavit erga eos maledictus ille, promsitque, quod intus clausum tenuerat; id patrans, quod post acceptos nummos captivosque patrasset, pronti postea qui eandem cum eo sectam sequebantur evulgarunt. Evectus itaque universus *Francorum* exercitus, pedes equesque, & *Turcobuli*, una cum ipso, tempore pomeridiano teriæ tertiæ, vicesimo septimo *Resjebi*, progressi sunt usque ad puteos, qui sub colle *Alajadia* erant: deportatis quoque illuc tabernaculis suis. Inde in medium pratum, quod colles

ذكر قتل المسلمين الذين كانوا بعكا رحمهم الله

ولما راي الانكتار الملعون توقف السلطان ببذل المال والاسري والصليب غدر بالمسلمين وكان قد صالحهم وتسلم البلد منهم علي ان يكونوا امنين علي نفوسهم علي كل حال وانه ان دفع السلطان اليهم ما استقر اطلقهم باموالهم ونسايهم وان امتنع من ذلك ضرب عليهم الرق واخذهم اسري فغدرهم الملعون واظهر ما كان ابطن وفعل ما اراد يفعله بعد اخذ المال والاسري علي ما اخبره به عنه اهل ملته فيما بعد وركب هو وجميع عسكر الافرنجية راجلهم وفارسهم والتراكبل في وقت العصر من يوم الثلثا سابع وعشرين رجب وساروا حتي اتوا الابار التي تحت تل العياضية وقدموا خيامهم اليها وساروا حتي توسطوا المرج بين تل كيسان وبين العياضية ثم احضروا من اساري

حصلوا ولم يزالوا يطاولون ويعصرون الزمان حتي انقضا الترم الاول في ثامن عشر رجب ثم انفذوا في ذلك اليوم يطلبون ذلك فقال لهم السلطان اما ان تنفذوا الينا اصحابنا وتسلموا الذي عين لكم من هذه الترم ونعطيكم رهاين علي الباقي تصل اليكم في ترمكم الباقية واما ان تعطونا رهاين علي ما نسلم اليكم الي ان يخرج الينا اصحابنا فقالوا لا نفعل شيا من ذلك بل تسلمون الينا وما يقتضيه هذا الترم وتقنعون بايماننا حتي نسلم اليكم اصحابكم فابا السلطان ذلك لعلمه ان تسلموا المال والصليب والاسري واصحابنا عندهم لا يومن غدرهم ويكون وهن الاسلام عند ذلك وهنا عظيما لا يكاد ينجبر ۞

Kaiſanum & *Alajadiam* interjacet, proceſſere: atque eos ex captivis noſtris produxere, quibus eo die martyrium ſcriptum erat deſtinatumque a Deo. Tria millia numero complebant, probe probeque vinculis conſtricti; quos unius viri impetu in ipſos invecti ſæviſſime trucidarunt, cæſim, punctim, gladio per eos degraſſante. Statio *Iſlamitica* videbat quidem eos, ſed quid facerent ignorabat, quod longius ab iis diſtaret. Inde nuncius ad *Sultanum* ſummiſſus, moviſſe hoſtem, moxque conſtitiſſe. Subſidiis firmatur proinde noſtra ſtatio; quæ, quum jam noſtros expediviſſent, in ipſos ſeſe intulit; unde conflictus exarſit, in quo multum ſanguinis utrimque factum, cædendo, vulnerando, pugna magis magiſque crudeſcente, donec nox partes dirimeret. *Muſulmanni* cum prima luce exivere exploraturi rem iſtam, repereruntque martyres in ſpoliariis ſuis ſtratos; quorum alii alios agnovere. Fidelibus graviſſimus hinc luctus lurorque importatus. Nemini pepercerant, niſi nobiliſſimo cuique ductori, aut manibus prævalido ad operas. Jactatæ cædis cauſæ, inter quas, talionis jure eam factam: aliis dictitantibus, *Anglum* ſecum deſtinaſſe ad *Aſcalonem* expugnandam quantocyus pergere: atque inconſultum judicaſſe tantum in urbe numerum relinquere. Deus quid veri ſit optime novit.

اسارى المسلمين من كتب الله شهادته
في ذلك اليوم وكانوا زهاء ثلثة الاف في
الحبال واوثقوهم في الحبال وحملوا
عليهم حملة الرجل الواحد فقتلوهم صبرا
ضربا وطعنا ضربا بالسيف والبرك
الاسلامي يشاهدون ولا يعلمون ماذا
يصنعون لبعدهم عنهم وكان البرك قد
انفذ الي السلطان واعلموه بركوب القوم
ووقوفهم فانفذ الي البرك من قواه
وبعد ان فرغوا منهم حمل المسلمون
عليهم وجرت بينهم حرب فيها قتل
وجرح من الجانبين وزاد القتال الي ان
فصل الليل بين الفريقين واصبح
المسلمون يكشفون الحال فوجدوا
الشهداء في مصارعهم وعرفوا من
عرفوه منهم فغشي المسلمين من ذلك
حزن عظيم وكابة شديدة ولم يبقوا الا
رجل معروف مقدم او قوي اليد لعمايرهم
وذكر لقتلهم اسباب منها انهم
قتلوهم في مقابلة من قتل قبلهم
وقيل ان الانكتار كان قد عزم
علي السير الي عسقلان للاستيلاء
عليها فما راي ان يخلف تلك
العدة في البلد وراه والله
اعلم

CAPUT CENTESIMUM DECIMUM SEXTUM.

Hoſtis iter Aſcalonem verſus: & quomodo moverit ad latus maris occidentale.

ذكر مسير العدو الي عسكلان
وانتقاله الي طرف البحر من
جانب الغرب

UNdetricesimo *Resjebi* quicquid erat *Francorum* detenſis tabernaculis, in jumentaque impoſitis, ſeſe movit: trajectoque fluvio, qui ad occidentale latus eſt, ſtativa caſtra poſuerunt in via *Aſcalonis*, ſe illuc per litus maris iter deſtinare oſtendentes. Reliquas copias in urbem ſe recipere juſſit *Anglus*, cujus jam hiatus obſtructi, ruinæque fuerant reparatæ. Exercitus ad expeditionem egreſſi ductor erat *Anglus*, denſas peditatus equitatuſque trahens copias. Quum kalendæ *Sjabani* illuxiſſent, eorum ſimul ignes reluxere: quos

ولما كان تاسع وعشرين رجب ركب
الافرنجية باسرها وقلعت خيامهم وحملوها
علي دوابهم وساروا حتي قطعوا النهر الي
الجانب الغربي وضربوا الخيام علي طريق
عسقلان واظهروا العزم علي المسير علي
شاطي البحر وامر الانكتار باقي الناس
ان يدخلوا الي البلد وكان قد شدوا ثغره
وثلمه واصلحوا ما استهدم منه وكان مقدم
العسكر الخارج السابر الانكتار وجمع
عظيم من الرجالة والخبالة ولما كان مستهل
شعبان

quos accendere in more habebant, quum itineri se accingerent. Hoc eorum motu per stationarios nostros renunciato, sarcinas dorsis, ante quam discederetur, injici mandat. Factum. Multorum tum multa periit supellex. Lixarum quoque utensilia bene multa, quibus nec equi præsto essent, nec dorsa ulla, ad sarcinas ipsorum vehendas. Scilicet quilibet sibi congesta habebat, quæ vel in menses sufficerent: lixæque suum apparatum ex unis stativis ad alia, vicibus diversis, solebant transportare. Quod vero hæc ad stativa attinebat, in iis nemo plane potuerat relinqui, quod tam vicina forent *Francis Ptolemaidem* tenentibus: ab iisque præsentissimus impenderet metus.

Illustri jam provectoque die iter ingressus hostis, ad maris latus pergit, in plurima divisus agmina, quorum quodque semet defendere debebat. Corroboravit tum *Sultanus* excursatores nostros. exercitusque maximam partem hostibus e regione imminere jussit: qui omnes acriter eos impetendo vexabant. Missus tum a Filio ejus *Almalicho Alaphdalo*, qui nunciaret, se agmen a reliquis abstractum intercepisse, atque infesta pugna mordicus premere: idque capi posse, si majus accedat robur. Magnas itaque copias illuc dirigit *Sultanus*, ipse mox subsecutus, me comite, donec ad *Ramalam* ei occurrente Fratre *Aladilo* intelligit, agmen illud ad aliud semet agmen recepisse: jamque fluvium *Haiphæ* tramisisse populi hostilis partem præcipuam; eamque reliquos etiam esse assecutos: ut adeo iis persequendis frustra sese exercitus esset defatigaturus, sagittasque consumturus.

Sultanus, re hac percepta, impetum ab hoste repressit; jussitque nostrorum turmam impedimentorum cogere agmen, ut qui debilis esset, robustum posset assequi, atque ab iis hostes, prædæque cupidos, prohiberent. Ipse progressus, ad primam ejus diei vesperam *Alkaimounum* pervenit, ubi substitit, vestibulo tentorii ei erecto, cui oblongior tela fuit circumjecta; nihil aliud. Cœtu ibi convocato, ciboque raptim sumto, consultatum, quid faciendum foret.

Castra Secunda. Communis omnium sententia tulit, ad auroram iter esse prosequendum. Interim circa *Francos* per totam noctem disposita manebat statio

شعبان لشتعلت نيران العدو في سحرة ذلك اليوم وعادتهم انهم اذا لرادوا الرحيل اشعلوا نيرانهم واخبر البزك بحركتهم فامر السلطان الثقل ان يرفع حتي يبقي الناس علي ظهر ففعل الناس ذلك وهلك من الناس لماش كثير وحوايج كثيرة من السوقة لم يكن معهم خيل ولا ظهر يحمل جميع ما عندهم لان كل انسان كان يحصل ما يحتاج اليه في اشهر وكل واحد من السوقة عنده ما ينفذ من منزل الي منزل في مراحل متعددة لكن هذا المنزل لم يكن ان يتخلف فيه احد لقربه من الفرنج الذين بعكا والخوف منهم

ولما ان علا النهار شرع العدو في السير علي جانب البحر وتفرقوا قطعا كثيرة كل قطعة تحمي عن نفسها وقوي السلطان البزك وانفذ معظم العساكر قبالتهم فضوا وقاتلوهم قتالا شديدا وانفذ ولده الملك الافضل يخبر انه قطع طايفة منهم عن الموافقة ولقد لزيناهم بالقتال ولو قويناه لاخذناهم فسير السلطان خلقا عظيما من العسكر وسار هو بنفسه وانا في خدمته حتي اتي اوايل الرمل فلقينا الملك العادل اخيه ان تلك الطايفة قد التجت بالطايفة الاولي ومعظم القوم قد عبروا نهر حبقا وقد نزلوا والباقون قد لحقوا بهم وليس للسير وراهم حاصل الا اتعاب العسكر وضياع النشاب لا غير

فتراجع السلطان عن القوم لما تحقق ذلك وامر طايفة من العسكر ان يسير وراء الثقل يلحق ضعيفهم بقويهم ويكف عنهم من يلحق بهم من العدو والطماعة وسار هو حتي وصل الي القيمون عصر ذلك النهار فنزل وضرب له الدهليز وشقة دايرة حوله لا غير واستحضر الجماعة واكلوا شيا واستشارهم فيما يفعل

المنزل الثاني * اتفق راي جماعة علي انهم يرحلوا بكرة فقد هذا وقد رتب حول الفرنج يزكا يباتون حوله يرقبون امرة

equestris, motus hostiles observatura. Ad primam lucem, postridie kalend: *Sjabani*, impedimentis præmissis ipse subsistit, nuncios ex hoste captaturus; sed nihil allatum. Proinde, illustri jam die, impedimentorum tenuit vestigia, donec ad pagum *Tinctorum* perveniret. Ibi paululum moratus est, rumoris quid circumspiciens ab hoste; (namque *Sjordichum* hostem a tergo insequi jusserat; vestigiisque item inhærebat ingens multitudo, quæ prope hostem pernoctaverat) sed nihil omnino relatum. Ire proinde pergit ad sarcinas, in stativa quæ *Ojoun-Elasawid* dicta. Quum illuc devenissemus animadvertit tentoria quædam inde dissita, quæ intellexit, quum cujus illa essent rogasset, esse *Almalichi Aladili*. Ad eum deflexit, aliquantumque cum eo commoratus, sese suum in tabernaculum retulit. Hac in mansione panis in totum defecit: eoque perventum caritatis, ut hordeum drachma, panis buccellati libra duabus drachmis constaret. Moratus ibi donec hora meridiana transiisset, provehitur ad locum usque, cui *Mallaha* nomen, qui stativa præbiturus erat hosti, ab *Haipha* moturo. Præcesserat autem ad locum illum inspiciendum, prælione idoneus foret, an non: totumque adeo agrum *Cæsareæ* perlustrandum, sylva tenus. Inde reversus est ad castra, quum jam sera inumbrasset vespera, lassitudine confectus. Requisivi tum ex eo, numquid de hoste inaudivisset. Respondit, venisse qui renunciarint, nusquam eum *Haipha* sese movisse, usque ad primam hodierni diei, id est postrid. kalend. *Sjabani*, vesperam. Nos vero, addebat, hic subsistemus, alios expectaturi nuncios, ut quæ facto opus fuerint, peragantur. Sic nox illa ibi acta. Summo mane scandit collem *Alzelzela*, hostem opperturus; pronunciaruntque præcones per exercitum, armilustrium fore. Prætervecti tum omnes ordine ornatuque proliari. Altiore dein die in tabernaculum descendit princeps, atque paululum acquievit, postquam prandisset, in cœtuque ducum, qui ad officium convenerant, deliberatum esset, quid porro foret faciundum. Inde, peractis precibus meridianis, consedit, dilargituique est vulneratorum equorum, aliarumque rerum pretia, ad seram usque vesperam: a centum aureis ad centum quinquaginta, plus minusve, erogando;

Nun-

اصره ولما كان صباح ثاني شعبان رحل
السلطان النقل واقام هو يترصد اخبار
العدو فلم يصل منهم شي الي ان علا
النهار فسار في اثر النقل حتي اتي
قرية يقال لها الصباغين فجلس ساعة
يترقب اخبار العدو وكان قد خلف
جريدك قريب العدو وتعقب خلف عظيم
باتوا قريب العدو فلم يصله خبر اصلا
فسار حتي اتي النقل في منزله يقال
لها عيون الاساود ولما بلغنا المنزل راي
خباما فسال عنها فقيل انها خيم الملك
العادل فعدل لينزل عنده فاقام عنده
ساعة ثم اتي خيمته وفقد الخبز في هذه
المنزلة بالكلية وغلي الشعير حتي بلغ
درهما وبلغ البقسماط رطل درهمين ثم
اقام السلطان حتي عبر وقت الظهر وركب
وسار الي موضع يسمي الملاحة تكون
منزلا للعدو اذا رحل من حيفا وكان قد
سبق لينتقد المكان هل يصلح للمصاف ام
لا ويبتغفد لراضي قيساريه باسرها
الي الشعرا وعاد الي المنزل بعد دخول
وقت العشا الاخر وقد اخذ منه
التعب وسالته عما بلغه من
خبر العدو فقال وصل الينا من
اخبرنا انه ما رحل من حيفا الي عصر
يومنا هذا يعني ثاني شعبان وها
نحن مقيمون مرتقبون اخبارهم ويكون
الرحيل بمقتضاها وبات في تلك
الليلة واصبح مقيما بتل الزرزلة ينتظر
العدو ونادي الجاوش بالعسكر
للعرض فركب الناس علي ترتيب
المصاف واهبته ولما علا
النهار نزل السلطان في خيمته
واخذ نصيبا من الراحة
بعد الغدا ومثول جماعة
من الامراء الي خدمته
واخذ رايهم فيما يصنعون
ثم صلي الظهر وجلس
يطلق اثمان الخيول المجروحة
وغيرها الي عشا الاخرة من
ماية دينار الي ماية وخمسين
دينارا وزايد وناقص ما رايت
افسح

افسح صدرا منه ولا ابسط وجها في العطاء واتفق الراي علي رحيل الثقل في عصر ذلك اليوم الي مجدل يافا

المنزل الثالث * واقام هو جريدة بالمنزل الي الصباح رابع الشهر وركب وسار في راس النهر الجاري الي قيسارية ونزل هناك وبلغ البقصماط الرطل باربعة دراهم والشعير الربع بدرهمين ونصف والخبز لم يوجد اصلا ونزل في خيمة واكل خبز وصلي الظهر وركب الي طريق العدو لتجديد ارشاده في ضرب المصاف ولم يعد الي ان دخل وقت العصر فجلس ساعة واخذ جزوا من الراحة ثم عاد وركب وامر الناس بالرحيل ورمي خيمته ورمي الناس خيامهم في اواخر النهار

المنزل الرابع * وكان الرحيل الي رابية متاخرة من تلك الرابية وفي ذلك المنزل اتي باثنين من الفرنج قد تخطفهم البرك فامر بضرب رقابهم فقتلا وتكاثر الناس عليهما بالسيوف تشفيا ثم بات هناك واصبح مقيما بالمنزلة لانه لم يصح عن العدو رحيل وانفذ الي الثقل حتي يعود اليه في تلك الليلة مما طرق علي الناس من الضيق في المآكل والغضم وركب في وقت عادته الي جهة العدو واشرف علي قيسرية وعاد الي الثقل قريب الظهر وقد وصل الخبر ان العدو لم يرحل بعد من الملاحة واحضر عنده اثنان ايضا قد اخذا من اطراف العدو وقتلا اثر قتلة وكان في جملة الضيقة لما جري علي اسري عكا ثم اخذ جزا من الراحة وجلس بعد صلاة الظهر وحضرت عنده وقد احضر بين يديه من العدو فارسا مذكورا هيئة تخبر عن انه متقدم فيهم فاحضر ترجمان وبحث عنه احوال القوم وساله كيف يسوي الطعام عندكم فقال لول يوم رحلنا من عكا كان الانسان يشبع بستة قراطيس فلم يزل السعر يغلوا

Nunquam quemquam largiore pectore, exporrectiore donantem vidi vultu. Sarcinæ, ita communi calculo decretum erat, sub vesperam diei illius ad *Turrim Joppes* expediuntur.

Castra tertia. Ipse cum equestri manu istac in sede expectata insequentis diei quarti aurora, processit ad caput fluvii, qui *Cæsaream* prælabitur, ubi stativa tenuit. Libra panis bis cocti ibi ad quatuor denarios excrevit: hordei quadrans ad duos cum dimidio: panis triticeus in totum desiderabatur. Post prandiolum in tentorio sumtum, precesque meridianas, ad viam per quam hostis erat perrecturus, prævehitur, denuo circumspecturus opportunum prœlio locum: non ante regressus, quam inclinato jam in vesperam die. Exigua deinde capta quiete, conscenso iterum equo extremis illius diei movere jubet: tentoriis raptim convulsis.

Castra quarta. Processum est inde ad collem altero illo paulo remotiorem: quam in sedem adducti sunt duo *Francigenæ*, quos statio nostra rapuerat. His cervices cædi imperat. Obtruncantur; multorumque in eos gladiis sævitur, in medicinam doloris. Ibi traducta nox est: & ne ad auroram quidem inde discessum; quod nil dum certi de hoste resciviffet. Revocaverat quoque ista nocte impedimenta, ob cibi pabulique invalescentem penuriam. Dein hora consueta hostem versus fertur, atque *Cæsaream* usque perlatus est. Inde ad castra se sub meridiem recepit, quum nuncius veniffet, hostem a *Mallaha* nondum esse profectum. Tum alii duo adducti, qui inter extremos, & moratores, fuerant deprensi. Et hi fœda jugulantur nece. Acrimonia nempe recens ægritudinis, ob id quod in captivos *Ptolemaidis* patratum erat, stimulabat. Deinde paululum sumsit requietis, atque post preces meridianas, consessui vacavit, me quoque præsente. Destitutus ibi ante eum eques illustris ex hoste captus, cujus cultus speciesque declarabat virum principem. Vocato interprete rogatur, quis sit rerum apud suos status: & quanti sint cibaria. Primo die, inquit, quum *Ptolemaide* proficiscerentur, *satuitas* sex nummis *constabat*: sed graviore indies arctioreque annona, jam deventum est ad octo. Quæsivit deinceps quid

ita tam tarda moverent caſtra. Reſpondit ille, quod adventus expectetur navium, qui cum militibus commeatum vehant. Interrogavit porro de iis, qui ipſo profectionis die cecidiſſent aut vulnerati fuiſſent. Enimvero, inquit, bene multi. Quot equi illo die periiſſent, iterum exquiſivit. Quadringenti admodum, regeſſit. Mandat deinde cervicem ei amputari: ſed cadaveris mutilationem contruncationemque prohibuit. Ibi tum ille quid mandaſſet *Sultanus*, interpretem rogat. Is ei rem indicat; qua vehementius conturbatus, infit, At ego vobis captivum e *Ptolemaide* dimitti curabo. Principem immo, repoſuit *Sultanus*. Ille iterum, Principi redimendo haud par ſum. Quum autem pro eo intercederent ac deprecarentur, tum vitæ cupido, tum ſpecioſiſſima ſane forma (nunquam quippe formoſiorem conſpexi, cum oculis delicatum tenerumque quid ſpirantibus) eum in præſentia ſini, negotiumque ejus differri præcipit. Mox compedibus vinctum increpat, de orta ab ipſis perfidia, deque cæde captivorum. Agnovit fœdiſſimum id fuiſſe: ſed ſolo Regis nutu arbitrioque patratum. Poſt preces pomeridianas iterum more ſuo equitavit *Sultanus*: unde quum redux factus eſſet, equitem illum occidi juſſit. Allati adhuc alii duo, quos item neci tradidit. Noctem his in ſtativis egit. Antelucano tempore hoſtis *Cæſaream* duxiſſe nunciatur; eorumque prima jam ſigna oppido propinquaſſe. Statuit itaque retrahere ſtativa, propiuſque viæ, qua pergebat hoſtis admovere.

Caſtra quinta. Reducta ergo caſtra proxime collem, ubi conſideramus antea: ibi deſcenſum, tenſumque. Ipſe abiit percurſurus perveſtigaturuſque terras, per quas iter habebant, ut videret quænam opportuniſſima foret ad aciem. Ad meridiem regreſſus advocavit *Almalichum Aladilum* & *Alamoddinum Solimannum*, conſultationemque cum iis inſtituit, quid agendum foret. Inde quum aliquantillum quieviſſet, promulgari juſſit preces meridianas; quibus peractis denuo evehitur, ut cominus adſpiceret ac detegeret hoſtes; auramque aliquam rumorum perciperet. Exhibiti tum duo *Franci* abſtracti a ſuis; atque extemplo necati. Item alii duo; pariter obtruncati. Ad finem diei aliud iterum par obla-

يجاوا حتي صار يشبع بثمانية قراطيس ويسال عن سبب تاخرهم في المنازل فقال لانتظار وصول المراكب بالرجال والمبرة فسال عن القتلي والجرحي في يوم رحيلهم فقال كثير فسال عن الخيل التي هلكت في ذلك اليوم فقال مقدار اربعة مايه فرس فامر بضرب عنقه ونهي عن التمثل به فسال الترجمان عما قال السلطان فاخبره بما قال فتغير تغيرا عظيما وقال اذا اخلص لكم اسيرا من عكا فقال رحمه الله بل اميرا فقال لا اقدر علي خلاص امير فشفع الطمع فيه وحسن خلقته فاني ما رايت انم خلقة منه مع ترف في الاطراف ورفاهية فامر ان يتركك الان ويوخر امره فصفده وعاتبه علي ما بدا منهم من الغدر وقتل الاسري فاعترف بانه قبيح وانه لم يجر الا برضا الملك وحده وركب السلطان بعد صلاة العصر علي عادته وبعد ان نزل امر بقتل الفارس المذكور واتي بعده باثنين فامر بقتلهما وبات في ذلك المنزل وذكر له في السحر ان العدو قد تحرك نحو قيسارية وقارب اوايلهم البلد فراي ان يتاخر من طريق العدو منزلا اخر

المنزل الخامس * فرحل ورحل الناس الي قريب التل الذي كنا عليه فنزل الناس وضربت الخيام ومضي هو يرتاد الاراضي الكاينة في طريق العدو لينظر ايها اصلح للمصاف ونزل قريب الظهر واستدعا اخاه الملك العادل وعالم الدين سليمان واخذ رايهما فيما يصنع واخذ جزوا من الراحة واذن الظهر فصلي وركب ليشرف وليكشف عن العدو ويتنسم اخباره واتاه اثنان من الفرنج قد ذهبا وامر بقتلهم فقتلا ثم اتي باثنين اخرين فقتلا ايضا وجي باواخر النهار باثنين فقتلا ايضا وعاد

Digitized by Google

من الركوب وصلي صلاة المغرب وجلس علي عادته واستدعا اخاه وصرف الناس وخلا به الي هوي من الليل ثم بات واصبح ونادي الجاويش لعرض الحلقة لا غير وركب الي جهة العدو ووقف علي تلول مشرفة علي قيسارية وكان العدو قد وصل اليها نهار الجمعة سادس شعبان ولم ينزل يعرض هناك الي ان علا النهار ثم نزل واكل الطعام وركب الي اخيه وعاد بعد صلاة الظهر واخذ جزوا من الراحة وجلس واتي بار بعة عشر من الفرنج وامراة فرنجية بينهم اسيرة وهي بنت الفارس المذكور ومعها اسيرة مسلمة قد اخذتها فاطلقت المسلمة ورفع الباقون الي الزردخانه وهولاء اتي بهم من بيروت اخذوا في مركب من جملة عدة كثيرة قتلوا كل ذلك في نهار السبت سابع الشهر وهو في المنزلة ينتظر رحيل العدو مجمعا علي لقايه اذا رحل

المنزل السادس * ولما كان صبيحة الثامن ركب السلطان علي عادته ثم نزل ووصل من اخيه ان العدو علي حركة وكانت الاطلاب قد باتت حول قيسارية في مواضعها فامر بمد الطعام واطعم الناس فوصل ثان واخبر ان القوم قد ساروا فامر بالكوس فدق وركب وركب الناس وسار وسرت في خدمته حتي اتي عسكر العدو وصف الاطلاب حوله وامرهم بقتالهم واخرج الجاليش فكان النشاب بينهم كالمطر وكان عسكر العدو قد وثب فكانت الرجالة حوله كالسور وعليهم اللبود الثخينة والزردیات السابغة المحكمة بحيث يقع فيهم النشاب ولا يتاخرون وهم يرمونا بالزربنوك فيجرح خيل المسلمين وخيالتهم ولقد شاهدتهم وينغرز في ظهر الواحد منهم الواحد والعشرة وهو يسير علي هينه من غير انزعاج وثم قسم اخر من الرجالة مستريح يمشون علي جانب البحر ولا قتال عليهم فاذا تعب هولاء المقاتلة او اثخنهم الجراح قام مقامهم المستريح واستراح القسم العال

oblatum, contruncatumque. Veſpertinæ tum preces obitæ: poſt quas more ſuo conſeſſum habuit: unde, vocato fratre, reliquos removit, cum eo ad multam noctem in ſeceſſu manens. Capto ſomno ad primam lucem comparere in armis juſſi *prætoriani* ſoli; cum quibus pervectus ad hoſtem, conſtitit in collibus *Cæſareæ* impendentibus. Illuc pervenerat *Francus* die *Veneris*, ſexto *Sjabani*. Ibi in eorum ſe tenuit conſpectu ad illuſtrem & altum jam diem. Ad caſtra dein relatus, cibum ſumſit, atque ad fratrem le mox contulit. Poſt preces meridiei reverſus, quietis nonnihil cepit: cumque adiri jam iterum potuiſſet in conſeſſu, adducti quatuordecim *Franci*, inter quas femina erat captiva, filia Equitis prædicti; quam comitabatur *Muſulmanna* captiva. Ea vinculis exſoluta. Reliqui in armamentarium conditi. *Beryto* erant advecti hice, capti in nave, e magno cæſorum numero. Cuncta hæc die *Sabbati*, ſeptimo menſis, acta. Ipſe in ſtativis hiſce opperiebatur profectionem hoſtis, certus cum eo confligere, quum moviſſet.

Caſtra Sexta. Octavæ lucis ortu evectus eſt *Sultanus*, prout aſſolebat; reverſulque accepit nuncium a Fratre, hoſtem iter moliri. Is cum lectis agminibus pernoctaverat locis opportunis circa *Cæſaream*. Corpora tum curari, ciboque refici jubet. Secundus nuncius attulit, iter jam ingreſſos eſſe eos. Tum pulſato aheno-tympano, ſimul omnes invecti, proceſſitque *Sultanus*, me lateri hærente, ad exercitum hoſtilem uſque: quem lectis circumfudit agminibus cum mandato pugnæ ſerendæ. Eduxit etiam ſagittarios. Coortus tum utrimque telorum imber quaſi. Hoſtis ita proſiluerat, ut muri ad inſtar peditatu eſſet circumſeptus. Hi ſpiſſis pannis coactilibus, annulatimque conſertis ampliſſimis ſimul, ſimul compactiſſimis loricis erant tecti: ita ut obruti licet ſagittis, nullam inde remoram paterentur. Ipſi graviore teli genere jaculabantur quo & equum & equitem noſtrum convulnerabant. Hiſce meis oculis vidi qui defixas in dorſo haberent, non unam alteramve, ſed decem ſagittas, quieto tamen placidoque progredi gradu, abſque ulla trepidatione. Erat ipſis alia adhuc peditum manus, ſubſidium & relaxamentum feſſis, quæ per interiorem tra-

ctum maritimum pergens, infestari non poterat. Quum autem primi illi pugnatores jam delassati, aut vulneribus forent gravati, eorum in locum subsidium hocce succedebat, ut qui jam strenuam edidissent operam respirarent. Interim equitatus in medio conclusus, nunquam ex peditatu promicabat, nisi quum dandus esset impetus: nunquam alias. Et hic tripartito erat divisus. Primo in agmine versabatur vetus Rex, *Geoffridus*, & turba assectarum Regni ejus. Aciem mediam tenebat *Anglus*, cum eoque *Gallus*. Liberi *Elisetæ*, *Tiberiadis* principes, aliaque multitudo, agmen cogebant. In medio eorum conspiciebatur turris, instar phari celsissimæ, unde vexillum, ut supra quoque descripsi, prominebat; rotis propulsa. Ad hunc modum composito ordine incedebant; prout & ipse spectavi, & narrabant tum captivi, tum transfugæ. Eodem quoque tenore procedebant, dum *forum ferveret belli*, telisque suis eos impeterent *Musulmanni*, ut iras ipsis irritarent, eosque in aciem prolicerent. At illi semet diligentissime cohibebant ac custodiebant, eodem hoc ordine lento itinere viam secantes; classi a latere ipsis adnavigante, donec castra alicubi ponerent: quæ non nimis longinqua faciebant; quia subsidiarii illi pedites impedimenta tentoriaque portabant, quod pauciissima ipsis adessent jumenta. Hic vero considera mihi summam hujus populi patientiam in moliminibus arduis non minus, quam illegitimis, infructuosisque. Hoc die fluvio *Cæsareæ* trajecto consederunt.

Castra septima. Diluculo noni diei adfertur, hostem iter promovere. *Sultanus* cum prima statim aurora lecta instruit agmina, atque omnibus simul sagittariis eductis, in hostem vadit. Eum, undique circumfusi, sagittarum procella obruunt, tripartito agmine, ut narravi, procedentem. Quotiescunque autem laboraret una pars, proxima statim subsidio accurrebat. A tribus lateribus circumjecti iis *Musulmanni* gravem Martem ciebant: ipso *Sultano* se agminibus immiscente, quin & inter sagittarios utriusque exercitus sese committente; ita ut tela hostium ipsum transvolarent. Sic discurrebat ille, duobus tantum pueris, duos equos a latere ducentibus, comitatus, atque singulas circuibat turmas, hortabundus, atque ad certamen urgendum admotis calcaribus omnes stimulans atque im-

العمال هذا والخيالة في وسطهم لا يخرجون عن الرجالة الا في وقت الحملة لا غير وقد انقسموا ايضا ثلثة اقسام القسم الاول الملك العتيق جفري وجماعة الساحلية معه في المقدمة والانكتار والفرنسيس معه في الوسط واولاد الست اصحاب طبرية وطايفة اخري في الساقة وفي وسط القوم برج علي عجلة وعليه علي ما وصفته من قبل ايضا كالمنارة العظيمة هذا ترتيب القوم علي ما شاهدته واخبر من خرج منهم من الاسري والمستامنين وساروا علي المثال وسوق الحرب قايمة والمسلمون يرمونهم بالنشاب من جوانبهم ويحركون عزايمهم حتي يخرجوا وهم يحفظوا نفوسهم حفظا عظيما ويقطعون الطريق علي هذا الوضع ويسيرون سيرا رفيقا ومراكبهم تسير في مقابلتهم في البحر الي ان اتوا المنزل وكانت منازلهم قريبة لاجل الرجالة فان المستريحين منهم كانوا يحملون اثقالهم وخيمهم لقلة الظهر عليهم فانظر الي صبر هولاء القوم علي الاثقال الشاقة عن غير ديوان ولا نفع وكان منزلتهم قاطع نهر قيسارية

المنزل السابع * ولما كانت صبيحة التاسع وصل من اخبر ان العدو قد ركب سايرا فركب السلطان اول الصبح وطلب الاطلاب واخرج من كل جانب جالبشا فسار يطلب القوم وطاف الجالبش حولهم من كل جانب ونزوهم بالنشاب وهم سايرون ثلثة اقسام علي المثال الذي حكيته وكلما ضعف قسم عاونه الذي يليه وهم يحفظون بعضهم بعضا والمسلمون محدقون بهم من ثلثة جوانب والقتال عليهم شديد والسلطان يقرب الاطلاب ورايته هو يسير نفسه بين الجالبشين ونشاب القوم يحاوزه وليس معه الا صبيان بجنيبين لا غير وهو يسير من طلب الي طلب يحثهم علي التقدم ويامرهم بمضايقة القوم ومقاتلتهم

ومقاتلتهم والكوسات تخفق والبوقات
تنعر والصياح بالتهليل والتكبير يرتفع
هذا والقوم علي اتم ثبات علي ترتيبهم لا
يتغيرون ولا ينزعجون وجرت حالات كثيرة
ورجالتهم يجرح المسلمين وخيولهم
بالزنبورك والنشاب ولم نزل حوالهم
نقاتلوهم ونحملون عليهم وهم يكرون بين
ايديهم ثم يعتكرون عليهم الي ان اتوا
نهرا يقال له نهر القصب نزلوا عليه وقد
قامت الظهيرة وضربوا خيامهم وتراجع
الناس عنهم فانهم اذا كانوا نزلوا ايس
الناس من ان ينتم معهم ورجعوا عن
قتالهم وفي ذلك اليوم قتل من فرسان
الاسلام شجاع كنيته ابو نار الطويل بعض
مماليك السلطان وكان قد فتك فيهم
وقتل خلقا من خيالتهم وشجعانهم
وكانت قد استفاضت شجاعته بين
العسكرين بحيث انه جرت له وقعات
كثيرة وصدقت اخبار الاوايل وصار
بحيث اذا عرفه الفرنج في موضع يخافوه
وتقنطر به فرسه واستشهد وحزن المسلمون
عليه حزنا عظيما ودفن علي تل مشرف
علي البركة ونزل السلطان بالثقل علي
البركة وهي موضع يجتمع فيه مياه كثيرة
واقام في ذلك المنزلة الي بعد صلاة
العصر واطعم الناس خبزا واستراحوا
ساعة ثم رحل واتي نهر القصب ونزل
عليه ايضا فشرب منه قليلا من
اعلاه والعدو يشرب من اسفله
ليس بيننا الا مسافة يسيرة
وبلغ الشعير الربع باربعة دراهم
والخبز موجود كثير وسعره رطل
بنصف درهم واقام ينتظر
رحيل الفرنج حتي يرحل في
مقابلتهم وباتوا تلك الليلة هناك
وبتنا ايضا

impellens. Concrepabant tympana; buccinæ boabant; clamor cum ſolennibus formulis invocandi Numinis in cœlum conſurgebat: quum interim hoſtilis populus immoto conſtantique gradu ordines ſervans, ne minimum quidem conturbaretur aut trepidaret. Variæ pugnarum facies formæque extiterunt. Nec incruentus omnino *Muſulmannus*, nam & viros & equos ſuo quodam ſagittarum genere convulnerabat ipſorum peditatus. Ita inter impetus nunc illatos, nunc repulſos, pervenitur ad fluvium, cui ab *Arundine* nomen inditum, ad quem, *ſtante* cum maxime ac *fervente meridie* deſcenſum ab iis tenſumque. Abſceſſere tum noſtri, quoties enim conſediſſent, nulla ſpes erat quicquam cum iis conficiendi; pugnæque ceſſabant. Hoc die cecidit Eques *Iſlamiſmi* & Heros, qui *Yjazus Longus* appellitabatur, ex *Sultani Mamluccis*. Hic ſumma ſæpe audacia perruptis eorum ordinibus multos ex equitatu, ipſisque adeo Heroibus eorum, obtruncarat. Utrumque exercitum fama Heroicæ ipſius fortitudinis implerat, multis illuſtribus caſibus palmiſque fidem adſtruens veterum factis decantatis. Ad ſolum ejus conſpectum *Francus* horrebat. Hunc cernuans equus quum deſtituiſſet, martyr procubuit: ingenti cum luctu *Muſulmannorum*. Tumulatus eſt in colle ſuper *Albircam* pendente, grande ſtagnum ita dictum, ad quod *Sultanus* cum impedimentis deſcenderat. Moratus his in ſtativis ultra tempus pomeridianæ precationis, corpora curare juſſis omnibus, quum ſe paululum refeciſſent ire perrexit ad fluvium *Arundinis*, ad eumque caſtra quoque locavit. Aliquantulum ex ſuperiore eo bibit, quem hoſtis inferiorem bibebat. Exiguo dirimebamur intervallo. Quadrans hordei tum ad quatuor denarios pervenerat. Magna panis erat copia. Libra ſemidenario venibat. Ibi motum *Francorum*, moturi & nos, laterique hæſuri, opperiebamur: noctemque tum ipſi, tum nos tranſegimus.

Digitized by Google

CAPUT CENTESIMUM DECIMUM SEPTIMUM.

Conflictus.

CONflictui interea alicui anſam præbuit, quod multi e noſtris propius ad hoſtem acceſſerant, ſpeculabundi; qui offenderunt ſimilem multitudinem a parte hoſtium ſpeculatum progreſſam. Utrimque in pugnam proſilitur; acriſque exoritur digladiatio: pluribus ex hoſte cæſis. Sentit eorum exercitus tumultum, ſubſidioque advolant inde complures. Creſcit, arctiuſque implicatur, dimicatio: caduntque etiam duo e noſtris. Tres ex hoſte capti *Sultano* ſiſtuntur. Hos de rerum apud eos ſtatu interrogat. Narrarunt, ad Regem *Angliæ* adiiſſe, dum adhuc eſſet *Ptolemaide*, duos *Arabes Scenitas*, qui perexiguas eſſe copias *Iſlamiticas* ei indicarint. Hoc cupiditatem ei expeditionis hujus ſuſcipiendæ accendiſſe. Sed quum poſtridie vidiſſet illam acrem impugnationem, illa numeroſa agmina, quæ præter cæſorum multitudinem, ad mille vulnerarant, (qua de cauſa tam longas moras nectere debuerint, ad ſe reficiendos) quantaque belli moles, quanta *Muſulmannorum* vis circumſtaret, advocaſſe *Scenitas* illos, in medioque deſtitutos decollaſſe. Ceterum illo adhuc die, qui *Martis* erat, decimuſque *Sjabani*, iiſdem in caſtris perſtitum; quum & hoſtis ibidem ſubſtitiſſet.

Caſtra octava. Hujus diei ſtante cum maxime culmine ac æſtu ſtatuit *Sultanus* proferre caſtra, & hoſtem prævertere. Ad impulſum aheno-tympanum omnes ſimul movent, ingreſſuſque *Arſophi* ſilveſtrem agrum, ire perrexit ad collem in medio ejus poſitum, proximum vico cui *Dair-errahibi*, *Cœnobium religioſi* nomen eſt; ibique conſedit. Noſtri interea, nocte oppreſſi, iter continuabant, eundemque trajiciebant campum. Expectatæ a *Sultano*, ad inſequentis diei primam lucem uſque, copiæ quum ad ipſum perveniſſent, equitavit proſpeculaturus capturuſque locum idoneum ad pedem cum hoſte conferendum: totumque deinde diem ibi conſumſit. Hac in ſede de rebus hoſtium hæc relata; eos ad

ذكر وقعة جرت

وذلك ان جماعة من العسكر الاسلامي كانوا مشرفين علي العدو فصادفوا جماعة منهم يتشرفون ايضا علي العسكر الاسلامي فطفروا بهم وهجموا عليهم وجري بينهم قتال عظيم فقتل من العدو جماعة واحس بهم عسكر العدو فثار اليهم منهم جماعة واتصل الحرب وقتل ايضا من المسلمين نفران واسر من العدو ثلثة ومثلوا بخدمة السلطان فسالهم عن الاحوال فاخبروا ان الملك انكتار كان قد حضر عنده بعكا اثنان بدويان وانهما اخبرا له بقلة العسكر الاسلامي وذلك الذي اطمعه حتي خرج وانه لما كان بالامس يعني للاثنين راي من المسلمين قتالا عظيما واستكثر الاطلاب وانه جرح منها الف نفر وقتل جماعة وان ذلك هو الذي وجب اقامته اليوم حتي يستريح عسكره وانه لما راي ما اصابهم من القتال العظيم وكثرة المسلمين احضر البدويين عنده واوقفهما وضرب اعناقهما واقنا في ذلك اليوم في تلك المنزلة لاقامة العدو بها وهو الثلثا العاشر شعبان

المنزل الثامن * ولما كان ظهيرة اليوم المذكور راي السلطان علي الرجيل والتقدم الي قدام العدو فدق الكوس ورحل ورحل الناس ودخل في شعرا لرسوف حتي توسطها الي تل عند قرية تسمي دير الراهب فنزل هناك ودهم الناس الليل ويقطعوا في الشعرا واصبح مقيما ينتظر بقية العساكر الي صباح الاربعاء الحادي عشر وتلاحقت العساكر وركب يرتاد موضعا يصلح للقتال ولقاء العدو واقام ذلك اليوم اجمع هناك ومن اخبار العدو في ذلك المنزلة انه اقام علي نهر القصب ذلك اليوم ايضا وانة لحقه نجدة من عكا

Digitized by Google

عكا في ثمان بطس كبار ويزك الاسلامي حوله يواصلون بالاخبار المستجدة بهم وجري بين البزك وبين حشاشة العدو قتال وجرح من الطايفتين

ad fluvium *Arundinis* moratos haftenus: noviſque copiis auctos, quas ſeptem naves grandiores *Ptolemaide* advexerint. Scilicet ſtatio noſtra equeſtris perpetuo circum eos hærebat, unde citi ferebantur nuncii. Inter eam, & pabulatores hoſtis, digladiatio quoque coorta utrique parti vulnera dedit.

CAPUT CENTESIMUM DECIMUM OCTAVUM.

ذكر مراسلة جرت في ذلك اليوم

Legatio hoc die facta.

وذلك ان العدو طلب من البزك من يحدث معه وكان مقدم البزك علم الدين سليمان فانها كانت نوبته فلما مضي اليهم من سمع كلامهم كان كلامهم طلب الملك العادل حتي يتحدثوا معه فاستاذن ومضي وبات تلك الليلة في البزك ويحدثوا معه وكان حاصل حديثهم انا قد طال بيننا القتال وانه قد قتل من الجانبين الرجال الابطال وانا نحن جينا في نصرة افرنج الساحل فاصطلحوا انتم وهم وكل منا يرجع الي مكانه وكتب السلطان الي اخيه في صبيحة يوم الخميس الثاني والعشر رقعة يقول له فيها ان قدرت ان تطاول الافرنج فلعلهم يقيمون اليوم حتي يلحقنا التركمان فانهم قد قربوا منا

Aſtatione noſtra inde petunt aliquem quicum ſermonem conferre poſſent. Ei præpoſitus erat *Alamoddinus Solimannus*, quem vices tetigerant. Miſſus qui quid vellent audiret, expetere eos renunciat colloquium cum *Almalicho Aladilo*. permittitur. Vadit *Aladilus*, eamque noctem apud ſtationem traducit: ubi cum eo collocuti ſunt. Summa huc redibat, „ diuturno trahimur utrimque bello; „ utrimque viri fortiſſimi abſumuntur: „ nos tantum venimus auxilium laturi „ *Francis Hieroſolymitanis*. Coëat inter „ vos illoſque pax & gratia: omneſque „ ad Lares noſtros remeemus. " *Sultanus* autem ſub auroram diei *Jovis*, qui duodecimus erat, ſchedulam expediverat ad Fratrem, qua monebat ut, ſi pote, traheret *Francos*, atque illo adhuc die detineret ibidem loci, uſque dum *Turcomanni*, jam perquam propinqui, ſe nobis conjunxiſſent.

CAPUT CENTESIMUM DECIMUM NONUM.

ذكر اجتماع الملك العادل والانكتار

Conveniunt in colloquium Aladilus & Anglus.

ولما عرف الانكتار وصول الملك العادل الي البزك طلب الاجتماع به فاجابه الي ذلك فاجتمعا بنخوة من اصحابهما وكان يترجم بينهما ابن الهنفري وهو من فرنج الساحل من كبارهم ورايته يوم الصلح وهو شاب حسن الا انه محلوق اللحية علي ما هو شعارهم وكان الحديث بينهما ان الانكتار شرع في ذكر

QUum autem intellexiſſet *Anglus* ad ſtationem ſe contuliſſe *Almalichum Aladilum*, conventum colloquiumque petivit & ipſe. Quum ille haud abnuiſſet capita conferunt ſuperbe ſtipati. Interpretem inter eos agebat filius *Hunfredi*, e *Francis Regni Hieroſolymitani*, Magnatibuſque eorum. Eum ego, quum pax deinde coaluit, vidi pulcra juventa florentem, niſi quod genas raſas haberet, qua tanquam teſſera illi diſtinguuntur.

Digitized by Google

Sermo ita habitus, ut *Anglus* primus mentionem moveret pacis: eique regereret *Aladilus*, vos quidem pacem rogatis, sed postulata vestra non profertis, quibus ego me internuncium & conciliatorem apud *Sultanum* possim præbere. Tum *Anglus*, una, inquit, conditio, ut cunctæ nobis regiones restituantur: vosque hinc domos vestras referamini. Id aspero responso repulsum: ortaque est altercatio, quæ effecit, ut statim atque diremtum esset colloquium, moverint *Franci*. Eo intellecto *Sultanus* quoque movere impedimenta; ipse remanens exercitumque ad aciem instruens. Sarcinæ minores quoque graviores insecutæ sunt. Sed ducibus eas redire optantibus, reverterunt, quum jam noctesceret: ita ut ista nox magnam confusionem tumultumque ediderit. Introvocatus ad *Sultanum* eadem nocte, diei *Veneris*, decimi tertii, Frater; ut quid ipsum inter & *Anglum* agitatum esset, exponeret; soluisque egit cum solo. Hostis interea itinere continuato descenderat in loco, cui etiam *Birta* nomen, mari proximo. Ad auroram diei *Veneris Sultanus* in famam ex hoste prominens prospectansque exit. *Franci* duo tum adducti, per stationarios abstracti, quibus capita demta. Allatum quoque, hostem hoc die illis e stativis nondum movisse. Regressus tum *Sultanus* Fratrem convenit, ut inter se consultarent de instanti jam acie, & quo pacto hostis aggrediendus. Nox illis in stativis acta.

ذكر الصلح وان الملك العادل قال له
انتم تطلبون الصلح ولا تذكرون مطلوبكم
فيه حتي اتوسط انا الحال مع السلطان
فقال له الانكتار القاعدة ان تعود البلاد
كلها الينا وتنصرفون الي بلادكم فاخشن
له الجواب وجرت مناقرة اقتضت انهم
رحلوا بعد انفصالهم ولما احس السلطان
برحيلهم امر الثقل بالرحيل ووقف هو
وعبا الناس تعبية القتال وسار الثقل
الصغير ايضا حتي قارب الثقل الكبير
ثم ودد امرا السلطان بعودهم اليه فعادوا
ووصلوا وقد دخل الليل وتخبط الناس
تلك الليلة تخبطا عظيما واسندوا اخاه
ليعرفه ما جري بينه وبين الملك وخلا
به لذلك وذلك في ليلة الجمعة ثالث
عشر واما العدو فانه سار ونزل علي
موضع يدعي البرك ايضا يشرف علي
البحر واصبح السلطان في يوم
الجمعة متطلعا الي الاخبار العدو
فاحضر عنده اثنان من الفرنج
قد تخطفهما البرك فامر بضرب
اعناقهما ووصل من اخبر ان العدو لم
يرحل اليوم من منزلته تلك فنزل
السلطان واجتمع باخيه يتحدثان في
هذا الامر وما يصنع مع العدو
وبات تلك الليلة في تلك
المنزلة ۞

CAPUT CENTESIMUM VICESIMUM.

Prælium Arsophi; Musulmannorum grande cordolium.

ذكر وقعة لرسوف وهي انكت في قلوب المسلمين

EXorto die *Sabbati*, decimo quarto, nunciatum est *Sultano*, hostem duxisse *Arsophum* versus: ad quam famam lectissima agmina ordinavit, firmumque cepit propositum ista luce instantius eum urgendi, in complexumque ac collisum veniendi: ex omni agmine sagittariis in unum coire jussis. Hostis interim processerat ad *Arsophi* campestria arboribus hortisque consita: ubi sagittarii tela in eos *laxatis quasi habenis profuderunt*; turmæque nostræ selectæ ex omni latere eos

ولما كان يوم السبت رابع عشر بلغ
السلطان ان العدو حرك الرحيل نحو
ارسوف فركب ورتب الاطلاب للقتال وعزم
علي مضايقته في ذلك اليوم ومصادمتهم
واخرج الجالبش من كل طلب وسار
العدو حتي قارب شعرا ارسوف وبساتينها
واطلق عليهم الجالبش النشاب ولزمهم
الاطلاب من كل جانب والسلطان يقرب
بعضها ويوقف بعضها ليكون ردا
ويضايق

ويضايق العدو مضايقة عظيمة والتحم
القتال واضطرمت ناره من الجاليش
وقتل منهم وجرح فاشتدوا في السير
عساهم يبلغون المنزلة فينزلون واشتد بهم
الامر وضاق بهم الخناق والسلطان
يطوف من الميمنة الي الميسرة يحث
الناس علي الجهاد ولقيته مرارا ليس
معه الا صبيان بجنيبين لا غير ولقيت
اخاه وهو علي مثل الحال والنشاب
يتجاوزهما ولم يزل الامر يشتد بالطمع
للعدو وطمع المسلمون فيهم طمعا عظيما
حتي وصل اوايل راجلهم الي بساتين
ارسوف ثم اجتمعت الخيالة وتواصوا
علي الحملة خشية علي القوم وراوا انهم
لا ينجيهم الا الحملة ولقد رايتهم وقد
اجتمعوا في وسط الرجالة واخذوا
رماحهم وصاحوا صيحة الرجل الواحد
وفرج لهم رجالتهم وحملوا حملة واحدة
من الجوانب كلها فحملت الطايفة
علي الميمنة وطايفة علي الميسرة
وطايفة علي القلب فاندفع الناس
بين ايديهم واتفق اني كنت
في القلب ففر القلب فرارا
عظيما فنويت التحيز الي
الميسرة وكانت اقرب
الي ووصلتها وقد انكسرت
كسرة عظيمة وفرت اشد
فرارا من الكل فنويت
التحيز الي طلب السلطان
وكان ردا الاطلاب كلها كما
جرت العادة ولم يبق للسلطان
فيه الا سبعة عشر مقاتل لا
غير واخذ الباقين الي القتال
لكن الاعلام كلها باقية
ثابتة والكوس يدق لا يفتر واما
السلطان فانه لما راي ما نزل
بالمسلمين من هذه النازلة
سار حتي اتي طلبه فوجد فيه هذا
الثغر القليل فوقف فيه والناس
يفرون من الجوانب وهو
يامر اصحاب الكوس بالدق
بجميع لا يفترون وكلما راي
فارا

eos compresserunt: *Sultano* nonnullas propius admovente, alias in subsidium disponente: atque ita hostem ad summas angustias adigente. Consertum est prælium, *acriusque exarsit ignis* ejus, per sagittarios. Alii hostium cadunt, alii sauciantur. Pugnam detrectantes conduplicant gradum, num forte castris designatum locum attingere, ac considere possent. Sed prægravabat rerum circumstans moles; ac præclusis velut faucibus arctabantur: quum *Sultanus* a dextra acie ad sinistram circumcursaret, Martemque acueret atque accenderet. Aliquoties eum tunc obvium habui duobus pueris, duobusque equis jugalibus, haud amplius, comitatum. Consimiliter & Fratrem ipsius: sagittis super ipsorum capita volantibus. Quod autem confligendi cupiditate arderent *Musulmanni*, avidius avidiusque institum, primis jam peditatus hostilis signis ad hortos *Arsophi* productis. Ibi tum equitatus ipsorum, peditis periculo commotus, ad prosiliendum conglobatur, quod cernerent sine procella equestri cladem effugi haud posse. Ipse ego conglomerari eos, lanceisque se suis instruere vidi, peditatu hactenus circumseptos. Inde clamore consono sublato, per laxata peditis interstitia, effusissimo impetu sese ab omnibus lateribus invexere; alio agmine in dextram nostram, alio in sinistram, alio in Cor, mediam nempe aciem, impacto. Impelluntur nostri, graduque ante eos depelluntur. Media præsertim acies, in qua ego tum forte eram, trepidam in fugam convertitur. Statuo itaque me ad sinistrum cornu subducere, utpote proximum mihi; sed quum illuc devenissem, ingenti jam clade fractum erat, atque in fugam multo pavidissimam effusum. Animum induco proinde ad *Sultani* subsidiariam turmam me recipere; quæ reliquis agminibus pro auxilio solebat stare; sed in ea decem & septem, haud amplius, remanserant pugnatores, ceteris in aciem ab ipso productis. Vexilla tantum immota perstabant, & aheno-tympanum, sine ulla intermissione, resonabat. Tum *Sultanus* videns quid calamitatis *Musulmannos* obtrivisset, ad turmam hancce suam revectus est, & quantumvis ad tantam redacta esset paucitatem, cum ea in gradu stetit, nostris passim fuga dispalatis: præcipiens quin imo, ut tympanistæ nihil a pulsatione remitterent: & quo-

ties fugientem cerneret, ad se retrahens atque reprehendens. Sed, ut verbo absolvam, reprimi non potuit fuga; namque inferente se hoste, terga dabant nostri: qui quum metu insidiarum constitisset, constitere & nostri, prœliumque resumsere: sed mox altero ab ipsis facto impetu, fuga iterum ablati nostri, repugnantes licet inter fugiendum. Quum denuo gradum suppressisset hostis, nostrique etiam substitissent, insecuta est tertia procella, qua perventum fuit ad cacumina montium, celsissimosque istic regionis colles: nostris fugiendi finem non facientibus, donec hostis persequendi finem fecisset. Quicunque interim videbat *Sultanum* in gradu perseverantem, aheno-tympano jugiter impulso, verecundabatur ipsum prætervehi, simulque malum propterea sibi ex indignatione principis impendens verebatur; hisque actus stimulis sese turmæ nostræ aggregabat: quo pacto tandem sat conferta turba ad mediam aciem congregata fuit. His e regione oppositus stabat hostis, in verticibus quos dixi monticulorum & collium, *Sultano* cum sua sibi turma locum haud deserente; sed aliis aliisque identidem ad eum confluentibus, quin universis tandem copiis ad eum ex fuga reversis. Metuens tum hostis insidias, inter arboreta forte structas, recessit, castraque repetiit. Abscessit & *Sultanus* in collem situm ibi, ubi arboreta incipiunt; ingressoque in tentorium, prout a latere ejus non discesseram, consolationem admovi, quam ille animo non admittebat. Tenui linteo umbraculum ei erat factum, verius quam tabernaculum. Rogatus a nobis ut cibi aliquid caperet, quum exiguum quid apponi mandasset, paullum tantum inde delibavit: ut sederet in publico, inspiceretque homines ab aquandis equis (longius quippe aquatum eos educere coacti fuerant) redeuntes. Saucios quoque adduci voluit in conspectum suum, quos diligenter curari foverique præcepit. Ingens peditatus isto die deletus. Complures utraque ex acie convulnerati. Ex iis qui firmitudinem præstitere hoc die, erat *Almalichus Aladilus*, & *Tawasjius Kaimazus Nesjmæus*, nec non *Almalichus Alaphdalus*, cui vehementius pugnanti ruptus fuit ulcerosus tumor in facie, unde multus per eam sanguis defluxit, quod patiens intrepidusque edura-

فارا يامر من يحضره عنده
وفي الجملة ما اقصر الناس في
فرارهم فان العدو حمل حملة
ففروا ثم وقف خوفا من
الكمين فوقفوا وقاتلوا ثم حمل حملة
ثانية ففروا وهم يقاتلون في فرارهم
ثم وقف فوقفوا ثم حملة
ثالثة حتي بلغ الي روس
روابي هناك واعالي تلول
ففروا الي ان وقف العدو
ووقفوا وكان كل من راي طلب
السلطان واقفا والكوس يدق يستحي
ان يجاوزه ويخاف غايلة ذلك
فيعود الي الطلب فاجتمع في
القلب خلق عظيم ووقف العدو
قبالتهم علي روس التلول
والروابي والسلطان واقف في طلبه
والناس يجتمعون عليه حتي
اتت العساكر باسرها وخاف
العدو ان يكون في الشعرا الكمين
فتراجعوا يطلبون المنزلة
وعاد السلطان الي تل في اوايل
الشعرا ونزل عليه في خيمته
ولقد كنت في خدمته اسليه
وهو لا يقبل السلو
وظلل عليه بمنديل وسالناه
ان يطعم شيا فاحضر له شي
لطيف فتناول منه شيا يسيرا
وبعث الناس خيلهم للسقي
فان المكان كان بعيدا وجلس
ينتظر الناس من العود من
السقي والجرحي يحضرون بين
يديه وهو يتقدم بمداواتهم وحملهم
وقتل في ذلك اليوم رجالة
كثيرة وجرح جماعة من الطايفتين
وكان ممن ثبت الملك العادل
والطواشي فايماز النجمي والملك
الافضل ولده وصدم في ذلك اليوم
وانفتح دمل كان في وجهه وسال منه
دما كثيرا علي وجهه وهو صابر
محتسب في ذلك كله وثبت
ايضا طلب الموصل ومقدمه
علاي

ravit. Stabile quoque firmumque se præbuit agmen *Mosuliticum*, cum ductore *Aladino*, cui propterea gratias egit *Sultanus*. Quum alii alios desiderarent, quam plurimos pro religione occubuisse repertum est. Ex illustribus cecidere, Magnus *Emir Mousechus*, Heros multo famigeratissimus; *Kaimazus Adelita*, item percelebris; & *Laigusjus* strenuus & ipse bellator. Magna quoque vis qua hominum, qua equorum sauciata. Ab hoste multi item cecidere. Unus captus, adductus, capite tru catus. Quatuor equi ex iis rapti. Jussit deinde *Sultanus*, ut impedimenta præcederent ad *Ausjam*; ubi edixit stativa fore habenda: qua propter, rogata venia, ad stationem illam quoque sum prægressus. Ipse adhuc remansit, expectans dum copiæ sese colligerent; & quid nuncii ab hoste veniret. Is ad *Arsophum* confederat.

Castra nona. Post preces tum meridianas discessi, ad impedimenta me conferens. Ea descenderant trans fluvium *Ausja* dictum, in sede herbida & amœna, ad latus amnis. Extremis diei ejusdem ad hanc sedem perrexit *Sultanus*: ibi in ponte tramittendo sese mutuo compressere & elisere nostri. *Sultanus* haud ingressus in tentorium, consedit in colle fluvio imminente, jussitque præcones pronunciare per exercitum, ut denuo ad se trajicerent. Nempe cor ejus ineffabili, ex accepta clade, dolore urebatur, quem solus noverat Deus. Omnes adeo partim corpore, partim corde eramus vulnerati. Antelucana diei decimi quinti hora pulsato aheno-tympano evectus *Sultanus*, evectæ copiæ, hostem versus sese retulere, atque *Arsophum* propinquarunt. Ibi agminibus instructis in aciem, sperabat hostem processurum, pedemque collaturum. Sed non movit se illo die, defatigatus quippe & vulneribus gravatus. Quum e regione eorum ad extremum diei perstitisset, ad stationem in qua pernoctarent revectus est. Cum prima luce diei decimi sexti, percusso aheno-tympano, iterum ad eos contendit ac pervehitur; acceptoque nuncio *Jaffam* versus eos iter suscepisse, quam potuit proxime ipsis inhæsit imminuitque, ordinibus rite ad prælium digestis. Productis deinde sagittariis, exercituque *Islamitico* ipsis circumfuso, tanta telorum vis in ipsos effusa est, ut ferme nubium instar cœlum

علاي الدين وشكره السلطان علي ذلك
وتفقد الناس بعضهم بعضا فوجدوا قد
استشهد جماعة من العسكر عرف منهم
شخصان امير كبير موسك وكان شجاعا
معروفا وقايماز العادلي وكان مذكورا
وليغوش وكان شجاعا وجرح جلق كثير
وخيول كثيرة وقتل من العدو جماعة
واسر واحد فاحضر فامر بضرب عنقه
واخذت منهم خيول لربعة وكان قد تقدم
رحمه الله الي الثقل ان يسير الي العوجا
وذكر ان المنزل يكون علي العوجا
فاستاذنته وتقدمته الي المنزل
وجلس هو ينتظر اجتماع
العساكر وما يرد من اخبار العدو
وكان العدو قد نزل علي لرسوف
قبلها

المنزل التاسع * وسرت بعد صلاة الظهر
حتي اتيت الثقل وقد نزل قاطع النهر
المعروف بالعوجا في منزلة خضرا طيبة
علي جانب النهر ووصل السلطان الي
المنزلة اواخر النهار وازدحم الناس علي
القنطرة فنزل علي تل مشرف علي النهر
ولم يعد الي الخيمة وامر الجاويش ان
ينادي في العسكر بالعبور اليه وكان في
قلبه من الوقعة امر لا يعلمه الا الله تع
والناس بين جريح الجسد وجريح القلب
واقام السلطان الي سحرة الخامس عشر
ودق الكوس وركب وركب الناس
وسار راجعا الي جهة العدو
حتي وصل الي قريب لرسوف وصف
الاطلاب للقتال رجاء خروج العدو
ومسيره حتي يصادفه فلم يرحل العدو
في ذلك اليوم لما نالهم من التعب والجرايح
واقام قبالتهم الي اخر النهار وعاد الي
منزلته التي بات بها ولما كان صبيحة
السادس عشر دق الكوس وركب وركب
الناس وسار نحوهم ووصل خبر العدو
انه قد رحتل طالبا جهة يافا فغاربهم
مغاربة عظيمة ورتب الاطلاب ترتيب القتال
واخرج الجالبش واحدق العسكر
الاسلامي بالقوم واقتلوا عليهم من النشاب
ما كاد يسد الافق وقاتلهم قلوبهم قتال
الحنق

obstruerent & obscurarent. Nempe cordibus irarum & indignationis stimulo actis invadebantur: propositumque erat *Sultano* iras quoque ipsorum irritare, ad impetum in nos faciundum; ut quum sese intulissent, cuncti simul ipsos incursarent involarentque; victorque discederet, cui Numen annuisset. Verum enim vero detrectata ab ipsis pugna est, & circumspectissime evitata; more suo firmo ordine progredientibus, usque dum fluvium *Ausjam* attigissent; cujus in superiori parte nostri consederant: illi ad inferiorem partem desederunt; ita ut alii ad latus occidentale transmitterent, reliqui ad Orientale latus remanerent. Nostri quum castra ab ipsis posita animadvertissent, retro abscessere: rediitque etiam *Sultanus* ad tabernaculum suum, ciboque se refecit. Quatuor tum oblati *Franci*, quos *Arabes* ceperant, itemque mulier. Omnes in armamentarium conduntur. Reliquo ejus diei literas expediri curat quaquaversum, ut quicquid copiarum restaret, præsto adesset. Adductus quoque aliquis, qui referebat *die Arsophi* complures ex hoste equos occisos: *Arabes* utique eorum vestigia secutos, ultra centum numerasse. Tum *Ramalam* versus proficisci jussis sarcinis, illis in stativis ipse pernoctavit.

Castra decima. Quum lux decima septima venisset, matutinis precibus peractis, movit una cum minoribus sarcinis atque ad *Ramalam* iter intendit. Adductis duobus *Francis* cervices jussu Ejus amputantur. A stationariis deinde nuncius accessit, hostem *Jaffa* demigrasse. Quum *Ramalam* pervenisset, aliud *Francorum* par exhibitum; quos de statu rerum interrogavit. Narrant illi, fortassean *Jaffæ* eos diebus aliquot esse commoraturos, quum in animo ipsis sit, eam reædificare, virisque & apparatibus complere. Advocato tum consilio deliberat de negotio *Ascalonis*, ecquid eam evastastari oporteret, an conservari? Una mente decernitur, *Almalichum Aladilum* cum parte exercitus esse relinquendum, ut hosti immineat, resque ejus exploret: ipse autem vadat ad *Ascalonem* diruendam, ne *Francus* cultum frequensque oppidum in potestatem redigat, incolasque trucidet: atque eo deinde subnixus urbem sanctam occupet, viamque *Ægypti* intercipiat. Hæc metuens *Sultanus*, simulque animum ad-

الحنق وقصد رحمه الله تحريك عزايمهم
علي الحملة حتي اذا حملوا القي الناس
عليهم وقصد ويعطي الله النصر لمن يشاء
فلم يحملوا وحفظوا نفوسهم وساروا
مصطفين علي عادتهم حتي اتوا نهر
العوجا وهو النهر الذي منزلتنا اعلاه
فنزل في اسفله وعبر بعضهم الي غربي
النهر واقام الباقون من الجانب الشرقي
فلما علم الناس بنزولهم تراجع
الناس عنهم وعاد السلطان الي
الثقل ونزل في خيمته واطعم
الطعام واتي باربعة من الفرنج قد
اخذتهم العرب ومعهم امراة فرفعوا
الي الزردخاناه واقام بقية ذلك اليوم
يكتب الكتب الي الاطراف باستحضار
بقية العساكر وحضر من اخبره انه
قتل من العدو يوم ارسوف
خيل كثيرة وانه تتبعها
العرب وعدوها وزادت علي
ماية وامر السلطان ان
رحلت الجمال وتقدمت
الي الرمله وبات هو بتلك المنزلة

المنزل العاشر * ولما كان سابع عشر
صلي الصبح ورحل ورحل معه الثقل
الصغير وسار يريد الرملة واتي باثنين
من الفرنج فامر بضرب اعناقهم ووصل
من اليزك من اخبر ان العدو رحل من
يافا وسار السلطان الي ان اتي الرملة
واتي باثنين من الفرنج ايضا فسالهم عن
احوالهم فذكروا انهم ربما اقاموا بيافا اياما
وفي انفسهم عمارتها واشحانها بالرجال
والعدد واحضر السلطان ارباب مشورته
وشاورهم في امر عسقلان وهل انها تخرب
او تبق واتفق الراي علي ان يتخلف
الملك العادل ومعه طايفة من العسكر
مقارب العدو ليعرف احوالهم واتصالها
وان يسير هو ويخرب عسقلان خشية ان
يستولي عليها الفرنج وهي عامرة فيقتلوا من
بها من المسلمين وياخذوا بها القدس
الشريف ويقطعوا بها طريق مصر وخشي
السلطان من ذلك وعلم عجز المسلمين من
حفظها

advertens noſtos recenti clade *Ptolemaidos*, & præſidii calamitate, fractos, abhorrere ab *Aſcalone* ingredienda, malleque vim ac robur ſuum reſervare atque impendere *Hieroſolymis* propugnandis; ob omnia illa vaſtationem *Aſcalonis* decernit. Graviora impedimenta principio noctis præmittuntur. Ea ad mediam noctem ſubſequi juſſit filium *Almalichum Alaphdalum*. Ipſe ſummo mane diei *Mercurii*, me aſſumto comite, illuc quoque pergit.

Caſtra undecima: quibus *Aſcalonem* perventum. Iſto die, qui decimus octavus erat menſis hujus, *Jafnam* progreſſus, ibi deſcendit; prandioque & quiete homines refecit. Continuatum inde iter, donec poſt preces pomeridianas agrum *Aſcalonenſem* attingeret. Longius ab urbe erectum ei tabernaculum, ubi ſollicitam traduxit noctem, propter vaſtationem illam, atque parum admodum dormivit: quum enim poſt mediam noctem jam præterlapſam ab ipſo diſceſſiſſem, ante lucem me introvocavit iterum. Exorſus tum eſt, una præſente mecum filio ejus *Almalicho Alaphdalo*, ſermonem de diruenda urbe, denuo cum eo conſultans, longamque conſumens orationem: in qua ad me converſus, per Deum, inquit, jucundius mihi foret omnes meos filios amittere, quam ut vel unum inde lapidem diruam: ſed ſi Numinis decretum, utilitaſque *Muſulmannorum* id exigant, parendum. Oranti deinde Deum O. M. ut quid eligendum eſſet, ſciret, in mentem divinitus immittitur, ſalutarem utique eſſe vaſtationem, quod urbi defenſandæ impares eſſent *Muſulmanni*. Arceſſi itaque jubet præfectum urbi *Cæſarem*, e principibus *Mamluccorum* ipſius, conſilioque præpollentem. Huic mandat operas ad opus iſtud contrahere: ſed & ipſe, viſa refero, per fora, per compita homines conſectatus fuit, atque collegit, qui vaſtationi operam darent. Mœnia in partes diviſa. Singulis ducibus ſuo cum agmine certa muri portio aſſignata, certa turris, quam demolirentur. Tum vero urbem ingreſſis noſtris impotens exoriri clamor ejulatuſque. (Erat autem perelegans ea, & per ſane venuſta, validiſſimis mœnibus; celſiſſimis ædificiis; ita ut terrorem quendam gravitate ac firmitate incuteret) Maximus itaque luctus omnes pervaſit, ac præſertim incolarum exarſere lamenta; quod gratis ſedibus re-

حفظها لقرب عهدهم من عكا وما جرى
على من كان مقيما بها ويخافوا الناس
عن الدخول الي عسقلان وادخرت القوة
في عسكر الاسلام لحفظ القدس المحروس
وتعين لذلك خراب عسقلان فسار الثقل
الجمال من اول الليل وتقدم الي ولده
الملك الافضل ان سار عقيب الثقل نصف
الليل وسار هو وانا في خدمته سحرة الاربعا
المنزل الحادي عشر وهو على
عسقلان * ولما كان يوم الاربعاء ثامن
عشر الشهر وصل السلطان الي بيتنا فنزل
بها وضحي واخذ الناس راحة ثم رحل
وسار حتي اتي ارض عسقلان وقد ضربت
خيمته بعيدا منها فبات هناك مهموما
بسبب الخراب وما نام الا قليلا ولقد دعاني
في خدمته سحرا وكنت فارقت خدمته بعد
مضي نصف الليل فحضرت وبدا
بالحديث في معني خرابها واحضر ولده
الملك الافضل وشاوره في ذلك وطال
الحديث في المعني ولقد قال لي والله
لان افقد اولادي باسرهم احب الي من ان
اهدم منها حجرا واحدا ولكن اذا قضي
الله ذلك وفيه دعيته لحفظ مصلحة
المسلمين ثم استخار الله تع فاوقع الله في
نفسه ان المصلحة في خرابها لعجز المسلمين
عن حفظها فاستحضر الوالي قيصر بها
وهو من كبار ممالكه وذوي الراء
منهم فامر بجمع الغلال فيها ولقد
رايته وقد اجتاز بالسوق والوطاق
بنفسه مستنفر الناس للخراب
وقسم السور على الناس وجعل
لكل امير وطايفة من العسكر
بدنة معلومة وبرجا معلوما
يخربونه ودخل الناس البلد
ووقع فيه الضجيج والبكاء
وكان بلدا نظرا خفيقا على
القلب محكم الاسوار عظيم
البنا مرغوبا في سكنته
فلحق الناس عليه حزن
عظيم وغم عويل اهله
على مفارقة اوطانهم
وشرعوا في بيع ما لا يمكن

حمله

vellerentur. Quæ asportare non poterant, divendi cœpta: quodque decem æquabat nummos, pro uno abjectum. Omnia confuso tumultu miscebantur: quumque timerent oppidani, ne a *Francis* opprimerentur, cum prole uxoribusque ad exercitum emigrarunt, pro mercede solventes duplum ejus summæ, quæ vel in *Ægyptum*, vel in *Syriam* tendentibus persolvitur: multis, quod vehicula conducere non possent, ire coactis. Luctuosissima enimvero facies erat rerum, & horrenda confusio ac miseria; qualem ne improbi quidem forte unquam experti sunt. *Sultanus* interim ipse, cum filio *Almalicho Alaphdalo* homines ad opus exhortabantur, demolitionemque admotis stimulis urgebant: metuentes, ne, fama rei audita, adventaret hostis, evastationemque præpediret. Nox in summa lassitudine & ærumna acta. Accessit tum nuncius ab *Almalicho Aladilo* summissus, *Francos* denuo pacis mentionem movisse, atque filium *Hunfredi* sese convenisse, universum Regnum *Hierosolymitanum* repetentem. Id opportunum cecidisse visum *Sultano*, quod homines, fastidii tædiique plenos, a pugna & acie cerneret abhorrere: ære alioquin alieno dirutos quoque ac demersos. Scripsit itaque ad Eum, liberalem se præberet ac facilem in tractando; ejusque consilio ac fidei negotium illud permisit. Die vicesimo dein ad auroram instantius iterum acriusque operi incubitum, ipso calcaria subdente: horreaque publica tradidit diripienda, ubi oppidi commeatus erat congestus: quod transferendo illi nec vires suppeterent, nec tempus adeo: metusque præsens ab hoste impenderet. Tum oppidum jussit incendi, cujus per domos, per tecta degrassante igne, plurima supellex, quæ evectari non potuerat, abjecta, flammisque relicta. Ventitabant interim identidem nuncii a parte hostis, *Jaffam* eos exædificare: scripsitque *Almalichus Aladilus* eos nihil dum de vastatione oppidi resciviisse: seque operam daturum, ut procrastinando, trahendoque colloquio, solo illud æquandi facultas concederetur. Turres tum lignis farciri jussit *Sultanus*, atque ita succendi. Ad ortum lucis vicesimæ primæ evectus iterum, operi urgendo sedulus & indefessus adfuit exactor, circumiens & circumlustrans omnes; ita ut valetudo ejus inde ad

حمله وبيع ما يسوي عشرة دراهم بدرهم
واحد واختبط البلد وخرج اهله الي
العسكر بذراريهم ونسايهم خشية ان
يهجم الفرنج ويذلوا في الكرا اضعاف ما
يسوي قوم الي مصر وقوم الي الشام
وقوم يمشون ان لم يقع لهم كري وجرت
امور عظيمة وفتنة هايلة لعلها لم يخلص
بالذين ظلموا وكان هو بنفسه وولده
الملك الافضل يستعملان الناس في الخراب
والحث عليه خشية ان يسمع العدو
فيحضر ولا يمكن من خرابها وبات
الناس في الخيم علي اتم حال من التعب
والنصب وفي تلك الليلة وصل من جانب
الملك العادل من اخبر ان الفرنج تحدثوا
معه في الصلح وانه خرج اليه ابن الهنفري
وتحدث معه وانه طلب جميع البلاد
الساحلية فراي السلطان ان ذلك
مصلحة لما راي في انفس الناس
من الضجر والسامة من القتال والمصابرة
وكثرة ما علاهم من الديون وكتب اليه
يسمح في الحديث في ذلك وفوض
امر ذلك الي راية واصبح العشرين علي
الاصرار علي الخراب واستعمال الناس
فيه وحثهم عليه وافاحهم الهري الذي
كان ذخيرة في البلد للعجز عن نقله
وضعف الوقت والخوف من هجوم
الفرنج وامر بحريق البلد فاضرمت
النار في بيوته وادوره ورفض اهله
بواقي المشتة للعجز عن نقلها
والاخبار تتواتر من جانب العدو
بعمارة يافا وكتب الملك
العادل يخبر ان القوم لم
يعملوا بخراب البلد وان سوف
القوم وطول الحديث
لعلنا نتمكن من الخراب
وامر بحشو ابراج البلد
الاحطاب وان يحرق واصبح
الحادي والعشرين ركب
بحث الناس ولم يستعملهم
علي التخريب ويطوف
عليهم بنفسه حتي
الستاث مزاجه التباثا
قريبا

قريبا امتنع بسببه من الركوب والغذا
يومين واخبار العدو تتواصل اليه في
كل وقت ويجري بينهم وبين البرك
والعسكر اقرب وقعات وقلبات وهو
يواضب علي الحث علي الخراب ونقل
النقل الي قريب البلد ليعاونوا الفعلة
والجمالون وغيرهم في ذلك فخرب من
السور معظمه وكان عظيم البناء بحيث
انه كان عرضه في مواضع تسعة اذرع
وفي موضع عشرة اذرع ذكر بعض
الحجاريين للسلطان وانا حاضر ان
عرض السور الذي ينقبونه فيه مقدار
رمح ولم يزل الخراب والحريق يعمل
في البلد واسوارة الي سلخ شعبان
وعند ذلك وصل من جرديك كتاب
يذكر فيه ان القوم ينفسخون وصاروا
يخرجون من يافا يغارون علي البلاد
القريبة منها وتحرك السلطان لعله
يبلغ منهم غرضا في غرتهم فعزم علي
الرحيل وعلي ان يخلف في عسقلان
حجاريين ومعهم خيل يحميهم
ويستقضوهم في الخراب فراي ان
يتاخر بحيث ان يحرق البرج
المعروف بالاسبتلار وكان برجا
عظيما مشرفا علي البحر
كالقلعة المنيعة ولقد دخلته وطفته
فرايت بناء احكم بناء بعرض
ان يكون لا يعمل فيه المعاول وانما
اراد ان يحرقوه حتي يبقي بالحريق
قابلا للخراب ويعمل الهدم فيه واصبح
مستهل رمضان امر ولده الملك الافضل
ان يباشر ذلك بنفسه وخواصه ولقد
رايته يحمل الخشب هو وخواصه
لحريق البرج ولم يزل الناس ينقلون
الخشب ويحشونه في البرج
حتي امتلا ثم اطلقت فيه النار
فاشتعل الخشب وبقي النار
يشعل فيه يومين بليلتيهما
ولم يركب السلطان في ذلك اليوم
تسكينا لمزاجه وعرض لي ايضا
تشوش مزاج اقتضي انقطاعي
عنه في ذلك اليوم ولقد تردد الي
من

ad breve tempus adficeretur; atque per biduum nec equum federe, nec ullum adeo cibum capere potuerit. Attamen ſingulis horis quid rerum gereret hoſtis renunciabatur, inter quem & ſtationem noſtram continua ſerebantur certamina, vario cum eventu, & vice fortunæ. Ad deſtructionem autem, in quam totus deditus atque defixus erat, peragendam, impedimenta propius urbem tranſportavit, ut ſervitia & agaſones, aliaque turba, manum quoque auxiliatricem præberent: atque ita tandem maxima pars muri complanata fuit. Is multo validiſſimæ fuerat ſubſtructionis; ſic ut quibuſdam in locis novem, in aliis decem cubita æquaſſet. Relatum, me præſente, *Sultano*, a quibuſdam deſtructorum, craſſitiem muri, quem ipſi perforarant, longitudinem habuiſſe lanceæ. Ad ultimum uſque diem *Sjabani* deſtruendo inflammandoque tum oppido, tum muro incubitum. Eo tempore literæ venerunt a *Sjordicho*, quibus ſignificabat, hoſtes ſolutius vagari, *Jaffaque* egreſſos agrum circumjacentem perpopulari. Motus *Sultanus*, ſi forte occaſionis quid adverſus improvidos reperiri poſſet, educere deſtinat, *Aſcaloneque* relinquere deſtructores cum equite ipſos defenſuro, opuſque urſuro: ſed mox mutato conſilio morandum judicavit, uſque dum *Turrim* incendiſſet, quæ *Hoſpitalariorum* dicitur. Ea, inſtar arcis munitiſſimæ, ingens atque præcelſa, mari imminebat. Intravi eam, luſtravique, ac vidi ſubſtructionem ejus multo ſolidiſſimam, tantæque latitudinis, ut adverſus eam nulla roſtrata inſtrumenta valerent. Ignem itaque ſubjici circumdarique voluit ante, quam demoliri aggrederetur, ut incendio percocta & exuſta, ruinas pateretur. Quum kalendæ *Ramadani* illuxiſſent, hujus rei per ſe, intimoſque ſuos, exequendæ curam delegat *Almalicho Alaphdalo*; quem ſane, amicoſque, vidi ligna portantes ad *Turris* incendium: quo exemplo omnes ſimul materiam ingerere & infercire non deſtiterunt, donec oppleta foret. *Plenis* deinde *habenis admiſſus* per ligna *ignis* duos dies *cum ſuis ſibi noctibus* flagravit ſæviitque. *Sultanus* eo die equitare non potuerat, quod quietem affecta poſtulaſſet valetudo. Me quoque intemperies quædam inceſſit, quæ iſto die in cauſa fuit ut ab ipſo avellerer. Sed ultro citroque

discurrebat, qui nomine ejus, ecquid meliuscule foret? ter rogatum venit; idque quum cor ejus tantæ molis negotio distentum atque occupatum foret. Deus T. O. M. pii principis miscreatur, in cujus occasu pulcri quoque mores occiderunt.

من سال عن مزاجي عنه ثلث مرات مع اشتغال قلبه بذلك المهم فالله تعالي يرحمه لقد ماتت محاسن الاخلاق بموته

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM PRIMUM.

Ramalam redit Sultanus.

ذكر رحيله الي الرملة

QUum autem metueretur ne ex æstu nimio malum ejus incrudesceret, postr. kal. *Ramadani*, ad mediam noctem *Jafnam* retro reflexit, ad eamque pleno jam & illustri die pervenit. In tentorium Fratris descendens, aliquantulum temporis in rebus hostium ex eo resciscendis posuit; indeque in suum sese recepit, atque hac in sede pernoctavit. Tertiæ lucis exortu *Ramlam* ire perrexit, atque circa meridiem illuc perlatus, ad graviora impedimenta descendit substiturus: exercitumque mox in justæ aciei formam digessit atque instruxit: omnibusque corpora curare jussis, ipse quoque paululum sumsit requietis. Evectus deinde inter preces meridianas, & primas vespertinas, *Lyddam* adiit, inspexitque, cujus templum quum cerneret magno & firmo opere structum, id, ut & arcem *Ramlæ*, dirui præcepit. Solo æquari cœpta ambo loca hoc ipso adhuc die: divisisque inter destructores partibus, quicquid in iis erat fœni hordeique, in horrea *Sultanica* congesti, diripiendum dedit; incolasque se ad loca culta transferre jussit. Perpauci tantum ex iis ibi remansere: quum interim in demoliendo strenua navaretur opera, usque dum vespera inumbrasset. Tum demum ad prætorium revectus est. Quarto *Ramadani* orto, idem opus sedulo ursit, apponens non tantum qui cœmentarios animarent, accenderentque, sed & ipse horis vespertinis plus vice simplici illuc excurrens, ac sole demum occaso, istius diei jejunio homines exsolvens, ciboque refectos ad tentoria sua dimittens. In mentem tum venit ei clanculum, paucissimis assumtis comitibus, *Hierosolymas* contendere, ad res ejus adspiciendas. Principio noctis profectus, *Beit-nubam* pertendit; ubi expectata aurora, post peractas preces, *Hierosolymas* ire

ثم رحل السلطان ثاني رمضان نصف الليل خشية علي مزاجه من الحر ووصل يبنا ضاحي النهار ونزل في خيمة اخيه واستعلم منه اخبارهم ساعة ثم ركب ونزل في خيمته وبات في ذلك المنزلة واصبح ثالث الشهر راحلا الي جهة الرملة فسار حتي اتاها ضاحي النهار ونزل بالثقل الكبير نزول اقامة وترتيب العسكر ميمنة وميسرة وقلبا واطعم الناس الطعام واخذ جزوا من الراحة وركب بين صلاتي الظهر والعصر وسار الي لد وراها وراي بيعتها وعظم بناها فامر بخرابها وخراب قلعة الرملة ووقع الخراب في الموضعين في ذلك اليوم وفرق الناس فرقا لتخريب المكانين واباح ما فيها من التبن والشعير في الاهرا السلطانية وامر من كان فيهما من المقيمين بالانتقال الي المواضع العامرة وما كان بقي في المكانين الا نفرا يسيرا وظل الناس يخربون الي ان امسا المسا ثم عاد الي خيمته واصبح رابع رمضان واقام الحجارين في المكانين ورتب عليهم من يستحرهم في ذلك وهو يتردد اليهم في الاصايل حتي جاء وقت المغرب فمد الطعام وافطر الناس وانفصلوا الي خيمهم ووقع له ان يسير خفية في نفر يسير يشاهد احوال القدس فسار من اول الليل حتي اتي بيت نوبه فبات فيها حتي اتي الصباح وصلي وسار حتي اتي القدس في خامس

خامس الشهر وخلف اخاه في العسكر
بحفر الناس الي الخراب واقام ذلك
اليوم يتصفح احوال القدس في عمارته
ومبرته وعدته ورجاله وغير ذلك وظفر
في ذلك اليوم غلمان الطواشي قايماز بنفر
من النصاري ومعهم كتب قد كتبها الوالي
الي السلطان قريبة التاريخ يذكر فيها
احوال البلد القلة والعدة والرجال فوقف
علي الكتب وضربت رقاب كل من كان
معهم ومما زال يتصفح احوال المكان
ويامر بسد خلله الي الثامن وخرج
سايرا الي العسكر بعد هلاة الظهر فبات
في بيت نوبة وفي هذا اليوم وصل مقر
الدين قيصر شاه صاحب ملطية من قلج
ارسلان واقدا عليه مستنصرا به علي اخوته
وابيه فانهم كانوا يقصدون اخذ بلاده منه
فلقيه الملك العادل قاطع الدار فاحترمه
واكرمه ثم لقيه الملك الافضل وضربت
خيمته قريب من له وفي ذلك اليوم
خرج من العدو الحشاشة فحمل عليهم
البرك ووصل الخبر الي عسكرهم
فخرج الي نصرتهم كتبغا وجري
بينهم وبين البرك قتال
وذكر بعض الاسرا انه كان
معهم الانكتار وان معهما
قصد ظفنه فحال بينه وبينه
الفرنجي فنقتل الافرنجي وجرح
هو هكذا ذكروا والله
اعلم

ولما كان التاسع وصل رحمه الله
الي المعسكر ولقيه المسلمون
مستبشرين بقدومه ولقيه ابن قلج
ارسلان فنزل له واحترمه
واكرمه ونزل في خيمته واقام
يحث الناس علي الخراب ويتواصل
اخبار العدو اليه ويقع بينهم
وبين البرك وقعات ويسترق
العرب من خيولهم ويقاتلهم
برجالهم

ire perrexit, quinto hujus menſis. Fratrem ad exercitum reliquerat, demolitioni inſtitutum. Ipſe eodem adhuc die circumluſtravit ſtatum *urbis Sanctæ*, quoad mœnia, commeatum, apparatum, viros, aliaque. Ea luce ſervi *Tawasjii Kaimazi* ceperunt Chriſtianos quoſdam, quibuſcum literæ deprenſæ, pericriptæ a præfecto urbis ad *Sultanum*, recentiſſime datæ; quibus exponebat penuriam commeatus, apparatus, & virorum, qua laborabatur. Cognitis iis literis, colla omnibus illis ſecta. Ad octavum uſque *Ramadani* inſpectioni curæque urbis indefeſſus vacavit; quicquid male factum tectumque eſſet fieri mandans. Dein exercitum repetens, poſt preces meridiei, in *Beit-nuba* iterum pernoctavit. Hoc die advenit *Moëzzoddinus Cæſar Sjahus*; princeps *Malatiæ*, filius *Kelisj-Arſlani*, opem implorans *Sultani* adverſus fratres, patremque, qui civitatem illam ei ereptum ibant. Ei *Almalichus Aladilus* ultra *Lyddam* obviam erat progreſſus, inſignemque dignationem atque honorem exhibuerat. Inſecutus deinde *Almalichus Alaphdalus* eum excepit; tabernaculumque ei prope *Lyddam* conſtitutum. Illo quoque die pabulatores hoſtium egreſſi, a ſtationariis noſtris oppreſſi fuere. Fama ad exercitum ipſorum perlata, equitatum in auxilium excivit. Inter hos ſtationemque noſtram accenditur prœlium: in quo captivus aliquis memorabat Regem *Anglum* adfuiſſe, quem quum *Muſulmannus* transfigere deſtinaſſet; intercurrente *Franco* ictum aversum; & *Francum* quidem cæſum, ſed *Anglum* ſauciatum fuiſſe. Deo notiſſima veritas.

Nono die *Ramadani* ad caſtra redux factus *Sultanus*, omnium honorifico occurſu excipitur; lætantium de reditu ejus. Obviam quoque proceſſit ei Filius *Kelisj-Arſlani*, quem ad pedes deſcendens ſingulari dignatus eſt honore. Tentorium vix ingreſſus, denuo curam intendit ad vaſtationem perurgendam. De hoſte crebri quoque confingebant nuncii, inter quem & ſtationarium noſtrum ſubinde ſerebantur certamina: infeſtantibus quoque eum *Arabibus*, equos ſuffurando, viros jugulando.

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM SECUNDUM.

Legatio missa a Marchione.

ذكر وصول رسول مركيس

INterea temporis accessit Legatus a *Marquisio*, significans ipsos cum *Islamismo* pacem ea conditione composituros, ut *Sidon* & *Berytus* ipsis concederentur: quando *Marquisius* se apertum *Francis* hostem professum, *Ptolemaidem* obsessurum & expugnaturum spondebat. In hæc jusjurandum a *Sultano* prius exigebat. Ad eum legat princeps *Adlum Alnasjibum*, cum mandato annuendi ejus petitioni, quod eum a *Francis* avellere cupiebat: erat quippe teterrimus nobis adversarius. Antam huic rei præbuerat suspicio altam in mentem demissa, velle eos civitatem sibi suam, *Tyrum*, ereptum ire; unde secessione ab ipsis facta, in validissimum sese munimentum suum subduxerat. *Adlus* cum legato ipsius die duodecimo illuc profectus, hanc ei fert conditionem, ut aperto prius Marte gentem suam aggrediatur, *Ptolemaidemque* subigat, captivosque tum ibi, tum *Tyri* detentos relaxet; quibus confectis duo illa loca ipsi contribuerentur.

Ejusdem diei vespere egressus legatus Regis *Angli* ad *Almalichum Aladilum*, *abruptam colloquii* de pace *catenam* denuo movit.

Die decimo tertio *Ramadani* consultum visum *Sultano*, exercitum retro removere ad montes, ut liberius pabulatum mitti possent jumenta: etenim ad *Ramlam* haud procul ab hoste positis nobis, difficillima erat pabulatio, jumentisque paulo solutius pastum missis, metus ab hoste præsentissimus impendebat. Castra retro subducta in montem *Netrouni* jugis proxime junctum; ibique sarcinæ graviores depositæ, cum reliquo exercitu, excepto, pro more, stationario equite. Id factum quum jam *Ramla* & *Lydda* pervastatæ essent. Ibi quum consedisset, *Netrounum*, arcem multo validissimam munitissimamque, firmitateque sua inter arces nobilitatam, circumjectis copiis diruere quoque occœpit.

Ultro citroque interim discurrebant legati inter *Almalichum Aladilum* & *Anglum*, quem ajebant negotium pacis *Aladili* arbitrio permisisse, æquitate ejus fretum. Is

وفي غضون ذلك وصل رسول المركيس يذكر انهم يصالحوا الاسلام بشرط ان يعطي صيدا وبيروت علي ان يجاهر الفرنج بالعداوة ويقصد عكا ويحاصرها ويأخذها منهم واشترط ان يبذل السلطان البيمين علي ذلك ابتدا فسير اليه العدل النجيب وحمله الاجابة الي ملتمسه لقصد فصله عن الفرنج فانه كان خبيثا ملعونا وكان قد استشعر منهم اخذ بلده وهي صور فانحاز عنهم واستعصم بصور وهي منيعة فقال ذلك القول منه لهذا السبب وسار النجيب العدل مع رسوله الثاني عشر واشترط عليه ان يبدا بمجاهرة القوم وحصار عكا واخذها واطلاق من بها وبصور من الاسري وعند ذلك يسلم اليه الموضعان

وفي عشية ذلك اليوم خرج رسول ملك الانكتار الي الملك العادل في تحريك سلسلة الحديث في الصلح

ولما كان الثالث عشر رمضان راي السلطان ان يتاخر العسكر الي الجبل ليتمكن الناس من انفاذ دوابهم الي العلوفة فانا كنا علي الرملة قريبين من العدو وما يمكن التفريط في الدواب خشية لمهاجمة فرجل ونزل علي جبل متصل جبل النطرون بالثقل الكبير وجمع العسكر ما عدا البزك علي العادة وذلك بعد خراب الرملة ولما نزل هناك دلر حول النطرون وامر بخرابها وكانت قلعة منيعة حصينة من القلاع المذكورة فشرع في خرابه

وترددت الرسل بين الملك العادل والانكتار يذكرون انه قد سلم امر الصلح الي الملك العادل واخلد اليه وخرج

وخرج في عشرة انفس الي البرك فاخبروه باخبار طيبة وكتب بها الي السلطان في السابع عشر وكان مما اخبروه به اخوه ان الملك افرنسيس مات وكان موته بانطاكية عن مرض عرض له وان الانكتار عاد الي عكا وكان سبب عوده انه صح عنده مراسلة المركيس للسلطان وبلغه ان المركيس قد انتظم الحال بينا وبينه وانه قد استقرت القاعدة علي عكا فعاد هو الي عكا بفسخ هذا المصالحة واسترجاع المركيس اليه وركب السلطان الي البرك واجتمع باخيه في لد وسال منه الاخبار وعاد الي المخيم وقت العصر واتي بانسهن من الفرنج قد تخطفهم البرك فاخبرا بصحة موت الافرنسيس وعود الانكتار الي عكة

Is ergo cum decem comitibus se ad stationarios contulit, qui ipsum bonis nunciis impertivere, quos ille perscripsit ad *Sultanum* die decimo septimo. Inter eos erat fama de obitu Regis *Gallici*, *Antiochiæ* morbo extincti. Item, *Anglam Ptolemaidem* retro repetivisse. Causa redeundi fuerat, quod liquido compertam habuisset *Marquisii* legationem ad *Sultanum*: accepisseque, inter nos & eum jam fœdus esse conflatum, subigenda *Ptolemaide* sanciendum. Illuc proinde sese retulere, ad pactum hocce dissolvendum, *Marquisiumque* sibi reconciliandum. *Sultanus* ad hæc stationem versus evehitur, cum Fratreque *Lyddæ* est congressus, ulterius his de rebus inquirens. Pomeridiano tempore revecto ad castra sistuntur duo *Franci*, quos rapuerant stationarii, qui *Gallum* decessisse confirmabant, *Anglumque* sese *Ptolemaidem* recepisse.

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM TERTIUM.

ذكر مسير الملك العادل الي القدس

ولما كان العشر والتاسع اقتضي الحال بفقد احوال القدس والنظر في عمايره وكان الملك العادل عاد من البرك وعلم بعد مقدمي الفرنج عنا فراي ان يكون هو الذي يسير فسار في ذلك اليوم لهذا الغرض

وفي تاريخ هذا اليوم وصل كتاب من تقي الدين يخبر فيه ان قزل صاحب ديار العجم بن ايلدكز قفز عليه اصحابه فقتلوه وقبل ان ذلك كان من تحت يد زوجته تعصبا للسلطان طغريل وجري بسبب قتله خبط عظيم في بلاد العجم وكان قتله في اوايل شعبان من هذا السنة

ولما كان الحادي وعشرين رمضان قدم الملك العادل من القدس وفي هذا التاريخ وصل كتاب من الديوان العزيز النبوي يذكر فيه قصد الملك المظفر تقي الدين خلاط ويذكر فيه العناية التامة بذلك ويشفع في حسن بن قفجاق والتقدم باطلاقه وكان قد قبض عليه مظفر الدين

Almalichus Aladilus adit Hierosolymas.

Die undevicesimo *Ramadani* porro, quum res *Hierosolymorum* inspectorem desiderarent, exactoremque operum ac reparationis, illuc a *Sultano*, invitante longinquo *Francorum* ducum discessu, destinatus est *Almalichus Aladilus*, jam e statione regressus; qui iter illuc hac ipse luce propterea intendit.

Eadem hac æra *Tacoddini* literæ venerunt, in quibus erat, *Kozalum* filium *Ilduczi*, Dominum *Persiæ*, a suis oppressum & obtruncatum esse: & quidem, ut ferebatur, cædem machinante uxore, quæ pro *Sultano Togrylo* conspirationem moverat. Hæc cædes, patrata primis diebus *Sjabani*, anni labentis, *Persiæ* provincias susque deque miscuit atque confudit.

Die vicesimo revertit *Almalichus Aladilus Hierosolymis*: eodem tempore perlatæ literæ, perscriptæ a *Diwano perillustri prophetico*, quibus exponebatur *Almalichum Almodafferum Tacoddinum Chalatam* esse adortum: simulque declarabatur summum pro *Buchtimero* studium; adjuncta etiam interceſſione pro *Heseno*, filio *Kaphsjaki*; quem *Modafferedinus* filius *Zinoddini* in

vincula dederat *Arbelæ*; ut iis eximeretur. Item ut judex supremus *Alphadilus* ad *Diwanum* accederet, quo res hæ transigi & dirimi quirent. Literæ hæ ad *Alphadilum* sunt transmissæ, ut iis cognitis, aliquid hoc de negotio ad *Tacuddinum* expediret,

الدين بن زين الدين باربل ويتقدم
بمسير القاضي الفاضل الي الديوان ليت
حال وفصل امر وسير الكتاب الي
الفاضل ليقف عليه ويكتب الي تقي
الدين

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM QUARTUM.

Quid ex statione ad Ptolemaidem renunciatum. Et de latronibus in tentoria hostium intrantibus.

ذكر اخبار يزك كان علي عكا
ولصوص دخلوا في خيام
العدو

VIcesima secunda luce exorta adduxerunt latrones equum mulumque, quos, ingressi tentoria hostilia, surripuerant. Namque *Sultanus* centuriaverat & conscripserat trecentos sicarios *Arabas*, qui in hostium sese penetrantes tabernacula, pecunias, equos, quin & viros vivos ac valentes, suffurabantur. Scilicet ad dormientem hunc vel illum adrepentes, jugulo ejus pugionem imponebant; tum expergefacto ei sicam vibratam ostendebant mox in jugulum descensuram. Silentem deinde, nec hiscere sustinentem, eodem modo extra tentorium educebant, atque ita abigebant in captivitatem. Multi os aperire ausi, jugulati sunt: quo malo docti alii vincula morti prætulere. Hanc grassaturam diutissime exercuerunt, usque dum pax componeretur.

Eodem die a stationaria nostra manu nuncii allati, in hostes *Ptolemaide* egressos, liberiusque palatos, impressionem ab iis esse datam; captosque viginti & unum; qui non tantum confirmarint *Anglum* rediisse *Ptolemaidem*, sed & decumbere. Addidisse insuper, præsidium *Ptolemaidis* esse tenue, & inops, penuriaque commeatuum laborare. Attamen hoc ipso tempore complures naves ad hostem advectæ sunt, quæ dicebantur venire *Ptolemaide*, vehereque ipsum *Anglum*, qui magnis copiis stipatus revertebatur, ut *Ascalonem* contenderet, eamque reædificaret. Alii *Hierosolymas* eum aggredi destinasse dicebant.

Die quarto & vicesimo *Ramadani*, captivi supra memorati a *Zibo* ad nos perducti sunt; gaudentibus ob adventum eorum *Musulmannis* & meliorem augurantibus fortunam. Eo quoque accessit Legatus *Ko-*

ولما كان الثاني والعشرين احضر
لصوص فرسا وبغلة قد دخلوا الي خيم
العدو وسرقوها وكان قد ديون رحمه الله
ثلثماية لص من شلوح العرب يدخلون
ويسرقون منهم اموالهم وخيولهم ويسرقون
الرجال احيا وذلك انه يكون الواحد
منهم نايما فيوضع علي حلقه الخنجر
ثم يوقض فيري الشلح والخنجر وقد
وضعه في نحره فيسكت ولا يتجاسر ان
يتكلم فيحمل وهو علي هذا الوضع الي ان
يخرج من الخيم ويوخذ اسيرا وتكلم منهم
جماعة فنحروا وصار من اصابة ذلك
لا يتكلم واختار الاسر علي القتل وداموا
علي ذلك مدة طويلة الي انتظام الصلح
وفي تاريخ ذلك اليوم وصل من اليزك
من اخبر انهم خرجوا من عكا وتفسحوا
وان اليزك حمل عليهم فاسر منهم احد
وعشرين نفسا وان الاسري اخبروهم
بصحة عود الانكتار الي عكا وانه مريض
بها واخبروا عن ضعف اهل عكا وفقرهم
وقلة الميرة عندهم وفي هذا التاريخ
وصل للعدو مراكب عدة قيل انها وصلت
من عكا وان فيها الانكتار قد
عاد بجماعة عظيمة ليقصد عسقلان
ويعمرها وقيل لقصد القدس والله
اعلم
ولما كان الرابع والعشرون وصل
الاسري المذكورين من الزيب
وكان وصولهم فرحا للمسلمين
مبشرا بكل خير وفيه وصل
رسول

رسول قرل وكان قد سبره قبل وفاته
ورسول ابن اخيه ابيناج وفي عشيته وصل
رسول من الانكتار معه حصان الي
الملك العادل في مقابلة هدية كان انفذها
اليه وفيه وصل خبر وفاة حسام الدين
لاجين بدمشق لمرض كان اعتراه وصعب
علي السلطان موته وشق عليه وفيه وصل
كتاب من ساعه يذكر فيه ان البرنس انطار
علي جبلة واللاذقية واته كسر كسرة عظيمة
قتل منه جماعة وعاد الي انطاكية

Kozuli, ante cædem ejus jam itineri commissus: nec non Legatus Fratris ejus *Inasji*. Sub vesperam venit ab *Anglo*, qui pulcherrimum caballum offerret *Almalicho Aladilo*, pro munere ad ipsum delato. Eodem tempore nuncupata mors est *Husamoddini Lasjini*, qui *Damasci* lecto adflictus decesserat. Ejus obitus perquam luctuosus accidit *Sultano*. Aliud adhuc perlatum, *Samahum* nempe, ita scribebat, *principem Antiochiæ* qui excursionem fecerat adversus *Sjiblam* & *Laodiceam*, fusum, fugatumque cum cæde ac sanguine multo, *Antiochiam* repulisse.

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM QUINTUM.

ذكر رسول الملك العادل الي الانكتار

Legatio Almalichi Aladili ad Aladili.

ولما كان السادس والعشرين كان البرنس
للعادل فطلب الانكتار رسوله فانفذ اليه
الصنبعة وهو كاتبه وكان شابا حسنا
فوصل اليه وهو في بانروس قد خرج في
جمع كثير من الرجالة وانبثوا في تلك
الارض فاجتمع به وسير معه زمانا طويلا
وحادثه في معني الصلح وقال لا لرجع
عن كلام بحديث به مع اخي وصديقي
يعني العادل وذكر له كلاما وعاد واخبر
به وكتبه الملك العادل في رقعة وانفذها
الي السلطان وكان يتضمن انك تسلم عليه
وتقول له ان المسلمين والفرنج قد هلكوا
وخربت البلاد وخربت عن يد الفريقين
بالكلية وقد تلفت الاموال والارواح من
الطايفتين وقد اخذ هذا الامر حقه ولبس
هناك حديث سوي القدس والصليب
والبلاد والقدس فنحبدنا ما ينزل عنه
ولو لم يبق منا الا واحد واما البلاد فتعاد
الينا ما هو قاطع الاردن واما الصليب
فهو خشبة عندكم لا مقدار له وهو عندنا
عظيم فيمن به السلطان علينا ونصطلح
وننستريح من هذا التعب الدايم ولما وقف
السلطان علي هذه الرسالة استدعي لرباب
المشورة في دولته واستشارهم في جواب
والذي يراه السلطان ان قال القدس لنا
كما

Die vicesimo sexto *stationem obtinebat Aladilus*. Ab eo legatum ad se venire petiit *Anglus*. Mittitur *Sanya* ab epistolis, juvenis florentissimus; qui ad ipsum accessit in agro *Bazouro*, in quem multo pedite cinctus processerat. Ibi congressi, longius & via & sermone exspatiantur ac provehuntur; de pacis negotio sic mentem suam exprimente *Anglo*, ut diceret, haudquaquam absistam cum Fratre atque Amico meo, *Aladilum* intendebat, de ea agere atque tractare. Quum deinde mandata ei perferenda dedisset, eaque ad *Aladilum* retulisset, in schedula ad *Sultanum* ea transmisit hoc argumento. *Salutato principe, exponies ei; Musulmanni & Franci ambo pereunt; pervastantur regiones; atque ex utriusque partis manu in solidum exeunt, opibus, animabus, utrimque absumtis. Jam liti huic, religiosoque bello, jura persoluta sua sunt. Nihil disceptandum restat, præterquam negotium Urbis Sanctæ crucisque, ac regionum. Quod attinet ad Urbem Sanctam, quum fides sit cultus nostri, inde abstisti non potest, etiamsi ne unus quidem nostrum esset futurus super. Regiones quod spectat, quæ cis Jordanem sunt, restituentur nobis. Crux vero, quum vile tantum apud vos lignum sit, apud nos maximo pretio habita, eam donabit Sultanus: paceque inita requiescemus a continuo hocce labore.* His perlectis literis advocavit imperii sui consiliarios *Sultanus*, deque responso sententias eorum per-

rogavit. Ipſi quidem ita reſpondendum eſſe videbatur. *Urbs ſancta talis nobis cenſetur, qualis vobis: quin imo apud nos dignior adhuc celſiorque eſt quam apud vos: inde enim nocturnum ſuum iter in cœlum capeſſivit propheta noſter: ibique Angeli ſolenniter convenire ſolent. Ne itaque imagineris nos inde deſcenſuros. Haud licet nobis tam diſſolutis eſſe, & rerum noſtrarum negligentibus inter Muſulmannos. Quod ad regiones attinet, & illæ ab origine ac radice noſtræ ſunt, quas dominationi veſtræ complicitas quaſi ac convolutas ſubjunxiſtis ob imbecillitatem Muſulmannorum iſtius temporis. In iis non ſivit vos Deus vel unum ſtruere lapidem, quam diu bellum duravit; quum nos earum proventu uberrimo utamur, fruamur. Crux poſtremo ſcandalum nobis reputatur, & magnum dehoneſtamentum Numinis; quam non decet nos negligere; niſi ob aliquod inſignius commodum ad Iſlamiſmum redundans.* Hocce reſponſum per eundem remiſſum.

كما هو لكم وهو عندنا اعظم مما هو عندكم فانه مسري نبينا ومجتمع الملايكة فلا تتصور ان ننزل عنه ولا نقدر علي التفريط بذلك بين المسلمين واما البلاد فهي ايضا لنا في الاصل واستبلاكم كان طاريا عليها لضعف من كان فيها من المسلمين في ذلك الوقت وما اقدركم الله علي عمارة حجر منها ما دام الحرب قايما وما في ايدينا نحن منها ناكل بحمد الله مغله وننتفع به واما الصليب فهلاكه عندنا فريضة عظيمة لا يجوز لنا ان نفرط فيه الا لمصلحة راجعة الي الاسلام هي اوفا منها وسار هذا الجواب اليه مع الواصل منه

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM SEXTUM.

Sjyrchouhus filius Bachili, Curdus, Ptolemaide aufugit e vinculis.

ذكر هرب شبركوه بن باخل الكردي من عكا وكان اسيرا

EXtremis diei viceſimi ſexti ad exercitum devenit *Sjyrchouhus Bachilides*, e numero ducum, qui in vinculis attinebantur *Ptolemaide*. Caſus ſic habet. Nocte diei viceſimi primi fugam meditatus erat; quem in finem abſcondito in pulvinari ſuo fune, una cum *Emiro Haſeno* filio *Barichi*, qui funem in latrina recondiderat, ſeſe per feneſtram latrinæ demittit; atque priorem murum liberat, mox extimum quoque. Filio *Barichi* inter deſcendendum ruptus erat funis, ſed *Sjyrchouhus* illæſus ad terram pervenerat. Eum ſopitum lapſu, & compellat, & commovet, abſque ut vel reſponſum, vel motum ullum, redderet. Poſtremo hominem vehementius concuſſit, num forte exiliret, ſecumque abiret; ſed nihil effectum. Tum vero cernens, ſi diutius moraretur, ambos fore comprehendendos, eo relicto fugæ ſe mandat, in compedibus currens quanta maxima poterat celeritate, uſque dum collem *Alajadia* ſub ortum lucis attingeret. Delituit in monte eo ad plenum jam diem; quum rupta compede progreſſus iterum, velante

ولما كان اواخر سادس عشرين وصل شبركوه بن باخل وهو من جملة الامراء المأسورين بعكا وكان من قصته انه هرب ليلة الحادي والعشرين وذلك انه كان ادخر له حبلا في مخدته وكان الامير حسن بن باريك ادخر له حبلا في بيت الطهارة وانتفعا علي الهرب ونزلا من طاقة كانت في بيت الطهارة وانحدر من السور الاول وعبر شبركوه من الباشورة ايضا وكان ابن باريك حالة نزوله انقطع به الحبل ونزل شبركوه سليما فراه وقد تغير من الوقعة فكلمه ولم يجبه فحركه ولم يتحرك فهزه لعله ينشط فيسير معه فلم يقدر فعلم انه اذا اقام عنده اخذا جميعا فتركه وانصرف واشتد هربا في قبوده حتي اتي تل العباضية وقد طلع الصبح فاكمن في الجبل حتي علا النهار وكسر

وكسر قيده وسار وستر الله حتي اتي المعسكر ومثل بخدمة السلطان وكان من اخباره ان سيف الدين المشطوب ضيق عليه وانه قطع علي نفسه قطيعة عظيمة من خيل وبغال وانواع الاموال وان الملك انكتار اتي عكا واخذ كل من له بها من خدمه ومماليكه واقمشته ولم يبق له فيها شيا وان فلاحي الجبل يمدونه بالميرة مدا عظيما وان طغرل السلحدار اخذ خواص مماليك السلطان وهربوا قبل هروبه

te ipsum Deo, ad castra tandem pervenit, atque sese *Sultano* stitit. Adferebat autem *Saiphoddinum Mesjtoubum* arctissime haberi, quantumvis grande obtulisset redemtionis pretium, equos, mulos, opesque diversas. Item, venisse *Anglum* Regem *Ptolemaidem*, indeque omnes suos ministros, servitia, supellectilem, eduxisse, ita ut nihil omnino ibi residuum haberet: grandemque ipsi commeatum subministrari ab agricolis montanæ regionis. Postremo *Togrulum* armigerum cum præcipuis *Mamluccorum Sultani* fugam arripuisse ante, quam ipse aufugisset.

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM SEPTIMUM.

ذكر رسالة سيرني فيها الملك العادل الي السلطان مع جماعة من الامراء

وذلك انه لما كان التاسع والعشرين من رمضان استدعاني الملك العادل في صحبته واحضر جماعة من الامراء علم الدين سليمان وسابق الدين وعز الدين بن المقدم وحسام الدين بشارة وشرح لنا ما عاد به رسوله من الانكتار من الرسالة والكلام وذلك انه ذكر انه قد اراد ان يتزوج الملك العادل باخت الانكتار وكان قد اصحبها معه من صقلية فانها كانت زوجة صاحبها وقد مات فاخذها اخوها لما اجتاز بصقلية فاستقرت القاعدة علي ان يكون مستقر ملكها بالقدس وان اخاها يعطيها بلاد الساحل التي في يده من عكا الي يافا وعسقلان الي غير ذلك ويجعلها ملكة الساحل ويجعله ملك الساحل ويكون ذلك مضافا الي ما في يده من البلاد والاقطاع وانه يسلم اليه صليب الصلبوت وتكون القرايا للداوية والاسبتتار والحصون لهما واسرانا يفك اسرهم وكذلك اساراهم وان الصلح يستقر علي هذه القاعدة ويرحل الانكتار طالبا بلاده في البحر وينفصل الامر

هكذي

Legatio qua me Almalichus Aladilus ad Sultanum jussit ire, una cum multis viris principibus.

UNdetricesimo *Ramadani* me *Almalichus Aladilus* ad se vocat, advovocatis quoque compluribus ducibus, *Alamoddino Solimanno*, *Sabikoddino*, *Ezzoddino Mokaddamida*, *Husamoddino Bessjara*. Exponit nobis, quid mandatorum & conditionum Legatus ipsius ab *Anglo* reversus attulisset. Summa hæc erat. *Cupere Anglum ut Almalichus Aladilus sororem ipsius in matrimonium duceret; (Eam e Sicilia, cujus functo Domino nupta fuerat, secum avexerat Frater, quum insulam illam trajiceret.) atque hoc fundamentum solidæ pacis jaciendum, ut illa Regni sedem habeat Hierosolymas; contributisque ei a Fratre regionibus Palæstinæ, quas a Ptolemaide Ascalonem usque habebat in manu, cum aliis adhuc, Ipsa cum Marito Reges constituerentur Palæstinæ: quod regnum reliquis Aladili provinciis & terris accederet. Ipse vicissim traderet sibi,* Anglo, *crucem veram, atque pagos cum suis sibi arcibus relinqueret Templariis & Hospitalariis. Utrimque etiam captivi vinculis levarentur. Sic demum pacem in solidum coituram; atque tum Anglo maria domum versus remetiente, finem rei fore imponendum.*

Has conditiones, ab *Anglo* ad ſe delatas perpenſasque, ſatis probarat *Aladilus*, atque ideo nos evocarat ad ſe, ut ealdem ad *Sultanum* perferremus. Me autem verba voluit facere, reliquos audire, atque mecum *Sultano* eas offerre, ut ſi approbaret, utileſque cenſeret eas *Muſulmannis*, omnes ſimul teſtimonium præberemus, iis annuiſſe & acquieviſſe ipſum. Sin improbaret, item teſtes eſſemus, negotium pacis ad hunc uſque finem promotum fuiſſe; ſed ipſum id abrumpendum judicaſſe. Ad *Sultanum* ſalutandum quum eſſemus intromiſſi, expoſui mandata illa, literaſque, cœtu ducum præſente, Ei prælegi. Ille vero pacto huic ſe ſubſcribere citra hæſitationem profeſſus eſt, perſuaſum habens, *Anglum* id neutiquam eſſe ſanciturum, ſed doloſe nos ludere velle. Tribus tum vicibus roganti mihi, num plane acquieſceret hiſce, ego vero, & lubens, reſpondit, Deumque *teſtem ſuper animam ſuam invocavit*. Quum ita pleniſſima nobis fides facta eſſet ab eo, ad *Aladilum* revertimus, eique, quid *Sultanus* dixiſſet, enarravimus. Narrarunt quoque cœtus, me toties ſermonem iteraſſe, ad ipſum jurisjurandi vinculo adſtringendum, eumque aſſeverantiſſime veniam ſuam eſſe teſtificatum, atque conditiones haſce ratas eſſe facturum.

هكذي ذكر رسول العادل عن الانكتار ولما عرف ذلك العادل بني عليه وانه استحضرنا عنده وحملنا الملك العادل هذه الرسالة الي السلطان وجعلني المتكلم فيها والجماعة يسمعون ونعرض عليه هذا الحديث فان استصوبه ورآه مصلحة للمسلمين شهدنا عليه بالاذن في ذلك والرضي به وان لم يره شهدنا عليه ان الحال في الصلح قد انتهي الي هذه الغاية وانه هو الذي راي ابطاله فلما مثلنا بالخدمة السلطانية عرضت عليه الحديث وتلوت عليه الرسالة بمحضر من الجماعة المذكورين فبادر الي الرضا بهذه القاعدة معتقدا ان الانكتار لا يوافق علي ذلك اصلا فان هذه منه مكر وهزو فكررت عليه الرضا بذلك ثلث مرات وهو يقول نعم ويفرح ويشهد علي نفسه به فلما تحققنا ذلك منه عدنا الي الملك العادل فعرفناه ما قال وعرفه الجماعة اني كررت عليه الحديث في تقييد الشهادة عليه وانه اصر علي الاذن في ذلك واستقرت القاعدة عليه

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM OCTAVUM.

Legatus ad hæc renuncianda miſſus ad Anglum.

ذكر عود الرسول الي الانكتار بالجواب عن هذا الرسالة

POſtridie kalend. *Sjawali*, a parte *Sultani*, Fratriſque ejus, legatus ivit *Ibn Nehhalius*; qui quum ad caſtra hoſtilia perveniſſet, adventumque ſuum Regi ſignificaſſet, remiſſus eſt ad eum qui diceret, Reginam, quum Frater ipſi pactum indicaſſet matrimonium, indignatione & ira exarſiſſe, idque majorem modum abominatam, per fidem Religionemque ſuam ſanctiſſime dejeraſſe, ſe neutiquam facturam, nec *Muſulmannum* ad complexus ſuos admiſſuram. Promiſiſſe tum Fratrem ipſius, *Almalichum Aladilum* ſe eo eſſe deducturum, ut Chriſtianum nomen ſuſcipiat. Sic *fores colloquii apertas reliquit*.

Quinto *Sjawali* allatus nuncius, claſſem

ولما كان ثاني شوال سار ابن النحال رسولا من جانب السلطان ومن جانب الملك العادل فلما وصل الي مخيم العدو وانفذ عرف الملك بقدومه انفذ اليه من قال له ان الملكة عرض عليها اخوها النكاح فسخطت من ذلك وغضبت بسببه وانكرت ذلك انكارا عظيما وحلفت بدينها المغلظ من يمينها انها لا تفعل ذلك وكيف يمكن مسلما من غشيانها ثم قال اخوها ان الملك العادل ينتصر فانا اتمم ذلك وترك باب الكلام مفتوحا

ولما كان خامس شوال وصل الخبر ان

ان الاصطول الاسلامي استولي علي مراكب الفرنج وفيها مركب يعرف بالسطح قيل انه كان فيه خمس مايه نفر وزيادة علي ذلك وانه قتل منهم خلق عظيم واستبقي منهم اربع نفر كبار مذكورين وسر المسلمون بذلك وضربت بشاير النصر ونحن بوق الظفر فلله الحمد والمنة

ولما كان سادس شوال جمع السلطان اكابر الامراء وارباب الاراء من دولته وشاورهم كيف يصنع ان خرج العدو وكان قد تواصلت الاخبار عنهم انهم قد اتفقوا علي الخروج الي العسكر الاسلامي فانفصل الراي بين ذوي الاراء علي انهم يقيمون بمنزلتهم بعد تخفيف الاثقال فان خرج الفرنج كانوا علي اهبتهم

وفي عشية ذلك اليوم استامن من الفرنج اثنان علي فرسين واخبرا ان العدو علي عزم الخروج وانهم زهاء عشرة الاف فارس وذكروا انهم لا يعرفون قصدهم وهرب اسير مسلم من جانبهم واخبر انهم قد اظهروا الخروج الي الرمله ثم فيها يتفقون علي موضع يقصدونه ولما تحقق السلطان امر الجاويش ان ينادي بالعسكر حتي يتجهز جريدة وشدت الرايات وتحقق علي انه يقف قبالة القوم ان خرجوا وسار في السابع مويدا منصورا حتي قبلي كنيسة الرمله ليلا فخيم هناك ليلته

sem *Islamiticam* naves *Francicas* depressisse, inter quas eminebat quæ *tecta* appellabatur, in qua dicebantur fuisse quingenti, coque amplius, viri. Magnam inter eos datam esse cædem; & quatuor tantum illustribus fuisse parcitum. *Musulmanni* ad hæc gaudio delibuti, publica signa victoriæ, percussis tympanis, & personante triumphali tuba, præbuere. Deo laus sit & gratia.

Insequente sexto, convocavit *Sultanus* primarios duces, regnique consiliarios, in deliberationem missurus, quid agendum foret, si hostis educeret? (crebri namque rumores ferebantur, eos adversus nos in aciem descendere statuisse) Decernitur communibus sententiis, iisdem in stativis, levatis tantum onere impedimentorum, esse subsistendum, ut si prodire sustineret hostis, extemplo ei occurreretur.

Ejusdem diei vespere, *Franci* duo in equis ad nos transfugere, confirmaruntque, eos utique educturos, & habere circiter duodecim mille equites: sed ignorare se ajebant quorsum iter spectaret. Mox captivus *Musulmannus*, fuga se iis subducens, memoravit, ipsos *Ramlam* exituros sese ostendisse, atque ibi porro fore constituendum condicendumque locum, quem petendum haberent. Hæc quum explorata *Sultano* essent, præconem pronunciare jussit per exercitum, ut expeditus sese itineri accingeret eques, signaque ac vexilla proferrentur. Decreverat nempe hosti egredienti sese objicere: ac propterea sequente luce septima invictissimus princeps processit, dum sub noctem ad austrum *Ramlensis* Basilicæ pervectus est; atque ibidem nox tracta.

CAPUT CENTESIMUM VIGESIMUM NONUM.

ذكر خروج الفرنج عن يافا

Franci Jaffa educunt.

ولما كان صبيحة الثامن رتب الابطال للقتال وسلم البرك للملك العادل وتبعه من يريد من الغزاة وكان وصل جماعة من الروم يريدون الغزاة فخرجوا في جملة من خرج فلما وصلوا الي خيام الفرنج هجم عليهم المماليك السلطانية لقوة جاشهم وانسهم

OCtavo *Sjawali*, instructis in aciem turmis, & statione tradita *Almalicho Aladilo*, duxit *Sultanus*, sequente ipsum manu voluntariorum, qui a *Græcis* ad nos devenerant, seque nostris admiscuerant. Quum ventum esset ad tentoria *Francorum*, impetum in ea fecere *Mamlucci*, ut intrepido pectore, veteresque belli hu-

Digitized by Google

jus; ita equis ſuis confiſi: atque ſagittando hoſtem laceſſivere. Voluntarii *Græcorum* id videntes, eorumque animoſitate prolectati, factum eorum imitati, ad exercitum hoſtilem propius quoque advolarunt. Tum vero ad tam infeſtam impreſſionem impugnationemque celſi *Francorum* animi concitari, ferociſque eorum ſpiritus exardeſcere: caſtriſque ſuis evecti, & conſono ſublato clamore, eam conglobato impetu ediderunt procellam equeſtrem; unde noſtrorum illi tantum evaſere, qui rapiditate vel equi, vel pedis, ſeſe eripere valuerunt. Capta ingens turba: tres occiſi. Inde tabernacula ſua ad *Bazourum* protulere. *Sultanus* ibidem oppoſitis ex adverſo caſtris pernoctavit.

وانسهم بقتالهم وثقتهم بمراكبهم ورموا عليهم النشاب فراهم الغزاة والواصلون من الروم فاغتنموا باقدامهم ووافقوهم في فعلهم وقاربوا عسكر العدو فلما راي الفرنج تلك المضايقة والمنازلة ثارت همهم وحركتهم نخواتهم فركبوا من داخل الخيام وصاحوا صيحة الرجل الواحد وحملوا في جمع كثير فنجا من سبق به جواده وقدر في القدم نجايه وظفر بجماعة فقتل منهم ثلث نفر ونقلوا خيامهم الي بازور واقام السلطان في تلك الليلة منازلهم الي الصباح

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM.

Obitus Tacoddini Almalichi Almomodafferi.

ذكر وفاة تقي الدين الملك المظفر

ORta luce undecima, hoſtem verſus equitavit *Sultanus*, eique e propinquo imminuit. Inde regreſſus jubet me Fratri ipſius ſignificare, ut cum *Alamoddino Solimanno*, *Sabikoddino*, *Ezzoddinoque Mokaddamida* præſto adſit. His ad ipſum congregatis, miniſtro mandat, ab arbitris vacuum præſtaret locum, exceptis qui arceſſiti aderant, quibuſcum & ego remanebam: quin & longius a tentorio homines ſummoveret. Deinde produxit e ſinu veſtis literas, quas quum reſignaſſet, coortis lacrymis, mox fletu, ejulatuque adeo, victus eſt, & plane oppreſſus: ita ut & nos adfleremus, abſque ut cauſam haberemus perſpectam. Quum interim indicaſſet, literis hiſce obitum contineri *Almalichi Almodafferi*, cœtus in lacrymas item effuſus, *plenum* earum *penſum* mortuo *eſt admenſus*. Monui tum, memor eſſet Numinis, abſolutique ejus decreti; ad quod ille, *condonet*, inquit, *Deus: utique nos Dei ſumus, atque ad illum revertemur*. Subjunxit, Conſultiſſimum fuerit rem hanc celaſſe, ne emanet ad hoſtem, quem aſſidemus: cum dictoque epulis introferri juſſis, diſcumbitur, atque ita cœtus dimittitur. Hæ literæ, triſtis nunciæ caſus, diverſæ erant ab illis quæ poſtea ſimili venerunt argumento,

ولما كان الحادي عشر ركب السلطان الي جهة العدو فاشرف عليهم ثم عاد وامرني بالاشارة الي اخيه بان يحضر معه علم الدين سليمان وسابق الدين وعز الدين بن المقدم فلما مثلوا الجماعة بين يديه امر خادما ان يخلي المكان عن سوي الحاضرين وكنت في جملتهم وامره بابعاد الناس عن الخيمة ثم اخرج كتابا من قباه وفضه ووقف عليه وبدت دموعه وغلبه البكا والنحيب حتي وافقناه من غير ان نعلم السبب ما هو وفي اثناء ذلك ذكر انه يتضمن وفاة الملك المظفر واخذ الجماعة في البكاء حتي اتوا بوظيفته ثم ذكرته الله تع وانتها قضايه وقدره فقال استغفر الله انا لله وانا اليه راجعون ثم قال المصلحة كتم ذلك واخفاه لئلا يتصل بالعدو ونحن منازله ثم احضر الطعام واكل الجماعة وانفصلوا وكان الكتاب الواصل المتضمن نعيه هو غير الكتاب الواصل الي حماه بنعيه في طي كتاب وصل من النايب بها وكانت وفاته بطريق حلاط

to, a præfecto *Hamatenſi* ſuis incluſæ ac tranſmiſſæ. Mortuus fuerat in *Chalatenſi* itinere; *Myjapharekinum* ſeſe referens, quorſum, extinctus jam, eſt deportatus. Tumulus ei factus, illuſtri annexo gymnaſio, in agro *Hamatenſi*; in quem elatus eſt. Sepulcrum ejus ibi viſitavi. Inciderat obitus ejus in undeviceſimum *Ramadani*, anni volventis.

خلاط عايدا الي ميافارقين ثم
فحمل مبتا الي ميافارقين ثم
حمل له تربة عليها مدرسة
مشهورة بارض حماة وحمل
اليها ونزرت ضريحه وكانت وفاته
تاسع عشر رمضان سنة سبع
وثمانين

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM PRIMUM.

Literæ Bagdado perlatæ.

ذكر كتاب وصل من بغداد

Die duodecimo *Sjawali* pervenerunt literæ *Damaſco* a præfectis miſſæ, quibus involuta erat epiſtola *Bagdado* veniens a *Diwano perilluſtri prophetico, cujus gloriam augeat Deus.* Ea complectebatur tria capita. Primum improbabat *Almalichi Almodaffari* expeditionem adverſus *Buchtimerum* ſuſceptam, qua in re illuc exceſſum eſſe dicitur, ut *Diwanus* illuſtris eum dedi poſtularit. Alterum verſabatur circa comprehenſionem *Haſeni* filii *Kepsjaki*, a *Modaffereddino* factam, quæ ſimiliter improbabatur, cum mandato eum *Kurchaniis* reſtituendi; quod tanta contentione flagitatum eſſe dicitur, tur, ut *Diwanus* illuſtris negaret, ſe aliis incolatum ejus loci permiſſurum. Illius *Hajeni Kepsjakidæ* hiſtoria ſic ſe habet. *Sultanus Togrylus* quum e *Perſia* aufugere cogebatur *Irmiam* ſe contulerat, atque opem auxiliumque ejus expetiverat; matrimonio cum ſorore ipſius contracto. Objecta inde homini cupiditas gubernatorem agendi Regis, & Regni, quem in finem *Irmiam* occupaſſe traditur, incolaſque trucidaſſe, raptis in captivitatem feminis, parvuliſque. Eam *Kurchaniis* pro arce attribuit, unde latrocinia in viatorum catervas exercerent. At *Sultanus Togrylus* occaſionem nactus elabendi, eo relicto & rejecto ad regna ſua redierat. Ille interim terram infeſtam habere, & latrociniis graſſari pergebat. Eum ſibi eo uſque conciliarat *Modaffereddinus*, Dominus *Arbelæ*, ut *filo* ſociorum *ipſius inſeri* cuperet, ad ipſum ſeſe applicans. Ab eo comprehenſus, *Diwano* illuſtri ſignificat, id factum eſſe, ut *Modaffereddinus* regiones ipſius ſub ditionem redigeret. Forte etiam *Diwa-*

ولما كان الثاني عشر من شوال وصل
من دمشق كتاب من النواب بها في طيه
كتاب من بغداد من الديوان العزيز
النبوي مجده الله يتضمن فصولا ثلثة
الاول الانكار علي الملك المظفر في مسيره
الي بكتمر ويبلغ فيه حتي قبل ان
الديوان العزيز ولا يسلمه والفصل الثاني
يتضمن الانكار علي مظفر الدين في مسك
حسن بن قجاق والامر باعادته الي
الكرخاني ويبلغ فيه حتي قيل ان الديوان
العزيز لم يأذن بغيره في سكناها وكان
من قصة حسن بن قجاق انه قصد
لرمية السلطان طغريل فانه كان نزل به
في معونته لما هرب من ديار العجم
واستنصر به وتزوج اخته ووقع في ذهنه
انه يكون اتابكه ويملك به البلاد فقصد
لرمية فقتل اهلها علي ما قبل وسبي
نساهم وذراريهم وتعرض للقوافل وكانت
معقلة الكرخاني فلما وجد السلطان
طغريل فوته تركه وانصرف عنه وعاد
الي بلاده واظهر الفساد في الارض
والتعرض للقوافل علي ما قبل فاستعطفه
مظفر الدين صاحب لربل حتي عاد اليه
وانخرط في سلك اصحابه وقبض عليه
فانفذ الي الديوان العزيز ذلك في
معناه لاستبلاء مظفر الدين علي بلاده
ولعله تشفع الي الديوان فاقتضت
عاطفته ذلك في حقه واما الفصل
الثالث وكان يتضمن التقدم باحضار
القاضي الفاضل في الديوان رسولا
لتقرير

Digitized by Google

ni implorata interceſſione, a clementia ejus impetratum, ut jura hominis defendenda ſuſceperit. Tertium caput continebat mandatum legandi ſummum judicem *Alphadilum* ad *Diwanum*, ut per eum pacta & conditiones promtius faciliuſque convenirent. Hæc epiſtola illa comprehendebantur. Quod ad reſponſum attinet, circa primum caput regerebat *Sultanus*, Nos nihil tale ei mandavimus. Digreſſus eſt copias collecturus, ad bellumque ſacrum mox rediturus. Inciderunt interim cauſæ, quæ hanc peperere expeditionem; a qua tamen nos ipſum revocavimus, & retraximus. Ad ſecundum ita reſpondebat, ut ipſis indicaret *Kephsjakidæ* graſſationes & latrocinia: ac propterea ſeſe *Modaffereddino* mandaſſe, ut hominem in *Syriam* traduceret ſecum, ut ibi, terris ei aſſignatis, pro religione potius certamina ſereret. Ad tertium excuſabat Judicis *Elphadili* continuos morbos, imbecillitatemque quæ itineri *Bagdadenſi* plane impar eſſet. Hæc ſumma eſt reſponſorum.

لتقرر عليه قواعد ويسر اليه اسباب
هذا كان مضمون الكتاب واما الجواب
عنه فان السلطان اجاب عن الفصل
الاول بانا لم نامره بشي من ذلك وانما
عبر ليجمع العساكر ويعود الي
الجهاد فاتفق اسباب اقتضت
ذلك وقد امرناه بالعود عنه
واما الفصل الثاني فاجاب عنه
بان عرفهم حال ابن قفجاق
وما تصدي له من الفساد في
الارض وانه قد تقدم الي مظفر
الدين حتي يحضره معه
الي الشام فيقطعه فيه ويكون
ملازما للجهاد واما الفصل
الثالث فانه اعتذر عن
القاضي الفاضل بانه كثير
الامراض وقوته تضعف عن الحركة
الي العراق فهذا كان حاصل
الجواب

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM SECUNDUM.

Sidonius princeps nomine Marchionis pro Legato miſſus.

ذكر وصول صاحب صيدا رسولا من جانب المركيس

DIe decimo tertio *Sjawali*, princeps *Sidonius* veniſſe nunciatur a parte *Marchionis*, *Tyri* Domini, quem inter & nos agitati erant ſermones, quorum ſumma huc redibat, ipſos diremturos eſſe ſocietatem cum *Francis*, atque nobiſcum adverſus eos conſenſuros. Occaſionem dederat diſcordia quæ inter *Marchionem* & Reges nata erat ob uxorem quam duxerat, nuptam antea Fratri Regis *Geoffrido*: id matrimonium improbabatur, tanquam ſacratis Religionis ipſorum juribus adverſum: qua in re quum ſententiæ haud concordarent, metuens ſibi *Marchio*, uxore aſſumta, præſidio noctis, fugam arripuit *Tyrum* verſus: atque ad *Sultani* amicitiam opemque animum appulit. Peropportunum id cadebat *Muſulmannis*, ad *Marchionem* a *Francis* divellendum, qui alioquin etiam inter eos & fortiſſimus, & in bellum promtiſſimus, & conſilio firmiſſimus ac fundatiſſimus reputabatur. Quum ergo *Sultano* legati hujus adventus ſignifi-

ولما كان الثالث عشر شوال وصل من
اخبر بوصول صاحب صيدا من جانب
المركيس صاحب صور وكان قد جري
بيننا وبينه احاديث مترددة حاصلها
انهم ينقطعون عن الفرنج ونصرتهم ويصيرون
معنا عليهم بناء علي فتنة كانت جرت
للمركيس مع الملوك بسبب امراة تزوجها
كانت زوجة لاخي الملك جفري وقبح
نكاحها بامر اقتضاه دينهم فاضطربت
اراوهم فيه فخاف المركيس علي نفسه
فاخذ زوجته وهرب من تحت الليل الي
صور واخلد الي السلطان والاعتضاد به
وكان في ذلك مصلحة للمسلمين
لانقطاع المركيس عن الفرنج فانه
كان اشدهم باسا واعظمهم للحرب مراسا
واثبتهم في التدبير اساسا وحيث
اتصل خبر وصول هذا الرسول
بالسلطان

بالسلطان امر باجلاله واحترامه فضربت خيمة وضرب حولها شقة ووضع فيها من الطرح والفرش ما يليق بعظمايهم وملوكهم وامر بانزاله في الثقل ليستريح ثم يجتمع به

ficatus esset, magnifice eum tractari jussit: erectumque ei tentorium splendida circumdatum tela, excultumque tapetibus & vestibus stragulis, quibus Magnates Regesque honorari solent. Locus ei ad impedimenta assignatus, ut interquiesceret ibi, atque deinde cum *Sultano* congrederetur.

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM TERTIUM.

ذكر واقعة الكمين الذي استشهد فيها اياس المهراني

Prælium Insidiarum, in quo martyr cecidit Yazus Mehranita.

ولما كان سادس عشر شوال امر السلطان الحلقة ان كمنت للعدو في بطون اودية هناك واستصحبوا جماعة من العرب فلما استقر الكمين في موضعه ظهرت العرب علي جاري عادتها في مناوشتها العدو وكان العدو تخرج منه جماعة للاحتشاش والاحتطاب قريبا من مخيمة تضرب للعرب وتضرب العرب عليهم فضربوا عليهم ووقع الحرب بينهم وثار الصياح وسمع العدو فركب منهم جمع من الخيالة وطلبوا جهة العرب وانهزموا العرب بين ايديهم الي جهة الكمين والعدو يتبعهم طمعا حتي قاربوا الكمين وخرج الكمين عليهم وصاحوا بهم صيحة الرجل الواحد فانهزموا بين ايديهم نحو خيامهم واتصل الخبر بالعدو فركب منهم خلق عظيم وقصدوا نحو الوقعة والتحم القتال واشتد الامر وقتل جمع من الطايفتين وجرح واسر جمع من العدو واخذ منهم خيل كثيرة وكان سبب انفصال الحرب ان السلطان حسب منا هذا الواقع فانفذ اميرا اخر اسلم وسيف الدين يازكج ومن يجري مجراهم ردا للمسلمين وقال اذا رايتم الغلبة علي الكمين فاظهروا فلما راوا الكثرة من جانب العدو خرجوا بخيلهم ورجلهم ولما راي العدو الاطلاب الاسلامية قد صوبت نحوه اعنة خيلها ولوا الادبار نحو خيامهم والسيف يعمل في قفيهم حتي دخلوا الخيام وانفصل الحرب قبيل الظهر وكان

QUum decimus sextus *Sjawali* exortus esset, prætorianam cohortem depressa vallium loca ad insidias occupare mandat *Sultanus*. Illi turbam *Arabum* sibi aggregarunt. Dispositis rite insidiis, *Arabes* more suo solenni emicuerunt ad velitandum cum hoste; qui frequens pabulatum lignatumque processerat, prope locum ubi *Arabes* tetenderant. In complexum utrimque ruitur, præliumque & clamor incenduntur. Eo audito hostis *Arabes* versus equitatum emittit. *Arabes* fuga sese referunt ad insidias, cupide eos insequente hoste, adversus quem, jam prope factum, insidiatores consurgunt, *uniusque viri tollunt clamorem*. Ille trepidam in fugam conjectus tentoria sua retro repetit; sed nuncio cladis ad castra perlato, numeroso agmine evehuntur, aciemque inclinatam restituunt. Grave editur certamen; quod ab utraque parte multos absumsit. Complures ex hoste vulnerati captique. Equi etiam multi ipsis ademti. Finem conflictui imposuit, quod *Sultanus*, qui hoc ipsum ita casurum esse conjectura præceperat, subsidio nostrorum submisisset *Emirum Acher-Aslamam*, *Saiphoddinumque Jazkusjum*, aliosque per eadem strenuitatis vestigia decurrentes: quibus edixerat, ut si insidiatores nostros premi cernerent, advolarent. Quum igitur numero prævalere hostem vidissent, simul equite, simul pedite, provolant. Hostis præsidia *Islamitica* laxatis equorum habenis recta ad se contendere sentiens, ad castra versis recurrit tergis; ense nostro cervices eorum cædente, donec in tentoria pervenissent. Sic prælium finitum paulo ante meridiem. *Sultanus* famam rei capta-

taturus, me comitante proceſſerat. Primi e pugna occurrerunt multi *Arabes*, quinque captivos trahentes equos. Illi nondum diremto certamine abiceſſerant. Inde alia atque alia prænuncia victoriæ ſigna ſeſe nobis offerre. Utroque in conflictu ex hoſte ceciderunt ſexaginta admodum. E noſtris etiam haud pauci vulneribus confoſſi, quorum e numero *Yjazus Mebranita*, Heroica virtute nobilitatus; & *Sjawelius* ſervus *Algaidii*. Ex hoſte quoque capti duo equites nobiliſſimi. Duo alii ſuis cum equis transfugium fecerunt. Lætus ovanſque ad prætorium revectus *Sultanus*, iis quorum equi occiſi erant præmia rependit, fauciiſque benignam curam, pro religione cæſis miſericordiæ ſuæ viſcera, impendit.

Nondum elapſo die *Angli* venit legatus ad *Almalichum Aladilum*, expoſtulans de inſidiis hiſce; atque colloquium cum eo efflagitans.

وكان السلطان قد ركبا منشوفا اخبار الكمين وكنت في خدمته وكان اول من دخل من الوقعة ووصل جماعة العرب ومعهم خمس رؤوس من الخيل قد اخذوها وانفصلوا قبل انفصال الحرب وما زالت القلايع تتواتر والبشاير تتواصل وقتل من العدو نيفا ستين نفرا وجرح من المسلمين جماعة منهم ابان المهراني وكان شجاعا معروفا وجاولي غلام الغبدي واسر من العدو فارسان معروفان واستامن اثنان بخيولهما وعدتهما وعاد السلطان الي خيمته فرحا مسرورا معوضا من قتل فرسه متلطفا بالجريح مترحما علي الشهيد

وفي بقية هذا اليوم وصل رسول الانكتنار الي الملك العادل يعنبه علي الكمين ويطلب الاجتماع به

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM QUARTUM.

Quid acciderit in congreſſu Aladili & Angli.

ذكر ما جري للملك العادل والانكتنار واجتماعهما

Die decimo octavo ad ſtationem progreſſo *Almalicho Aladilo* ingens tabernaculum *Nubienſe* poſitum eſt. Is ſecum adduxit ex ſcitamentis, bellariis, munuſculis, & donariis, quæ Reges Regibus deferre ſolent; quippe qui elegantia ac liberalitate, hoc in genere, nemini concederet. Huc ſe ad Eum contulit *Anglus*, atque ſplendidiſſime ac honorificentiſſime eſt acceptus. Is ſecum quoque aliquid ſcitamentorum apportari curaverat; quibus ipſi potiſſimum delectantur; ut iis familiariter & amice *Almalichum Aladilum* exciperet. Comedit inde *Aladilus*; quemadmodum ipſe & comites ejus de *Aladili* eduliis ederunt. Maxima diei parte colloquendo conſumta, ita diſceſſerunt, ut firmam amicitiam, firmum utrimque amorem, ſponderent.

ولما كان الثامن عشر سار الملك العادل الي البزك وضربت له قبة عظيمة نوبنية وسار معه من الاطعمة والحلاوات والتحملات والتحف ما جرت العادة ان يحمل من ملك الي ملك وهو اذا تحمل في ذلك لا يغلب وسار الانكتنار الي خيمته وحضر عنده واحترمه احتراما عظيما ووصل مع الانكتنار الي خيمته وحضر شي من طعامهم الذي يختصون به ما التحف به الملك العادل علي وجه المطايبة فتناول منه الملك العادل وتناول هو واصحابه الواصلون معه من طعام الملك العادل وتحادثا معظم ذلك النهار وتفاصلا علي تواد ومحبة اكيدة

CA-

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM QUINTUM.

Petit Anglus cum ipso congredi Sultano.

HOc die rogavit *Anglus Aladilam*, ut *Sultani* ipsius adeundi salutandique potestatem sibi impetratam daret. Missa eum in finem legatione, consilium advocat *Sultanus*, quid respondendum foret. Eorum nemini id in mentem venit, quod *Sultano*. Nempe, *Quum Reges*, inquiebat, *congrediuntur, turpis deinde est belligeratio; sed rebus transactis pulcre quadrat congressio. Non conveniunt quoque nisi ut capita conferant de re aliqua momentosissima. Ast nec Ego Tuam, nec Tu adeo Meam calles linguam. Indigeremus itaque fidoutrimque interprete. Is jam interpres ultro citroque commeet, donec stabili super fundamento fœdus sanciatur. Tum vero in congressum venemus, quem amor & amicitia sequantur.* Retulit Legatus, *Anglum* admiratum fuisse hoc *Sultani* responsum; indeque perspexisse, se scopum aliter non esse assecutürum, quam submittendo sese, & *Sultani* placitis acquiescendo.

ذكر رسالة التي انفذها الانكتار الي السلطان

وفي ذلك اليوم سال الانكتار من الملك العادل ان يلتمس من السلطان الاجتماع به والمثول بين يديه ولما وصلت هذا الرسالة شاور السلطان الجماعة في الجواب فما منهم من وقع له ما وقع للسلطان وذلك انه قال الملوك اذا اجتمعوا يقبح منهم المخاصمة بعد ذلك فاذا انتظم امر حسن الاجتماع والاجتماع لا يكون الا لمفاوضة في مهم وانا لا افهم بلسانك وانت لا تفهم بلساني ولا بد من ترجمان بيننا تتفق به واتفق به فليكن ذلك الترجمان رسولي حتي يستقر امر وتستتب قاعدة وعند ذلك يكون الاجتماع الذي يعقبه الوداد والمحبة قال الرسول ولما سمع الانكتار هذا الجواب استعظمه وعلم انه لا يقدر علي بلوغ غرض الا بالدخول تحت المراضي السلطانية

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM SEXTUM.

Princeps Sidonis ad præsentiam admittitur Sultani.

DEcimo nono deinde consessum tenuit *Sultanus*, atque introduci jussit principem *Sidonium* ad legationem ejus audiendam. Is magno stipatus comitatu accessit. Ipse huic consessui interfui, in quo multus homini honor habitus; familiaris quoque sermo mixtus, appositæque pro more solenni mensæ. Epulo finito, remotisque arbitris, petunt, ut *Sultanus* cum *Marchione*, *Tyri* Domino, fœdus paciscatur; in quod etiam adscribendi forent multi *Francorum* magnates, ipseque adeo *Sidonius*, aliique illustres. Supra jam relatum est, *Tyrium* apertam cum *Francis* Occidentalibus inimicitiam inter conditiones fœderis promisisse; idque ob gravem, quem de iis conceperat, metum litemque de uxore exortam. Additum

ذكر حضور صاحب صيدا بين يدي السلطان

ولما كان تاسع عشر جلس السلطان واستحضر صاحب صيدا لسماع رسالته وكلامه فحضر وحضر معه جماعة وصلوا معه وكنت حاضر المجلس اكرمه اكراما عظيما وحادثهم وقدم بين ايديهم ما جرت به العادة ولما فرغ الطعام خلا بهم وكان حديثهم في ان السلطان يصالح المركيس صاحب صور وكان قد انضم اليه جماعة من اكابر الافرنجية منهم صاحب صيدا وغيره من المعروفين وقد سبقت قصته وكان من شرط الصلح معه اظهار عداوة الافرنج البحرية وكان سبب ذلك شدة خوفه منهم وواقعة وقعت له

Digitized by Google

etiam, *Sultanum* conditiones illas non abnuisse, ut simultate & perfidia eos inter se collideret. Itaque audita legatione promisit *Sultanus* se brevi responsum esse redditurum. Atque ita illo quidem die dimissus est.

له معهم بسبب الزوجة وبذل له السلطان
الموافقة على شروط قصد بها الايقاع بينهم
وان يقل بعضهم بعضا فلما سمع السلطان
حديثه وعد ان يرد عليه الجواب فيما بعد
وانصرف عنه في ذلك اليوم

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Legatus Angli advenit, Humfredi filius, principe inter eos & loco & genere.

ذكر وصول رسول الانكتار وهو ابن الهنفري وهو من اكابرهم وملوكهم ومن لولاد ملوكهم

Angli etiam Legatus venit, cui se comitem dederat decrepitus senex, qui centum viginti annos numerare dicebatur. Admissus auditusque haec mandata edidit. *Sic ait Rex, amicitiam amoremque Tuum expeto. Dixisti Te regiones basce littorales concessurum esse Fratri Tuo. Optarim itaque ut judex inter Me & Illum sedeas; atque civitates inter nos dividas. Omnino Nobis sors aliqua Hierosolymis est retinenda. Sic autem partiaris velim, ut nec Ipsi dedecus inde inter Musulmannos creetur, nec Mihi inter Francos.* Ad haec ita e vestigio responsum est, ut splendide omnia promitteret; atque continuo redeundi fieret potestas. Ea promtitudo gravi eos adfecit admiratione. Misit deinde post eos, qui de captivorum negotio mentem eorum exploraret; sic se pacem admissurum insinuans, ut si ea coalesceret, omnes in universum complecteretur: sin minus, se captivorum etiam rationem nullam ducere. Id eo scopo faciebat, ut abrumperet pacificationem. Utique ad me conversus, finito jam consessu, & legatione dimissa, dixit, si pax ineatur, minus illa secura erit, & maligna: &, si quid humanitus mihi acciderit, difficulter admodum hi exercitus iterum contrahentur; *Francique* praevalebunt. Consultius fuerit, ne a sacro discedatur bello, donec eos litore expulerimus; aut operi immoriamur. Haec ei quidem sedebat sententia: sed victus est ab iis qui pacem suadebant.

وصل في صحبته شيخ كبير ذكروا ان عمره
مائة وعشرين سنة فاحضره السلطان عنده
وسمع كلامه وكانت رسالته ان الملك يقول
اني احب صداقتك ومودتك واني ذكرت
انك اعطيت هذه البلاد الساحلية لاخيك
فاريد ان يكون حكيما بيني وبينه وتقسم
البلاد بيني وبينه ولا بد من ان يكون لنا
حافظة بالقدس الشريف ومقصودي انه
تقسم بحيث لا يكون عليه لوم من المسلمين
ولا علي لوم من الفرنجية فاجابه في الحال
بوعد جميل ثم اذن له في العود في الحال
ويأثر بذلك تأثيرا عظيما وانعذ وراءهم
من سالهم عن حديث الاسارى وكان منفصلا
عن حديث الصلح فقال ان كان صلح فعلي
الجميع وان لم يكن صلح فلا يكون من
حديث الاسارى شي وكان غرضه رحمه الله
ان يفسخ قاعدة الصلح فانه التفت الي
في اخر المجلس بعد انفصالهم وقال
متي صالحناهم ما تومن غايلتهم فانني
لو حدث بي حادث الموت ما تكاد
تجتمع هذه العساكر وتقوي الفرنج
فالمصلحة ان لا تزال على الجهاد حتي
نخرجهم من الساحل او ياتينا الموت هذا
كان رايه قدس الله روحه وانما غلب
على الصلح

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM OCTAVUM.

ذكر مشورة ضربها في التخيير بين الصلحين وبين الاشكنار والمركيس

ولما كان الحادي عشر شوال جمع السلطان الامراء والاكابر وارباب المشورة وذكر لهم القاعدة التي التمسها المركيس واستقر الامر من جانبه عليها وهي اخذ صيدا وان يكونوا معنا علي الافرنج ويقاتلهم ويجاهرهم بالعداوة وذكر ما التمسه الملك من تقرير قاعدة الصلح وهي ان يكون الظرايا الساحلية مواضع معينة ويكون لنا الجبليات بأسرها او يكون الظرايا كلها مناصفة وعلي هذين القسمين يكون لهم القسط في بيع القدس الشريف وكنايسه وكان الاسبتار قد خبرنا بين هذين القسمين فشرح قدرين الذي وجده المحال في القاعدتين للامراء واستنبط اراهم في ترجيح احد الجانبين الاشكنار والمركيس وترجيح احد القسمين المذكورين عن جانب الملك فراي لارباب الراي انه ان كان صلح فليكن صلح الملك فان مخاوفه الافرنج لاسباب يعرفت بخالطهم بعيدة غير ماصونة الغائلة وانفضوا الناس وبقي الحديث متردداً في الصلح والرسل تتواصل في تقرير قواعد الصلح واصل القاعدة ان الملك قد بذل اخته للملك العادل بطريق التزويج وان تكون البلاد الساحلية الاسلامية والافرنجية لهما فاما الافرنجية فلها من جانب الملك والاسلامية له من جانب السلطان وكان اخر الرسايل من الملك في الامر ان قال لنا معاشر دين النصرانية قد انكروا علي وضع الخشبة المحيية مسلم بدون مشاورة البابا وهو كبير دين النصرانية ومقدمه وها انا اسير اليه رسولا يعود في سنة اشهر فان اذن فيها وسعدت والا فرجعتك اينة اخي وما احتاج الي اذنه في

Consultatio habita, de utroque fœdere, Angli, & Marchionis, quodnam eligendum.

VIcesimo primo *Sjawali* convocatis ducibus, principibus, & consiliariis, expoſuit *Sultanus* conditiones quas *Marchio* poposciſſet, atque a ſua parte conſtituiſſet; ut nempe *Sidon* ei attribueretur; quando nobiſcum eſſet facturus, & apertum bellum *Francis* illaturus. Propoſuit etiam quid Rex poſtulaviſſet, ad pacem ſolide ſtabiliendam. Nempe ut Regni *Hieroſolymitani* oppida & tractus nominatim deſcriberentur; nobiſque montana omnia in portionem cederent: aut ut ex æquo dividerentur quicquid eſſet urbium, pagorum, villarum. Item, ut quamcumque partem præoptaremus, (optionem quippe detuliſſe nobis *Anglum*,) ſuos ipſi ſacerdotes haberent in Urbe Sancta ejuſque templis. *Sultanus* ſic expoſito utriuſque fœderis ſtatu, principum elicuit ſententias, *Angline* an *Marchionis* illud eſſet præferendum; & quænam in diviſione dicta Regis præponderaret portio. Decernitur communibus calculis; pacem cum Rege potius firmandam; nam amicitiam cum *Francis* & *Muſulmanis*; in una cultrix commiſcendis, procul eſſe quærendam; & periculoſæ plenam aleæ. Sic dimiſſum concilium; deque pace creſcere colloquia; & legati ultro citroque curſitare, ad conditiones conſtabiliendas. Præcipua autem baſis hæc jaciebatur, Regem *Almalicho Aladilo* ſororem ſuam eſſe elocaturum: quibus Conjugibus omne Regnum *Hieroſolymitanum* contribueretur, Reginæ quidem quæ *Franciæ* eſſent ditionis, a parte Fratris; *Aladilo* vero quæ *Muſulmannæ* ditionis, a parte *Sultani*. At *Anglus* huc tandem noviſſima legatione evaſit, ut diceret; Cœtus religionis Chriſtianæ improbant, ut ſororem meam in matrimonium tradam *Muſulmanno*, abſque ut ea de re *Papam* conſuluerim, qui Caput eſt & Antiſtes noſtræ Religionis. Ad Eum Ego Legatum quantocyus ſum expediturus, qui ſex menſium ſpatio poterit redire. Si annuerit ille; feliciter. Sin minus, Fra-

tris mei Filiam Tibi dabo uxorem, qua in re *Papæ* venia non indigeo. Hæc ita tractabantur, ut *forum* tamen *belli* ferveret, neque *certaminum* ictus relaxarent. Princeps *Sidonis* etiam subinde cum *Aladilo* equitans, *Francis* sese in conspectum dabat; quem quoties vidissent, ad pacem ambiendam stimulabantur, metuentes ne *Marchione* nobis associato *spinæ* ipsorum *infringeretur*. Hoc in statu res fuere ad vicesimum quintum *Sjawali*.

في ذلك هذا كله وسوق الحرب قايم
وانقتال عليهم ضربه لاهم وصاحب صيدا
يركب مع الملك العادل في الاحيان
ويشرف علي الافرنج وهم كلما راوه
تحركوا لطلب الصلح خوفا من ان
ينضاف المركبس الي المسلمين وعند
ذلك تنكسر شوكتهم ولم يزل الحال
ذلك الي خامس عشر شوال

CAPUT CENTESIMUM TRIGESIMUM NONUM.

Movet Sultanus ad Telasjazrum.

ذكر رحيله رحمه الله الي تل الجزر

EA luce orta, statuit *Sultanus* movere castra, coactoque consilio, quid ultimæ isti legationi respondendum esset, deliberat. Expositis quæ allata fuerant, legatisque advocatis, inter quos Occidentales & Ipsum Filius *Hunfredi* interpretem agebat, decernitur, mittendos esse cum iis duos nostrorum, unum Ipsius nomine, alterum *Aladili*, quod eum negotiatio hæc proxime tangeret. Eorum mandata hæc fuerant, si *Papa* matrimonium hoc approbarit, confiet: sin improbarit, elocabimus *Aladilo* Filiam Fratris Regis, quæ adhuc virgo est. Ajebant autem, religionem ipsorum poscere, ut viduæ stirpis regiæ non nubant iterum, nisi permissu *Papæ*; sed virgines a sua gente connubio dari. Ad hæc responsum, si fœdus coibit, coëat ut jam ante constitutum fuit; neque enim nos ii sumus, qui semel dicta retractemus: si id irritum, alio nullo opus nobis est. His cum decretis legati se ad tentoria *Aladili* contulere, ut *Sultani* legatus se itineri interim accingeret, eosque consequeretur.

Post hæc a statione nostra nuncius venit, numerosum *Francorum* peditem castris egressum, sese diffudisse; sed nihil hostile minari. Movit itaque *Sultanus Telasjusourum*, ut pabulationem stationi nostræ redderet expeditiorem: quem universa mox castra ad meridiem subsecuta sunt. Stativa in *Telalsjazro* posita. *Franci* motu *Sultani* percepto, retro se retulere. *Sultanus* a *Telalsjazro*, ubi aliquamdiu substitit, *Hierosolymas* iter reflexit. *Franci* quoque sua ad oppida se recepere. Quumque hyems sæviret, & magni caderent imbres, *Hierosolymas* ingressus *Sultanus*, exer-

ولما كان ذلك اليوم اصبح السلطان
علي عزم الرحيل واحضر لرباب الراي
وشاورهم في جواب رسالة القوم وعرض
عليهم حديثه وذكر ما عندهم في ذلك
واحضر الرسل وكان ابن الهنفري يترجم
بينه وبين البحريين واستقرت القاعدة علي
ان ينفذ معهم رسولين من جانبه واحد ومن
جانب الملك العادل الاخر لان الحديث
كان يتعلق به وكان من جملة رسالتهم ان
البابا ان اذن في هذا العقد تم وان لم ياذن
نزوجنا الملك العادل بابنة اخي الملك وهي
بكر وذكروا ان من دينهم ان البابا انما
يحتاج الي اذنه في تزويج الثيب من بنات
الملوك واما الابكار فتزوجها اهلها وكان عن
ذلك انه كان عقدا فيكون علي هذا فانه
سبق الحديث فيها ونحن ما نرجع مما
قلنا وان لم يتهيا فلا حاجة لنا الي غير
ذلك وانفصل الحال علي ذلك وسارت
الرسل الي خيم الملك العادل ليجهز
رسول السلطان ويلحقه ثم وصل بعد ذلك
من البرك من اخبر ان الفرنج قد انتشر
منهم راجل كثير وخرجوا عن الاصول التي
لهم ولم يظهر لخروجهم غايلة وسار رحمة
الله عليه الي تل الجسور لارتياد البرك
وتبعه الناس في الرحيل بما كان الظهر الا
ورحل الناس الي السلطان ونزلنا بتل
الجزر ولما عرف الفرنج بعود السلطان
رحلوا عايدين واقام السلطان بتل الجزر
ثم رحل الي جهة القدس الشريف ورحل
الفرنج

exercitibus domuitionem permisit. Nos totam hyemem in Uipe Sancta egimus; dum interim hostis suas quoque in sedes penitius sese subduceret. Augustus copiis suis *Jaffam* in hyberna deductis *Ptolemaidem* revertit, ut statum ejus inspiceret. Post longam satis moram iterum submissus ab eo legatus, per quem significabat, se percupere congressum cum *Aladilo*, eumque utrique parti fore conducibilem. Etenim audivisse se, *Saltanum* pacis arbitrium *Aladilo* permisisse, quem & ipse Fratris loco habebat. Respectu tum *Aladili* sic communiter decretum, ut ipse profectus copias nostras contraheret, quæ in *Elgauro*, *Caucheba*, aliisque tractibus degebant, atque cum Eo colloquium redordiretur, eique diceret; multus jam inter nos sermo agitatus est, qui nullum solidum peperit fructum. Quod si ut superiores illæ vices, ita & hæc irrita esset cassura, haud opus nobis colloquio est. Sin mens Tibi, finire controversiam, propius ad rem accede, nam neutiquam Tecum congrediar, nisi prius videro quæ dirimendæ liti propius subservire queant. Sic ergo injunctum *Aladilo*, ut si videret quod negotio esset transigendo, transigeret; sin secus, traheret Eum, & procrastinaret, usque dum exercitus nostri undique orarum convenissent. Postulavit tum *Aladilus memoriam*, quæ amplecteretur extremum illud, quo res dirimi & componi posset. Ea ipsi perscripta & tradita, continens æquas partitiones; de *Beryti* autem negotio insertum erat, si ille eam petere obstinarit, at tu vastationi ejus insiste, neve a quoquam habitetur. Similiter de *Kajouno*. Si autem *Wabram* ædificare volent, annue. Dabimus quoque veram ipsis Crucem: eruntque ipsis in *Templo Resurrectionis* sacerdotes; & sacra peregrinatio ipsis concedetur ea conditione, ut nulla ferant arma. Ad hæc largienda adigebat communis omnium lassitudo e continuis bellis; multitudo æris alieni; longa a Laribus absentia; erant quippe multi qui nunquam a *Saltano* discedebant; & qui commeatum petere non sustinebant.

الفرنج الي جهة بلادهم واشتد الشتاء وتسلطت الامطار وسار السلطان الي القدس الشريف واعطا العساكر دستورا واقنا بالقدس في ذلك الشتاء اجمع وعلا العدو الي بلاده ووصل الانكتار الي يافا عساكره وعاد الي عكا ينتظر في اخبارها فاقام هناك ثم وصل منه رسول يقول اني اوثر الاجتماع بالملك العادل ففيه مصلحة تعود علي الطايفتين فقد بلغني ان السلطان فوض امر الصلح الي اخي الملك العادل فاتفق الراي في مغيبي الملك العادل علي انه يمضي بجيش يجتمع بعساكرنا التي في الغور وكوكب وتلك النواحي ويحدثه ويقول له ان الحديث جري بيننا مرارا وما استقر عن مصلحة فان كانت هذه الوقعة كتلك الدفعات فلا حاجة الي التحديث وان كان الغرض بث حال فقارب الحال وانا لا اجتمع بك الا ان اري ما يقارب فصل الحال وقرر مع الملك العادل ان راي ما يمكن فصل الحال عليه والا طاوله وماطله الي ان يصل العساكر من الاطراف فالتمس الملك العادل تذكرة تتضمن انهي ما ينفصل الحال عليه فكتب معه تذكرة فيها المناصفات وذكر فيها من امر بيروت انه اصر علي طلبها الشرط حراثها ولا تعمر وكذلك القايون وان التمسوا عمارة وعرا اجب ونعطي صليب الصليبوت ويكون لهم في القمامة قسا ويفتح لهم باب زيارتها بشرط ان لا يحملوا السلاح وكان الحامل علي ذلك ما اخذ الناس من تعب مواظبة الغزاة وكثرة الديون والبعد عن الاوطان فان من الناس من كان لا يفارق السلطان ولا يمكنه طلب دستور منه

CAPUT CENTESIMUM QUADRAGESIMUM.

Almalichus Aladilus viæ se dat.

ذكر مسير الملك العادل

Hierosolymis tunc profectus est *Aladilus* ad vesperam diei *Veneris*, quarto *Rabiæ* prioris, anno octogesimo octavo hujus seculi. Ex *Caisano* autem literas misit, quibus significabat, cum *Abi Becro* janitore venisse ad se *Hunfrediadem* ab *Anglo* legatum, hisce cum mandatis. *Regiones partiendas esse inter nos constitutum jam est: atque ut quilibet quod tenet, retineat: si autem id quod nos possidemus ampliorem effecerit portionem, inde vobis quod æquandis sit partibus admetiemur. Quod si vestra portio fuerit lautior & luculentior, idem facietis. Urbs sancta tota nostra erit, nisi quod Templum Tsachra, sacri Lapidis, vobis in ea relinquetur.* Ita se habebat literarum argumentum; quod communicatum a *Sultano* cum principibus. Cum id approbasset *Emirus Abulhaisjaus*, reliqui etiam judicarunt id sic satis convenire cum iis, quæ *Aladilo* injuncta & præscripta fuerant: atque conducibile id esse. Expeditum est hanc in rem ad *Aladilum* responium. *Abubecrus* deinde janitor, idemque *Aladili* pararius, die undecimo *Rabiæ* prioris nunciatum venit, *Anglum Ptolemaide* se *Jaffam* contulisse; *Aladilumque* in congressum se dare noluisse, nisi peremtoria conditione proposita, qua de disceptationes multas sese cum *Anglo* habuisse, quæ huc tandem evaserint, ut illuc descenderit, *Templum Sacri Lapidis* & Arcem Urbis sanctæ nos esse obtenturos: reliqua ex æquo dividenda. Illustrium autem neminem ex ipsis in Urbe mansurum. Similiter pagos agri *Hierosolymitani* æqualiter fore partiendos. Hæc ipse etiam *Aladilus*, decimo sexto ex *Algauro* redux factus, atque a *Sultano* læte receptus, prout ante narratum est, denarravit.

Reliquum ejusdem diei huncce nobis attulit nuncium, *Francos* excursionem fecisse in *Arabum* vicum prope *Darounum*; indeque tum multitudinem captivorum avexisse, tum mille admodum capita ovium. Id grave permolestumque accidit *Sultano*, qui agmen post eos emisit, quod tamen eos assequi non valuit.

وكان مسيره من القدس الشريف لعصر الجمعه رابع ربيع الاول سنة ثمان وثمانين وخمس مايه ثم وصل كتابه من كيسان يخبر انه لقيه الهنفري مع الحاجب ابي بكر رسولا من الانكتار يقول انا قد وافقنا علي قسمة البلاد وان كل من في يده شي فهو له فان كان ما في ايدينا زايدا اخذتم في مقابلته ما يقابل الزياده مما بخصنا فان كان ما في ايديكم اكثر فعلنا كذلك ويكون القدس لنا ولكم فيه الصخره هذا كان مضمون الكتاب فاوقف السلطان عليه الامراء فاستصوب ذلك الامير ابي الهيجاء وراوا ان من قال هذا المقال يوافق عليها معني عليه الملك العادل وهو مصلحة وسار الجواب الي الملك العادل في ذلك ولما كان حادي عشر ربيع الاول وصل الحاجب ابو بكر صاحب الملك العادل يخبر ان الانكتار سار الي يافا من عكا وان الملك العادل ما راي ان يجتمع به الا عن قاعده منفصلة وانه جري بين هذا الحاجب وبين الانكتار مفاوضات كثيره حاصلها انه نزل علي ان تكون الصخره لنا والقلعة في ايدينا والباقي مناصفة وان لا يكون في البلد منهم مذكور وان تكون قرايا القدس وباطنه مناصفة ثم قدم الملك العادل في سادس عشر ربيع الاول من الغور ولقيه السلطان وحكا ما سبق من الخبر

وفي بقية ذلك اليوم وصل من اخبر ان الفرنج غاروا علي حلة عرب قريب من الداروم وانهم اخذوا منهم جماعة وانهم اخذوا منهم نحو الف راس غنم فعظم ذلك علي السلطان وشق عليه فسير جماعة فلم تلحقهم

CA-

CAPUT CENTESIMUM QUADRAGESIMUM PRIMUM.

ذكر انفصال رسول المركيس

Dimissio Legati Marchionis.

وكان قد وصل يوسف غلام صاحب صيدا رسولا من جانب المركيس يلتمس الصلح مع المسلمين فاشترط رحمة الله عليه شروطا منها ان يقاتل جنسه ويباينهم ومنها ان ما ياخذه من البلاد الافرنجية بعد الصلح بانفراده يكون له وما اخذه نحن بانفرادنا يكون لنا وما نتفق نحن وهو علي اخذه تكون له نفس البلد ويكون لنا ما فيه من اساري المسلمين وغير ذلك من الاموال ومنها ان يطلق لنا كل اسير مسلم في مملكته ومنها ان يفوض الانكتار اليه امر البلاد لامر يجري بينهم كان الصلح بيننا وبينه علي ما استقر بيننا وبين الانكتار ما عدا عسقلان وما بعدها فلا تدخل في الصلح وتكون الساحليات له وما في ايدينا لنا وما في الوسط مناصفة وسار رسوله علي هذه القاعدة

ولما كان يوم الاثنين ثامن وعشرين ربيع الاول وصل اسد الدين شيركوه بن محمد بن شيركوه وصل جريدة مقدما علي عسكره

ACceſſerat hiſce diebus *Joſephus*, ſervus principis *Sidonii*, a parte *Marchionis* ad pacem cum nobis urgendam ſummiſſus. Ei has conditiones præſcripſit *Sultanus*, ut gentem ſuam oppugnaret, cum eaque divortium faceret: utque quod *Francitarum* terrarum poſt pactam pacem ſolus occupaſſet, ipſe obtineret: quemadmodum & nos noſtris tantum armis capta obtineremus: ex iis quæ ſociatis cepiſſemus viribus, oppida quidem ipſa *Marchioni* ceſſura, noſtros autem fore captivos *Muſulmannorum*, noſtras quoque omnes opes, prædamque. Porro, ut omnem in ſuo regno captivum *Muſulmannum* vinculis exſolveret. Denique, ſi *Anglus* Ei adminiſtrationem harum regionum forte ex pacto aliquo inter ipſos inito permiſiſſet, eandem tunc pacem futuram, quæ cum *Anglo* ſancita fuiſſet. *Aſcalon* tamen, & quæ ultra eam, huic fœderi exemta. Ipſe maritimas poſſideret oras. Nos quæ in manibus noſtris eſſent retineremus. Quæ in medio ſita, æqualiter diſtribuerentur. Legatus hiſce cum conditionibus profectus.

Die *Solis*, duodetricesimo *Rabiæ* prioris, præito nobis adfuit *Aſedoddinus Sjyrchouhus*, filius *Muhammedis*, *Sjyrchouhi* nepos, cum expedito equitatu exercitum ſuum prægreſſus.

CAPUT CENTES. QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

ذكر خروج سيف الدين مشطوب من الاسر

Saiphoddinus Mesjtoubus e vinculis exit.

وكان وصوله الي القدس الشريف يوم الخميس مستهل جمدي الاخر دخل علي السلطان بغتة وعنده اخوه الملك العادل فنهض له واعتنقه وسر به سرورا عظيما واخلي المكان وتحدث بطرف من احاديث العدو وسال عن حديث الصلح فذكر ان الانكتار سكت عنه

DIe *Jovis*, kalendis *Rabiæ* poſterioris, improviſus *Hieroſolymas* devenit, *Sultanoque*, cui tum Frater aderat, ſupervenit *Mesjtoubus*. Conſurgens in amplexus ejus vadit *Sultanus*; atque ob præſentiam ejus ſolidum gaviſus fuit gaudium. Remotis deinde arbitris ſermonem cum eo de rebus hoſtium miſcuit; quumque de pacis negotio interrogaret ipſe, regeſtum, *Anglum* nunc altum agere ſilentium.

Eodem hoc die scripsit *Sultanus* ad Filium *Almalichum Alaphdalum*, ut ad *Euphratis* se conferret trajectum. regionesque illas reciperet ab *Almalicho Almansouro*, *Tacoddini* filio, qui rebellionis erat manifestus, quod male sibi de *Sultano* metueret. Itaque res novas meditans minansque, *Almalichum Aladilum* in causam suam traduxit, qui eam apud *Sultanum* defendendam suscepit. Id ægerrime tulit *Sultanus*, bilemque ei in nasum concivit, indignanti tale quid sibi a domesticis suis obvenire, quum neminem gentis suæ unquam habuisset suspectum, nec jusjurandum a quoquam eorum exegisset. Hac de causa tergiversari cœperat *Anglus* in pacificatione, autumans hocce dissidium *Sultano limpidum belli sacri cursum potumque esse conturbaturum*, eumque ad suas conditiones adacturum. Misit itaque ad *Almalichum Alaphdalum*, ut eas ad provincias contenderet: simulque scripsit *Almalicho Addahiro*, qui *Halebi* erat, ut si Frater ipsius opis indigeret, opitularetur. Apparatissime instructus & subornatus itineri se dedit, *Halebumque* magna stipante caterva pervenit: ubi a Fratre *Almalicho Addahiro* perhonorifice acceptus est, atque hospitalitatis jura cumulatissime percepit. Donatus quoque ab eodem est splendidissimis muneribus. Sed redeamus ad hostem.

وفي هذا اليوم كتب السلطان الي ولده الملك الافضل حتي يسير الي قاطع الفراة ويتسلم البلاد من الملك المنصور بن الملك المظفر وكان قد اظهر العصيان بسبب الخوف من السلطان علي نفسه واظهر ذلك ودخل في امره الملك العادل وسير الي الملك العادل حتي يتحدث في امره وكان هذا المتحدث له وكان ذلك قد شق علي السلطان واثار منه مغيظة عظيمة كيف هذا الباب من اهله ولم يكن احد من اهله خاف منه ولا طلب يمينه وهذا كان السبب في توقف الانكتار في الصلح فانه ظن ان خلافه يكدر علي السلطان شرب الفراة ويحوجه الي الموافقة علي ما يرضاه فنفذ الي الملك الافضل ان يسير الي البلاد وكتب الي الملك الظاهر بحلب المحروسة ان اخاه ان احتاج الي معونة عاونه وجهزه بجملة كثيرة وسار باحترام عظيم حتي وصل الي حلب واكرمه اخوه الملك الظاهر اكراما عظيما وعمل له ضيافة تامة وقدم بين يديه تقدمة سنية وعدنا الي حديث العدو

CAPUT CENTES. QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Tyrius Legatus revertitur.

ذكر عود رسول صور

DIe sexto *Rabiæ* posterioris, anno octogesimo octavo hujus seculi, *Josephus*, a parte *Marchionis* reversus est, denuo pacis negotium ursurus; quod jam, ad exitum ferme perductum, si diebus hisce expediretur, tum vero *Gallos* per mare domum remeaturos: sin moræ necterentur, pacificationem universam fore irritam. *Sultano* pax cum *Marchione* omnino utilis visa, ob curas ab orientali latere impendentes. Timebat scilicet ne sese *Tacoddini* filius cum *Buchtimero* conjungeret; novaque inde rerum moles surgeret, quæ ipsum a bello sacro avocare posset. Annuit proinde petitioni *Marchionis*, atque cum ejus parario transegit iis conditionibus, quas supra posui. Abiit cum

ولما كان سادس ربيع الاخر من سنة ثمان وثمانين وخمس ماية وصل يوسف من جانب المركيس يجدد حديث الصلح ويقول قد انفصل الحال علي شي بينه وبين الافرنجية فان نجز في هذه الايام سارت الفرنسيسة في البحر وان تاخر بطل الحديث في الصلح بالكلية فراي السلطان الصلح مع المركيس مصلحة لاشتغال قلبه من جانب الشرق وخاف ان يتصل ابن تقي الدين ببكتمر فيحدث من ذلك ما يشغل الخاطر من الجهاد فاجاب الي ملتمس المركيس وكتب مع صاحبه مواصفة علي نعت ما تقدم وسار يوسف الرسول

الرسول في جواب تاسع ربيع الاخر

cum responso *Josephus* legatus, nono *Rabiæ* posteriorris.

CAPUT CENTES. QUADRAGESIMUM QUARTUM.

ذكر قتل المركبس

Cædes Marchionis.

ولما كان سادس عشر الشهر وصل من الرسول المنفذ الي المركبس كتاب ان المركبس قتل وعجل الله بروحه الي النار وكان صورة قتله انه تغدا يوم الثلثا ثالث عشر عند الاسقف ثم خرج فقفز عليه اثنان من اصحابه بالسكاكين وكان خفيفا من الرجال فما زالا يضربان فيه حتي عجل الله بروحه الي النار ومسك الشخصان وسيل عن هذا الامر ومن وضعهما عليه فقالوا ان الانكتار وضعنا عليه وقام بالامر اثنان فحفظا القلعة الي ان اتصل الخبر بالملوك وانعقد الامر وتدبر المكان

DEcimo sexto deinde mensis hujus, literæ a nostro apud *Marchionem* legato perscriptæ, cæsum, orcoque demissum esse *Marchionem*. Casus ita se habuit. Feria tertia, decimo tertio mensis, prandium ceperat apud Episcopum. Egressum inde duo ex affectis invasere cultris, tenuiter tunc comitatum viris: eumque ictibus configere non abstitere, donec spiritus ad orcum præceps abiret. Comprehensi ambo interrogatique quis eos ad cædem subornasset? ab *Anglo* se immissos responderunt. Regiminis cura a duobus suscepta, qui Arcem custodiendam sumsere, usque dum rei fama ad Reges perferretur. Sic concordia, salusque publica loci mansere.

CAPUT CENTES. QUADRAGESIMUM QUINTUM.

ذكر تتمة خبر الملك المنصور وما جري له

De Almalicho Almansouro quid porro factum sit.

وذلك انه لما بلغه مواخذة السلطان انفذ الي الملك العادل رسولا يتشفع به ليطيب قلب السلطان ويقترح عليه احد قسمين اما حران والرها وسميساط واما حماة ومنبج وسلمية والمعرة مع كفالة اخوته ورجع الملك العادل السلطان مرارا فلم يجبه الي ذلك بشيء منه فكثرت الشفاعة اليه من جميع الامراء وهزت شجر ذكر منه فرجع خائفا النبوي وحلف له علي حران الرها وسميساط علي انه اذا عبر الفرات اعطي المواضع افراجها وتكفل اخوته ويتخلي عن تلك المواضع التي في يده ودخل تحت ضمان ذلك كله الملك العادل ثم التمس الملك العادل خط السلطان فابا ولح عليه فخرق نسخة اليمين في تاسع وعشرين ربيع الاخر وانفصل الحال وانقطع

QUum filius *Tacoddini* indignationem intellexisset *Sultani*, legationem direxit ad *Almalichum Aladilum*, ut ad *Sultanum* intercederet, ejusque sibi cor reconciliaret. Postulabat autem alterutrum horum, vel *Charras*, *Edessam*, *Samosataque*; vel *Chamatam*, *Manbesjum*, *Salamiam*, *Maarramque* cum fratrum suorum tutela. *Almalichus Aladilus* plus vice simplici compellato hac de re *Sultano* nihil impetrare valuit. Sed quum omnium ducum intercessione fatigaretur, atque *quercus* hujus mentionis perpetuo *concuteretur*, reversus ad Propheticam illam mitemque suam indolem, sub jurisjurandi religione ei cum fratrum tutela *Charrus*, *Edessam*, & *Samosata* permisit, quæ si *Euphratem* trajecisset, præsidiis iterum vacua redderet. Pro his fidejussorem se præbuit *Almalichus Aladilus*, qui *Sultanum* quoque rogavit chirographum. Id quum abnueret, alteque importunius flagitaret, undetricesimo

Rabiæ posteriotis laceratis per *Sultanum* jurisjurandi tabulis ruptum fuit negotium, abruptus sermo. Ego autem inter eos ultro citroque commearam internuncius. *Sultanum* gravissima cepit indignatio, quod ab aliquo nepotum tale ei negotium concitaretur.

وانقطع الحديث وكنت المتردد بينهما في ذلك واخذ من السلطان الغيظ كيف يخاطب مثل ذلك من جانب بعض اولاد اولاده

CAPUT CENTES. QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Adventus Legati Græci.

ذكر قدوم رسول الروم

IPsis deinde kalendis *Sjumadæ* prioris e Magna *Constantinopoli* accessit Legatus, insigni honore exceptus. Is ad præsentiam *Sultani* die tertio mensis admissus, mandata sua exposuit; inter quæ hæ erant petitiones, Ut vera ipsis Crux concederetur: Ut templum Resurrectionis sacerdotibus *Græcis* assignaretur, itemque reliquæ Urbis Sanctæ basilicæ: Utque sociatis voluntatibus viribusque communes haberemus inimicos amicosque; atque Insulam *Cyprum* communibus armis invaderemus. Post bidui moram ita est dimissus, missusque simul a parte nostra Legatus, cui *Ibn Elbazzazo* nomen, domo *Egyptius*, ut omnes illi articuli repudiarentur. De Cruce speciatim additum, Regem *Georgiæ* pro ea ducena aureorum millia obtulisse, repulsamque tulisse.

ولما كان مستهل جمدي الاول وصل رسول من قطسطينية الكبري والتقي بالاحترام والاكرام ومثل بالخدمة السلطانية في ثالث الشهر وكانت رسالته تشتمل علي مطالبة منها صليب الصلبوت ومنها ان تكون القمامة في ايدي اقساء من جانبه وساير كنايس القدس ومنها ان يقع الاتفاق معه علي ان يكون عدو من عاداه وصديق من صادقه وان يوافق علي قصد جزيرة قبرص فاقام علي يومين ثم سير معه رسول يقال له ابن البزاز من الديار المصرية واجيب بالمنع عن جميع مقتوحاته وقبل ان للصليب قد بذل ملك الكرج فيه ماييتي الف دينار فلم يجب الي ذلك

CAPUT CENTES. QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Quid Almalicho Aladilo usu venerit respectu provinciarum Transeuphratensium.

ذكر ما جري للملك العادل في البلاد التي هي قواطع الفرات

QUum *Almalichus Alaphdalus* iter esset ingressus, *Aladilus* cor *Sultani* adversus filium *Tacoddini* emollivit, crebris de eo habitis sermonibus. Postremo me una cum *Aladilo* ad consultationem cum ducibus hac super re incundam misit. Quum evocati adfuissent, edidi ipsis mandata mea. Ibi tum *Emirus Husamoddinus Abulhaisjaüs* hæc dicta dedit. *Omnes equidem servitia sumus Sultani, mancipiaque. Illum autem Puerum fortassean metus impulerit, ut alteri se parti & Patrono applicet. Jam vero nos omnia ampletti non quimus, ut bellum cum Fidelibus simul, simul In-*

وذلك انه لما سار الملك الافضل رقق الملك العادل قلب السلطان علي ابن تقي الدين وقد كثر الحديث في معناه وانفذني السلطان لمشاورة الامراء في خدمة الملك العادل في امره فجمعهم في خدمته فذكرت لهم ما رسلني فيه اليهم فانتدب الامير حسام الدين ابو الهيجاء للجواب وقال نحن عبيده وممالكه وذلك صبي وربما حمله خوفه ان انضاف الي جانب اخر ونحن فما نقدر علي الجمع بين قتال المسلمين والكفار فان اراد اننا نقاتل

Digitized by Google

نقاتل المسلمين صالحنا الكفار وسرنا الي ذلك الجانب وقاتلنا بين يديه وان اراد منا ملازمة الغزاة صالح المسلمين وسامحهم وهذا كان جواب الجميع فرق السلطان وجددت له نسخة يمين لابن تقي الدين وحلف له بها واعطاه خطه بما استقر من القاعدة ثم ان الملك العادل التمس من السلطان البلاد التي كانت بيد ابن تقي الدين بعد استغلاله وجرت مراجعات كثيرة في العوض عنها وكانت الرسول بينهما وكان اخر ما استقر انه يتسلم تلك البلاد وينزل عن كل ما هو شامي الغزاة ما عدا الكرك والشوبك والصلت والبلقا وخاصة بمصر بعد النزول عن جبزة وعليه في كل سنة ستة الاف غرارة غلة تحمل للسلطان من الصلت والبلقاء الي القدس والمغل في السنة المذكورة في مواضعه له ومغل قاطع الغزاة في هذه السنة للسلطان ايضا واخذ خط السلطان بذلك وسار بنفسه يصالح امر ابن تقي الدين ويطيب قلبه وكان مسيره في ثامن جمدي الاول

Infidelibus geramus. Si cum Muſulmannis nos vult depugnare, pax cum infidelibus prius firmanda, ut ſtrenuam ei ab altero illo latere operam navemus. Sin bello Sacro incumbi a nobis deſiderat, Muſulmanni liberali pace devinciendi ſunt. Idem fuit omnium reſponſum. Inflexo evictoque tum *Sultano* renovatæ ſunt per me Jurisjurandi tabulæ pro Filio *Tacoddini*; ſimulque Chirographo ſuo quæ convenerant ſubſignavit. Poſtea petiit adhuc *Aladilus* a *Sultano*, provincias quas *Tacoddinus* imperio auctus obtinuerat. Multa ultro citroque agitata, quid pro iis *Sultano* redderet, me parario & internuncio. Tandem ita convenit, ut reciperet *Aladilus* regiones illas, dimitteretque quicquid *Syriæ* cis *Euphratem* poſſideret, excepta *Caracha*, & *Sjaubecho*, & *Aſſelto*, & *Belkaa*, privoque in *Ægypto* peculio, unde tamen *Gizam* redderet: utque quotannis ſex mille ſaccos frumenti ex *Aſſelto* & *Belkaa* penderet *Sultano*, ad Urbem Sanctam devehendos. Reliquum locorum proventum ſibi haberet; hoc tamen anno omnem proventum fore *Sultani*. Accepto in has conditiones *Sultani* Chirographo, ipſe illuc iter aſſumſit, ut res ordinaret filii *Tacoddini*, eumque confirmaret. Profectus eſt octavo *Sjumadæ* prioris.

CAPUT CENTES. QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

ذكر استيلاء الفرنج علي الدارون

Franci Darounum occupant.

وكان الفرنج خذلهم الله تعالي لما راوا ان السلطان قد اعطي العساكر دستورا وتفرقت العساكر عنه نزلوا علي الدارون طمعا فيه وكان بيد علم الدين قيصر وفيه نوابه ولما كان يوم تاسع جمدي الاول اشتد زحف العدو علي المكان راجلا وفارسا وكان الانكشار قد استفسد من نوبة عكا نقابين حلبيين فتمكنوا من نقب المكان واحرقوا النقب وطلب اهل الحصن مهلة بحيث يشاورون السلطان فلم يمهلوهم فاشتدوا في القتال عليه فاخذوه عنوة فاستشهد فيه من قدر الله له ذلك وامر من قدر الله له ذلك وكان ذلك قدرا مقدورا

ذكر

QUum *Franci*, quos male fruſtretur Deus, vidiſſent, exercitibus commeatum a *Sultano* indultum, copiaſque ab ipſo domum dilapſas eſſe, *Darounum* circumſederunt; ejus potiundi percupidi. Tenebat illud *Alamoddinus Cæſar* per præfectos. Locus vehementiſſime pedite ſimul, ſimul equite, oppugnatus die *Sabbati*, nono *Sjumadæ* prioris. *Anglus*, quum *Ptolemais* expugnabatur, *Halebenſes* quoſdam mœnium quaſſatores corruperat, qui cæſuri hujus murum perfractum ſuccenderunt. Petiit tum præſidium moram ad *Sultanum* conſulendum. Ea denegata; moxque toto conniſi impetu caſtrum vi expugnarunt. Prout fatum cujuſque tulit, irrevocabile illud fatum, ita partim obtruncati, partim in vincula compacti fuere.

CAPUT CENTES. QUADRAGESIMUM NONUM.

Masjdeljaba ab iisdem impetita.

ذكر قصدهم لمجدل يابا

QUum *Darounum* in poteſtatem redegiſſent, compoſitis rebus ejus, impoſitoque lecto præſidio, ſtativa poſuerunt in loco cui *Elbeſio* nomen; qui adjacet monti *Abrahami*, cui pax ſit. Quum ibi decimum quartum *Sjumadæ* prioris diem ſubſtitiſſent, ad Arcem *Masjdeljabam* impetendam ſeſe accingunt. Quum expedito equitatu illuc, e ſtativis hiſce, perrexiſſent, copiæ noſtræ, quæ præſidium ibi tenebant, adverſus eos prodiere. Fit acre certamen; in quo illuſtris inter eos Comes procubuit. Martyr quoque occubuit unus *Muſulmannorum* eques. Cauſa cædis hæc fuit, quod quum, elapſa ei haſta, deſcendiſſet ad eam recipiendam, equus ſeſſorem recuſarit. Sic circumventus occiditur. Ceterum eluſi fruſtratique, reliquo dici hujus ad tentoria ſe ſua retulere.

ولما استولي الفرنج علي الدارون سماروا بعد ان قرروا امره ووضعوا فيه من اختاروا له حتي نزلوا علي منزلة يقال لها الحسي وهي قريب من جبل الخليل عليه السلام وذلك في رابع عشر جمدي الاولي فاقاموا عليه ثم تاهبوا لقصد حصن يقال له مجدل يابا فاتوه جريدة وخلفوا اخبامهم في منزلتهم وكان بها عسكر الاسلامي فلقيهم وجري بينهم قتال عظيم وقتل من العدو كند مذكور بينهم واستشهد من المسلمين فارس واحد كان سبب قتله انه وقع رمحه فنزل ياخذه فمنعه فرسه الركوب فبادروه وقتلوه وعادوا الي خيامهم بقية اليوم خايبين ولله الحمد

CAPUT CENTESIMUM QUINQUAGESIMUM.

Conflictus in agro Tyrio.

ذكر وقعة جرت في صور

DIe decimo ſexto *Sjumadæ* prioris literæ venerunt ab *Huſamoddino Beſsjara*, quibus ſignificabat, ad centum equites *Tyri* relictos aggregaſſe ſeſe quinquaginta circiter e *Ptolemaide*; qui cupidine ducti prædæ, ad ditionis noſtræ agrum infeſtandum populandumque excurrerint. In eos impetum fuiſſe factum a copiis noſtris præſidiariis; acremque ortum conflictum, quo quindecim hoſtibus abſumtis, nemine *Muſulmannorum* cæſo, male mulcati fruſtratique diſceſſerint.

ولما كان سادس عشر جمدي وصل كتاب من حسام الدين بشارة يذكر انه تخلف في صور مايتة راكب وانضم اليهم من عكا مقدر خمسين وطمعوا فخرجوا بشن الغارات علي البلاد الاسلامية فوقع عليه العسكر المرصد لحفظ البلاد من ذلك الطرف وجري بينهم قتال شديد قتل من العدو خمسة عشر نفرا ولم يقتل من المسلمين احد وعادوا خايبين ولله الحمد

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Novæ Copiæ Iſlamiticæ ad bellum ſacrum præſto ſunt.

ذكر قدوم العساكر الاسلامية الي الجهاد

QUum *Sultanus* cerneret hoſtem denuo promicare, undique regionum copias

ولما راي السلطان ما جري من العدو من التنبط سير العساكر من ساير الاطراف

الاطراف ان يسابق الي الحضور وكان اول قادم بدر الدين دلدرم مع خلق كثير من التركمان ولقيه السلطان واحترمه ووصل بعده عز الدين بن المقدم في سابع عشر جمدي الاول بعسكر حسن والات جيدة ففرح به السلطان

واما العدو فانه رحل من الحسي ونزل علي مفرق طرق منها طريق عسقلان وطريق الي بيت جبرين والي غير ذلك من الحصون الاسلامية ولما بلغ السلطان ذلك امر العساكر ان سارت نحوه فخرج ابو الهيجا السمين وبدر الدين دلدرم وابن المقدم وتتابعت العساكر وتخلف هو في القدس لنوع النباث كان عرض له فلما احس العدو المخذول بظهور العساكر الاسلامية عاد خايبا خاسرا ناكصا علي عقبه ووصلت الكتب من الامراء مخبرين برحيل العدو الي عسقلان

pias excivit, ut quantocyus ad bellum sacrum se sisterent. Primus advenit *Bedroddinus Duldurmus* cum ingenti *Turcomannorum* manu, qui perhonorifice a *Sultano* est receptus. Post eum accessit *Ezzoddinus* filius *Mokaddemi*, decimo septimo *Sjumadæ* prioris, pulcherrimo cum exercitu, paratuque eximio, lætanter quoque exceptus.

Hostis interim ab *Elhissio* moverat, atque in divergio constiterat viarum, quæ partim *Ascalonem*, partim *Beitsjebrinum*, partim alias ad arces *Islamiticas* ferebant. Ad eum nuncium mandat *Sultanus*, ut exercitus nostri hostem versus contendant. Educunt *Abulhaisjaus Pinguis*, *Bedroddinus Duldurmus*, & filius *Mokaddemi*, quos reliquæ mox copiæ subsecutæ. Ipse *Hierosolymis* substitit, ob turbationem aliquam temperamenti, quæ ipsum incesserat. Hostis ad conspectum copiarum nostrarum frustra se fore sentiens, irritus elususque retro vestigia *Ascalonem* versus relegit. Id per literas ducum significatum.

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

ذكر تعبية العدو لقصد القدس الشريف

Hostis Hierosolymas petere parat.

ولما كان يوم السبت ثالث وعشرين جمدي الاول وصل قاصدا من العسكر يخبر ان العدو قد خرج في راجله وفارسه وسواد عظيم وخيم علي تل الصافية فسير السلطان الي العساكر الاسلامية ينذرها ويحذرها ويستدعي الامراء جريدة الي عنده ليعقدوا رايا فيما يقع العمل فيه بمقتضاه فوصل ورحل العدو من تل الصافية الي جانب النطرون فنزل شماليه وذلك في سادس وعشرين جمدي الاول وكان قد سارت من عرب الاسلام جماعة للغارة علي يافا فوصلوا بليل من غير علم لحركة العدو فنزلوا في بعض الطريق يقتسمون فوقعت عليهم عساكر العدو واخذوهم وهرب منهم ستة نفر فوصلوا الي السلطان واخبروه الخبر ووصلت الجواسيس ووصلت الاخبار من جانب العدو يخبرون انه يقيم بالنطرون لنقل الازواد والالات التي

Die *Sabbati* deinde, vicesimo tertio *Sjumadæ* prioris, cursor ex exercitu summissus nunciavit, hostem cum peditatu equitatuque, nec non gravi impedimento, tentoriisque, processisse ad *Tel Assaphiam*. Jussis tum exercitibus nostris, ut curam custodiamque intenderent, duces ad se expedito cum equite evocavit, ut quid agendum esset secum deliberarent. Die vicesimo sexto a *Tel Assaphia Netrounum* versus progressus est hostis, atque a boreali ejus latere consedit. Excursionem autem fecerant *Arabes* multi, nostrarum partium, ad *Jaffam*, atque ignari motus hujus hostilis, quum ob ingruentem noctem eadem in via divisis agminibus subsedissent, ab hostium exercitibus oppressi sunt, captique. Sex inde fuga elapsi, nuncii fuere cladis. Exploratores deinde rumoresque attule-

Digitized by Google

re, hoſtem *Netrouni* ſubſiſtere, expectantem cibaria, & inſtrumenta, quæ ad expeditionem requiruntur bellicam: hæc ubi advecta fuerint, Urbem Sanctam aggredi in animo habere. Die *Mercurii*, viceſimo ſeptimo', cum mancipio *Almesjtoubi* legatus ab iis acceſſit, de *Karakousjo* acturus, atque de pace quoque mentionem redintegraturus.

التي تدعو الحاجة اليها في الحرب فاذا
حصل عندهم ما يحتاجون اليه قصدوا
القدس الشريف حرسه الله تعالي وفي
يوم الاربعاء وصل منهم رسول
صحبة غلام كان للمشطوب
عندهم يحدث في معني
قراقوش ويتحدثون في معني
الصلح

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Beitnoubam caſtra promovent, quæ planities eſt inter montes Jaffæ; Hieroſolymis una diſtans dieta.

ذكر نزولهم في بيت نوبه وهو
موضع وطاء بين جبال يبنا
بينه وبين القدس
مرحلة

EOdem die *Mercurii* caſtra *Beitnoubam* protulere. Eo cognito conſilium advocat *Sultanus*, ex principibuſque, quid faciundum autument, explorat. Conſultiſſimum viſum, ut mœnia inter principes partiretur reſarcienda; Ipſeque reliquo cum exercitu expeditus procederet in hoſtem. Sic locis cuique ſuis aſſignatis, ad utrumque paratos fore omnes, ut ſi neceſſitas vocet, educant: ſin operi inſiſtendum ſit, inſiſtant. Hæc ita conſcriptis ſcedulis expedita.

فرحلوا من النطرون يوم الاربعاء سابع
وعشرين ربيع الاول ونزلوا ببيت نوبه ولما
عرف السلطان ذلك استحضر الامراء وضرب
المشورة فيما يفعل وكان خلاصة الراي ان
يقسم الاسوار علي الامراء ويخرج ببقية
العسكر جريدة الي جهة العدو فاذا عرف
كل قوم موضعهم من السور استعدوا وان
دعت الحاجة اليهم خرجوا وان دعت
الحاجة الي ملازمة مواضعهم لازموها
فكتبت الرقاع وسيرت الي الامراء

Quum interim via *Jaffæ* pervia & libera eſſet commeatum hoſti ſupportantibus, excurſatoribus noſtris injunctum a *Sultano*, ut ei quantum poſſent incommodarent. *Duldurmus Bedroddinus*, qui tum illis intererat, circa viam ſat denſa multitudine confertas locat inſidias. Eas prætervehitur equitatus hoſtilis, commeatum ſubvehenti catervæ appoſitus ad cuſtodiam. Hunc viribus ſuis inferiorem judicantes noſtri, infeſto invadunt agmine. Atrox ſurgit prælium. Clades in hoſtem incumbit. Triginta ex iis cæſi. Capti complures. Captivi undetriceſimo *Sjumadæ Hieroſolymas* deducti; felicis eventus magnum lætumque omen præbuere. Hoſtis hoc ipſo caſu majorem in modum perculſus atque infractus fuit. Stationariis vero noſtris crevere animi, generoſi crevere impetus, ſic ut ipſum infeſtarent exer-

وكان طريق يافا سابلة لمن ينقل الميرة
الي العدو فامر السلطان من في البرك
ان يعل معهم ما يمكنهم وكان في البرك
بدر الدين دلدرم فكمن حول الطريق
كمينا فيه جماعة جيدة فر بهم جمع من
خيالة العدو ويحوي قافلة تحمل ميرة
فاستضعفوهم فحملوا عليهم وجري قتال
عظيم كانت الدايرة فيه علي العدو وقتل
ثلثين نفرا واسر جماعة ووصل الاسراء
تاسع عشر جمدي الاول الي القدس
وكان لدخولهم وقع عظيم وجري
علي العدو من ذلك وهن
عظيم وقويت قلوب
البركية وانبعثت همهم
حتي حملوا علي العسكر
ونزلوا

Digitized by Google

ونزلوا الي اطراف الخيم ولله الحمد

ولما علم المسلمون كون القوافل لا تنقطع خرج جماعة واخذوا معهم عربا كثيرة وكمنوا كمينا واجتازت القافلة ومعها جمع كثير فخرجت العرب علي القافلة فتبعتهم الخيالة فاندرجوا بين ايديهم منهزمين نحو المسلمين فخرجت الاتراك عليهم فاخذوا وقتلوا وجرح من الاتراك جماعة وذلك في ثالث جمدي الاخرة

exercitum, atque ad tentoria hostilia sese penetrarent.

Quum tamen cernerent nostri, commeatus haud interrumpi, *Arabum* adscita manu conferti in insidiis subsedere. Præter eos quum trajiceret caterva commeatum portans, multo milite stipata, in eam insiluere *Arabes*; quos equitatus hostilis terga vertere coëgit; ad suos refugientibus insistens. Prosiluere tum *Turcæ*, hostiumque alios cecidere; alios cepere; ipsis quoque non incruentis. Id tertio *Sjumadæ* posterioris accidit.

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

ذكر اخذ قافلة مصر حرسها الله تعالي

Caterva viantium Ægypto, Divinitus protecta, rediens opprimitur.

وكان قد تقدم السلطان الي عسكر مصر بالمسير واوصاهم بالاحتراز والاحتياط عند مقاربة العدو واقاموا ببلبيس اياما حتي اجتمعت القوافل اليهم واتصل خبرهم بالعدو ثم ساروا طالبين البلاد والعدو يترقب اخبارهم وتتوصل اليهم بالعرب المفسدين ولما تحقق العدو خبر القفل امر عسكره بالاحتياط والتحفظ وسار حتي اتي الصافية تل الصافية فبات ثم سار حتي اتي الصافية ثم علق علي خيله قبة وسار حتي اتي ماء تقابل الحسي واتصل خبر نهضة العدو بالسلطان فانفذ انذر القافلة وكان المندوب لذلك امير اخور اسلم والطنبا العادلي وجماعة من الفرسان المذكورين وامرهم ان يتعدوا بالقفل في البرية ويبعدونهم عن العدو مهما امكن فاتفق ان العسكر وصل الي الحسي وصول العدو اليه فلم يقيموا عليها وساروا حتي وصلوا القفل والعسكر المصري فاتوا بالقفل علي ذلك الطريق ثقة منهم بانهم لم يجدوا في ذلك ذاعرا ولا احسوا فيه بمخوف فرغبوا في قرب الطريق وسلكوا بالناس علي هذا الطريق فوصلوا الناس الي ماء يقال له الخو يلفه وتفرق الناس لاجل الماء فاخبرت العرب العدو بذلك وهو نازل براس الحسي فقام من وقته وسري حتي اتاهم قبيل الصبح

EXercitui *Ægyptiaco* jam ab aliquo tempore edixerat *Sultanus*, ut præsto adesset; præmonueratque simul, ut quum prope hostem venissent, circumspectissime sibi caverent. Illi aliquot dies *Belbisi* subsistere, ut mercatorum catervæ se ipsis adjungerent. Id hosti renunciatum. Ei etiam, quum jam itineri se commisissent, rumores captanti, a perditæ fidei *Arabibus* crebri venere nuncii, unde certior factus de harum catervarum motu, diligente sui custodia exercitui commendata, ipse ad *Tel Assaphiam* se contulit, ibique pernoctavit. Inde *Assaphiam* perrexit; unde *peditum agmine* post equitem *suspenso*, properavit ad Aquam quæ *Elbissio* exadversum sita est. *Sultanus* hoc motu hostili audito, misit qui Catervam cavere sibi monerent. Sponte se hanc in rem obtulerant *Emirus Acher Aslamus*, & *Tenba Adelita*, cum illustrium equitum multitudine, quibus præcepit, ut desertum potius cum viatoribus trajicerent, eosque ab hoste longius amoverent, quoad ejus fieri posset. Casus tulit ut hoc agmen nostrum *Elbissium* attigerit eodem, quo hostis, tempore: quod nulla facta mora ulterius ad viantium catervas atque ad exercitum *Ægyptiacum* pertendit. Hi illam viam tenebant, quod eam omni terrore ac periculo vacuam confiderent, compendiariaque usuri, longo illam filo secabant. Quum ad Aquam *Chowuilepha* dictam perventum esset, aquandi gratia dispersi fuere homines. Id *Arabes* hosti

indicarunt, qui ſubſidebat ad caput *Elhiſſii*. Ille e veſtigio conſurgens totam ivit noctem, donec paulo ante auroram eos attigiſſet. Ductor exercitus erat *Phulcoddinus*, frater uterinus *Almalichi Aladili*, cui *Aſſamus* auctor fuerat, ut de nocte iter ingreſſus, ad montana ſeſe ſubduceret. *Phulcoddinus* metuens ne ſi noctu moviſſet, aliquid turbaretur in Caterva, quod longe lateque dilapſa foret, promulgavit, ad auroram demum viæ ſeſe accingerent.

De *Anglo* deinceps relatum nobis eſt, eum, quum primum illum nuncium accepiſſet, haud accredidiſſe *Arabibus*, atque cum iis, comitantibus pauciſſimis ſuorum, pervectum fuiſſe uſque ad Viantes turmas, eaſque habitu ornatuque *Arabis* circumluſtraſſe; quas quum in utramque aurem dormientes, ſomnoque ſepultas vidiſſet, revectum, copias ſuas equitare juſſiſſe. Impreſſio data paulo ante quam illuxiſſet. Simul equite ſimul pedite oppreſſi obtritique noſtri. Inter eos is ſibi viſus Heros, is fortis ac præſtrenuus, qui conſcenſo equo animam ſuam eripere valuit. Illos fuga viatores verſus abſtulit, hoſte terga premente, qui ab exercitu noſtro averſum impetum, in illas catervas convertit. Earum tripartito ſciſſarum pars alia *Caracham* contendit cum *Arabum* manu, & copiis *Aladili*: alia cum aliis *Arabibus* penetravit ſeſe in deſertum: alia victor potitus eſt hoſtis, qui homines, camelos, onera, & quicquid advexiſſent, pro præda abegit. Fœda enimvero clades, qualis a longo ſpatio *Iſlamiſmum* haud tetigerat. Erant tamen in exercitu *Ægyptiaco* fortitudine præluſtres bene multi, ut *Huſeinus Sjarachius*, *Phulcoddinus*, ambo *Sjawelidæ*, aliique famæ palmam adepti. Ab hoſte ducentos equites cecidiſſe narrant alii, alii decem tantum: modum egreſſi utrique in augendo minuendove. Ex nobilibus *Muſulmannis* martyrio coronati, ad miſericordiam Dei abiere, *Joſephus* janitor, & *Sjawelides* minor.

Ceterum qui per deſertum dilapſi fuerant, opes ſuas abjecere, latque ſe fortunatos credidere, ſi ſalvi inde evaſiſſent. Hoſtis quæ recolligere poterat, collegit, equos, mulos, camelos, ſupellectilia, aliaque genera divitiarum, atque ipſis etiam camelariis camelorum onera; mulariis mulorum miniſteria; equiſonibus

الصبح وكان مقدم العسكر فلك الدين
اخو الملك العادل لامه فاشار اسلم
بالمسير ليلا قطعا للطريق واستظهارا
بالصعود الي الجبل فخاف فلك الدين انه
ان رحل بالليل جري امرا بالليل علي
القافلة لتبددها فنادي في الناس ان لا
يرحلوا الي الصباح واما الانكتار بلغنا
انه لما بلغه الخبر لم يصدق به فركب مع
العرب بجمع يسير وسار حتي اتي القفل
وطاف حوله في صورة عربي وراهم ساكنين
قد غشيهم النعاس فعاد واستركب عسكره
وكانت الكبسة قريبة الصباح فبغت
الناس ووقع عليهم بخيله ورجله وكان
الشجاع الايد القوي الذي ركب فرسه
ونجا بنفسه وانهزم الناس الي جهة
القفل والعدو يتلوهم فلما راوا القفل
اعرضوا عن قتال العسكر وطلبوا القفل
فانقسم القفل ثلاثة اقسام قسم قصدوا
الكرك مع جماعة من العرب وعسكر
الملك العادل وقسم اوغلوا في البرية
مع جماعة من العرب وقسم استولي
عليهم العدو فساقهم بجمالهم
واحمالهم وجميع ما كان معهم
وكانت وقعة شنعاء لم يصب
الاسلام بمثلها من مدة مديدة
وكان في العسكر المصري جماعة
من المذكورين كحسين الجراخي
وفلك الدين وبني
الجاولي وغيرهم من
المذكورين وقتل من العدو
زهاء مايتي فارس علي راوية
وعشرة انفس علي راوية ولم يقتل
من المسلمين معروف سوي
الحاجب يوسف وابن الجاولي
الصغير فانهما استشهدا الي رحمة
الله تعالي

وشدد الناس في البرية ورموا اموالهم
وكان السعيد منهم من نجا بنفسه وجمع
العدو ما امكنهم جمعه من الخيل
والبغال والجمال والاقمشة وساير انواع
الاموال وكلف الجمالين كلفة الجمال
والخرندية خدمة البغال والساسة خدمة
الخيل

bus equorum injunxit officia; atque grave præda agmen trahens, exercitum suum repetiit. Ad *Chowailepham* aquaturus consedit. Inde *Elbissium* iter continuavit. Retulit qui captivus iis tunc intererat nonnemo, nocte ista rumorem incessisse, *Sultani* exercitum adventare, ac relicta præda fugam eos arripuisse, atque aliquanto temporis spatio afuisse: at deinde, quum discussus esset ille metus, ad impedimenta rediisse. In illa absentia multitudo victorum e nostris aufugit, inter quos etiam relator hicce erat. Eum ego rogavi, quantus, ex conjectura, foret numerus camelorum & equorum captorum. Ille tria millia camelorum circiter, quingentos captivos, paremque ferme numerum equorum se conjectare regessit. Idem alii bene multi confirmarunt.

Clades hæc die *Martis*, undecimo *Sjumadæ* posterioris importata, ejusdem diei vespera jam extrema ad *Sultanum* pervenit, me ad officia Ei assidente. Stabulariorum dissipata turba hunc perferebat nuncium, quo nullus graviori vulnere cor ejus sauciavit, intimaque vehementius concussit confuditque. Eum quidem sedare ac solari sum aggressus; sed nulla ille dolorum fomenta admittebat.

Origo & causa mali hæc erat, quod *Emiro Acher-Aslamo* non obtemperatum fuisset, quum montana scandere, ibique considere submonuisset. Ille cum suis in montes sese tum subduxerat, ubi, quum impressio illa facta fuit, nullus hostium ad eum pervenit, quum nihil quicquam de illo rescivissent. Ceterum fuga dilapsos *Musulmannos* quum equitatus *Francorum* esset insecutus, peditatus substitit ad supellectilem a tergo relictam colligendam. *Emirus Acherus* quum equitem a pedite longius sejunctum percepisset, nec opinato eos impetu obtrivit, equitatu suo in ipsos immisso. Complures cæsi. Jumenta abstracta, quorum e numero erat nullus, quem insidebat is, qui hunc nuncium adferebat.

Hostis autem castra sua repetens, illuc die *Veneris*, decimo sexto *Sjumadæ* posterioris, devenit, quem illi insigni festivitate, & lætitia inenarrabili, traduxerunt ac celebrarunt. Ad *Beitnubam* deinde in planitiem translata iterum tentoria, a certis jam, & deliberatum habentibus,

الخيل وسار في جحفل من غنيمة يطلب
عسكره فنزل علي الخويلفه وسقا منها
ثم سار حتي اتي الحسي ولقد حكي
من كان اسيرا معهم لن في ذلك الليلة
وقع فيهم الصوت ان عسكر السلطان قد
قصدهم فتركوا الغنيمة وانهزموا وبعدوا
عنها زمانا ولما كان انكشف لهم ان
العسكر لم يلحقهم عادوا الي الرحل
وهرب في تلك الغيبة جمع من اساري
المسلمين وكان الحاكي منهم فسالته بكم
حزرتم الجمال والخيل فاخبر ان الجمال
والخيل تناهز ثلاثة الاف جمل
والاساري خمس مايه واقربها
بذلك عدة الخيل اخبر بذلك
جماعة

وكانت هذه الوقعة صبيحة الثلثا حادي
عشر جمدي الاخر ووصل الخبر الي
السلطان في عشية ذلك اليوم بعد عشا
الاخرة وكنت جالسا في خدمته ووصل
بالخبر شات من الاصطبلية فما مر
بالسلطان خبر انكا منه في قلبه ولا اكثر
تشويشا لباطنه واخذت في تسكينه
وتسليته وهو لا يكاد يقبل التسلية

وكان اصل القضية ان امير اخر اسلم
اشار عليهم انهم يصعدون الجبل وينزلون
فلم يفعلوا فصعد هو الجبل واصحابه
فلما وقعت الكبسة كان هو علي الجبل
فلم يصل اليه احد من العدو ولم يشعروا
به ولما انهزم المسلمون تبعهم خيالة
الافرنج واقلم الرجالة منهم يستولون علي
ما تخلف من المسلمين من الاقشة فلما
تحقق امير اخر ان الخيالة قد بعدت
عن الرجالة نزل اليهم بمن معه من الخيل
وكبسهم من حيث لم يشعروا وقتلوا منهم
جماعة وغنموا منهم دوابا من جملتها بغلا
كانت تحت هذا القاصد

ثم سار العدو يطلب خيامهم وكان وصوله
الي مخيمهم يوم الجمعة في سادس عشر
جمدي الاخر وكان يوما عظيما عندهم
اظهروا فيه من السرور واسبابه ما لم يمكن
وصفه واعادوا خيمهم الي الوطاة علي بيت
نوبه

Digitized by Google

Hieroſolymas aggredi. Animos videlicet fecerant opima illa ſpolia, camelique commeatu largiſſimo onuſti, qui cum exercitu ex *Ægypto* erant advecti. Agmen præterea diſpoſuerunt ad *Lyddam*, quod præſideret viæ, ſubvectionique perpetuæ cibariorum. Comes quoque *Henricus* dimiſſus *Tyrum*, *Tripolin*, *Ptolemaidemque*, qui inde quicquid militarium eſſet virorum adduceret, cogeretque ad expeditionem *Hieroſolymitanam*. Id quum *Sultanus* intellexiſſet, mœnibus denuo inter duces diviſis, obſidioni ſuſtinendæ cuncta parare præcepit. Cœpit etiam aquas extra Urbem Sanctam corrumpere, ciſternaſque & puteos diruere; ita ut circa nihil remaneret omnino quod bibi poſſet. Contentiſſimo ſtudio ac labore iſti rei perficiendæ incubuit, quod terra *Hieroſolymitana* apta nata haud ſit ad puteos aquæ limpidæ ac perennis effodiendos, quippe quæ magno duroque ſaxo in montem conſurgat. Emiſit denique qui undique orarum ac regionum exercitus evocarent.

فوبه وصح عزمهم علي القدس فقويت
نفوسهم بما حصلوا عليه من الاموال
والجمال التي تنقل المبرة والازواد الواصلة
من مصر مع عسكرها ورتبوا جماعة علي
لد يحفظون الطريق علي من ينقلون المبرة
وانفذوا الكند هري الي صور وطرابلس
وعكا يستحضر من فيها من المقاتلة
ليصعدوا الي القدس ولما عرف السلطان
ذلك منهم عاد الي الاسوار فقسمها علي
الامراء فتقدم اليهم بتهيبة اسباب
الحصار واخذ في افساد المياه
ظاهر القدس فاخراب الصهاريج
والجباب بحيث لم يبق حول
القدس ما يشرب اصلا واطنب
بذلك اطنابا عظيما وارض القدس
لا يطمع في حفر بير فيها ماء
معين لانها جبل عظيم وحجر صلب
وسير الي العساكر يطلبها من الاوباب
والبلاد

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Revocatus Almalichus Alaphdalus e ſuperioribus illis provinciis, quum jam Halebum perveniſſet.

ذكر قدوم الملك الافضل يامره
بالعود عن تلك البلاد وكان قد
وصل الي حلب المحروسة

*A*Lmalichum *Alaphdalum* quum revocaſſet *Sultanus*, conſternatus animo, confuſuſque interiore æſtu ac tumultu, *Damaſcum* ſe contulerat, patris ſubterfugiens conſpectum. Verum invaleſcente *Francorum* negotio citatus denuo, ſeſe ſubtrahere & tergiverſari non quitus eſt; atque cum copiis Orientalibus, quas *Damaſcum* deduxerat, præſto adfuit, die *Jovis* undeviceſimo *Sjumadæ* poſterioris. Ei obviam proceſſit *Sultanus* prope *Alazariam*, in pedeſque deſcendit, ut cor ejus confirmaret, eumque ſingulari illo honore demulceret. Ejus in comitatu acceſſit quoque Frater ipſius *Almalichus Addaphirus*; & *Kotboddinus*, quos omnes extra Civitatem eductos hoſti præbuit inſpiciendos.

فلما وصل امر السلطان بالعود
عاد مع انكسار في قلبه وتشويش
في باطنه فوصل الي دمشق متعتبا
ولم يحضر الي خدمة السلطان فلما
اشتد خبر الفرنج سير اليه وطلبه
فلما وسعه التاخر فسار مع من كان قد وصل
من العساكر الشرقية الي دمشق وكان
وصوله في يوم الخميس تاسع عشر
جمدي الاخر فلقيه السلطان قريب
عن العازريه وترجل له جبرا لقلبه
وتعظيما لامره وسار وفي خدمته
اخوه الملك الظافر وقطب الدين
في ظاهر القدس واظهر جمعه
العدو

CA-

CAPUT CENTES QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

ذكر عود العدو الي بلادهم وسبب ذلك

Hoſtis retrogreditur ad ſua. Ejuſque rei cauſa.

ولما كانت ليلة الخميس تاسع عشر جمدي الاخر احضر السلطان الامراء عنده فحضر الامير ابو الهيجاء السمين بمشقة عظيمة وجلس علي كرسي في خيمة السلطان وحضر المشطوب والاسدية باسرهم وجماعة الامراء ثم امرني ان اكلمهم واحثهم علي الجهاد فذكرت ما يسره الله من ذلك وكان مما قلته ان النبي صلي الله عليه وسلم لما اشتد به الامر بايعه الصحابة رضي الله عنهم علي الموت في لقاء العدو ونحن اولي من تاسي به صلي الله عليه وسلم والمصاحة الاجتماع عند الصخرة والتحالف علي الموت ولعل ببركة هذه النية يندفع هذه العدو فاستحسن الجماعة ذلك ووافقوا عليه ثم شرع السلطان بعد ان سكت زمانا في صورة مفكر والناس سكوت كان علي روسهم الطير ثم شرع وقال الحمد لله والصلاة علي رسول الله اعلموا انكم جند الاسلام اليوم ومنعته وانتم تعلمون ان دماء المسلمين واموالهم وذراريهم متعلقة في ذمتكم وان هذا العدو ليس له من المسلمين من تلقاه الا انتم فان وليتم انفسكم والعبان بالله طوي البلاد طي السجل الكتاب وكان ذلك في ذمتكم فاذكم انتم الذين تصديتم لهذا واكلتم مال بيت المال فالمسلمون في ساير البلاد متعلقين بكم والسلام

فانتدب لجوابه سيف الدين المشطوب وقال يا مولانا نحن مماليكك وعبيدك وانت

ILlius undeviceſimi diei nocte *Sultanus* ad ſe duces convocavit. Adfuit *Emirus Abulhaisjaüs Pinguis*, non ſine ingenti moleſtia, atque in prætorio *Sultani* poſita ipſi ſella conſedit. *Mesjtoubus* quoque adfuit, omneſque in univerſum *Aſeditæ*, cum reliqua principum multitudine. Delegatis autem mihi loquendi partibus, ut eos ad ſtrenuam in bello ſacro operam edendam cohortarer, ea commemoravi quæ expromta mihi ſuggerebat Numen. Inter alia diſſerui, prophetæ noſtro omni benedictione cumulato, quum prægravante rerum mole urgeretur, ſocios jurejurando interpoſito fidem ſuam adſtrinxiſſe, ſe cum hoſte ad mortem uſque depugnaturos. Nos vero, addidi, digniſſimi ſumus qui magna illa æmulemur exempla. Itaque conſultiſſimum autumo ut ad *Sacrum Lapidem* congregati conjuremus in mortem. Ea, ſpero, bona intentio hunc fructum benedictionis pariet, ut hoſtis hicce depellatur. Hanc ſententiam conſenſione conſpiratione neque ſua, ut egregiam, comprobavit cœtus. *Sultanus* deinde, quum aliquamdiu meditantis ritu conticuiſſet, omneſque altum tenerent ſilentium immoti, *ac ſi volucris capitibus inſediſſet*, ita exorſus eſt. *Laus Deo, & fauſta ſuper prophetam Dei comprecatio. Scitote vos eſſe præſidium hodie Iſlamiſmi, ejuſque arcem ac propugnaculum. Probe voſmet noviſtis ſanguinem Muſulmannorum, opeſque, progeniemque, a veſtra pendere tutela: atque neminem eſſe qui huic occurrere ſubſiſtereque auſit hoſti, præter vos. Si vos nunc ſubtraxeritis (quod malum verruncet Deus) complicabit atque convolvet hoſtis haſce regiones, prout Signator actionum humanarum Angelus tabulas ſuas convolvit. Illæ tamen fidei ac religioni veſtræ ſunt commendatæ: voſque ii eſtis, qui hoc negotium in vos ſuſcepiſtis, atque eum in finem ex ærario largiter ſuſtentamini... Reliquarum Muſulmanni provinciarum in vobis ſpes opeſque ſuas habent definas. Dixi.*

Promtus ad hæc alacriſque *Saiphoddinus Mesjtoubus*, *Domine noſter*, inquit, *mancipia nos ſumus ſervitiaque Tua, Tu nos-*

beneficiis cumulasti. Tu magnos celsosque effecisti. Tu largis inundasti donis. Nil proprie nostrum, præter cervices nostras. Eas Tibi in manum dedimus atque devovemus. Per Deum! ne unus quidem ab opera tibi navanda se subducet, donec mortem oppetamus. Quum omnes similia contestarentur; exhilaratus isto in consessu animoque refectus, epulo eos excepit. Dimisso deinde cœtu ita dies hicce finitus, ut strenuissime cuncta paranda & curanda viderentur. Ast sera jam vespera, quum pro more ad officium convenissemus, atque vigilando partem noctis consumsissemus, Eo non, prout assolebat, hilari & exporrecto, tandem preces fudimus vespertinas, post quas discedendi cunctis erat facultas. Quum itaque iis peractis abitum pararemus, me revocavit, assidentemque ita compellavit. *Scisne quid novi inciderit?* negante me, *Abulhaisjaus*, inquit, *Pinguis hodie ad me misit, Mamluccorum multos ipsum convenisse, atque concordiam nostram in obsidione sustinenda improbasse, dictitantes, haud conducibile id esse: atque ea obsidione præsentissimum imminere periculum casus illius qui Ptolemaidem adflixit: quando omnes Islamismi regiones in potestatem concederent hostis. Consultius esse ut acie confligatur, ut si, favente Numine, hostes fregerimus, reliquis eorum terris potiamur: sin aliter ceciderit belli alea, conservetur saltem, pereunte Hierosolyma, exercitus; quum & antea, citra Hierosolymas, suis sese copiis conservare valuerit Islamismus.* Quum autem pio Principi *Urbis Sanctæ* salus incredibiliter cordi esset, omnemque imaginationem transcenderet, gravissimam ei nuncius hicce incusserat ægritudinem: eaque propter noctem hanc apud Ipsum transegi; quæ una ex illis fuit noctibus, quas immortales mihi reddidi, causæ religionis invigilando. Quod autem, inter alia, per hunc nuncium significassent *Sultano*, ut si ipsas vellet *Hierosolymis* remanere, ipse quoque ibi remaneret, aut saltem aliquis e familia ipsius, (quia nec *Curds* alias *Turcis*, nec *Turci* essent obtemperaturi *Curdis*,) decrevit *Mesjoddinum* filium *Phacreousjabi*, Dominum *Baalbeci*, e domo sua, ibi relinquere. Ipse quidem propositum sumserat manendi, sed mox ab illo resiluit consilio, ob evidentissimum periculum quod inde in totum redundare posset *Islamismum*. Quum aurora interim jam propinqua esset,

وانت انعمت علينا وكبرتنا وعظمتنا واعطيتنا وليس لنا الا رقابنا وهي بين يديك والله لا يرجع احدا منا عن نصرتك الي ان نموت فقال الجماعة مثل ما قال وانبسطت نفسه بذلك المجلس وطاب قلبه واطعمهم ثم انصرفوا وانقضا يوم الخميس علي اشد حال التاهب والاهتمام حتي كان عشا الاخرة واجمعنا في خدمته علي العادة وسهرنا حتي مضي من الليل هزيع وهو غير منبسط علي عادته ثم صلينا العشا وكانت العشا هي الدستور العام فصلينا واخذنا في الانصراف فاستدعاني فلما جلست في خدمته قال لي علمت ما الذي تجدد قلت لا قال ان ابا الهيجاء السمين انفذ الي اليوم وقال انه اجتمع عنده جماعة من المماليك وانكروا علينا موافقتنا علي الحصار وقالوا لا مصلحة في ذلك فانا نخاف ان نحصر ويجري علينا مثل ما جري علي عكا وعند ذلك توخذ بلاد الاسلام اجمع والراي ان نلقي مصافا فان قدر الله تعالي ان نهزمهم ملكنا بقية بلادهم وان تكن الاخري يسلم العسكر ويمضي القدس وقد انحفظ الاسلام بعساكرها مدة بغير القدس وكان رحمه الله عنده من القدس امر عظيم لا يحمله الجبال فشق عليه هذا الرسالة واقمت تلك الليلة في خدمته وهي من الليل التي احببتها في سبيل الله وكان مما قاله في الرسالة لي افك ان لردتنا ان نقيم فتكون معنا او بعض اهلك والا فالاكراك لا يدينون الاكراك والاتراك كذلك فانفصل الحال علي ان يقيم من اهله مجد الدين بن فخر وشاه وصاحب بعلبك وكان رحمه الله يحدث نفسه بالمقام ثم صعد رايه عنه لما فيه من خطر الاسلام فلما ان قارب الصبح وانشغلت عليه خاطبته في ان يستريح ساعة وانصرفت عنه فما وصلت الا والمؤذن قد اذن فاخذت باسباب الوضو فما فرغت الا والصبح قد طلع

فعدت

فعدت الي خدمته وهو يجدد الوضو
فصلينا ثم قلت له قد وقع لي واقع
اعرضه فصلينا ثم قلت في اهتمامه
وما قد حمل علي نفسه فيجهد
فيما هو فيه وقد عجزت اسبابه
الارضية فينبغي ان يرجع
الي الله تعالي وهذا يوم
الجمعة وهو ابرك الاسبوع
فيه دعوة مستجابة ونحن
في ابرك موضع فالسلطان
يغتسل ويتصدق بصدقة
خفية بحيث لا يشعر انه
منك ويصلي بين الاذان والاقامة
ركعتين تناجي فيها ربك وتفوض
مقاليد امورك اليه وتعترف بالعجز
عما تصديت له فلعل الله يرحمك
ويستجيب دعاك وكان حسن العقيدة
تام الايمان يتلقي الامور الشرعية
بأكمل انقياد قال ثم انفصلنا
فلما جاء وقت الجمعة صليت الي
جانبه في الاقصا وصلي ركعتين
ورايته ساجدا وهو يذكر كلمات
ودموعه تتقاطر علي مصلاه ثم انفضت
الجمعة بخير قال فلما
كان عشيتها فنحن في خدمته علي
العادة فعند ذلك وصلت رقعة من
جرديك وكان في البرك وكان جملة ما
فيها ان القوم ركبوا باسرهم ووقفوا
في التل علي ظهرة ثم عادوا الي
خيامهم وقد سبرنا جواسيس يكشف
اخبارهم ولما كان صبيحة السبت
وصلت رقعة اخري بخبر فيها ان
الجاسوس رجع واخبر ان القوم
اختلفوا في الصعود الي القدس والرحيل
الي بلادهم فذهبت الفرنسيسية الي
الصعود الي القدس وقالوا نحن انما
جينا من بلادنا بسبب القدس ولا
نرجع دونه وقال الانكتار ان هذا
الموضع قد افسدت مياهه ولم يبق
حوله ماء اصلا فمن اين نشرب فقالوا
له نشرب من نهر تقوع وبينه وبين
القدس مقدار فرسخ فقال كيف
نذهب

set, præmetuens ei, rogavi serio ut horulam caperet requietis, atque mox discessi. Vix ædes attigeram, quum præco ecce preces matutinas promulgat. Lustrare memet occipio. Necdum finieram, quum jam aurora promicaret. Tum ad *Sultanum* reversus eum lavantem deprendo. Precibus fusis aliquid mihi in mentem venisse significo, quod exponere vellem. Venia data pergo, *Gravi cura oppressus est Dominus, atque oneri quod Ipsum premit, succumbit. Cessant præsidia terrestria; ad Deum O. M. se conferat necesse est.* Nunc dies est *Veneris*, faustissimus hebdomadis, quo facilis precibus annuit Deus. Sumus item faustissimo in loco. Lustret proinde semet *Sultanus*, atque eleemosynam eroget occultam, quam a Te venire nemo resciscat. Deinde inter promulgationem precum, solennemque earum cerimoniam, gemina inclinatione Dominum Tuum tacite compellans, *Claves Ei rerum Tuarum trades*, Teque profitebere imparem negotio, quod suscepisti. Forte misertus Tui Deus precationi Tuæ obsecundabit. Jam vero ut sincera fide, ita fiducia perfecta præditus erat *Saladinus*, res religionem spectantes summa amplectens summissione. Quum autem hora precum publicarum venisset, ad latus ipsius in Templo *Aksa* oravi, geminamque inclinationem illam ipsum vidi obire inter secreta murmura, & lacrymas guttatim destillantes in stratum, quæ diem hunc non sine insigni fructu fiverunt abire. Scilicet ad vesperam, quum pro more ad officium adessemus, schedula a *Sjordicho* venit, qui stationi nostræ tum præerat. Ejus summa hæc erat, evectum universum populum hostilem, in colle quodam ad meridiem substitisse, deinde in tentoria esse revectum. Missos esse, qui res eorum propius exploratas referrent. Alia mox schedula ad primam lucem diei *Sabbati* allata, qua significabatur, exploratores reversos retulisse, populum hostilem discordare, *Hierosolymæne* forent aggrediendæ, an regrediendum domum. *Gallos* aggressionem illam urgere, dictitantes, non aliam ob causam se patria terra esse egressos; neque domum reversuros, nisi *Hierosolymis* subactis. Contra *Anglum* loci aquas esse corruptas dictitasse, neque ullam prorsus remansisse lympham in circuitu, unde potus subministrari quiret. Ei responsum, amnem *Tekoa*, qui

paraſangæ ſpatio *Hieroſolymis* diſtat, potui ſerviturum. Illum autem reſumſiſſe, at quo pacto aquatio peragetur? Ad quod alteri illi, bifariam diviſo exercitu, pars aquatum evehetur, pars ad urbem ſubſiſtet: idque ſemel quotidie curabitur. Tum *Anglum* iterum regeſſiſſe, exercitu ſic cum jumentis aquatum egreſſo, oppidi præſidium eſſe erupturum, atque omne nomen Chriſtianum fore delendum. Hanc altercationem ita tandem eſſe diremtam, ut trecentos ex illuſtribus conſtituerint arbitros, qui trecenti ad duodecim deferrent arbitratum, illique duodecim tres ex ſeſe crearent ſupremos arbitros, quorum deciſioni foret parendum. Ita noctem ab illis tranſactam. Ad auroram inſequentem, abſcedendum eſſe pronunciaſſe arbitros, quorum ſententiæ refragari nemo ſuſtinuiſſet. Sic ergo ad primam lucem diei viceſimi primi *Sjumadæ* poſterioris *Ramlam* verſus diſceſſerunt, retroque veſtigia ſua relegerunt. Armatus interim perſtitit exercitus hoſtilis, donec in caſtris ultra veſtigia nihil omnino eſſet reliqui. *Ramlam* eos abſceſſiſſe crebri mox nuncii confirmarunt; ad quos evectus *Saltanus*, evecti omnes, lætum huncce feſtumque egerunt diem.

فذهب الي السقي فقالوا نتقسم قسمين قسم يركب الي السقي وقسم يبقي علي الجلد في المنازلة ويكون الشرب في اليوم مرة فقال الانكتار اذا ناخذ للعسكر البراني الذي يذهب مع الدواب ويخرج عسكر البلد علي الباقين ويذهب دين النصارا فانفصل الحال علي انهم حكموا ثلثماية من اعيانهم وحكموا الثلثماية اثنا عشرا وحكم الاثني عشر ثلثة منهم وقد باتوا علي حكم الثلثة فيما يامرونهم به يفعل فلما اصبحوا حكموا عليهم بالرحيل فلم يمكنهم المخالفة واصبحوا في بكرة الحادي والعشرين من جمدي الاخرة راحلين نحو الرملة وعلي اعقابهم ناكصين ولله الحمد ووقف عسكرهم شاكا في السلاح الي ان لم يبق في المنزلة الا الانار ثم نزلوا الرملة وتواترت الاخبار بذلك فركب السلطان وركب الناس وكان يوم سرور وفرح

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Legatio Comitis Henrici.

ذكر رسالة الكند هري

QUum diſceſſu hoſtis cura omnis *Saltano* deceſſiſſet, legatum Comitis *Henrici* admiſit, hæc nomine ſui principis poſtulata edentem. *Anglus provincias litorales mihi conceſſit; quæ nunc meæ ſunt ditionis. Reſtitue nunc meas mihi terras, ut pacem tecum colam, atque pro Filio tuo me geram.* Ad hæc tanta *Saltano* concitata ira eſt, ut vix manibus temperaret, atque protinus faceſſere juſſus ſit legatus. Tum alterius ſibi ſermonis motam copiamque flagitans, annuente *Saltano*, hæc dicta dedit, *princeps meus provincias haſce in manu eſſe tua agnoſcit, e quibus quod ei dono dederis, avidus accipiet arripietque.* Hac conditione manere juſſus, viceſimo tertio die cum reſponſo hocce dimittitur, de *Tyro* & *Ptolemaide* nos eſſe tractaturos eadem, qua cum *Marchione* factum fuerit,

ولما فرغ بال السلطان برحيل العدو استحضر رسول الكند هري يقول ان الانكتار قد اعطاني البلاد الساحلية وهي الان لي فاعد علي بلادي حتي اصالحك واكون احد اولادك فغضب السلطان لذلك غضبا عظيما بحيث انه كاد ان يبطش به فاقيم من بين يديه فسال ان يمهل يقول كلمة اخرا فاذن له في ذلك فقال يقول ان البلاد في يدك بها الذي تعطيني منها فانتهزه واقامه ولما كان يوم الثالث والعشرين استحضر الرسول وكان جوابه يكون الحديث بيننا في صور وعكا علي ما كان مع المركيس ثم وصل بعد ذلك الحاجي يوسف صاحب المشطوب من الفرنج

السفرنج وذكر ان الانكستار احضروا
واحضر الكند هري واخلي المجلس
وقال له تقول لصاحبك بانا قد
هلكنا نحن وانتم والاصلح حقن
الدما ولا ينبغي ان تعتقد ان ذلك
علي ضعف مني بل للمصلحة
ويكون هو الواسطة بيننا وبين
السلطان ولا تغتر بتاخري عن منزلي
فالكبش يتاخر ليطلح وانفذ
مع الحاجي شخصين يسمعان
الكلام من المشطوب وكان ظاهر المقال
الكلام في اطلاق بهاي الدين قراقوش
وباطنه في معني واخبر الحاجي
انهم رحلوا عن الرملة قاصدين
يافا ولنهم علي غاية الضعف
والعجز عن قصد مكان
فاستحضر المشطوب عن نابلس
فسمع الرسالة وكان الجواب الي
الكند هري قد اعطي عكا
ونحن نصالحه علي ما له
ويتركنا والانكستار علي بقية
البلاد

وكان رحمة الله قد جعل في مقابلة عكا
عسكرا خشية خروج العدو الي تلك
النواحي التي تليهم فلما كان الثاني والعشرين
خرج العدو من عكا غايرين علي ما يليها
من البلاد والرساتيق فغارت عليهم
الكمينات من الجوانب وكان قد شعر
العسكر الاسلامي بخروجهم فكمن لهم
فاخذوا منهم جماعة وقتلوا جماعة ولله الحمد

rit, ratione. Paulo poſt venit *Hasjsjius Joſephus*, *Mesjtoubi* miniſter, a *Francis* miſſus, narrans *Anglum* ipſum Comitemque *Henricum* ad ſe evocaſſe, remotiſque arbitris dixiſſe, *Sic tuo dicas Domino, equidem ambo, noſque, voſque, diſperimus. Conducibilius fuerit temperare a ſanguine fundendo. Cave tamen credas ex imbecillitate mea hæc proficiſci. Communi tantum ſervio utilitati. Conciliatorem ergo agat ille nos inter & Sultanum. Neve quod caſtra retro retulerim, vana propterea ſpe ac ſpecie ludamini: nam & Aries fortius feriturus retrogreditur.* Comitabantur eum duo alii, qui cum *Mesjtoubo* agerent, verbo quidem & ſpecie ad *Bohadinum Karakousjum* e vinculis laxandum, re tamen & veritate ad negotium pacis promovendum. Referebat idem *Hasjsjius*, ipſos *Ramla* relicta, iter *Jaffam* verſus inſtituiſſe, ſumme debiles, & plane impares ad locum aliquem impetendum. Arceſſitus *Neapoli*, ad legationem hancce audiendam, *Mesjtoubus*. Summa reſponſi hæc erat, quum Comiti *Henrico* conceſſa ſit *Ptolemais*, pacem cum eo pangemus in id quod ditione tenet. Nos vero *Anglumque* de reliquis regionibus ſinat paciſci.

Ceterum *Sultanus* copias diſpoſuerat circa *Ptolemaidem*, excurſiones inde hoſtiles metuens in vicinos agros, prout etiam viceſimo ſecundo hujus menſis populabundi in circumſitos pagos exivere. In eos coortæ ſunt ab omni latere inſidiæ, quas exercitus *Iſlamiticus*, quum excurſuros eos reſciſſet, ſtruxerat. Capti ex iis obtruncatique bene multi.

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

ذكر عود رسولهم في معني الصلح

Legatus ipſorum denuo accedit pacem petiturus.

ولما كان يوم الجمعة سادس وعشرين
الشهر عاد رسولهم صحبة الحاجي يوسف
وقد حمل الحاجي يوسف رسالة يوديها
بحضور صاحبهم وهي ان الملك الانكستار
يقول اني راغب في مودتك وصداقتك وانه
لا يريد ان يكون فرمون بملك الارض ولا
يظن

DIe deinde *Veneris*, viceſimo ſexto menſis, reverſus eſt legatus eorum cum *Hasjsjio Joſepho*. Is hæc mandata ad Dominum habebat perferenda. *Rex Angliæ dicit, peroupidus ego ſum ſocietatis & amicitiæ tuæ. Ut ipſe Pharaonem agere haud velim in regno evertendo, ita nec de*

parasangæ spatio *Hierosolymis* distat, potui serviturum. Illum autem resumsisse, at quo pacto aquatio peragetur? Ad quod alteri illi, bifariam diviso exercitu, pars aquatum evehetur, pars ad urbem subsistet: idque semel quotidie curabitur. Tum *Anglum* iterum regessisse, exercitu sic cum jumentis aquatum egresso, oppidi præsidium esse erupturum, atque omne nomen Christianum fore delendum. Hanc altercationem ita tandem esse diremtam, ut trecentos ex illustribus constituerint arbitros, qui trecenti ad duodecim deferrent arbitratum, illique duodecim tres ex sese crearent supremos arbitros, quorum decisioni foret parendum. Ita noctem ab illis transactam. Ad auroram insequentem, abscedendum esse pronunciasse arbitros, quorum sententiæ refragari nemo sustinuisset. Sic ergo ad primam lucem diei vicesimi primi *Sjumadæ* posterioris *Ramlam* versus discesserunt, retroque vestigia sua relegerunt. Armatus interim perstitit exercitus hostilis, donec in castris ultra vestigia nihil omnino esset reliqui. *Ramlam* eos abscessisse crebri mox nuncii confirmarunt; ad quos evectus *Saltanus*, evecti omnes, lætum huncce festumque egerunt diem.

فذهب الي السقي فقالوا ننقسم
قسمين قسم يركب الي السقي وقسم
يبقي علي البلد في المنازلة
ويكون الشرب في اليوم مرة فقال
الانكتار اذا ناخذ للعسكر البراني
الذي يذهب مع الدواب ويخرج عسكر
البلد علي الباقين ويذهب دين النصارا
فانفصل الحال علي انهم حكموا ثلثماية
من اعيانهم وحكموا الثلثماية
اثنا عشرا وحكم الاثني عشر ثلثة
منهم وقد باتوا علي حكم الثلثة فيما
يامرونهم به يفعل فلما اصبحوا
حكموا عليهم بالرحيل فلم يمكنهم
المخالفة واصبحوا في بكرة الحادي
والعشرين من جمدي الاخرة راحلين
نحو الرملة وعلي اعقابهم ناكصين
ولله الحمد ووقف عسكرهم شاكا في
السلاح الي ان لم يبق في المنزلة
الا الاثار ثم نزلوا الرملة وتواترت
الاخبار بذلك فركب السلطان
وركب الناس وكان يوم سرور
وفرح

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Legatio Comitis Henrici.

ذكر رسالة الكند هري

QUum discessu hostis cura omnis *Saltano* decessisset, legatum Comitis *Henrici* admisit, hæc nomine sui principis postulata edentem. *Anglus provincias litorales mihi concessit; quæ nunc meæ sunt ditionis. Restitue nunc meas mihi terras, ut pacem tecum colam, atque pro Filio tuo me geram.* Ad hæc tanta *Saltano* concitata ira est, ut vix manibus temperaret, atque protinus facessere jussus sit legatus. Tum alterius sibi sermonis motam copiamque flagitans, annuente *Saltano*, hæc dicta dedit, *princeps meus provincias hasce in manu esse tua agnoscit, e quibus quod ei dono dederis, avidus accipiet arripietque.* Hac conditione manere jussus, vicesimo tertio die cum responso hocce dimittitur, de *Tyro* & *Ptolemaide* nos esse tractaturos eadem, qua cum *Marchione* factum fuerit,

ولما فرغ بال السلطان برحيل العدو
استحضر رسول الكند هري يقول ان
الانكتار قد اعطاني البلاد الساحلية وهي
الان لي فاعد علي بلادي حتي اصالحك
واكون احد اولادك فغضب السلطان لذلك
غضبا عظيما بحيث انه كاد ان يبطش به
فاقيم من بين يديه فسال ان يمهل يقول
كلمة اخرا فاذن له في ذلك فقال يقول ان
البلاد في يدك بها الذي تعطيني منها
فانتهزه واقامه ولما كان يوم الثالث
والعشرين استحضر الرسول وكان جوابه
يكون الحديث بيننا في صور وعكا علي
ما كان مع المركيس ثم وصل بعد ذلك
الحاجي يوسف صاحب المشطوب من
الفرنج

Digitized by Google

الفرنج وذكر ان الانكتار احضره واحضر الكند هري واخلي المجلس وقال له تقول لصاحبك بانا قد هلكنا نحن وانتم والاصلح حقن الدما ولا ينبغي ان تعتقد ان ذلك علي ضعف مني بل للمصلحة ويكون هو الواسطة بيننا وبين السلطان ولا تفتر بتاخري عن منزلي فالكبش يتاخر لينطح وانفذ مع الحاجي شخصين يسمعان الكلام من المشطوب وكان ظاهر الحال الكلام في اطلاق بهاي الدين قراقوش وباطنه في معني واخبر الحاجي انهم رحلوا عن الرملة قاصدين يافا وانهم علي غاية الضعف والعجز عن قصد مكان فاستحضر المشطوب عن نابلس لسماع الرسالة وكان الجواب الي الكند هري قد اعطي عكا ونحن نصالحه علي ما له ويتركنا والانكتار علي بقية البلاد

وكان رحمة الله قد جعل في مقابلة عكا عسكرا خشية خروج العدو الي تلك النواحي التي تليهم فلما كان الثاني والعشرين خرج العدو من عكا غايرين علي ما يليها من البلاد والرساتيق فثارت عليهم الكمينات من الجوانب وكان قد شعر العسكر الاسلامي بخروجهم فكمن لهم فاخذوا منهم جماعة وقتلوا جماعة ولله الحمد

rit, ratione. Paulo post venit *Hasjsjius Josephus*, *Mesjtoubi* minister, a *Francis* missus, narrans *Anglum* ipsum Comitemque *Henricum* ad se evocasse, remotisque arbitris dixisse, *Sic tuo dicas Domino, equidem ambo, nosque, vosque, disperimus. Conducibilius fuerit temperare a sanguine fundendo. Cave tamen credas ex imbecillitate mea hæc proficisci. Communi tantum servio utilitati. Conciliatorem ergo agat ille nos inter & Sultanum. Neve quod castra retro retulerim, vana propterea spe ac specie ludamini: nam & Aries fortius feriturus retrogreditur.* Comitabantur eum duo alii, qui cum *Mesjtoubo* agerent, verbo quidem & specie ad *Bohadinum Karakousjum* e vinculis laxandum, re tamen & veritate ad negotium pacis promovendum. Referebat idem *Hasjsjius*, ipsos *Ramla* relicta, iter *Jaffam* versus instituisse, summe debiles, & plane impares ad locum aliquem impetendum. Arcessitus *Neapoli*, ad legationem hancce audiendam, *Mesjtoubus*. Summa responsi hæc erat, quum Comiti *Henrico* concessa sit *Ptolemais*, pacem cum eo pangemus in id quod ditione tenet. Nos vero *Anglumque* de reliquis regionibus sinat pacisci.

Ceterum *Sultanus* copias disposuerat circa *Ptolemaidem*, excursiones inde hostiles metuens in vicinos agros, prout etiam vicesimo secundo hujus mensis populabundi in circumsitos pagos exivere. In eos coortæ sunt ab omni latere insidiæ, quas exercitus *Islamiticus*, quum excursuros eos rescisset, struxerat. Capti ex iis obtruncatique bene multi.

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

ذكر عود رسولهم في معني الصلح

ولما كان يوم الجمعة سادس وعشرين الشهر عاد رسولهم صحبة الحاجي يوسف وقد حمل الحاجي يوسف رسالة يوديها بحضور صاحبهم وهي ان الملك الانكتار يقول اني راغب في مودتك وصداقتك وانه لا يريد ان يكون فرعون بملك الارض ولا يظن

Legatus ipsorum denuo accedit pacem petiturus.

Die deinde *Veneris*, vicesimo sexto mensis, reversus est legatus eorum cum *Hasjsjio Josepho*. Is hæc mandata ad Dominum habebat perferenda. *Rex Angliæ dicit, percupidus ego sum societatis & amicitiæ tuæ. Ut ipse Pharaonem agere haud velim in regno exercendo, ita nec de*

te id ſuſpicor. Neque ſane te decet, Muſulmannos omnes perditum ire velle: quemadmodum nec me Francos. Quum autem hunc Sororis meæ Filium, Comitem Henricum, harum terrarum dominio auxerim, eum tibi trado, ut & ipſe, & exercitus ejus, tibi obtemperent; dicto audientes futuros, ſi eos ad Orientem in auxilium evocaveris. Dicit idem Rex, quum in tot monachos ſedibus avulſos, qui Templa a te petiverunt, haudquaquam avarus fueris, cur difficilis es adverſus me, unum modo Templum poſcentem? Reliqua omnia, quæ te anxium & ſollicitum habebant, quum cum Aladilo tractabatur, & dimiſſurum me dixi, & nunc plane miſſa facio: & ſi vel nudam mihi aream, locumve vaſtum, in Urbe Sancta conceſſeris, recipiam. Hac legatione audita conſilium coactum, deque reſponſo habita conſultatio. Omnes conſona mente ac voce liberaliter agendum, pacisque adſtringendum vinculum ſuaſere, quod *Muſulmanni* tædio, laſſitudine, ære alieno, diruti diruptique forent. In hæc autem verba decretum eſt reſponſum. *Quum huc uſque nobiſcum deſcenderis, tèque demiſeris; atque cum bonis bene agier oporteat; erit ſane filius Sororis tuæ nobis ut unus natorum Sultani. Dabitur quoque tibi Baſilica Reſurrectionis, maxima illa. Reliquas regiones partiemur. Litorales, quos tenes, tractus retinebis. Arces montanaque quæ in noſtra ſunt manu, item noſtra manebunt. Quæ in medio utriuſque provinciæ jacent, æqualiter diſtribuentur. Sed Aſcalon, & quicquid ad eam pertinet, evaſtabitur; ut nec noſtra ſit, nec veſtra. Ejus tamen pagi, ſi omnino eos poſtulaveritis, vobis cedentur. Sed Aſcalonis vabis relinquendæ mentionem omnem abominamur.*

Lætus hoc reſponſo diſceſſit legatus, altero poſt quam veniſſet die, duodetriceſimo ſcilicet; ſub cujus ad ſuos reditum ſparſus rumor, ipſos *Aſcalonem* repetere, atque *Ægyptum* verſus iter meditari. Acceſſit etiam a *Kotboddino* filio *Keliſji Arſlani* legatus, dictitans *Papam* perveniſſe *Conſtantinopolin* cum multitudine ſoli Deo nota. Duodecim in itinere equos ſe confeciſſe memorabat; poſtulabatque ut mitteretur a *Sultano*, qui terras, quibus defendendis impar eſſet ejus princeps, reciperet. Sed fidem non ad-

يظن فيك ولا يجوز لك ان تهلك المسلمين
كلهم ولا يجوز لي اهلك الفرنج كلهم
وهذا ابن اختي الكند هري قد ملكته
هذه الديار وسلمته اليك يكون هو
وعسكره بحكمك ولو استدعيتهم الي
الشرق سمعوا واطاعوا ويقول ان جماعة
من الرهبان المنقطعين قد طلبوا منك
كنايس فما بخلت عليهم بها وانا اطلب
منك كنيسة وتلك الامور التي كانت
تضيق صدرك لما كان يجري في المراسلة
مع الملك العادل قد قلت نتركها
واعرضت عنها ولو اعطيتني مقرعة او
خربة قبلتها فلما سمع السلطان هذا الرسالة
جمع لرياب الراي واصحاب مشورته
وسالهم عما يكون الجواب لهذا الرسالة فما
منهم الا من اشار بالمحاسنة وعقد الصلح
لما كان قد اخذ المسلمين من الضجر والتعب
وعلاهم من الديون واستقر الحال علي
هذا الجواب اذا دخلت معنا هذا الدخول
فما جزاء الاحسان الا الاحسان ان ابن
اختك يكون عنده كبعض اولاده وسيبلغك
ما يفعل في حقه وانا اعطيك
اكبر الكنايس وهي القمامة وبقية
البلاد نقسمها فالساحلية التي
بيدك تكون بيدك والذي بايدينا
من القلاع الجبلية يكون لنا
وما بين العلبين يكون مناصفة
وعسقلان وما وراها يكون خرابا لا لنا
ولا لكم وان اردتم قراياها كانت
لكم والذي كنت اكرهه حديث
عسقلان

وانفصل الرسول طيب النفس وذلك
في ثاني يوم قدومه وهو الثامن والعشرون
واتصل الخبر بعد وصول الرسول اليهم
انهم راحلون الي عسقلان طالبين جهة
مصر ووصل رسول من جانب قطب
الدين ابن قليج ارسلان يقول ان البابا
قد وصل الي القسطنطينية في خلق لا
يعلم عددهم الا الله تعالي وقال الرسول
اني قتلت في الطريق اثنا عشر فرسا ويقول
تقدم الي من يتسلم بلادي مني فاني
قد عجزت عن حفظها فلم يصدق
السلطان

Digitized by Google

السلطان هذا الخبر ولم يكترث به

adhibuit *Sultanus* nuncio huic, eumque parum admodum curavit.

CAPUT CENTES. QUINQUAGESIMUM NONUM.

ذكر عود رسول الفرنج ثالثا

Tertia vice redit Francorum Legatus.

ولما كان التاسع والعشرون وصل الحاجي صاحب المشطوب ومعه جفري رسول الملك وقال ان الملك شكر انعام السلطان وقال الذي اطلبه منك ان يكون لنا في قلعة القدس عشرون نفرا وان من سكن من النصاري والافرنج في البلد لا يتعرض اليهم واما بقية البلاد فلنا منها الساحليات والوطاة والبلاد الجبلية فلكم واخبرنا الرسول من عند نفسه مناصحة انه قد نزل عن حديث القدس ما عدا الزيارة ولكن يقول ذلك تصنعا لضعفنا وانهم راغبون في الصلح وان الانكتار لا بد له من الرواح الي بلده واقام يوم الاثنين سابع الشهر وكان معه في هذه الدفعة باذان هدية للسلطان فاستحضر الامراء باسرهم وشاورهم فيما يكون الجواب لهذه الرسالة واتفصل الحال علي هذا الجواب وهو ان القدس ليس لكم فيه حديث سوي الزيارة فقال الرسول وليس علي الزوار شي يوخذ منهم فعلم من هذا القول الموافقة واما البلاد كعسقلان وما وراءها فلا بد من خرابه فقال الرسول قد خسر الملك علي سورها مالا جزيلا فقال المشطوب للسلطان المصلحة ان تجعل مزارعها وقراياها في مقابلة خسارتها فاجاب وان الدارون وغيره تخرب وتكون بلادها مناصفة ولما باقي البلاد فتكون لهم من يافا الي صور باسمالها ومهما اختلفنا في قرية كانت مناصفة فهذا كان جواب رسالته وسار في يوم الثلثا مستهل رجب ومعه الحاجي يوسف وكان قد طلب رسولا مذكورا يحلفه ان استقرت القاعدة فاخر السلطان بسير الرسول

ORto die undetricesimo venit *Hasjsjius*, minister *Mesjtoubi*, cum *Godfrido* legato Regis. Is hunc ad modum locutus est. *Rex Sultani liberalitatem gratus agnoscit; sed id enixe a te petit, ut in arcem Hierosolymitanam viginti nostrorum hominum admittantur; cum quibus tamen Christiani, Francique qui in Urbe degent, nullum habebunt commercium. Quod porro ad reliquas attinet terras, tractus litorales, itemque planities nobis cedent: vobis montana relinquentur.* Addebat legatus, tanquam sinceram nobis in ea re amicitiam commonstraturus, ipsum, Regem videlicet, *Hierosolymam* missam fecisse, excepta sacra visitatione, non quod debilitatæ essent vires, sed ideo pacem tanto opere concupisci, quod *Anglo* omnino sua in regna foret redeundum. Duos ille Falcones, munus *Sultano*, adduxerat hac vice. Convocatis postero die, qui ultimus erat mensis, ducibus in universum omnibus, habitaque consultatione quid respondendum foret ad hanc legationem, hoc decernitur responsum, *præter Sacram visitationem, nihil omnino vobis erit cum Urbe Sancta rei.* Quum legatus interponeret, *sed peregrinatoribus nihil imponetur operis, aut tributi*, communem in id consensionem impetravit. *Ascalon autem, & quæ ad eam pertinerent, omnino pervastarentur.* Legato reponente Regem in ejus mœnia reparanda ingentes opes impendisse, *Mesjtoubus Sultano* convenientissimum sibi videri dixit, ut pro illa jactura agri & pagi *Ascalonis* ipsi assignarentur. Concessum. *Darounum porro aliæque arces item evastarentur & terræ earum dividerentur æqualiter: sed reliquas terras a Jaffa Tyrum usque cum suis jurisdictionibus ipsi retinerent. Quicquid in controversiam vocaretur pagorum, distribueretur.* Cum hoc responso Calendis *Resjebi* dimissus est, comitante *Hasjsjio Josepho*. Petierat ut illustris aliquis a nobis legaretur, qui, ubi pactum convenisset, jusjurandum adigeretur. Sed

Sultanus id differendum ratus est, usque dum stabilitæ & firmatæ forent conditiones. Interim pulcrum misit munus, par pari referens; neque enim muneribus se vinci patiebatur.

الرسول الي حين استقرار القاعدة وانفذ لهم هدية حسنة في جواب هديتهم وما كان يغلب في الهدايا

CAPUT CENTESIMUM SEXAGESIMUM.

Quartus reditus eorundem.

ذكر عود الرسول

REdiere mox ambo illi, quum præterlapsa esset pars noctis tertiæ in *Mense Dei Resjebo*. Ipsa illa nocte ad *Sultani* præsentiam admissus quidem *Hasjsjius*, quid actum esset renunciaturus; sed legatus ad auroram demum intromissus, hæc ferens mandata. *Rex etiam atque etiam te rogat, oratque supplex, ut tria hæc loca habitata ipsi relinquas. Quid quæso illa momenti faciunt in tanta Regni tui magnitudine ac potentia? Propterea autem illa retinere contendit, quod Franci haudquaquam se faciles in iis dimittendis præbituri sint. Quum vero Ipse jam in totum Urbem Sanctam omittat: in eaque nec monachos morari, nec Sacerdotes pertendat, excepto uno Resurrectionis templo, utique par est ut has ei urbes remittas. Sic communi atque concordi pace omnia colligabuntur & conserentur. Quod Franci possident, a Darouno Antiochiam usque, obtinebunt: Vos quæ vestra in manu sunt item obtinebitis. Rex ipse domum remeabit. Quod si jam non constetur pax, haud sinent Eum Franci abire, a quibus discrepare tunc Ipsi religio foret.* Vide mihi, quæso, Lector, artes hasce ad scopum obtinendum, nunc lenibus verbis, nunc asperis: quum tamen summa ipsum necessitas domum revocaret atque retraheret. Dei equidem singulari indiguimus adjutorio, ad pessimas pessimi hostis strophas eludendas ac discutiendas; quo nec astutiorem ullum, nec bellicosiorem experti unquam sumus. Audita hac legatione *Sultanus* duces consiliariosque imperii sui convocavit, sententiisque perrogatis in hoc responsum lectissimi conspirarunt calculi. *Cum Antiochenis jam sermo nobis est occœptus, nostrique apud eos legati commorantur, qui si, quæ volumus, retulerint, in societatem pacis admittentur. Sin minus, inclusi manebunt. Quod autem attinet ad oppida quæ* Rex *rogat, haud conveniens est Musulmannis ea ipsi condonare, quantumvis parvum ea faciant momentum. Capiat tamen*

وكان عودهما وقد مضي من الليل هزيع من ليلة الثالث من شهر الله رجب فحضر الحاج ليلا واخبر السلطان بالخبر وحضر الرسول في بكرة الخميس الثالث من رجب وادي الرسالة وهي ان الملك يسال ويخضع اليك ان تترك له هذه الثلثة اماكن عامرة واي قدر لها عند ملكك وعظمتك وما سبب اصراره عليها الا ان الفرنج لم يسمحوا بها وقد ترك القدس بالكلية لا يطلب ان يكون فيه رهبانا ولا قسوس الا في القمامة وحدها فتترك له انت هذه البلاد ويكون الصلح عاما فيكون لهم كلما في ايديهم من الدارون الي انطاكية ولكم ما في ايديكم وينتظم الحال ويروح وان لم ينتظم الصلح فالفرنج ما يمكنوه من الرواح ولا يمكنه مخالفتهم فانظر الي هذا الصناعة في استخلاص الغرض باللين تارة والخشونة اخري وكان لعنه الله مضطرا الي الرواح وهذا عمله مع اضطراره والله الولي في ان يكتفي المسلمين شره فما بلونا اعظم حيلة ولا اشد اقداما منه ولما سمع السلطان هذه الرسالة احضر الامراء وارباب الراي من دولته وسالهم عن الجواب ما يكون وكان خلاصة الراي هذا الجواب وهو ان انطاكية لنا معهم حديث ورسلنا عندهم فان عادوا بما نريد ادخلناهم في الصلح والا فلا واما البلاد التي سالها فلا يوافق المسلمون علي دفعها اليه والا فلا قدر لها واما سور عسقلان فياخذ في مقابلة ما

men pro impensis in mœnia Ascalonis factis Lyddam in planitie. Cum hisce ad exortum quartæ lucis Resjebi dimissus legatus.

Die insequente Almalichus Addahirus, cujus floreant victoriæ, ad Patrem devenit. Hunc ille Filium unice diligebat, ejusque delectabatur consortio, ob Felicitatis auspicia, doteisque insignes, ac regios vere characteres. Et ultra Alazariam obvius processit Sultanus, per Algaurum adventanti; ad pedesque ei descendit, summa eum dignatione excipiens. In brachia quoque receptum deoscula-tus est inter oculos. In domum Hospitalariorum divertit.

Luce septima solus Hajsjius accessit, hæc nomine Regis perferens. *Non possumus Ascalonis vel unum diruere lapidem. Absit ut tale quid de nobis per terras divulgetur. Ceterum noti sunt regionum fines, de quibus non est quod ambigamus aut disceptemus.* His intellectis bello se parat Sultanus, in hostem educturus, ostensurusque ei firmitatem, invictamque constantiam, ad acie decernendum.

وما خسر عليه لدا في الوطاة
وسير الرسول صبيحة الجمعة رابع
رجب

ولما كان الخامس من رجب وصل
ولده الملك الظاهر عز نصره وكان كثير
المحبة له والايثار لجانبه لما يراه
فيه من امارات السعادة وصفات
الكفاية وتوسم الملك فخرج السلطان
الي لقايه فلقيه من قاطع العزاريه
فلما وصل علي الغور ونزل له عند
لقايه واحترمه واكرمه وضمه اليه وقبل
بين عينيه ونزل في دار الاستبار

ولما كان السابع وصل الحاج يوسف
وحده وذكر ان الملك قال له لا
تمكن ان تخرب من عسقلان حجر
واحد ولا يسمع عنا في البلاد مثل ذلك
واما البلاد فحدودها معروفة ولا مناكرة
فيها وعند ذلك تاهب السلطان
للخروج الي جهة العدو واظهار
القوة وشدة العزم علي اللقاء

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM PRIMUM.

ذكر بتبريزة رحمة الله عليه

Sultanus expeditionem suscipit.

Die decimo Resjebi adfertur Francos movisse, ac Berytum iter intendere. Educens tum Sultanus Hierosolymis castra metatus est in Elsjibo. E provinciis Euphratensibus interim ad auroram diei undecimi redux factus Almalichus Aladilus, precibus ad Lapidem Sacrum fusis, iter arripuit ad Fratrem subsequendum. Is Elsjibo perrexerat Beitnubam, unde summisit qui copias Hierosolymis morantes excitarent, ut quantocyus ipsum consequerentur. Ego quoque, qui nocte illa qua expeditionem parabat, retro remanseram, Beitnubæ eum sum assecutus. Die Solis deinde, decimo tertio, castra promovit Ramlam versus, atque, alta jam luce, in collibus, qui inter Ramlam & Lyddam sunt, consedit, reliquumque ibi diem egit. Ad auroram diei Lunæ insequentis expedito cum agmine evectus, Bazourum progreditur, & Beitsjibrinum, Jaffamque e propinquo inspectat. Inde ad sta-

ولما كان العاشر من رجب بلغ السلطان
ان الفرنج رحلوا طالبين نحو بيروت
فبرز من القدس الي منزلة يقال لها
الجيب وكان قدوم الملك العادل من البلاد
الفراتية في بكرة الحادي عشر فدخل
الصخرة وصلي عندها ثم توجه يتتبع
السلطان ثم ان السلطان رحل من الجيب
الي بيت نوبه وبعث الي العسكر في
القدس ليحثهم علي الخروج واللحوق به
ولحقت السلطان في بيت نوبه فاني كنت
تخلفت عنه ليلة الاستعداد ثم رحل في الاحد
ثالث عشرة الي الرمله ضاحي نهارة علي
تلال بين الرمله ولد واقام بها بقية
ولما كان صبيحة الاثنين ركب جريدة حتي
اتي يافا وبيت جبرين واشرف علي
يبنا ثم عاد الي منزلته واقام بها
بقية

ſtativa revectus, quod reliquum erat diei conſumit in conſilio cogendo, deliberandoque, ecquid *Jaffa* foret aggredienda. In id omnium calculi conſenſere.

وبقية يومه وجمع ارباب مشورته وشاورهم في النزول على يافا واتفق الراي على ذلك

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM TERTIUM.

Jaffa obſidetur.

ذكر حصار يافا

Martis die, decimoquinto, ſummo mane *Jaffam* caſtra producit, atque ad meridiem fere tentoriis ſuis eam cingit, exercitu in dextram, ſiniſtram, mediamque digeſto aciem: ita ut utrimque extrema cornua mare contingerent. *Sultanus* ipſe mediam aciem firmabat. Dextra præerat *Almalichus Addahirus*. Ad ſiniſtram curabat *Almalichus Aladilus*, interjecta ſpatia reliquæ copiæ obtinebant. Exorto tantum quod die decimo ſexto paratur impetus, omneſque leviſſimum ac nullius momenti ducebant negotium hoc. Oppugnatio potiſſimum, admotis machinis, dirigitur adverſus infirmiſſimam muri partem, quæ Orientali portæ vicina erat. Inter ſublatos in cœlum clamores, ingentemque fremitum, operam ſuam navant mœnium perfoſſores, invaleſcente interim oppugnandi ardore. Quaſſari ſubruique incipit murus a parte boreali portæ orientalis, ad angulum, longo illo latere, quod *Muſulmanni* deſtruxerant in prima obſidione, quodque *Franci* reſarſerant. Fractus concuſſuſque ſubruitur murus; nemoque jam ambigebat, quin iſto die expugnandum foret oppidum; quantumvis altiores ſpiritus ſumſiſſet hoſtis, atque Rex *Ptolemaïde* duxiſſet *Berytum*, nos videlicet contemnens. Id *Sultanum* impulerat ad *Jaffam* invadendam. Totus hicce dies vehementiſſima oppugnatione conſumtus, in qua hoſtis ad extremam licet laſſitudinem adductus, tantum animi, tantum prodidit ſtrenuæ defenſionis, tantumque invicti roboris, ut corda inde noſtrorum debilitarentur. Quumque cuniculatii murum ſuffodiſſent, atque jam jam ultimam operi manum eſſent impoſituri, ipſe hoſtis cœpit ſuis ipſos cuniculis obruere atque opprimere: quod quum multis in locis effeciſſent, perterrefacti ſunt cuniculatii. Ipſis deinde

ولما كان صباح الثلثا خامس عشر رحل طالب جهة يافا فخيم عليها ضاحي نهاره ورتب العسكر ميمنة ميسرة وقلبا وكان علي البحر وطرف الميسرة ايضا علي البحر والسلطان في الوسط وكان صاحب الميمنة الملك الظاهر اعز الله نصره وصاحب الميسرة اخوه الملك العادل والعساكر فيما بينهما ولما كان سادس عشر الشهر زحف الناس اليها واستحقروا امرها استحقارا عظيما ثم رتب السلطان الناس للقتال واحضر المنجنيقات وركبها علي اضعف موضع في السور ما يلي الباب الشرقي فاطلق النقابين في السور وارتفعت الاصوات وعظم الضجيج واشتد الحزم والزحف واخذ النقابون النقب من شمالي الباب الشرقي الي الزاوية طول البدنة وكان قد هدم المسلمون ذلك المكان في الحصر الاول وبناه الفرنج وتمكن النقابون من النقب ودخلوا فيه ولم يشكوا الناس في اخذ البلد في هذا اليوم هذا وامر العدو في زيادة وكان الملك في عكا قد توجه الي بيروت وهذا الذي حمل السلطان علي نزوله علي يافا ثم انفصل ذلك اليوم عن قتال شديد قد ضرس العدو منه وظهر من العدو من الشدة والحماية والذب والمنعة ما اضعف قلوب الناس هذا والنقابون قد تمكنوا من النقب عليهم فلما قارب الفراغ اخذ العدو في خسف النقب عليهم فخسفوه في مواضع عدة وخاف النقابون وخرج منهم جماعة وتفاتر الناس عن القتال وعلوا

Digitized by Google

وعلموا ان امر البلد مشكل وانه يحتاج
الي زيادة عمل في اخذه فعزم السلطان
عزمه مثله فامر النقابين ان ياخذوا
النقب في بقية البدنة من البرج الي الباب
وامر المنجنيقات ان تضرب قبالة
البدنة المنقوبة ففعلوا ذلك واقام
السلطان تلك الليلة هناك الي ان
مضي من الليل مقدار ثلثه وعاد الي
النقل وكان الشغل بعيدا عن البلد علي
نحو قبالته واصبحت المنجنيقات قد
اقيم منها اثنتان واقيم الثالث في بقية
النهار واصبح السلطان علي القتال
والزحف فلم يجد من الناس الا الفتور
بسبب نصب المنجنيقات ظنا منهم ان
المنجنيق لا يعمل الا بعد ايام ولما
علم السلطان من الناس التفاتر
والتواكل حملهم علي الزحف والحم
القتال واشتد الامر واذاقوا العدو مر
الامر فاشرف البلد علي الاخذ وانفقت
النفوس وطمعت في ذلك طمعا
شديدا وضعف العدو الا انه جرح
من المسلمين جماعة بالنشاب
والزنبورك من البلد ولما راي العدو
المخذول ما قد حل به ارسلوا
رسولين نصرانيا وافرنجيا يطلبان الصلح
ويتحدثان فيه فطلب السلطان منهم
قاعدة القدس وقطيعته فاجابوا الي
ذلك واشترطوا ان تنظروا الي
يوم السبت الذي هو تاسع
عشر رجب فان جاتهم النجدة والا
تمت القاعدة علي ما استقر
فابي السلطان الانتظار فعاد
الرسول ثم رجعوا يسالونه في
الانتظار فلم يجب بي ذلك وتفاتر
الناس عن القتال بسبب
تواصل الرسل سكونا الي
الدعة علي جاري العادة
فامر السلطان النقابين
فحشوا النقوب بعد انتهايها
ففعل ذلك ووضعت النار
فيه فوقع نصف البدنة وكان
العدو قد عرف وقوع النار
في

de magno numero erumpentibus, oppugnatio relanguit, senserequeque nostri arduum esse oppidi negotium, eique expugnando plus laboris esse impendendum. *Sultanus* tamen nihil infractus, sed cum majore rei mole majores sumens spiritus, cunicularios jubet reliquum illud latus a turri ad portam suffodere. Jubet quoque ut machinamenta verberando suffosso lateri statuantur. Factum: adsistente ipso *Sultano*, donec tertia admodum noctis illius pars præteriisset. Tum demum ad impedimenta regressus est, longiuscule ab oppido diffita in colle ei opposito. Ad auroram jam duo tormenta stabant parata: tertium procedente die parabatur; quum *Sultanus* oppugnationem primo mane ciens, impressionemque renovans, summo languore nostrorum excipitur. In causa erant illæ machinæ, quas opinabantur homines non nisi post aliquos dies ad effectum venturos. *Sultanus* hoc intellecto torpore, atque hac desidia, ipse eos ad aggressionem instigavit; consertoque certamine vehementissime est pugnatum, hostique omnis nostra *acerbitas gustanda data*; ita ut nihil propius factum fuerit, quam ut oppidum vi caperetur. Summa nempe nostrorum consensio, summa insimul cupiditas, hostem prægravabat jam oneri succumbentem: quamvis haudquaquam maneremus incruenti, quod magna multitudo sagittis telisque ex oppido convulneraretur. Quum interim hostis male fautus cerneret, quid cladis impenderet, duos miserunt oratores *Christianum*, *Francumque*, qui de pace ac deditione faciunda nobiscum agerent. *Sultanus* easdem leges, idem imposuit tributum, quod *Hierosolymis* fuerat impositum. Annuerunt illi, simul tamen moram sibi concedi petentes usque ad diem *Sabbati*, undeviceſimum *Resjebi*, num forte interea temporis auxilio ipsis veniretur: quo cessante ratum fore pactum, conditionesque. Abnuente *Sultano*, missus iterum orator dilationem flagitavit. Id me male ussit, relangueruntque mox nostri ab oppugnando, ad legatorum illas itiones, mansuetudine & indulgentia usurum rati *Sultanum* pro more. At ille cunicularios jubet, cuniculis jam satis promotis materiam infercire, quod quum expediviſſent, subjectis mox ignibus dimidium illius muri, quem quassatum suffossumque dixi, corruit. Hostis qui

hoc ipſum agi, atque ita caſurum, providerat, interea & ipſe vim ingentem lignorum comportarat, digeſſeratque poſt murum illum; qui ſtatim atque concidiſſet, ſuccenſi ab ipſis ignes, impedimento fuere, quo minus per ruinas irrumpi potuerit. Ibi tum *Sultano* denuo omnes inhortante, aggreſſio renovatur, atque acerrimus in hoſtes datur impetus. Sed O viros illos vere ſtrenuos ac bellatores! quam intrepidi celſique illis animi! nam in tanta rerum mole ipſis incumbente, ne portam quidem clauſere; atque extra portas etiam citra intermiſſionem depugnare ſuſtinuerunt. Sic atrociſſime eſt decertatum uſque dum nox partibus interveniſſet; atque nec illo adhuc die urbem expugnare valuimus, quantumvis ſuccenſi cuniculi reliquum muri latus labefeciſſent. Anxium hinc *Sultani* pectus varias in cogitationes diſtrahebatur, cepitque ipſum pœnitentia, quod non dedentibus ſeſe annuiſſet. Firmus tamen propoſitique tenax, eadem illa nocte curavit, ut quinque tormentis dilapſus jam cuniculis, ignibus, quaſque & ipſi fecerant, ruinis, murus ille in totum diſſipatetur.

في النقب وعلم ان ذلك المكان يقع فيه الي اخشاب عظيمة وهياها فاخلف ذلك المكان فلما وقع ذلك المكان للهب النيران فيه منع من الدخول الي الثلمة ثم امر السلطان الناس فزحفوا وضايقوا القوم مضايقة عظيمة ولله درهم من رجال اقبال ما اشدهم واعظم باسهم فانهم مع هذا كله لا يغلقوا لها باب ولم يزالوا يقاتلون خارج الابواب ولم يزال الناس في اعظم قتال الي ان فصل الليل من الطايفتين ولم نقدر علي البلد في ذلك اليوم بعد حرق النقوب في باقي البدنة وضاق صدر السلطان لهذا الامر وتقسم فكره وندم كيف لم يجبهم الي الصلح وبات تلك الليلة في المخيم وقد عزم علي ان يقيم تمام خمسة مناجيق تضرب بعضها البدنة الضعيفة بسبب النقوب والنيران والخسف من جانبهم

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM QUARTUM.

Joppæ expugnatio, eventuſque in ea notabiles.

ذكر فتح يافا وما جري فيها من الوقايع

QUum dies *Veneris* illuxiſſet, duodevicesimus *Rejebi*, jam erecta perfectaque ſtabant machinamenta, ſaxaque e vallibus, remotiſque oris erant convecta; quoniam locus ipſe nullos lapides ſubminiſtrabat. Dum autem ſuffoſſum pertuſumque mœnium latus inſtantiſſime quatiebatur, oppugnationem adornat *Sultanus*, adornat *Almalichus Addahirus*, multo validiſſimam. *Aladili* quoque exercitus a ſiniſtra aggredi parat, quum *Aladilus* ipſe decumberet. It cœlo clamor. Aheno-tympana lituique ſtrepitu ac clangore omnia miſcent. Tormenta verberant. Oppidanos Væ malumque circumcingit. Quumque cunicularii ſtrenuam in ignibus ſuccendendis operam navarent, nondum duæ diei proceſſerant horæ, quin illud muri latus univerſum ingenti cum fragore collaberetur, haud ſecus ac ſi fractus illaberetur orbis. Ad fragorem hunc,

ولما كان يوم الجمعة ثامن عشر رجب اصبحت المنجنيقات وقد نصبت وحجارتها قد جمعت من الاودية والاماكن البعيدة لعدم الحجر في ذلك المكان وطلب برمي البدنة المنقوبة وزحف السلطان وزحف ولده الملك الظاهر عن نصره زحفا شديدا وزحف عسكر الملك العادل من الميسرة فانه كان مريضا ولرتفعت الاصوات وضربت الكوسات وخفقت البوقات وضربت المنجنيقات واحاط بهم الويل واشتد عزم النقابين في ايقاد النار فما ارتفع من النهار ساعتان الا ووقعت البدنة وكان وقعها كوقع الواقعة ونادي للناس الا وان البدنة قد

قد وقعت فلم يبق من له دني من
الايمان الا ورجف ولا قلب من العدو
الا رعد ورجف هذا الزحف وهم علي
القتال اشد واحزم وعلي الموت اعز
واصبر وذلك انه لما وقعت علا غبار
مع دخان واظلم الافق وعميت عين
النهار وما تجاسر احد علي الولوج
خوفا من اقتحام النار فلما انكشفت
الظلمة ظهرت لسنة قد نابت مناب
الاسوار ورماح قد سدت الثلمة حتي
غيب نفوذ الابصار وراي الناس
هولا عظيما من صبر القوم وثباتهم
وسداد حركاتهم وسكناتهم ولقد
رايت رجلين علي مشي السور يمنعان
المتسلق فيه من جهة الثلمة وقد اتي
احدهما حجر المنجنيق فاخذه ونزل
الي داخل وقام رفيقه في مقامه
منتصبا لمثل ما لحقه اسرع من
لمح البصر بحيث لم يفرق بينهما
فارق الا نافذ ولما راي العدو ما
الى الامر اليه سيروا رسولين الي
السلطان يلتمسان الامان فقال
رحمه الله الفارس بالفارس
والتركي بمثله والراجل
بالراجل والعاجز علي قطيعة
القدس فنظر الرسول فراي
القتال علي الثلمة اشد
من اضرام النار فسال السلطان
يبطل القتال الي ان يعود
فقال ما اقدر علي منع
المسلمين من هذا الامر لكن
ادخل الي اصحابك وقل
لهم يتجاوزون الي القلعة
ويتركون الناس يشتغلوا
بالبلد فما بقي دونه
مانع فعاد الرسول بهذه
الرسالة فانحاز العدو الي قلعة
يافا بعد ان قتل منهم
جماعة غلطا ودخل الناس
البلد عنوة ونهبوا فيه
اقمشة عظيمة وغلالا
كثيرة واثاثا وبقايا
باش

hunc, qui omnium auribus insonabat, strata jacere mœnia, nullus exstitit nostrorum, cui vel tantillum erat Fidei, qui non in aciem provolaret: nullum hostile cor quod non attonitum trepidaret. Per damna tamen, per clades, ab ipsa premente cum maxime oppugnatione fortiores, constantiores, generosiores, morique obstinatiores resumunt animos. Scilicet quum procubuisset murus, in altum sublata pulveris & fumi volumina, *cæcato diei oculo*, *Horizontem tenebris operuerant*: neque tantæ quisquam fuit confidentiæ, qui introrumpere sustineret; ne forte in medios rueret ignes. Discussa deinde caligine micuerunt spicula, murique vicem præbuere, confertæ micuerunt hastæ, quæ omnem illam ruinam penitus obstruxerunt, ita ut ne oculis quidem rimula pateret. Hæc hostium patientia, firmitudo, dexteritas, tum in movendo sese, tum in quiescendo, omnibusque adeo moliminibus, obstupefecit nostros, & magno perfudit terrore. Ipsemet duos vidi viros, qui ruinam supervadentes e superiore muro arcebant, quorum alterum quum lapis tormento excussus abripuisset, ac deturbasset, eundem in locum mox alter successit, similem casum excepturus; qui etiam nictu citius oculi ipsum perculit, ita ut ne minimum quidem interstitium utriusque fato interceſſiſſe videretur. Cum tanto tamen animi robore ac ardore quum facile cerneret hostis quorsum res esset evasura, duos oratores ad *Sultanum* expediverunt, securitatem vitæ qui expeterent. *Sultanus* conditionem dixit, ut eques equite se redimeret, *Turcobulus Turcobulo*, pedes pedite, reliqua imbellis turba idem persolveret quod in deditione *Hierosolymorum*. Quum interim cernerent legati fervere cum maxime oppugnationem, flammanteque potentius igne exardescere, rogarunt *Sultanum*, ut tamdiu illa cessaret, donec rediissent. Negavit *Sultanus* se *Muſulmannos* prohibere posse a negotio urgendo, sed pergite, inquit, ad vestros, iisque denunciate, ut in arcem se subducant, sinantque militem meum diripiendo se explere oppido; id enim jam amplius impediri non potest. Hoc responso regressis iis, hostis se in arcem subduxit, postquam magna eorum vis primum inter tumultum errore esset trucidata: nostri quippe armata tandem manu ex-

pugnatum intrant oppidum, atque late populationem exercent, per congeſtas ibi opes, per proventus copioſos, per ſupellectilia & reliquias prædæ *Ægyptiacæ* perſultando. Tum ab iis qui in arcem refugerant acceptæ conditiones quas *Sultanus* impoſuerat. Ad primam veſperam porro hujus fauſtiſſimi diei a *Kaimazo Nesjmæo*, qui hoſtem obſervabat a parte *Ptolemaidis*, literæ ad *Sultanum* pervenerunt, quibus ſignificabat *Anglum*, ſtatim atque famam obſeſſæ *Jaffæ* percepiſſet, miſſa expeditione adverſus *Berytum*, *Jaffam* retro iter reflexiſſe. Eo accenſum intentumque ſtudium *Sultani*, ad negotium hocce conficiendum, arcemque deditione recipiendam; contra ac ſentiebant plurimi, qui deditionem improbabant, quod vi capi eos poſſe appareret: tanto magis, quod a longo jam nihil prædæ de hoſte reportaſſent, atque hac fortuna, & expugnatione oppidi, exercitui noſtro animi increviſſent. Attamen vitæ ſecuritas jam conceſſa, ſolenni mox pacto ipſis adfirmata. Tum vero & ego inter illos fui, qui ad hoſtem quantocyus ex arce educendum, eamque recipiendam, cohortarer, veritus ne auxilium mox adventaret. *Sultanus* quoque idem diſcupiebat; ſed noſtros tanta oppreſſerat laſſitudo, atque tum ferro gerendo vibrandoque, tum æſtu vehementiſſimo, medios inter fumi & ignis globos, exantlando, tantopere membris erant capti, ut ſe plane movere nequirent. Inſtitit quidem, impulitque eos *Sultanus*, ad multam uſque noctem; ſed quum videret eos defatigatione penitus obrutos, ad tentorium ſuum revectus eſt in caſtra, comitante ipſum turba ducum. Eo ad quietem degreſſo, & ego me in tentorium meum recepi, ubi præ irrequieta & mentem concutiente ſollicitudine ſomnum capere non potui. Ad primum crepuſculum tubas *Francorum* audimus reboantes, intelligimuſque adeſſe ſuppetias. Venerant per mare. E veſtigio ad ſe vocatum me *Sultanus* ita compellat. Dubium nullum eſt, quin auxilium per mare advenerit. Stant in litore exercitus *Iſlamiſmi*, qui eos exſcenſu prohibeant. Conſultiſſimum autem, ut ad *Almalichum Addahirum* contendas, eique dicas, ad portam ut adſtet auſtralem; dum tu interea, cum iis quos ipſemet leges, intrabis in arcem; eductoque inde præſidio,

باش مما نهب من القافلة المصرية واستقرت القاعدة علي الوجه الذي قرر السلطان ولما كان عصر الجمعة المباركة وصل السلطان كتاب من قايماز النجمي وكان في طرف العدو لحمايته من عسكر العدو الذي في عكا يخبر فيه ان الانكتار لما سمع خبر يافا اعرض عن قصد بيروت وعاد الي قصد يافا ولشيته عزم السلطان علي تتمة الامر وتسلم القلعة من لم ير الامان لانه قد لاح اخذهم وكان الناس لهم مدة لم يظفروا من عدو بمغنم ونوبتهم عليه فكان اخذهم عنوة مما ينبعث همم العسكر غير ان الامان وقع واتفق الصلح فكنت بعد ذلك ممن يحث علي اخراج العدو من القاعة وتسلمها خوفا من لحوق النجدة وكان السلطان يشتهي خروجه غير ان الناس قد اقعدهم التعب عن اسباب الامر واخذ منهم الحديد وشد الحر ودخان النار بحيث لم يبق لهم استطاعة علي الحركة واقام السلطان يحثهم الي ان هوي من الليل فلما راي ما قد نزل بالناس من التعب ركب وسار الي خيمته الي النقل وسار الناس الي خدمته ثم نزل في خيمته وعدت الي خيمتي وعندي من الخوف ما اقلقني عن النوم ولما كان سحر تلك الليلة سمعنا بوق الفرنج وقد نعق فعلمنا بوصول النجدة قد وصلت في البحر فاستدعاني السلطان من وقته وقال لا شك ان النجدة قد وصلت في البحر وعلي الساحل من عساكر الاسلام من يمنعهم من النزول والمصلحة ان تسير الي الملك الظاهر وتقول ان يقف ظاهر الباب القبلي وتدخل انت ومن تراه الي القلعة وتخرجوا القوم وتستولوا علي ما فيها من الاموال والاسلحة وتكتبها بخطك الي الملك الظاهر

الظاهر وهو خارج البلد وهو يسيرها الي عندنا ويسير معي لتقوية اليد علي ذلك عز الدين جردبك وعلم الدين قيصر ودرباس المهراني فسرت من ساعتي ومعي شمس الدين عدل الخزانة حتي اتيت الملك الظاهر وهو نايم في شلبنته علي تل قريب البحر في البرك وعليه كزاغنده وهو بلامة حربه فلا ضيع الله صنعهم في نصرة الاسلام فايقظته وقام والنوم في عينيه وسرت في خدمته وهو يستنفهم مني رسالة السلطان حتي وقف حيث امره ودخلنا نحن الي ياوا واتينا القلعة وامرنا الافرنج بالخروج فاجابوا الي ذلك وتهيوا للخروج

dio, comprehendetis quicquid ibi opum atque armorum, quæ tu manu tua conscripta & consignata deferes ad *Almalichum Addahirum*, extra urbem, ut ille deinceps ea ad nos transportet. Addidit mihi comites, ad *manum corroborandam* in illud opus, *Ezzoddinum Sjordichum* & *Alamoddinum Cæsarem*, & *Derbasum Mehranitam*. Ego eopse momento abii, mecum ducens *Sjemsoddinum Adlum* thesaurarium, atque ad *Almalichum Addahirum* perrexi, quem dormientem repperi in colle prope mare inter stationarios, *Kezagenda sua*, sive *thorace* indutum, atque loricatum: (non perire sinet Deus egregia pro *Islamismo* facinora.) Eum quum expergefeciſſem, erigitur oculis somno oppletis; quicum iter continuavi, ipso a me mandata *Sultani* requirente, donec ad locum assignatum ipsi perveniſſet. Nos arcem ingressi *Francos* egredi jubemus, qui dicto audientes sese ad exeundum accinxere.

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM QUINTUM.

ذكر كيفية بقاء القلعة في يد العدو

Quo pacto arx ab hoste sit retenta.

ولما اجابوا الي الخروج قال عز الدين جردبك لا ينبغي ان يخرج منهم احد حتي يخرج الناس من البلد خشية ان يتخطفوهم الناس وكان الناس قد داخلهم الطمع في البلد واخذ عز الدين جردبك يشتد في ضرب الناس واخراجهم وهم غير مضبوطين بعد ولا محصورين في مكان فكيف يمكن اخراجهم وطال الامر الي ان علا النهار وانا الومه وهو لا يرجع من ذلك والزمان مضي فلما رايت الوقت يفوت قلت له ان النجدة قد وصلت والمصلحة المسارعة في اخراجهم والسلطان قد اوصاني بذلك فلما عرف السبب في حرصي اجاب الي اخراجهم ومضينا الي باب القلعة القريب من الباب الذي الملك الظاهر قايم عنده فاخرجنا تسعة واربعين نفرا بخيولهم ونساهم وسيرناهم ولما خرج هذا النفر اشتد نفس الباقين وحدثتهم نفوسهم بالعصيان وكان سبب خروج هولاء النفر انهم استقلوا المراكب التي جاتهم وظنوا ان لا نجدة لهم فيها ولم يعلموا ان الانكتار مع

Cum autem se paratos ostendissent, dixit *Ezzoddinus Sjordichus*, non oportet quemquam horum egredi, donec nostri milites oppido excesserint. Metuebat scilicet ne nostri eos raperent atque spoliarent: namque prædæ ipsos cupiditas direpto oppido incesserat. Occœpit tunc *Ezzoddinus Sjordichus*, verberibus etiam admotis, eos expellere velle; qui quum non amplius signa servarent, aut uno in loco collecti tenerentur, frustra semet fatigabat, & tempus terebat; die interim altius evecto. Increpitabam quidem hominem, sed nullus tamen incœpto absistebat. Quum tempus labi, occasionem elabi, cernerem, dixi tandem, omnino quam potest maturrime educendi nobis sunt, namque auxiliares præsto sunt copiæ, idque a *Sultano* mihi injunctum scias. Justam studii ardorisque mei causam persentiscens ille, ad eos educendos promtum se præbet. Ire perreximus ad portam arcis proximam illi portæ, ad quam stationem tenebat *Almalichus Addahirus*; emisimusque undequinquaginta personas, cum equis uxoribusque eorum. His egressis obstinarunt reliqui, atque ad resistendum semet instinxerunt. Ratio, ob quam superiores illi egressi fuerant, hæc erat, quod nimis paucas judicassent

naves, quæ advenerant, quæ ipſis ſubſidium ferre haud valerent; ignoraſſentque ipſum quoque *Anglum* acceſſiſſe: præterea, quod ipſos vidiſſent ab exſcendendo ſe continuiſſe uſque ad provectum jam diem. Metuerant proinde, ſi renuiſſent, ne capti trucidarentur. Poſteaquam autem, egreſſis prioribus illis, propius admota claſſis auxiliaris, quinque & triginta patefeciſſet naves, corroborati reliqui animos in arce erexerunt, atque ſigna & indicia præbuerunt rebellionis. Exit qui mihi turbatum mutatumque eorum conſilium indicaret. Ipſi telis ſcutiſque ſumtis muros conſcendunt arcis, quæ quod recenter eſſet extructa nondum acroteriis & pinnis erat inſtructa. Quum huc revolutum cernerem negotium, e colle, in quo ſtabam, vicino portæ arcis, deſcendo, *Ezzoddinumque Sjordichum*, qui infra cum copiis adſtabat, fraudem caverent, moneo; quod commutatæ eſſent nationis voluntates. Vixdum urbe egreſſus *Almalichum Addahirum* attigeram, quum ſubito equeſtris procella ex arce, unius impetu viri, in noſtros defertur, omneſque ex urbe copias proturbat. In porta compreſſi noſtri ſemet elidunt, non ſine clade & interitu plurimorum. In quodam templo etiam reſtiterat turba caculorum militarium, nequam patrantium. Hos partim obtruncarunt, partim in vincula compegerunt. Miſſus ego a *Sultano Addahiro* ad patrem *Sultanum*, quis rerum ſtatus ſit renuncio. Confeſtim præcones per exercitum ad arma jubet vocare, impellituque aheno tympanum Marti ciendo. Convolatur undique in aciem, impetuque in urbem facto, hoſtem compellunt in arcem, exitii jam ſui certum: qui ſerum accuſans auxilium, ingenti terrore quatiebatur. Patriarcham tum, Caſtellanumque, inſanum magna circumſtipatos turba, oratores ad *Sultanum* allegant, excuſaturos quæ inciderant, pactumque prius efflagitaturos. Hi ad *Sultanum* pertendere non dubitarunt medium per certaminis, cum maxime ferventis, ardorem. Ceterum quod tardaſſet adhuc auxilium, hinc erat ortum. Viderant illi urbem vexillis refertam *Muſulmannorum* viriſque: unde captam quoque arcem pertimeſcebant: voceſque eos ex arce inclamantium intercipiebat undique fremitus maris, cum clamoribus vociferationibuſque perpetuis noſtrorum. Quum ergo præſidium arcis cerneret invaleſcere op-

مع القوم ورأوهم وقد تاخروا عن
النزول الي على النهار فخافوا ان يمتنعوا
فبوخذوا ويقتلوا فخرج من خرج ثم بعد
ذلك قربت النجدة حتي صاروا خمسة
وثلثين مركبا فقويت نفوس الباقين في
الحصن وظهرت بهم امارات العصيان
ود ايله وخرج منهم من اخبرني بتشويش
عزمهم واخذوا الطارقيات والجنويات
وعلوا علي الاسوار وكانت القلعة جديدة
لم تشرف بعد فلما رايت الامر قد ال
الي ذلك نزلت من التل الذي كنت
واقفا عليه وهو ملاصق لباب القلعة
وقلت لعز الدين جرديك وهو مع
عسكره في اسفل مع جمع من الاجناد
خذوا حذركم فقد تغيرت عزايم القوم
فما كانت الا ساعة بحيث صرت خارج
البلد في خدمة الملك الظاهر الا وقد ركب
القوم خيلهم وحملوا من القلعة حملة
الرجل الواحد واخرجوا من كان في
البلد من الاجناد ولقد ازدحم الناس
في الباب حتي كاد ان يتلف منهم
جماعة وبقي في بعض الكنايس جماعة
من اتباع العسكر مشتغلين بما لا يجوز
فهجموا عليهم وقتلوا منهم واسروا منهم
وسيروا السلطان الملك الظاهر الي
والده السلطان يعرفه بالحال فامر
الجاويش ونادي في العسكر وضرب
الكوس للقتال ونفر الناس من كل جانب
للغزاة وهجموا البلد وحشروا العدو في
القلعة وايقنوا بالبوار واستبطوا نزول
النجدة اليهم وخافوا خوفا عظيما فارسلوا
بطركهم والقسطلان وكان جليلة هايلة
مرسلين الي السلطان يعتذران اليه مما
جري ويسالان القاعدة الاولي فخرجت
الرسل الي السلطان والقتال يشتد
عليهم وكان انقطاع النجدة انهم راوا
البلد مشحونا بسبارق المسلمين
ورجالهم فخافوا ان تكون القلعة
قد اخذت وكان البحر يمنع من
سماع الصوت من كل جانب
وكثرة الضجيج والتهليل
والتكبير فلما راوا من في القلعة
شدة

oppugnationem, auxiliumque navale ceſſare ab exſcenſione, quantumvis validum, (namque creverat ad quinquaginta circiter naves, quarum quindecim erant bellicæ majores, inter quos prætoria Regis) intellexere, auxiliatores opinari, totam urbem eſſe amiſſam. Ibi tum unus ex iis ſemet ipſum *Meſſiæ* devovens, ex arce in portum deſiluit, qui quum arenoſus eſſet, nulla affectus noxa, contentiſſimo curſu ad mare pergit; ubi eum obviam progreſſa triremis ad prætoriam pervehit Regis, cui omnem rem denarrat. *Anglus* certior factus arcem adhuc a ſuis teneri, magno impetu litus petit. Prima, quæ milites ſuos expoſuit, navis, Regis ipſius fuit, tota rubra, & rubro diſtincta velo. Breviſſimo mox temporis ſpatio quotquot in navibus fuerant, exſcenſionem faciunt, ad portum pergentes. Hæc omnia ſub oculis meis acta. Invehuntur, deinde in *Muſulmannos*, eoſque fuſos fugatoſque portu expellunt. Sub me erat equus, quo ad *Sultanum* concitatiſſime pervectus, quæ rerum eſſet facies expono. Ambo legati aderant ipſi, calamumque in manum ſumſerat, vitam ipſis & ſecuritatem conſignaturus: ſed quum auri ejus inſuſuraſſem, quid eveniſſet, a ſcribendo ſe continuit, eoſque ſermone detinuit. Brevi poſt fugientium agmina ad *Sultanum* deferuntur. Pronunciatur per exercitum, ut equi conſcendantur; legati comprehenduntur; impedimenta & mercimonia *Bazourum* ſe retro referre jubentur. In hoc diſceſſu ingens ſupellex, & præda plurima *Jaffenſis*, quod tranſportari nequiret, retro relicta. Impedimentis remiſſis, expedito cum equitatu ſubſtitit *Sultanus*, noctemque ibi tranſegit. *Anglus* egreſſus caſtra occupat, unde *Sultanus* oppidum oppugnarat, atque eos, qui in arcem refugerant, cum ſarcinis ſuis maximam partem ad ſe convenire mandat. Inter eos erant multi ex *Mamlucis* noſtris, cum quibus varii agitati ſunt ſermones.

شدة الزحف عليهم وامتناع النجدة من النزول مع كثرتها فانها بلغت نيفا وخمسين مركبا منها خمسة عشر شاني فيها شاني الملك علموا ان النجدة ظنوا ان البلد قد اخذ فوهب واحد نفسه للمسيح وقفز من القلعة الي المينا وكان رملا فلم يصبه شي واشتد عدوا حتي اتي البحر فخرج له شاني واخذه الي شاني الملك فحدثه بالحديث فلما شعر الانكتار ان القلعة بعد مع اصحابه اندفع يطلب الساحل وكان اول شاني القي من فيه بالبر شانيه وكان احمرا ورقبته حمرا وبيرقه احمر فما كان الا ساعة وقد نزل كل من في الشواني الي المينا هذا كله وانا اشاهد ذلك ثم حملوا علي المسلمين فاندقوا بين ايديهم واخرجوهم من المينا وكان تحتي فرس فسقت حتي السلطان واخبرته بالخبر وبين يديه الرسولان وقد اخذ القلم بيده حتي يكتب لهم الامان فعرفته في اذنه ما جري فامتنع من الكتابة وشغلهم بالحديث فما كان الا ساعة حتي فر المسلمون نحو السلطان فصاح في الناس وركبوا وقبض علي الرسل وامر بتاخير الثقل والاسواق الي بازور فرحل الناس وتخلف لهم ثقل عظيم مما كانوا نهبوا من يافا فلم يقدروا علي نقله ورحل الثقل وبقي السلطان جريدة في الليل وبات من ليلته هناك وخرج الانكتار الي موضع السلطان الذي كان فيه لضايقة البلد وامر من في القلعة ان يخرجوا اليه معظم سواده واجتمع به جماعة من المماليك وجري بينهم احاديث ومجاذبة كثيرة

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM QUINTUM.

ذكر حديث الصلح

Mentio renovatur pacis.

ثم طلب الحاجب ابا بكر العادلي وحضر عندهم ايبك العزيزي وسنقر المشطوبي

ADvocat tum *Anglus* janitorem *Abubecrum*, qui adhuc inter eos verſa-

batur, una cum *Ibecho Azizita*, *Sunkaro Mesjtoubita*, ſimilibuſque intimis *Mamlucis*, quibuſcum ſæpe altius ſe in familiare colloquium immittebat, frequenter ad ipſum convenientibus. Multos quoque e ducibus eadem excipiebat familiaritate, ut *Bedroddinum Duldurmum*, alioſque. His nunc ad ſe intromiſſis, cœpit iterum cum iis miſcere ſeria, joca: inter aliaque, *Sultanus hicce*, inquit, *Magnus eſt: neque hac in terra Iſlamiſmo alius eſt ipſo major potentiorque. Quid ita ad nudum meum adventum e loco bocce ſarcinulas ille collegit? Aſt, per Deum! nec ad prælium eram armatus, nec ad rem gerendam paratus: vilemque tantum ſociorum navalium turbam trahebam. Quid ita ergo receptui cecinistis?* Adjecit deinde, *ita me Deus O. M., haud exiſtimabam ipſum duobus menſibus Jaffam eſſe capturum: quo pacto bidui eam expugnavit ſpatio?* poſtea *Abubecrum* compellans, *Salutabis*, inquit, *Sultanum, eique meo nomine dices, per te Deum adjuro, adnue mihi pacem petenti. Omnino finis negotio huic imponendus. Regna mea trans mare pereunt. Longius hoc bellum trahi nec nobis conducibile, nec adeo vobis.* Sic dimiſſis illis, ad *Sultanum* pergit *Abubecrus*, eique mandata exponit, extremis diei *Sabbati*, undeviceſimi *Resjebi*. *Sultanus* his auditis conſilium advocat, ubi hoc decernitur responſum. *Tu primus pacem certis conditionibus ambiviſti, omniſque nobis controverſia de Jaffa & Aſcalone. Nunc autem vaſtata eſt Jaffa. A Tyro itaque Cæſaream uſque ditio tua pertineat.* Hæc renunciaturus *Abubecrus*, ad Regem revertit; qui ipſum, adjuncto oratore *Franco*, ſtatim remiſit hac uſurum oratione. *Rex ait, Francis in more eſſe, ut ſi quis quem civitate donarit, eum ſibi faciat aſſeclam ſervumque. Jam ego a te expeto duas haſce civitates, Jaffam, & Aſcalonem, quarum præſidiariæ copiæ ſemper vobis præſto erunt ad miniſteria. Quin ſi mea indigeas opera, quanta maxima potero celeritate ipſe tibi adero, cognitamque tibi meam in bello operam præſtabo.* Reſponſum *Sultani* hoc fuit: *Quum huc deſcenderis, & ego me tibi facilem præbebo. Partiamur duas haſce civitates, quarum alteram Jaffam, & quicquid ad eam pertinet, tu obtineas: ego Aſcalonem, & quæ ad ditionem ejus pertinent, obtinebo.* Cum his ambo legati abivere. *Sultanus* diſceſſit ad impedimenta, caſtraque in *Ba-*

المشطوبي وغير هولاء وكان قد صادف
جماعة من خواص المماليك ودخل معهم
دخولا عظيما بحيث كانوا يجتمعون به في
اوقات متعددة وكان قد صادف من الامراء
جماعة كبدر الدين دلدرم وغيره فلما
حضر هذا النفر عنده جد وهزل ومن
جملة ما قال هذا السلطان عظيم وما في
هذه الارض للاسلام اكبر ولا اعظم منه
كيف رحل عن المكان بمجرد وصولي
والله ما لبست لامة حرب ولا تاهبت
لامر وليس في رجلي الا رذول البحر
وكيف تاخرتم قال والله العظيم والكريم
ما ظننت انه ياخذ يافا في شهرين
فكيف اخذها في يومين ثم قال لابي بكر
تسلم علي السلطان وتقول له بالله عليك
اجب سوالي في الصلح فهذا الامر لا بد
له من اخر وقد هلك بلادي وراء البحر
وما دولم هذا مصلحة لا لنا ولا لكم ثم
انفصلوا عنه وحضر ابو بكر عند السلطان
وعرفه ما قال وكان ذلك في اواخر يوم
السبت تاسع عشر رجب فلما سمع
السلطان ذلك احضر ارباب المشورة
وانفصل الحال علي ان الجواب انك
كنت طلبت الصلح اولا علي قاعدة وكان
الحديث في يافا وعسقلان والان قد
خربت هذه يافا فتكون لك من صور الي
قيسارية فضي اليه وعرفه ما قال فرده
اليه ومعه رسول افرنجي وقال يقول
الملك ان قاعدة الفرنج انه اذا اعطي واحد
لواحد بلدا صار تبعه وغلامه وانا اطلب
منك هذين البلدين يافا وعسقلان
وتكون عساكرهما في خدمتك دايما
واذا احتجت الي وصلت اليك في
اسرع وقت وخدمتك كما تعلم خدمتي
فكان جواب السلطان حيث دخلت
هذا المدخل فانا اجيبك ان
تجعل البلدين قسمين احدهما لك
وهو يافا وما وراها والثاني لي وهو
عسقلان وما وراها ثم سار
الرسولان ورحل السلطان الي
الثقل وكان المخيم ببازور ورتب
المنقابين لذلك والبرك عندهم
وسار

وسار حتي اتي الرمله فخيم بها يوم الاحد العشرين من رجب ووصل اليه الرسول مع الحاجب ابي بكر فامر باكرامه والاحسان اليه وكانت رسالته الشكر من الملك علي عطايه يافا وتجديد السوال في عسقلان ويقول انه ان وقع الصلح في هذا الايام سار الي بلاده ولا احتاج ان اشتي هاهنا فاجابه السلطان في الحال وقال اما النزول عن عسقلان فلا سبيل اليه واما تشتيته ههنا فلا بد منها لانه قد استولي علي هذه البلاد ويعلم انه متي غاب عنها اخذت بالضرورة واذا اقام ايضا ان شاء الله واذا سهل عليه ان يشتي هاهنا ويبعد عن اهله ووطنه مسيرة شهرين وهو شاب في عنفوان شبابه ووقت اقتناص لذاته ما يسهل علي ان اشتي واصيف وانا في وسط بلادي وعندي اولادي واهلي ويأتي الي ما اريد وانا رجل شيخ قد كرهت لذات الدنيا وشبعت منها ورفضتها عني والعسكر الذي يكون عندي في الشتاء غير العسكر الذي يكون عندي في الصيف وانا اعتقد اني في اعظم العبادات ولا انزال كذلك حتي يعطي الله النصر لمن يشاء فلما سمع الرسول ذلك طلب ان يجتمع بالملك العادل فاذن له في ذلك فسار الي خيمته وكان قد تاخر بسبب مرض اعتراه الي موضع يقال له صمويل فسار الرسول اليه مع جماعة ثم بلغ السلطان ان عسكر العدو قد رحل من عكا قاصدا يافا للانجاد فجمع لارباب الراي وعقد مشورة في قصدهم فاتفق الراي علي انهم يقصدونهم ويرحل بالثقل الي الجبل ويقصدونهم جريدة فان لاحت فرصة انتهزوها والا رجعوا عنهم وهذا اولي من ان يصبر حتي تجتمع عساكر العدو ونرحل الي الجبل في صورة منهزمين واما الان اذا وصلنا ففي صورة طالبين فامر السلطان الثقل يسير الي الجبل في عشية الاثنين حادي وعشرين رجب وسار هو جريدة في صبيحة يوم الثلثا حتي نزل علي العوجا ووصل من اخبره ان عسكر العدو قد وصل قيسرية ودخل عليها

Bazouro posita; ubi cunicularios & excursatores etiam deposuit. Inde *Ramlam* pergit, ibique die Solis, vicesimo *Resjebi*, consedit atque a legato *Francorum*, comite *Abubecro*, denuo aditur. Is, dignanter comiterque receptus, hæc gerebat mandata, *Regem gratias agere Sultano, quod Jaffam ipsi concessisset, atque renovare petitionem de Ascalone item cedenda: ut si pax hisce diebus coëat, in regna mox sua remigret; neque hic hybernare cogatur.* Ei ex tempore respondit *Sultanus*, *Ascalonem ut remittamus, plane fieri nequit: hyems quoque hic Ipsi omnino erit agenda; quum regiones a se occupatas pulcre sciat, statim atque discesserit, fore recipiendas necessario: quin, etiamsi manserit, quoque, Deo volente. Quum vero ipse haud gravetur hic hybernare, familia sedibusque patriis avulsus duorum mensium itinere, & quidem juvenis adhuc in primo ætatis flore, venandarumque hora voluptatum: nec mihi grave esse potest hybernis æstiva continuare, mediis in regnis meis, atque apud liberos familiamque meam; ubi quicquid desidero, affatim adfertur; quamvis jam senescens voluptates abhorream mundanas; easque, satietate captus, penitus a me abdicarim. Accedit alium mihi esse exercitum hyeme, alium æstate. Denique sancte credo me maximum ita cultum Deo præstare. Proinde non absistam, donec Deus victoriam pro arbitratu dispensarit.* His auditis petit Legatus, ut *Almalichum Aladilum* convenire detur. Quum veniam impetrasset, pergit ad tabernaculum ipsius (retro quippe remanserat, morbo implicitus) in loco cui *Samauwelo* nomen est, comitantibus eum nostrorum multis. Interea temporis certior fit *Sultanus*, *Ptolemaide* profectas hostiles copias, *Jaffam* tendere auxilio. Convocato prætorio deliberatur, ecquid petendæ forent. Omnium calculo decernitur, impedimentis ad montana remissis, expedito equitatu in eas esse vadendum, ut si occasio adfulgeret, arriperetur; sin minus rediretur ad montana non habitu fugientium, sed impetentium: ac vel eam ob causam illuc contendere melius esse, quam desidere, donec exercitus hostiles in unum coëant. *Sultanus* itaque sarcinis ad montana recipere se jussis, sub vesperam diei *Lunæ*, vicesimi primi *Resjebi*, ad diluculum diei *Martis* expedito cum equite ire perrexit ad *Alausjam*, ubi quum consedisset, venere qui renuncia-

rent, agmen hoſtile jam *Cæſaream* attigiſſe atque intraſſe, neque occaſioni locum eſſe relictum. Adferebatur ſimul, *Anglum* extra *Jaffam* conſediſſe cum perexiguo virorum tentoriorumque numero. Incuſſum inde *Sultano* deſiderium fortunam tentandi, oppreſſiſque tentoriis illis, victoriæ tandem ſcopum feriendi. In id tota mente defixus prima nocte iter arripit, viarumque ducibus *Arabibus* præeuntibus compendioſos ſecans tramites, cum prima aurora ad tentoria hoſtilia pervenit, quæ vix denarium explere numerum repperit. Accenſus cupiditate *Sultanus* ſe cum ſuis unius impetu viri infert. At illi ſua loca, ſuum firmiter obtinentes gradum, *deſtringunt dentes prælii*. Percelluntur & attoniti ſtupent noſtri ad hanc ipſorum conſtantiam, in medio noſtro exercitu ipſis in orbem circumfuſo. Narratum mihi ab aliquo, qui actioni interfuit, (ipſe enim ad ſarcinas reſtiteram, nec ob turbatam valetudinem caſui adeſſe potui, de quo eſt quod grates Deo rependam,) ſeptem & decem tantum numeratos eſſe equites ab eo qui multum, novem ab eo qui parum dixerit: pedites vero minus mille, aliis trecentos, aliis plures recenſentibus. Id vero graviſſimam *Sultano* movit indignationem, qui agmina circumequitans exſtimulabat; nemine hortanti reſpondente, præter filium *Almalichum Addahirum*, quin *Sjannaho* fratre *Mesjtoubi* regerente, *Hæc ſervis tuis dicito, qui homines verberabant die, quo Jaffa fuit expugnata, iiſque prædam eripiebant*. Nempe alta mente repoſtum gerebat exercitus fœdus illud *Jaffæ*, elapſamque ibi e manibus prædam, & reliqua inſecuta mala, quæ animos exulcerarant. Quum ergo id percepiſſet *Sultanus*, vidit dignationis ac famæ jacturam ſibi faciundam, ſi exiguo huic manipulo longius immineret, (namque & relatum mihi, *Anglum* iſto die arrepta haſta impetum in noſtros dediſſe, univerſam aciem ab extrema dextra ad extremam ſiniſtram percurrendo, neque quemquam adverſus ipſum proceſſiſſe.) Iratus igitur ab oppugnatione ſe avertit *Sultanus*, *Bazurumque* indignabundus pervehitur, ubi die *Mercurii*, viceſimo tertio *Resjebi* moratus, exercitu apud ſtationarium militem pernoctante, die *Jovis Netrounum* ſe contulit, ibique deſcendens exercitum ad ſe venire juſſit.

Ad

عليها ولم يبق فيه طمع وبلغه ان الانكتار
قد نزل خارج يافا في نفر يسير وعدم
قليلة فوقع له ان ينتهز فيه الفرصة ويلتمس
خيمه ويغال منهم غرضا وعزم على ذلك
وسار من اول الليل والاندلسة من العرب
تقدمه ويقطع في الطريق الى ان اتى
الصباح الى خيام العدو فوجدها تقدير
عشر خيم فدخله الطمع وحملوا حملة
الرجل الواحد فثبتوا في اماكنهم وكشروا
عن انياب الحرب ووجموا من ثباتهم
ودار العسكر حلقة واحدة ولقد حكاني
بعض الحاضرين (فاني كنت تاخرت مع
الثقل ولم احضر هذه الوقعة ولله الحمد
لانني مزاجي) ان عدة الخيل كانت
بحزرها الاكثر سبعة عشر والمقل بتسعة
والرجال دون الالف فمن قايل ثلثمائة
ومن قايل اكثر من ذلك فوجد السلطان
من ذلك مغبطة عظيمة ودار على
الاطلاب يحثهم فلم يجب دعاه
سوي ولده الملك الظاهر وقال له
الجناح اخو المشطوب قل لغلمانك
الذين ضربوا الناس يوم فتح
يافا واخذوا منهم الغنيمة وكان
في قلوب العسكر من صاح
يافا حيث فوتهم الغنيمة وجري
ما جري ما اثر هذا الاثر فلما
راي السلطان ذلك راي ان وقوفه
في مقابلة هذه الشرذمة البسيرة
من غير عمل خسارة بحقه وقد
بلغني ان الانكتار اخذ رمحه ذلك
اليوم وحمل من طرف الميمنة
الي طرف الميسرة فلم يعرض له
احد فغضب السلطان ثم اعرض
عن القتال وسار حتي اتي بازور
كالمغضب ونزل بها وذلك يوم
الاربعا ثالث وعشرين رجب
وبات العسكر بالبزك ثم اصبح
يوم الخميس سار الي النطرون
فنزل به ونفذ الي
العسكر فاحضره عنده
فوصلنا اليه اخر نهار
الخميس رابع وعشرين
فبات

فبات به ثم اصبح يوم الجمعة وسار الي اخيه الملك العادل يعتقده ودخل القدس وصلي الجمعة ونظر العمايير ورتبها ثم عاد من يومه الي الثقل وبات فيه علي النظرون

Ad veſperam illius diei iterum cum eo conjungimur. Ibi quum noctem egiſſet ad auroram diei *Veneris* ad *Almalichum Aladilum* viſitandum evehitur, *Urbem Sanctam* intrat; ſolennes obit preces; munitiones inſpicit, ordinatque; atque eodem die ad caſtra revehitur, ad *Netrounumque* pernoctavit.

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM SEXTUM.

ذكر قدوم العساكر

Novarum acceſſio copiarum.

فاول من وصل علاي الدين بن اتابك صاحب الموصل وكان وصوله ضاحي نهار السبت سادس وعشرين رجب فلقيه السلطان عن بعد واحترمه واكرمه وانزله عنده في الخيمة وعمل همة جسنة وقدم له تقدمة جميلة ثم سار الي خيمه

واما رسول الملك فانه عاد في هذا اليوم فان الملك العادل كان قد حمله مشافهة الي الملك وعاد مع الحاجب ابي بكر الي يافا فعاد ابوبكر وحضر عند السلطان في ذلك اليوم واخبره ان الملك لم يتركني لدخل الي يافا وخرج الي وكلمني في ظاهرها وكان كلامه الي كم اطرح نفسي علي السلطان وهو لا يقبلني وانا كنت احرص ان اعود الي بلادي والان فقد هجم الشتاء وتغيرت الانواء وقد عزمت علي الاقامة وما بقي بيننا حديث هذا كان جوابه خذله الله

ولما كان يوم الخميس تاسع شعبان قدم عسكر مصر فخرج السلطان في لقايهم وكان فيهم مجد الدين هدري وسيف الدين يازكج وجماعة الاسدية وكان في خدمته الملك المويد مسعود واظهروا الزينة ونشروا الاعلام والبيارق فكان يوما مشهودا ثم انزلهم عنده ومد الخوان ثم ساروا الي منازلهم

Reſjebi viceſimo ſexto, die *Sabbati*, alta jam luce, acceſſit novis cum copiis *Aladinus Atabechides*, *Meſulæ* Dominus, cui longiuſcule obviam progreſſus *Sultanus* ſummos detulit honores; eumque in prætorio ſuo ſplendidiſſime tractatum, ſpecioſiſſimiſque donatum muneribus, ad tentorium remiſit.

Ceterum Legatus ille Regis, de quo ſupra, ab *Almalicho Aladilo* acceperat in mandatis, ut colloquium cum Rege peteret. Eum in finem hoc die cum *Abubecro* janitore *Jaffam* eſt reverſus. Sed eodem die ad *Sultanum* regreſſus *Abubecrus* ſignificat, ſe a Rege urbem inire prohibitum, extra eam ab ipſo his verbis eſſe compellatum. *Quo uſque tandem memet ipſum Sultano penitus tradam atque permittam, abſque ut me recipere dignetur. Sane percupidus fui domum remeandi. Nunc vero quum hyems ingruerit, & pluvioſa turbent ſidera, manere decrevi. Non eſt ergo quod verbis ulterius agamus.* Hoc ſeſe reſponſo ablegatum. Male perdat hominem Deus.

Inſequentis *Sjabani* deinde nono, die *Jovis*, *Ægyptiacæ* advenerunt copiæ, quibus obvium ſe tulit *Sultanus*. Intererant iis *Mesjdoddinus Hulderius*, & *Saipboddinus Jazkusjius*, *Aſadæorumque* agmen; ipſeque etiam *Almalichus Almoujadus Meſoudus* præſto ſimul adfuit. Signis vexilliſque explicitis magnificum oſtentarunt paratum; publicaque lætitia celebratiſſimus extitit dies. In prætorium deductis ſtrata menſa eſt. Inde ad caſtra ſua diſceſſere.

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM SEPTIMUM.

Almalichus Almanſourus Filius Tacoddini p. m. advenit.

ذكر قدوم الملك المنصور بن تقي الدين رحمة الله

DIe *Sabbati*, undecimo *Sjabani*, ad officia *Aladilo* præſtanda acceſſit filius *Tacoddini*, qui jam receperat promiſſas ſibi provincias; atque ad aquam *Sanauweli* deſcendens, avum inviſit. Eopſe die ab *Almalicho Aladilo* literæ ad *Sultanum* expediuntur, quibus, adventu ejus ſignificato, rogat, honore ipſum, favoreque, atque adeo prolixa miſericordia, excipere dignetur. *Almalichus Addahirus* cognito *Almanſouri* adventu, a patre veniam orat ei occurrendi, viſendique ſimul *Aladilum*. Conceſſum ingreſſus iter caſtrametantem invenit *Almanſourum* in *Beitnuba*, amanterque eum complexus, ad primam diei *Solis* veſperam apud ipſum moratur. Lecto dein agmine ad *Sultani* prætorium cum ipſo revehitur, ubi & nos tum præſentes aderamus. Intromiſſo aſſurgit honorifice *Sultanus*, in amplexuſque receptum pectori apprimit; non ſine lacrymis obortis; quas quum reprimere vellet, tanto vehementius erupere, ita ut fletu plane obrueretur, incomparabili pietatis exemplo. Longo ſatis ſpatio flenti adflent ſpectatores. Deinde exporrecta fronte in familiarem cum eo ſermonem ſe diffundit, de itinere, aliiſque ipſum interrogans. Dimiſſus pernoctat apud *Addahirum*. Poſtera luce copias ſuas arceſſitum revehitur, quæ ſignis vexilliſque explicitis ornatiſſimæ ſpecioſiſſimæque ſe intulere. *Sultani oculus* iis *frigefactus*. Locus eis in prima exercitus noſtri parte aſſignatus prope *Ramlam*.

وكان قد تسلم البلاد التي وعد بها وكان وصوله الي خدمة الملك العادل في يوم السبت حادي عشر شعبان فنزل عنده بما صنويل واقتعده وكتب الملك العادل في يوم ذلك الي السلطان يخبره بوصوله وساله في احترامه واكرامه واطلاق الرحمة له ولما تحقق الملك الظاهر وصول الملك المنصور استاذن والده في لقايه واقتفاد الملك العادل فاذن له في ذلك فسار فوجد الملك المنصور مخيما ببيت نوبه فنزل عنده وخرج الي لقايه واقام عنده الي العصر وذلك في يوم الاحد ثم اخذ وسار به جريدة حتي اتي خيمة السلطان ونحن في خدمته فدخل عليه واحترمه ونهض له واعتنقه وضمه الي صدره ثم غشيه البكا فصبر نفسه حتي غلبه الامر وغشيه من البكاء ما لم ير مثله فبكا الناس لبكايه ساعة زمانية ثم باسطه وساله عن الطريق ثم انفصل وبات في خيمة الملك الظاهر الي صبيحة الاثنين ثم ركب وعاد الي عسكره ونشروا الاعلام والبيارق وكان معه عسكر جميل فقرت عين السلطان ونزل في مقدمة العسكر مما يلي الرملة

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM OCTAVUM.

Sultanus Ramlam verſus movet.

ذكر رحيله رحمه الله الي الرمله

QUum autem ſuæ jam vires, conventu copiarum, placerent *Sultano*, advocato prætorio, *Anglus*, inquit, *gravi laborat morbo: Galli haud dubie mare remenſuri diſceſſum moliuntur. Exhauſtus jam hoſtis, cladi opportunus eſt. Jaffam itaque contendendum autumo; ubi ſi occaſionis aliquid*

وذلك انه لما راي العساكر قد اجتمعت جمع ارباب الراي وقال ان الانكتار قد مرض مرضا شديدا ولافرنسبسية قد ساروا راجعين ليعبروا البحر من غير شك ونفقاتهم قد قلت وهذا العدو قد مكن

quid nacti fuerimus, ea utemur: sin minus, noctis præsidio Ascalonem pervehemur; in qua, si non generosus me ludit ardor, scopum nostrum assequemur. Approbatum ab omnibus consilium. Injunctum deinde *Ezzoddino Sjordicho*, & *Sjemaloddino Pharsjo* aliisque ducibus compluribus, ut *Sjabani* nocte decima sexta *Jaffam* propinquent, specie excursatricis manus, atque per exploratores diligentissime, quantus ibi equitatus peditatusque, inquisitum renuncient. Dum hæc fiunt, continui aderant ab *Anglo* legati, fructus & nivem petentes. Moverat nempe ei morbus, quo conflictabatur, appetitum pyri, malique Persici. *Sultanus* hæc ei largiter suppeditabat, atque crebra accessione legatorum quid rerum gereretur rescisscere satagebat. Rescitum est, *Jaffæ* trecentos esse equites secundum eos qui augebant; ducentos, secundum alios, qui minuebant numerum. Intellectum præterea, comitem *Henricum* conciliatorem discurrere *Anglum* inter & *Gallos*, ut remaneant: sed illis maria relegere, magno consensu destinatum atque decretum esse. Item, *Jaffæ* mœnia reficere, animum ipsis haud esse: sed omnem curam in arcis murum emuniendum conversam. Eadem autem occasione hac requisiverat iterum *Anglus* janitorem *Abubecrum Adelitam*, quo ille multum delectabatur, familiariterque utebatur.

Sultanus interim his rebus intellectis eodem die *Jovis*, prima luce, *Ramlam* versus movet, ibique provecto ferme ad culmen lumine confedit. Ab excursatoribus tum nostris venere qui nunciarent, impressionem datam esse in *Jaffam*; nec plures inde prodiisse, quam trecentos circiter equites, mulis tamen maximam partem vectos. Eos eandem stationem obtinere jubet *Sultanus*. Reversus quoque tum *Abubecrus*, oratorem secum adduxit Regis, gratias acturum pro liberalitate munifica in fructibus niveque ministranda. Narrabat *Abubecrus* se secretum cum Rege habuisse colloquium, Eumque sibi dixisse, *Fratrem meum Almalichum Aladilum compella, ut videat quo pacto pacem mihi apud Sultanum conciliet conficiatque; ut Ascalonem mihi concedere non gravetur; tum enim confestim abibo: cum exiguoque manipulo ei res in posterum erit, quibus regiones has ex facili sit ademturus. Mihi quidem non alius est scopus, quam*

مكن الله منه ولري ان نسير الي يافا فان وجدنا فيها طمعا بلغناه والا عدنا تحت الليل الي عسقلان فما تخلفنا النجدة الا وقد بلغنا منها غرضا فراوا ذلك رايا وتقدم الي جماعة من الامراء كعز الدين جرديك وجمال الدين فرج وغيرهما بالمسير في ليلة الخميس سادس عشر شعبان حتي يكون قريبا من يافا في صورة يرك يستغرقون كم فيها من الخيالة والرجالة بالجواسيس ثم يعرفونه ذلك فساروا هذا ورسل الانكتار لا ينقطع في طلب الفاكهة والثلج واوقع ما فيه عليه في مرضه شهوة الكمثري والخوخ وكان السلطان يمده بذلك ويقصد كشف الاخبار بتواتر الرسل والذي انكشف من الاخبار ان فيها ثلثماية فارس علي قول المكثر ومايتي فارس علي قول المقل وان الكند هري يتردد بينه وبين الفرنسيسية في مقامهم وهم عازمون علي عبور البحر قولا واحدا وانهم لا عناية لهم بسور البلد وانما عنايتهم بعمارة سور القلعة وكان قد طلب الانكتار الحاجب ابا بكر العادلي وكان له معه انبساط عظيم

فلما تحقق السلطان الاخبار اصبح يوم الخميس راحل الي جهة الرملة فنزل بها ضاحي نهار ووصل الخبر من الغيارة يقولون اننا اغرنا علي يافا فلم يخرج الا مقدار ثلثماية فارس معظمهم علي بغال فامرهم السلطان بمقامهم هناك ثم وصل الحاجب ابو بكر ومعه رسول من عند الملك يشكر السلطان علي انعامه بالفواكه والثلج وذكر ابو بكر انه تفرد به وقال له قل لاخي السلطان الملك العادل يبصر كيف يتوصل الي السلطان في معني الصلح ويستوهب لي منه عسقلان ولمضي ويبقي هو هونا في هذه الشردمة البسيرة ياخذ البلاد منهم فليس غرضي الا اقامة جاهي بين الافرنجية وان لم ينزل السلطان

dignitatem meam inter Francos tueri. Quod si tamen Sultanus Aſcalone cedere nolit, at ſaltem mihi ſumtus in mœnium ſubſtructionem impenſos refundat.

His auditis ambos hoſce ad *Almalichum Aladilum* ire jubet *Sultanus*, comitemque iis addit fidiſſimum quendam ſuorum, qui *Aladilo* clanculum inſinuaret, ut ſi *Aſcalone* abſiſterent, pacem cum iis ſanciret. Etenim exercitum noſtrum diſtæ debat longæ perpetuæque militiæ, in quam omnia ſua bona erogarant. Abiere ad meridiem ferme decimi ſeptimi *Sjabani.*

السلطان عن عسقلان فياخذ لي منه عوضا عن خسارتي علي عمارة سورها

فلما سمع السلطان ذلك سيرهم الي الملك العادل واسر الي ثقة عنده بان يمضي الي الملك العادل ويقول له ان نزلوا عن عسقلان فصالحهم فان العسكر قد ضجر من ملازمتهم البيكار والنفقات قد نفدت وتحاروا ضاحي الجمعة سابع عشر شعبان

CAPUT CENTES. SEXAGESIMUM NONUM.

Aſcalon ab Anglo remittitur.

EJuſdem diei occaſu nuncius a *Bedroddino Duldurmo* expeditus e ſtatione noſtra; quo indicabat quinque Regios ad ſe exiiſſe; interque eos intimum quendam Regis, cui *Honato* nomen, qui colloquium poposcerint: ecquid eos eſſet auditurus? quum *Sultanus* id ei permiſiſſet, ad extremam veſperam ipſe adeſt *Bedroddinus*, referens dixiſſe eos, *Regem remittere nobis Aſcalonem, nec non impenſarum repenſationem, verumque ac ſincerum cepiſſe propoſitum pacis ineundæ.* Eum mox redire jubet *Sultanus* (addito fido certoque homine, qui in id dextram fidemque Regis acciperet) Regique renunciare, *Quum Sultanus jam copias in unum contraxerit, non poſſum cum eo hunc ſermonem communicare, niſi liquido exploratum habeam, Te haud eſſe retractaturum quæ polliceris. Tum demum rem ad ipſum referam.* Cum his mandatis reverſus *Bedroddinus*, *Almalicho Aladilo* quæ acta erant perſcribit.

Die *Sabbati*, decimo octavo *Sjabani*, miſſus a *Bedroddino* qui nunciaret, ſe Regis dextram accepiſſe, per fideliſſimum hominem, ad conditionem hanc præſtandam: regionumque fines ita fore regendos, ut prima vice cum *Aladilo* erat conſtitutum. Tum *Diwanum* convocat *Sultanus*, atque cum eo percenſet *Jaffam* ejuſque ditionem, unde *Ramlam* exemit; itemque *Jafnam* & *Masjdaljabum*. Deinde *Cæſaream* ditionemque ejus percenſet; nec non *Arſophum Haiphamque* cum ſuis ſibi ditionibus. *Accam* denique, ſive *Pto-*

ذكر الاجابة الي النزول عن عسقلان

ولما كان غروب الشمس من اليوم المذكور انفذ بدر الدين دلدرم من الجزيرة يقول انه خرج البنا خمسة انفس منهم شخص مقدم عند الملك يسمي هوات وذكروا ان لهم معنا حديثا فهل اسمع حديثهم ام لا فاذن له السلطان في ذلك ولما كان عشاء الاخرة حضر بدر الدين بنفسه واخبر ان حديثهم كان ان الملك قد نزل عن عسقلان وعن طلب العوض عنها وقد صح مقصوده في الصلح فاعاده السلطان ثانية فنفذ اليه ثقة ياخذ يده علي ذلك ويقول ان السلطان قد جمع العساكر وما يمكنني ان احدثه هذا الحديث الا ان اثق بك انك لا ترجع فيه وبعد ذلك احدثه وسار بدر الدين علي هذه القاعدة وكتب الي الملك العادل يخبره بما جري

ولما كان يوم السبت ثامن عشر شعبان انفذ بدر الدين وذكر انه اخذ يده علي هذه القاعدة بمن يثق به وان حدود البلاد علي ما استقر في الدفعة الاولي مع الملك العادل فاحضر السلطان الديوان فذكروا يافا واعمالها واخرج الرسله منها ويبنا ومجدل يابا ثم ذكر قيسرية واعمالها والرسوف واعمالها وحيفا واعمالها وعكا واعمالها واخرج منها الناصرة وصفوريه واثبت الجميع في ورقة

Ptolemaidem recensens, ditioni ejus eximit *Nazaretham Sepphorimque*. Hæc omnia accurate ac fideliter chartis commendata, cum responso suo perferenda tradit *Tarantajo*, legatoque Regis qui cum *Bedroddino*, vesperascente jam die *Sabbati*, accesserat ad pacem rite fundandam firmandamque. Edixit autem legato, *hi fines sunt civitatum, quæ in manibus vestris remanebunt. Si pacem his legibus amplectimini; quod felix faustumque sit, en dextra fidesque. Mittat quoque Rex, qui idem juret; & quidem perendie. Si cesserit, moras eum nectere liquebit, pro abruptoque habebitur negotium hoc.*

Illis postera luce diei *Solis* profectis, hisce cum conditionibus, ad seram vesperam adfertur revertisse *Tarantajum*, cum legatione, admittique petere. Solus *Tarantajus* admittitur. Is refert, *Regem, scripto illo cognito, negavisse, remissam a se esse sumtuum refusionem: sed iis qui cum Duldurmo egerant id una voce confirmantibus, respondisse, haud revoco, si dixi. Agite, dicite Sultano, quod felix faustumque sit: acquiesco conditionibus hisce; atque ad generosum illud honestum tuum omnia defero. Si quid mihi insuper adjeceris, munificentiæ & liberalitati tuæ id acceptum feram.* Abit dein, de nocteque legatos adducit; qui primo mane diei *Lunæ* admissi, *Sultano* exponunt, Dominum ipsorum hisce acquiescere. Iis dimissis, prætorioque convocato, quæ transacta erant confirmantur & consignantur. Ad *Almalichum Aladilum* inde pergit *Emirus Duldurmus*, assumtis secum legatis illis, qui ostendebant se accessionem *Ramlæ* desiderare. Eo sub seram vesperam noctemque *Lunæ* reverso, conscripsi quæ convenerant, exaravique conditiones pacis in tres annos, quæ initium sumeret a die *Mercurii*, vicesimo secundo *Sjabani*, anni quingentesimi octogesimi octavi. Per has *Ramla* pro accessione iis permissa, itemque *Lydda*. Missus tamen *Adlus*, mandatumque ei, ut si placare eos posset alterutro locorum, aut æqua partitione, faceret; utque de montanis tractibus omnem respueret sermonem. Hæc ita conducere judicavit *Sultanus*, quod debilitati exhaustique nostri homines, penates anhelarent suos: quodque ad *Jaffam* detrectata pugna, impetu suo hostem obterere recusassent; unde metus ipsum incesserat, ne si res gerenda foret, *haud*

ورقة وكتب جواب الكتاب ولنفذه علي يد طرنطاي مع الرسول وكان قد وصل الرسول لتحرير القاعدة مع بدر الدين في عصر السبت وقال للرسول هذه حدود البلاد التي تبقي في ايديكم فان صالحتنم علي ذلك فبارك قد اعطيتكم يدي فليبلغه الملك من يحلف ويكون ذلك في غداة غد والا فيعلم ان هذا تدفيع ومماطلة ويكون الامر قد انفصل من بيننا

وساروا في بكرة الاحد علي هذه القاعدة ولما كان عشاء الاخرة يوم الاحد وصل من اخبر بوصول طرنطاي ومعه الرسول واستاذن في حضورهم فاذن رحمه الله في حضور طرنطاي وجده وذكر ان الملك قد وقف علي تلك الرقعة وانكر انه نزل عن العوض فاذكره الجماعة الذين خرجوا الي بين يدي دلدرم انه نزل عن ذلك قال اذا انا قلته فلا لرجع عنه قولوا للسلطان مبارك رضيت بهذه القاعدة وقد رجعت الي مروتك فان زدتني شيا فمن فضلك وانعامك ثم سار واحضر الرسل ليلا واقاموا الي بكرة واحضروا الرسل عند السلطان بكرة الاثنين وذكروا ما استقر عن صاحبهم ثم انفصلوا الي خيمهم وحضر عند السلطان لرباب المشورة واستقر الامر وانفصلت القاعدة وسار الامير بدر الدين دلدرم الي الملك العادل واخذ الرسل معه في صورة من يسال في زيادة الرملة وعاد عشاء الاخرة ليلة الاثنين وكتبت المواضعة وذكر فيها شروط الصلح ثلث سنين من تاريخها وهو الاربعا الثاني والعشرين من شعبان سنة ثمان وثمانين وخمس مائة ويزاد فيها الرملة لهم ولد ايضا وسير العدل وقبل له ان قدرت ان ترضيهم باحد الموضعين او مناصفتهما فافعل ولا يكون لهم حديث في الجبليات ورأي السلطان مصلحة لما عنا الناس من الضعف وقلة النفقات والشوق الي الاوطان ولما شاهد من تقاعدهم علي يافا يوم امرهم بالحملة فلم يحملوا فخاف ان يحتاج اليهم فلا يجدهم فراي ان يجبهم

inveniret eos, ſeque ſubtraherent. Parendum itaque ad tempus duxit, ut reſpirare poſſent, quietique, ad quam adſpirabant, ſe dedere, atque interim urbes munirentur; & *Hieroſolymæ* præſertim, quanto poſſet maximo apparatu, ſubſtructionibuſque, firmarentur.

Inter conditiones vero erat, ut *Aſcalon* evaſtaretur, utque tum noſtri, tum ipſorum homines, operas ſuas ad demoliendum conſociarent. Nempe diffidebant nobis, ne ſi integram recepiſſemus, haud devaſtaretur. Adſcriptæ, fœderique inſertæ omnes regiones *Iſlamiticæ*: prout & principem *Antiochiæ* & *Tripolis* eidem inſeri & adſcribi voluere, præter eas quas cum ipſis pepigeramus inducias. His confectis tranſactiſque, cum *Adlo* profecti ſunt legati; quibus edictum eſt, omnino negotium eſſe dirimendum, ut aut pax nunc coaleſcat, aut bellum denuo exardeſcat. Scilicet verebamur ne & hac vice antiquis illis cavillis, notiſque dilationibus *Angli*, luderemur.

Hoc ipſo die legatio acceſſit *Saiphoddini Buchtimeri*, *Chalatæ* Domini, obedientiam enixe offerentis, conſenſionemque, ſeque copias miſſurum pollicentis. Adfuit quoque *Georgianorum* legatus, de ſacris peregrinationibus articulum referens, quæ ipſis in urbe ſancta competerent, deque ejuſdem inhabitatione. Hoc jus ſibi e manibus extortum conquerebantur, *Sultanique* prolixiſſimam implorabant benignitatem, ut in integrum mandatarii ipſorum reſtituerentur. Legatio principis *Erzerroumi* ad obedientiam item, ſervitiumque deferendum, advenit.

بجمعهم مدة حتي يستريحوا ويتبعوا هذه الحالة التي صاروا اليها ويعمر البلاد وشحن القدس بما يقدر عليه من الالة ويتفرغ لعمارتها

وكان من القاعدة ان عسقلان تكون خرابا وان يتفق اصحابنا واصحابهم علي خرابها خشية ان ناخذها عامرة فلا نخربها فضي العدل علي هذه القاعدة واشرط دخول بلاد الاسلامية واشرطوا هم دخول صاحب انطاكية وطرابلس في الصلح علي قاعدة اخر صلح صالحناهم عليه واستقر الحال علي ذلك وسارت الرسل وحكم عليهم انه لا بد من فصل الحال لما الصلح او خصومة خشية ان يكون هذا الحديث من قبيل احاديثه السابقة ومدافعاته المعروفة

وفي ذلك اليوم وصل رسول سيف الدين بكتمر صاحب اخلاط ببذل الطاعة والموافقة وسير العسكر وحضر رسول الكرج ذكر فصلا في معني الزيارات التي لهم في القدس وعمارتها وشكوا انها اخذت من ايديهم ويسال عواطف السلطان ان يردها الي نوابهم ورسول صاحب ارزن الروم ببذل الطاعة والعبودية

CAPUT CENTESIMUM SEPTAGESIMUM.

Ultima paci imponitur manus.

ذكر تمام الصلح

QUum *Adlus* illuc perveniſſet, extra urbem in tentorio conſedit, Regique adventum ſignificavit. Ad eum nuncium intromiſſus cum comitatu, Regi decumbenti, multumque conflictato, exemplar deſcriptum obtulit. At ille, ſe legere nunc poſſe negans, addidit, *Ego equidem hac data dextra pacem jam adfirmavi. Sed convenite comitem Henricum, cœtumque principum, iiſque exemplar illud exhibete.* Illi in partienda *Lydda*

ولما وصل العدل الي هناك انزل خارج البلد في خيمة حتي اعلم الملك به فلما علم به استحضره عنده مع بقية الجماعة وعرض العدل عليه النسخة وهو مريض الجسم فقال لا طاقة لي بالوقوف عليها وانا قد صالحت وهذه يدي فاجتمعوا بالكند هري والجماعة واوقفوهم علي النسخة ورضوا بلد والرملة مناصفة وبجميع

Digitized by Google

da & *Ramla* acquiescentes, quæ scripta erant omnia comprobarunt. Constitutum dein, juraturos esse ipsos mane dici *Mercurii*, quod nunc quidem cibum sumsissent, quo sumto jurare ipsis mos nos sit. Id *Adlus* per literas *Sultano* indicavit. Die *Mercurii*, vicesimo secundo *Sjabani* illuscente, omnes ad Regem se sistere jussi. Ejus accepta manu, jusjurandum quoque exegerunt. Id excusavit ille, Reges jurare negans. *Sultanus* eo contentus fuit. Jusjurandum deinde adegere nostri, quique ceremoniæ isti præerat, Comitem *Henricum*, Filium Sororis ipsius, ejusque in tractu litorali vicarium: & *Balianum* filium *Barezani*, *Tiberiadis* principem. *Hospitalarii*, *Templarii*, reliquique duces *Francorum* in omnia quoque consensere. Inde ad *Sultani* castra sese diei hujus reliquo contulere, in quæ sera vespera pervenerunt. A parte ipsorum venerunt filius *Hunfredi*, & Filius *Barezani*, cum turba ducum, honorificentissime recepti, constituto ipsis tabernaculo, quod dignitati responderet. Interea *Adlus Sultano* quæ gesta essent enarrat. Insequente luce vicesima tertia ad *Sultanum* intromissa Legatio, ad jusjurandum eum in pacta fœdera adegit, nobili ejus dexrra capta. Jusjurandum quoque postulatum a cœtu principum, ut *Almalicho Aladilo*, *Almalicho Alaphdalo*, *Almalicho Addahiro*; *Mesjtoubo*; *Bedroddino Duldurmo*, *Almalicho Almansouro*; & qui regionibus ipsorum contigui essent, *Filio Mokaddemi*, & principe *Sjaizari* aliisque. *Sultanus* promisit, se id effecturum communi cum ipsis legatione ad vicinos illos principes directa. Principi *Antiochiæ* & *Tripolis* quoque jurejurando fidem suam adstrinxit, sed ea conditione suspensam, si & ipsi *Musulmannis* jurejurassent: sin nollent, in fœdus haud admissi adscriptique censerentur.

Jussit tum præconem per compita, per fora, promulgare, *Scitote pacem cunctas per regiones coaluisse; liberumque e terris ipsorum in nostras, e nostri/que in ipsorum, aditum, commerciumque patere.* Pronunciari etiam curavit, e *Syria* apertum jam esse *Meccanæ* peregrinationi iter: eoque ipso consessu adeundæ *Meccæ* propositum quoque concepit, quemadmodum mihi tum præsenti id confestim significavit. Mandavit insuper, ut centum fossores cunicularii cum

وبجميع ما في النسخة واستقرت القاعدة انهم يحلفون بكرة يوم الاربعاء لانهم كانوا قد اكلوا شيا وما عادتهم الحلف بعد الاكل وانفذ العدل الي السلطان قد عرفه ذلك ولما كان يوم الاربعا الثاني والعشرين من شعبان استحضروا الجماعة عند الملك واخذوا يده وعاهدوه واعتذر ان الملوك لا يحلفون وقنع السلطان بذلك ثم حلف الجماعة والمستحلف الكند هري ابن اخته المتخلف عنه في الساحل وبالبان بن بارزان صاحب طبرية ورضي الاسبتار والداوية وساير مقدمي الافرنجية بذلك وساروا في بقية اليوم عايدين الي المخيم السلطاني فوصلوا عشاء الاخرة وكان الواصلين من جانبهم ابن الهنفري وابن بارزان وجماعة من مقدميهم فاحترموا واكرموا وضرب لهم خيمة تليق بهم وحضر العدل وحكي ما جري ولما كان صبيحة ثالث وعشرين حضر الرسول في خدمة السلطان واخذ بيده الكريمة وعاهده علي الصلح علي القاعدة المستقرة واقترحوا حلف جماعة الملك العادل والملك الافضل والملك الظاهر عز نصره والمشطوب وبدر الدين دلدرم والملك المنصور وكان مجاور لبلادهم كابن المقدم وصاحب شيزر وغيرهم ووعدهم السلطان ان يسير معهم رسولا الي الجماعة المجاورين ليحلفوهم لهم وحلف لصاحب انطاكية وطرابلس وعاقد البمبين بشرط حلفهم للمسلمين فان لم يحلفوا له لا يدخلوا في الصلح

ثم امر المنادي ينادي في الوطاقات والاسواق الا ان الصلح قد انتظم في ساير بلادهم فمن شاء من بلادهم ان يدخل الي بلادنا فليفعل فمن شاء من بلادنا ان يدخل الي بلادهم فليفعل واشاع رحمة الله عليه ان طريق الحج قد فتح من الشام ووقع له عزم الحج في ذلك المجلس وكنت حاضر ذلك جميعه ووقع له ذلك وامر السلطان

magno aliquo duce *Aſcalonem* mitterentur, ad ejus mœnia diruenda, *Francis* inde eductis: niſi quod plurimis eorum integrum foret remanere, donec murus ſtratus jaceret, metuſque ab hac parte omnis iis demeretur.

Fuit dies hic publica utrimque lætitia concelebratiſſimus, in quo iis gaudiis pertenſata ſunt & delibuta pectora, quæ ſolus novit Deus. Nec tamen, per Deum! *Saltano* volenti fuit pax; qui familiares inter ſermones ſæpiuſcule mihi dixit, *Reformido pacem pangere: & quid me futurum ſit neſcio. Invaleſcit ſane hoſtis hic, atque tot retinens oppida, comparabit denuo, atque reliquas provincias ſuas ad bellum concitabit. Vides quoque novas in montium vertícibus arces ab ipſis inſtitui. Non poſſum hanc in ſententiam deſcendere, unde Muſulmannis exitium creabitur.* Hæc ille. Et vera canebat; attamen cedendum ſibi vidit, ob exercitus tædium, qui jam palam adverſari cœperat. Deus ſic rebus noſtris conducere præſciverat: nam paulo poſt initam pacem incidit ejus obitus: qui ſi incidiſſet dum adhuc belli jaceretur alea, *Iſlamiſmus* grande diſcrimen adiiſſet. Singulari proinde Numinis favori, felicitatique, pax hæc transſcribenda eſt.

السلطان ان يسير ماية نقاب لتخريب سور عسقلان معهم امير كبير ولاخراج الفرنج منها ويكون معهم جماعة من الفرنج الي حين وقوع الخراب في السور خشية من استبقايه عامرا

وكان يوما مشهودا غشي الناس من الطايفتين من الفرح والسرور ما لا يعلمه الا الله تعالي والله العظيم ان الصلح لم يكن من ايثاره فانه قال لي في بعض مجاوراته في الصلح اخاف ان اصالح وما ادري ايش يكون مني فيقوي هذا العدو وقد بقي لهم هذا البلاد فيخرجوا لاستعداد بقية بلادهم وتري كل واحد من هولاء الجماعة قد فعل في راس قلة يعني حصنه وقال لا انزل حتي يهلك المسلمون فهذا كلامه وكان كما قال لكنه راي المصلحة في الصلح لسامة العسكر ولتظاهرهم بالمخالفة وكان مصلحة في علم الله تعالي فانه اتفقت وفاته بعد الصلح فلو كان اتفق ذلك في اثناء الوقعات لكان الاسلام علي خطر فما كان الصلح الا توفيقا وسعادة له

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM PRIMUM.

Aſcalon devaſtatur.

ذكر خراب عسقلان

VIceſimo quinto *Sjabani* ad *Aſcalonem* demoliendam mittitur *Alamoddinus Cæſar*, cum eoque cunicularíorum, cæmentariorumque turba. Convenerat autem ut & *Rex Jaffa* ſummitteret, qui demolitioni ſupereſſent, *Francoſque* inde educerent. Poſtera luce illuc delatis, & diruere mœnia volentibus, moras objicit præſidium, ſibi longi jam temporis ſtipendium deberi dictitans a Rege, quod vel ipſe, ajebant, exſolvat, vel vos pro eo diſſolvite. Sed quum mox Legatus adeſſet Regis, qui ipſos egredi juberet, ceſſere: & vicesimo ſeptimo *Sjabani* occœpit vaſtatio; cui acriter eſt inſtitum; dimiſſæque per præcipuos ſeduſæ, ut auxiliatricem præberent manum; & certa cuique aſſignata portio mœnium, qua diſjecta, domum remeare liceret.

ولما كان خامس وعشرين شعبان ندب السلطان علم الدين قيصر الي خراب عسقلان وسير معه جماعة من النقابين والحجارين واستقر ان الملك ينفذ من يافا من يسير معه ليقف علي الخراب ويخرج الفرنج منها فوصلوا اليها من الغد فلما ارادوا الخراب اعتذر الاجناد الذين بها باننا لنا علي الملك جامكية لمدة فلما ان يدفعها الينا حتي نخرج اوادفعوها انتم الينا فوصل بعد ذلك رسول الملك يامرهم بالخروج فخرجوا ووقع الخراب فيها سابع وعشرين شعبان واستمر يخربها وكتب علي الجماعة رقاع في المعلوتة علي الخراب واعطي كل واحد قطعة معلومة في السور وقيل له تستوفي في خرابها

Un-

ولما

Undetricesima luce deinde *Netrounum* movit *Sultanus*, amboque exercitus commiscri cœpere, mutuumque colere commercium. Multi quoque *Musulmannorum* se *Jaffam* contulere negotiandi causa: hostium ingens multitudo Urbem Sanctam visitatum contendit. His *Sultanus* non tantum portas aperuit, sed & præsidia addidit, qui eos tutos *Jaffam* reducerent: unde frequentissimi accessere *Franci*. Ei hac in re id erat propositum, ut scopum suum in sacra peregrinatione *Hierosolymis* obeunda consequerentur: in patriasque inde terras revecti, *Musulmannis* nihil amplius negotii facesserent. Rex frequentem illum ad *Hierosolymas* visitandas confluxum molestissime tulit: misitque qui *Sultanum* eos arcere rogaret; simul sat importune postulans, ut nulli venia concederetur, nisi aut tesseram, aut literas, a se exhibenti. Id quum resciviscent *Franci*, indignabundi tanto vehementiore studio peregrinationem sacram suscepere: ita ut quotidie densa adventarent agmina, illustrium virorum, familiarumque, ac principum etiam ignoto habitu fallentium. *Sultanus* quotquot affluerent, prolixissime recipiebat, appositis mensis, quas exporrectus vultus, sermoque cum iis familiaris, hilarabat; simul indicans, Regem quidem ægre id ferre; sed se nullam ejus ducere rationem, omnibusque liberum concedere aditum. Ad Regem autem ita se excusavit, quum populi e longinquo confluxerint ad Locum huncce Sanctum venerandum, sibi religioni esse eos arcere. Interea temporis incruduisse ferebatur morbus Regis, quin & obitus ejus sparsus est rumor. Is se comite *Henrico*, reliquisque suis *Ptolemaidem* transtulerat nocte undetricesima: & *Jaffæ* exigua relicta erat manus, eaque fere ægra ac debilis.

ولما كان التاسع وعشرين رحل السلطان الي النطرون واختلط العسكران وذهب جماعة من المسلمين الي يافا في طلب التجارة فوصل خلق عظيم من للعدو الي القدس للحج وفتح لهم السلطان الباب ونفذ معهم الخفراء يحفظونهم حتي يردونهم الي يافا وكثر ذلك من الفرنج وكان غرض السلطان بذلك ان يقضوا غرضهم من الزيارة ويرجعوا الي بلادهم فيامن المسلمون شرهم ولما علم الملك كثرة من يزور منهم صعب عليه ذلك وسير الي السلطان يساله منع الزوار واقترح ان لا يوذن لهم الا بعد حضور علامة من جانبه او بكتابه وعلمت الفرنجية ذلك فعظم عليها واهتموا في الحج فكان يرد في كل يوم منهم جموع كثيرة مقدمون واسباط وملوك متنكرون وشرع السلطان في اكرام من يرد ومد الطعام ومباسطتهم ومحادثتهم وعرفهم انكار الملك ذلك واذن لهم السلطان بالحج وعرفهم انه لم يلتفت الي منع الملك ذلك واعتذر الي الملك بان قوما قد وصلوا من بعد لزيارة هذا المكان الشريف فلا استحل منعهم ثم اشتد المرض بالملك وقبل انه مات فرحل في ليلة تاسع وعشرين وسار هو والكند هري وساير العدو الي جافت عكا ولم يبقي في يافا الا مريض او عاجز ونفر يسير

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM SECUNDUM.

Copiæ Islamiticæ domum discedunt.

ذكر عود العساكر الاسلامية الي اوطانهم

His ita finitis, solidoque stabilitis fundamento, copia domum eundi facta est omnibus. Primus discessit exercitus *Arbelæ*, ipsis kalendis *Ramadani*, fausti ssimi mensis. Post eum itineri se de-

ولما انقضي هذا الامر واستقرت هذه القواعد اعطي السلطان الناس دستورا وكان اول من سار عسكر اربل فانه سار في مستهل شهر رمضان المبارك ثم

dedit exercitus *Mosuliticus*, nec non *Sinsjaræ*, & *Hisni*. Deinde pronunciavit *Sultanus*, *Meccanam* se obire velle peregrinationem; atque animum serio appulit ad diploma immunitatis & protectionis concedendum iis qui cum ipso irent. Id adeo mihi venerat in mentem, Eique insinuare cœpi, eo die, quo, pace, perfecta, *Hierosolymas* sacris peregrinatoribus patere jusserat. Quum mirifice hoc sese ei approbasset, *Diwano* mandat, ut quicumque in exercitu nostro *Meccam* adire destinasset, ejus nomen in album reciperetur, numerusque iniretur eorum, qui nobiscum iter essent capessituri. Expediti quoque catalogi utensilium, vestium, cibariorum, aliarumque necessariarum ad iter rerum, atque quaquaversum ad regiones dimissi, ut omnia illa promta & parata haberent.

Copiis dimissis vero, hosteque intus ad sua regresso, *Hierosolymas* & ipse intrare destinat; partim ut quæ permuniendis iis inservirent, præpararet, reliquumque ejus statum inspiceret ac ordinaret: partim ut se accingeret ad iter *Meccanum*. Movetur *Netrouno* die *Solis*, quarto *Ramadani*; atque proceditur Aquam *Sabwili* usque, ad *Almalichum Aladilum* visendum. Sed is paulo ante jam *Hierosolymas* abierat; (aderam ego ipsi legatus a parte *Sultani*, nec non *Emirus Bedroddinus Duldurmus*, *Adlusque*; atque aliquamdiu sejunctus a fratre egerat, propter invaletudinem, unde tamen nunc convalescebat.) Ei quum indicassemus *Sultanum* ad *Aquam Sabwili* venisse ut ipsum invisseret, officii sui esse credidit nobiscum ad Fratrem contendere, quem offendit recens illuc delatum, & nec dum ad pedes degressum. Eum *Aladilus* equo desiliens veneratur osculo terræ impresso: iterumque conscendens, ac lateri adequitans, de valetudine interrogatur, atque ita inter officia mutua Fratrum perventum est *Hierosolymas* reliquo ejusdem diei.

ثم سار بعده في ثانية عسكر موصل وسنجار والحصن واشاع امر الحج وقوي عزمه علي براة الذمة وكان هذا مما وقع لي وبدات بالاشارة به يوم فتحه القدس بتمة الصلح ووقع منه موقعا عظيما وامر الديوان وكل من عزم علي الحج من العسكر يثبت اسمه حتي يحصر عدة من يدخل معنا في الطريق وكتب جرايد بما يحتاج اليه في الطريق من الخلع والازواد وغير ذلك وسيرها الي البلاد ليعدونها

ولما اعطي الناس دستورا وعلم عود العدو وقد رجع الي ورايه راي الدخول الي القدس الشريف لتهيية اسباب عمارته والنظر في مصالحه والتاهب للمسير الي الحاج فرحل من النطرون يوم الاحد رابع شهر رمضان وسار حتي اتي ما صهويل يفتقد الملك العادل فوجده قد سار الي القدس وكنت عنده رسولا من جانب السلطان انا والامير بدر الدين دلدرم والعدل وكان قد انقطع عن اخيه مدة بسبب مرضه وكان قد تماثل فعرفناه مجي السلطان الي ماء صهويل لعيادته فحمل علي نفسه وسار معنا حتي لقيه بذلك المكان وهو اول وصوله الي ماء صهويل ولم ينزل بعد فلقيه فنزل وقبل الارض وعاد وركب فاستدناه وساله عن مزاجه وساروا جميعا حتي اتيا القدس الشريف في بقية ذلك اليوم

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM TERTIUM.

Bagdadensis Legati adventus.

ذكر وصول رسول من بغداد

Die *Veneris*, vicesimo tertio *Ramadani*, publicis precibus peractis, *Caracham*, permittente *Sultano*, discessit *Aladilus*, ut rebus illius inspectis ad Orien-

ولما كان يوم الجمعة الثالث والعشرون من شهر رمضان صلي الملك العادل الجمعة وانصرف الي الدرك

rientales tenderet provincias, ſibi a Fratre conceſſas eaſque ordinaret. Quum *Sultano* valedixiſſet, atque jam ad *Alazariam* deveniſſet, caſtra ibi metaturus, Legatus veniſſe adfertur *Bagdado*, ad ipſum directus. Id renunciari curat *Sultano*, ſimul ſignificans, ſe quid illa portaret legatio eſſe examinaturum. Poſtera mox luce ad ſalutandum *Sultanum* ipſe regreſſus, indicat, oratorem illum ad ſe veniſſe a parte filii *Naphidi*, poſtquam *Bagdadi* ad vicariam *Veziri* dignitatem eſſet admotus; per literaſque ejus ſe excitari, ad *Sultani* cor conciliandum, revocandumque ad obſervantiam Aulæ *Bagdadenſi* debitam; utque inter ipſum & *Diwanum Illuſtriſſimum* ſe Mediatorem gerens, male factum oſtenderet quod Legati nulli ab Eo ad *Limen Celſiſſimum* perveniſſent: ſimulque inſtanter urgeret, ut Judex *Alphadilus* ad *Ill. Diwanum* delegaretur, controverſiiſque necdum ad liquidum perductis ultima tandem manus imponeretur. *Diwanus* magnificis pollicitationibus onerabat *Almalichum Aladilum*, ſi id effeciſſet, eo ſe merito ipſi in omnem perpetuitatem devinctum fore profeſſus; quæque alia de genere hoc. A *Sultano* itaque impetrare conatur, ut legaret aliquem, qui cum *Diwano* ageret, cupiens oſtendere interceſſionem ſuam valuiſſe. Poſt agitatos ultro citroque ſermones, tractamque aliquamdiu in diverſa ſententiam mentemque *Sultani*, ſtatuit tandem legare *Eldiäum Sjahrezourienſem*. Cum hoc decreto reſponſoque ad ſtativa ſua *Alazariam* reverſus, legationem ad *Diwanum perilluſtrem* venturam eſſe renunciat. Inde die *Lunæ* iter *Caracham* proſequitur. *Eldiäus* inſequente *Martis*, viceſimo ſexto, *Bagdadum* verſus viæ ſe dedit.

الكرك عن دستور من السلطان لينظر في احواله ويعود الي البلاد الشرقية يدبرها فانه كان قد اخذها من السلطان وكان قد ودع السلطان فلما وصل العازرية نزل بها مخيما فوصله من اخبر ان رسولا من بغداد واصل البك فانفذ الي السلطان وعرفه وذكر انه يجتمع ويطالع بما وصل فيه فلما كان يوم السبت الرابع والعشرون دخل الي الخدمة السلطانية وذكر ان الرسول قد وصل اليه من جانب بن النافذ بعد ان ولي نيابة الوزارة ببغداد ومقصود الكتاب انه يحثه علي استعطاف قلب السلطان الي الخدمة الشريفة والدخول بينه وبين الديوان العزيز والانكار عليه بتاخر رسله عن العتبة الشريفة واقتراح تسيير القاضي الفاضل ليحضر الديوان العزيز في تقرير قاعدة لا تتعرر بينه وبين السلطان لا بد وقد وعد الملك العادل من الديوان بوعود عظيمة اذا قرر ذلك ويكون له يد عند الديوان يستمرها فيما بعد وما يشبه هذا الفن فحدث عند السلطان فكره في انفاذ رسول يسمع كلام الديوان ويستعلم اثر دخول الملك العادل في البين وزاد الحديث ونقص وطال وقصر وقوي العزم السلطاني علي انفاذ الضيا الشهرزوري وعاد الملك العادل الي مخيمه بالعازرية بعد تقرير هذه القاعدة وعرفه اجابة السلطان الي انفاذ رسول الي خدمة الديوان العزيز وسار يوم الاثنين طالبا جهة الكرك وسار الضيا متوجها الي بغداد يوم الثلثا سادس وعشرين شهر رمضان

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM QUARTUM.

ذكر توجه ولده الملك الظاهر الي بلاده ووحشة السلطان له

Almalichus Addahirus provincias ſuas repetens, non ſine perturbatione gravi a patre dimittitur.

ولما كان بكرة التاسع والعشرين توجه الملك الظاهر عن نصره بعد ان ودعه ونزل الي الصخرة فصلي عندها وسال الله تعالي ما شاء ثم ركب وركبت في خدمته

UNdetriceſima luce *Ramadani*, quum ultimum vale patri dixiſſet *Almalichus Addahirus*, poſt preces ad *Lapidem ſacrum fuſas*, votaque ad Deum O. M. nuncupata, iter ingreditur, me deducen-

Digitized by Google

te, & lateri adequitante. Significans autem mihi, aliquid ſibi in mentem veniſſe, de quo coram cum *Sultano* agere neceſſe haberet, mittit, qui redeundi rogitaret veniam. Ea impetrata, non ipſe tantum admittitur, ſed & ego ſum introvocatus, remotis aliis arbitris omnibus. Ibi abituro iterum, *Commendo Tibi*, inquit, *voce ac voluntate ultima, reverentiam ſummi Numinis, quæ Caput eſt omnis boni: utque mandata ejus religioſe ſerves. In eo ſalus tua ſita. Sanguinem quoque cave fundas, in collumque ſuſcipias, neque enim ſanguis profuſus dormit. Commendo item, ut corda & voluntates retineas gregis ſubditi, & ſedulo res eorum adſpicias cureſque; etenim meo Deique adeo nomine cura tibi eorum credita eſt. Commendatum tibi præterea eſto, voluntates fovere ducum, purpuratorumque, ac megiſtanum; nam ad faſtigium quod teneo non eſcendi, niſi molli manu omnes tractando mulcendoque. Adverſus neminem odium foveas. Mors quippe neminem non abſumet. Cave quoque offendas aliquem; neque enim condonant homines, niſi ſatisfactione interveniente: quum ſi Deum offenderis, ad ſolam pœnitentiam venia parata ſit, eſt enim Munificus.* Hæc acta, quum veſpertinum diſceſſiſſet officium, multoque adhuc plura, nocte interea longius procedente; quorum iſta potiſſimum, ut memori mente ſervavi, ita referre valui. Paulo ante auroram demum data abeundi venia conſurrexit *Sultanus*, Vale Filio dicens, frontemque ei deoſculans, ac caput manu permulcens. Ita Divino favori traditus diſceſſit, atque in *Turri Lignea*, quæ *Sultani* eſt, ſomnum cepit, nobis ei interim aſſidentibus, uſque ad ſummum mane. Iter deinde ingreſſum aliquanto proſecutus ſpatio, cœleſti quoque gratiæ tradidi ac commendavi.

Poſt hæc *Almalichus Alaphdalus* collectas præmittens ſarcinas, ipſe moratus eſt, tractans, me internuncio, negotii aliquid cum *Sultano*, uſque dum quatuor *Shavali* dies præteriiſſent. Ad mediam noctem quintam, increpitus a patre, cum expedito agmine profectus eſt, ſed non per viam *Algauri*.

خدمته فقال لي قد تدركت امر ما احتاج فيه الي مراجعة السلطان مشافهة فانفذ من استاذن له في العود الي خدمته فاذن له في ذلك فحضر واستحضرني واخلا المكان ثم قال له اوصيك بتقوي الله تعالي فانها راس كل خير واوصيك بما امر الله به فانه سبب نجاتك واحذرك من الدما والدخول فيها والتقلد لها فان الدم لا ينام واوصيك بحفظ قلوب الرعية والنظر في احوالهم فانت امين وامين الله عليهم واوصيك بحفظ قلوب الامراء وارباب الدولة والاكابر فما بلغت ما بلغت الا بمداراة الناس ولا تحقد علي احد فان الموت لا يبقي علي احد واحذر ما بينك وبين الناس فانه لا يغفر الا برضاهم وما بينك وبين الله يغفره الله بتوبتك اليه فانه كريم وكان ذلك بعد ان انصرفنا من خدمته ومضي من الليل ما شاء ان يمضي واكثر من ذلك وهذا ما امكنني حكايته وضبطه ولم يزل بين يديه الي قريب السحر ثم اذن له في الانصراف ونهض لصلوته وقبل وجهه ومسح يده علي راسه وانصرف في دعة الله ونام في برج الخشب الذي للسلطان وكنا نجلس عنده في الاحيان الي بكرة وانصرفت في خدمته الي بعض الطريق وودعته وسار في حفظ الله

ثم سير الملك الافضل ثقله واقام يراجع السلطان علي لساني في اشتغال كانت له حتي دخل في شوال اربعة ايام وسار في ليلة الخامس منه نصف الليل عن تعتب عليه جريدة لا علي طريق الغور

CA-

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM QUINTUM.

ذكر مسيره رحمه الله من القدس الشريف

واقام السلطان يقطع الناس ويعطيهم دستورا ويتاهب للمسير الي الديار المصرية وانقطع شوقه عن الحج وكان من اكبر المصالح التي فاتته ولم يزل كذلك حتي صح عنده اقلاع مركب الانكتار متوجها الي بلاده مستهل شوال فعند ذلك حزم السلطان عزمه علي ان يدخل الساحل جريدة ويفتقد القلاع البحرية الي بانياس ويدخل دمشق المحروسة يقيم بها اياما قلايل ويعود الي القدس الشريف ساير الي الديار المصرية يتفقد احوالها ويقرر قواعدها والنظر في مصالحها واسري بالمقام في القدس الشريف الي عوده لعمارة بيمارستان انشاه فيه وادارة المدرسة التي انشاها فيه الي حين عوده وسار من القدس ضاحي نهار الخميس سادس شوال وودعته الي البيرة ونزل بها واكل فيها الطعام ثم اتي بعض طريق نابلس فبات فيه ثم اتي نابلس ضاحي نهار الجمعة سابع شوال فلقيه خلق عظيم يستغيثون علي المشطوب ويتضورون بسوء رعايته لهم فاقام يكشف عن احوالهم الي عصر يوم السبت ثم رحل ونزل بسبصطيه يتفقد احوالها ثم اتي في طريقه الي كوكب ونظر في احوالها يسد خلالهم وذلك في يوم الاثنين عاشره

وكان انفكاك بهاي الدين قراقوش من ربقة الاسر يوم الثلثا حادي عشر شوال ومثل في الخدمة الشريفة السلطانية ففرح به فرحا شديدا وكان له حقوق كثيرة علي السلطان وعلي الاسلام واستاذن السلطان في المسير الي تحصيل القطيعة فاذن له في ذلك وكان القطيعة علي ما بلغني والله اعلم ثمانين الفا ولما

Sultanus Hieroſolymis diſcedit.

INterea temporis *Sultanus* aſſignatis largiter terris prædiiſque domum cunctos remittens, ad *Ægyptiacas* quoque ſedes repetendas animum appellit; eo quod *Meccam* adeundi propoſitum fuiſſet abruptum. Sic omnium meritorum multo excellentiſſimum ipſi e manibus eſt elapſum. Expectato dein, donec compertum atque exploratum haberet, claſſem *Angli* Calendis *Sjawali* vela ventis dediſſe, atque domum navigare, litoralem adire tractum deſtinat, expedito cum equite, ut inſpectis maritimis arcibus, per *Paneadem* excurreret *Damaſcum*, pauciſque ibi poſitis diebus *Hieroſolymas* recurreret, *Ægyptum* remeaturus, ad ſtatum rerum propius inſpiciendum, inſtaurandumque ac reparandum quæ ibi forte retro ſublapſa fluxiſſent. Me autem *Hieroſolymis* juſſit ſubſiſtere ad reditum ipſius, ut Noſocomii ſubſtructionem, nec non Gymnaſii, ab ipſo inſtitutam, confectam darem. Iter ante meridiem ingreſſum die *Jovis*, ſexto *Sjawali*, deduxi *Biram* uſque; ubi ſtrigavit, ſeque refecit. Inde confecta parte viæ, qua *Neapolin* tenditur, pernoctatoque, ante meridiem inſequentis diei *Veneris* civitatem illam intrat, circumfuſa turba occurrentium, atque acerbiſſimas inter querelas opem ejus implorantium adverſus malam *Mesjtoubi* adminiſtrationem. In hæc inquiſiturus, ad poſteri *Sabbati* primam veſperam ſubſtitit; indeque *Sebaſtiam* pertendit, & ejus res adſpecturus. *Cauchebam* deinde eodem itinere delatus, curam quoque ſuam ei imperţivit, *rimas ejus explens*, quæque neglecta jacebant excitans reparanſque. Hæc die *Lunæ*, decimo *Sjawali*, acta.

Die *Martis* undecimo nexu captivitatis exſolutus *Bohadinus Karakousjus* ad Auguſtam *Sultani* præſentiam properavit; qui eo viſo ingentem cepit voluptatem: namque plurima ejus in *Sultanum*, totumque adeo *Iſlamiſmum*, extabant merita. Venia deinde petita impetrataque, ad comparandum redemtionis ſuæ pretium diſcedit. Millia aureorum octoginta ab eo exacta audivi. Fides ſit penes auctorem.

Sultano deinceps *Berytum* perlato, ad officia ei ſua deferenda acceſſit *Princeps*, *Antiochiæ* Dominus; munificam ejus liberalitatem captans imploranſque. Eximio honore affectus, exporrectoque exceptus vultu, donatur agris prædiiſque in *Valle*, quorum reditus quindecim aureorum millia æquabant.

Mesjtoubus interim *Hieroſolymis* fuerat relictus, cum parte copiarum, quæ præſidium ibi obtinerent. Non tamen præfectus urbi erat, ſed præfectura *Ezzoddino Sjordicho* erat delegata, quum pacta pace *Hieroſolymas* revertiſſet. Conſultatum do ea provincia mandanda fuerat, me pararío & interprete, cum *Almalicho Aladilo*, *Alaphdalo*, & *Addahiro*; omneſque religionis ac virtutis amantes eum deſtinarant, utpote rigidum juſtitiæ ſatellitem, officiique erga bonos pleniſſimum. Juſſu proinde *Sultani* ipſum die *Veneris*, poſt publicam precum cerimoniam, apud *Sacrum Lapidem* inauguravi, munuſque creditum ut pro optima illa, quam de ipſo *Sultanus* fovebat, opinione adminiſtraret, ei commendavi. Ita præfecturæ admotus, egregie, & cum applauſu, partes illas ſuſtinuit. At *Mesjtoubus*, quem *Hieroſolymis* relictum dixi cum præſidio, die *Lunæ*, viceſimo tertio *Sjawali*, diem clauſit ſupremum; in in ædibuſque ſuis eſt humatus, poſtquam parentatum ei fuiſſet in Templo *Akſa*. Det ei Dominus miſericordiam.

ولما وصل السلطان الي بيروت وصل الي خدمته البرنس صاحب انطاكية مستنرفدا فبالغ في احترامه واكرامه ومباسطته وانعم عليه بالعتق زرعان ومزارع تغل خمسة عشر الف دينار

وكان قد خلف المشطوب في القدس من جملة العسكر المقيمين بها ولم يدن والبه وانما كان والبه عز الدين جرديك كان ولاه بعد الصلح حالة عوده الي القدس بعد ان شاور فيه الملك العادل والملك الافضل والملك الظاهر علي لساني واشار به اهل الدين والصلاح لانه كان كثير الجد والخدمة والحفظ لاهل الخير فامرني السلطان ان اوليه ذلك في يوم الجمعة عند الصخرة وولبته اياه بعد صلاة الجمعة واشترطت عليه الامانة وعرفته موضع حسن اعتقاد السلطان فيه وانعقد الامر وقام به القيام المرضي واما المشطوب فانه كان مقيما بالقدس من جملة من كان مقيما بها وتوفي في يوم الاحد الثالث والعشرين من شوال ودفن في داره بعد ان صلي عليه في المسجد الاقصي رحمه الله

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM SEXTUM.

Sultanus Damaſcum, divinitus cuſtoditam, revertitur.

ذكر عود السلطان الي دمشق المحروسة

QUum vero arces omnes tractus litoralis circumluſtraſſet *Sultanus*, juſſiſſetque ut quicquid ibi male tutum hiaret, ſarciretur; atque ſimul earum militiam ordinaſſet, firmiſque eas præſidiis impleſſet, illuceſcente die *Mercurii*, viceſimo ſexto *Sjawali*, *Damaſcum* intrat; ubi tunc temporis aderant Filii ipſius *Almalichus Alaphdalus*, *Addahirus*, & *Addaphirus*, itemque minore natu Filioli. Amabat Urbem illam, atque amœnitatis ei palmam præ aliis omnibus tribuebat. Poſtero *Jovis* die ante meridiem præſedit in publico, omnibus promiſcue ad ſe admiſ-

وكان عوده اليها بعد الفراغ من تصفح احوال القلاع الساحلية باسرها والتقدم بسد خللها واصلاح امور اجنادها واشحانها بالاجناد والرجال ودخل الي دمشق بكرة الاربعا سادس عشرين شوال وفيها اولاده الملك الافضل والملك الظاهر والملك الظافر واولاده الصغار وكان يحب البلد ويوثر الاقامة فيه علي ساير البلاد وجلس للناس في بكرة الخميس سابع وعشرين منه وحضر الناس

missis. *Rigarunt* tunc homines *longum desiderium* conspectu Principis, & recitatis Eum carminibus laudarunt Poëtæ; in consessu proceres plebemque complexo. Horis deinde suetis regiminis negotiis sese dans, *alam justitiæ suæ explicabat; nubem munificentiæ suæ effundebat; & subditi gregis injurias vexationesque discutiebat.* Ad insequentis *Dsulkakæ* kalendas, feria secunda, *Almalichus Alaphdalus* epulum apparavit in honorem *Almalichi Addahiri*, qui *Damascum* perlatus, quum accepisset *Sultanum* quoque illuc venturum esse, substiterat, ut semet denuo conspectu illius expleret. Præsagivisse nempe videbatur celsa ejus anima, fatalem Patris metam appropinquare; nam nocte ista, post ultimum vale jam sæpiuscule dictum, identidem ad Eum redierat. Isto in convivio, quo *Almalichus Alaphdalus* Fratrem accepit, miranda ferculorum novitas ac peregrinitas fuit ostentata, quæ reliquæ magnificentiæ Convivatoris respondebat: visusque fuit pensare velle quæ ipsi præstita fuerant & exhibita, quum *Halebum* accessisset. Adfuere ibi *Principes præsentis*, & *Filii futuri seculi.* Ipse quoque *Sultanus*, ut affectum Filii animum persanaret, interesse non recusavit. Hæc audita tantum refero.

الناس عنده وبلوا شوقهم من رويته وانشده الشعراء وعم ذلك المجلس الخاص والعام واقام ينشر جناح عدله ويبطل سحاب انعامه وفضله ويكشف مظالم الرعايا في الاوقات المعتادة حتي كان الاثنين مستهل ذي القعدة اتخذ الملك الافضل دعوة للملك الظاهر فانه لما وصل الي دمشق بلغه حركة السلطان اليها فاقام حتي يتملي بالنظر اليه ثانيا وكان نفسه الشريفة كانت قد احستت بدنو اجل السلطان فودعه في تلك البلبلة مرارا متعددة وهو يعود اليه ولما اتخذ الملك الافضل له دعوة اظهر فيها من بديع التجمل وغريبه ما يليق بهمته وكانه اراد مجازاته عما خدمه به حين وصوله الي حلب وحضرها ارباب الدنيا وابناء الاخرة وسال السلطان الحضور فحضر جبرا لقلبه وكان علي ما بلغني

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM.

ذكر قدوم العادل اخيه

Aladilus adventat.

ولما تصفح الملك العادل اخبار الكرك وامر باصلاح ما قصد اصلاحه منه عاد طالب البلاد الفراتية فوصل ارض دمشق يوم الاربعاء سابع عشر ذي القعدة وكان السلطان خرج الي لقايه واقام يتصيد حوالي غباب الي الكسوة حتي لقيه وسارا جميعا وكان دخولهما الي دمشق اخر نهار الاحد حادي عشرين واقام السلطان في دمشق يتصيد هو واخوه واولاده ويتفرجون في ارض دمشق وموطن الظبا وكانه وجد راحة لما كان فيه من ملازمة التعب والنصب وسهر الليل ونصب النهار وما كان ذلك الا كالوداع لاولاده ومرابع تنزهه وهو لا يشعر ونسي عزمه المصري وعرض

QUum autem *Almalichus Aladilus* res *Carachæ* adspexisset, quæque ibi reparanda, in meliusque instauranda erant, procurasset, provincias *Euphratenses* aditurus discessit, agrumque *Damascenum* attigit feria quarta, die septimo & decimo *Dsulkadæ*. Ei *Sultanus* obviam progreditur venabundus circa *Gababum* usque *Alkeswam*. A mutuo occursu amplexuque ambo *Damascum* se referunt; eamque intrant sequente feria prima, inclinato in vesperam die, vicesimo primo. Ibi Ipse, Fraterque, ac Filii venationibus tempus terunt, agri *Damasceni* deliciis sese recreantes, dorcadumque pererrantes amœna cubilia. Ita sibi respirare videbatur a continente illa defatigatione, vigiliisque nocturnis, ac diurnis laboribus, quos exhauserat: sed profecto tanquam vale-

dictoriæ hæ & ultimæ fuerunt cum familia ſua exſpatiationes; quamvis quid fata molirentur ignoraret. Oblitus quoque itineris, quod deſtinarat, *Ægyptiaci*, ob alia, quæ inciderant, negotia, alteriuſque generis conſilia, literis *Hieroſolymas* datis, me ad ſe evocavit. Hiemale erat anni tempus, ſævum multoque ſpurcum luto; attamen *Hieroſalymis* profectus die *Veneris*, viceſimo tertio *Muharremi*, anno octogeſimo nono ſeculi, *Damaſcum* perveni die *Martis* duodecimo *Saphari* inſequentis; in via *Damaſcena* adeptus prima agmina peregrinatorum *Mecca* redeuntium. Sub adventu meo repperi *Almalichum Alaphdalum* in porticu ſeptentrionali, cœtu ducum procerumque circumſtipatum, qui admiſſionis expectabant tempora ad *Sultanum*. At Ille adventu meo cognito, extemplo me introduci juſſit. Solus erat, nec quiſquam adhuc fuerat intromiſſus. Ingreſſo aſſurgit, eumque defert complexum, quo nullum vidi teneriorem familiarioremque: namque brachiis me ſuis illigans preſſanſque, ne lacrymis quidem temperavit.

وعرض له امور اخر وهزمات غير ذلك ووصلني مكتابه الي القدس يستدعيني الي خدمته وكان شتاء شديدا ووحلا عظيما فخرجت من القدس الشريف في يوم الجمعة الثالث والعشرين من المحرم سنة تسع وثمانين وكان الوصول الي دمشق يوم الثلثا ثاني عشر صفر سنة تسع وكان وصل لوايل الحج علي طريق دمشق فانه لتفق حضوري وكان الملك الافضل حاضرا في الايوان الشمالي وفي خدمته خلق من الامراء وارباب المناصب ينتظرون جلوس السلطان لخدمته فلما شعر بحضوري استحضرني وهو وحده وقبل ان يدخل اليه احد فدخلت عليه فقام ولقيني ملقا ما رايت لاحد من بشره بي ولقد ضمني اليه ودمعت عينه رحمه له

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM OCTAVUM.

Sultanus peregrinatoribus exit in occurſum.

ذكر التقايه للحاج

POſtero *Mercurii* die, decimo tertio *Saphari*, requiſitus a *Sultano* adfui; & rogatus quinam in porticu adeſſent, indico *Almalichum Alaphdalum* ibi ad officium præſtolari, cum ducibus reliquaque turba officioſa; quibus ille per *Sjemaloddaulam Akbalum* leſe excuſavit. Inſequente *Jovis*, luce prima iterum me advocari juſſit, præſtoque ei fui in *Sopha* ſive exedra *horti*, parvulis ſuis comitato. Rogitanti dein, quinam ad officium conveniſſent? Legatos adeſſe *Francorum* nunciatur, ducumque ac Megiſtanum multitudinem. Legationem introduci, atque iſto in loco ad ſe admitti mandat. Erat autem inter filiolos ejus quem tenerrime amabat *Elemirus* dictus, cum quo tunc præſente luſitabat. Is quum conſpexiſſet *Francos*, eorumque figuras raſa barba, tonſo capillo, veſtibus inſuetis, pertimuit & flere occœpit. Excuſari ita-

ولما كان يوم الاربعا ثالث عشر صفر طلبني فحضرت عنده فسالني عن من في الايوان فاخبرته ان الملك الافضل جالس في الخدمة والامراء والناس في خدمته فاعتذر اليهم علي لسان جمال الدولة اقبال ولما كانت بكرة الخميس استحضرني بكرة فحضرت عنده في صفة البستان وعنده اولاده الصغار فسال عن الحاضرين فقيل رسل الفرنج وجماعة الامراء والاكابر فاستحضر رسل الفرنج الي ذلك المكان فحضروا وكان له ولد صغير وكان كثيرا يميل اليه يسمي الامير وكان حاضرا وهو يداعبه فلما وقع بصره علي الافرنج ورأي اشكالهم وحلق ذقونهم وقصر شعورهم وما عليهم من الثياب الغير مالوفة خاف منهم وبكا فاعتذر

فاعتذر اليهم وصرفهم بعد ان حضروا ولم يسمع كلامهم وقال لي اليوم شغلا وكان عادته المباسطة ثم قال احضروا لنا ما تيسر فاحضروا ارز بلبن وما شابه ذلك من الاطعمة الخفيفة فاكل وكنت اظن ما عنده شهوة وكان في هذه الايام يعتذر الي الناس لثقل الحركة عليه وكان بدنه ملتانا ممتلیا وعنده تكسل فلما فرغنا من الطعام قال ما الذي عندك من خبر الحجاج فقلت اجتمعت بجماعة منهم في الطريق ولو لا كثرة الوحل لدخلوا اليوم وكلهم غدا يدخلون فقال نخرج ان شاء الله الي لقايهم ونتقدم بتنظيف طرقاتهم من المياه فانها سنة كبيرة الاقتداء وقد سالت المياه في الطرق والانهار وانفصلت من خدمته ولم اجد عنده من النشاط ما كنت اعرفه منه ثم ركب في بكرة الجمعة وتاخرت عنه باحمال قريبا ثم لقيته وقد لقي الحجاج وكان فيهم سابق الدين وقرال البارقي وكان كثير الاحترام للمشايخ فلقيهم ثم لحقه الملك الافضل واخذني يحدثني فنظرت الي السلطان فلم اجد عليه كزاغنده وما كان له عادة يركب بدونه وكان يوما عظيما قد اجتمع فيه للقاء السلطان والتفرج علي السلطان معظم من في البلد فلم اجد الصبر دون ان سرت الي جانبه وحدثته في اهمال هذا فكانه استبقظ فطلب الكزاغند فلم يوجد الزرد كماش فوجدت لذلك امرا عظيما وقلت في نفسي السلطان يطلب ما لا بد منه في عادته ولا يجده واوقع البه في قلبي تطيرا بذلك فقلت له البس ثم طريق نسلك لبس فيه خلق كثير فقال بلي ثم سار بين البساتين فطلب جهة المنبع وسرنا في خدمته وقلبي يرعد لما قد اوقع فيه من الخوف عليه فسار حتي اتي القلعة فعبر علي الجسر الي القلعة وهو طريقه المعتاد وكان اخر ركباته

itaque petiit, eosque inauditos remisit, occupatum se hodie dicturus, quum alias se facilem semper præberet. Jubet deinde gustandum aliquid afferri ex iis quæ in promtu forent. Fertur oryza cum lacte, idque genus alii cibi leviores: indeque comedit, sed sine appetitu, ut mihi videbatur: unde etiam hisce diebus gravitatem omnibus excusavit, & turbatam repleti corporis valetudinem, prout sane languor torporque ipsum tenebat. Expedito prandiolo quid novi haberem de sacris peregrinatoribus rogat. Respondeo, me eorum agmen in via convenisse, eosque nisi multo præpediti fuissent luto, hoc ipso die fuisse intraturos: sed nunc die crastini id facturos. Tum ille, bono cum Deo, inquit, obviam illis procedemus, cum dictoque vias detergeri, aquisque mundari præcepit: erat quippe annus humidissimus, aquæque per vias fluminum ritu ibant. Discessi paulo post, desiderans solitum in eo vigorem alacritatemque. Quum autem mane die *Veneris* equitasset, paulo post cum sarcinis ipsum subsequor, assequorque jam ad peregrinatores pervectum; inter quos erat *Sabikoddinus* & *Karala Jarukiensis:* notavique eum singulari veneratione doctores illa in turba prosequi. Accessit ibidem *Almalichus Alaphdalus*, quicum sermones cædens, ad *Sultanum* respicio, reperioque Eum *Kezagendæ* sua, sive laneo thorace, non esse tectum: quum tamen nunquam sine ea procederet. Magnus erat dies, quo ad principem videndum, oculosque conspectu ejus recreandos, maxima Civitatis pars confluxerat. Non potui tamen temperare, quin me lateri ipsius applicarem, deque omissa *Kezagendæ* submonerem. Tum experrectus veluti, *Kezagendam* poscit; sed *loricis Præfectus* haud præsto aderat. Id mihi per accidit molestum, tacitusque mecum volutabam, pro scævo omine esse habendum, quod *Sultanus* id, quo carere nunquam solebat, frustra requisivisset. Rogo deinde, ut per viam a turba seductiorem remearet: annuensque inter hortos trajicit, *Fonticulum* versus deflectens, nobis ipsum subsequentibus: dum interea cor meum ex pavore concepto palpitaret. In arcem revectus per pontem, viam sibi suetam, nunquam iterum inde evectus est.

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM NONUM.

Morbus Sultani.

مرضه رحمة الله عليه

NEmpe nocte *Sabbati* ſtatim laſſitudinem ingentem ſenſit; qua necdum dimidium emenſa ſpatium, febri e bile orta corripitur: interna illa hactenus, neque ſe foras exerente. Die *Sabbati*, decimo ſexto *Saphari*, anno octogeſimo nono, gravis languenſque ſurrexit, febris præferens veſtigia, quæ tamen vix poterant notari. Aderamus ei, ego, & judex *Elphadilus*; intratque mox etiam *Almalichus Alaphdalus*. Longiuſcule protracto conſeſſu, ſe magnopere hac nocte inquietatum fuiſſe conqueritur. Ad meridiem tamen ferme diſcedentes, corda penes ipſum reliquimus. Præceperat nobis ut prandium cum *Almalicho Alaphdalo* ſumeremus. *Elphadilus*, cui id in more haud erat, abiit. Ego in porticum me confero, ubi, ſtrata menſa, *Almalichus Alaphdalus* Patris in loco præſedit. Tum & ego me ſubduxi, nec diſcumbere valui præ mœſtitia. Augurium quoque ſedem paternam occupantis Filii, plurimorum oculis lacrymas excuſſit.

Ab illo tempore morbus graveſcere cœpit, nobis mane & veſperi continuo ad eum inviſentibus. Ego quoque & *Elphadilus* de die ſæpiuſcule intrabamus; diebus præſertim, quibus ſe relevatum ſentiebat, liberum nobis aditum præbente Eo. Morbi vis in caput potiſſimum incumbebat, unde augurabamur metam jam attigiſſe vitam, iſti malo foris, domi, multum obnoxiam. Medentes die quarto venæ ſectionem decernunt, qua morbus exaſperatus eſt; erat quippe temperamenti parum humidi, ſiccitate majorem in modum prævalente. Ergo morbus identidem invaleſcere, ita ut ad extremum debilitatis adduceretur. Sexto morbi die, quum ei aſſidentes dorſum ſuffulſiſſemus pulvinari, tepidam popoſcit, quam hauſto ſuperbiberet medicamento, ad naturam ejus leniendam diluendamque. Eam quum ſorbillaſſet, calidiſſimam repperit. Nimium illum conqueſto calorem altera mox offertur aqua; quam quum frigidam eſſe quereretur, non tamen in iram, non in vociferationem eru-

ولما كانت ليلة السبت وجد كلا عظيما
فما تنصف الليل حتي غشيه حمي
صفراوية كانت في باطنه اكثر من ظاهره
واصبح في يوم السبت سادس عشر صفر
سنة تسع وثمانين متكسلا عليه اثر
الحمي ولم يظهر ذلك للناس لكن
حضرت انا والقاضي الفاضل ودخل ولده
الملك الافضل وطال جلوسنا عنده واخذ
يشكوا من قلقه في الليل وطاب له الحديث
الي قريب الظهر ثم انصرفنا والقلوب
عنده فتقدم البنا بالحضور علي
الطعام في خدمة الملك الافضل ولم
يكن القاضي عادته ذلك فانصرف
ودخلت انا الي الايوان وقد مد الطعام
والملك الافضل قد جلس في موضعه
فانصرفت وما كان لي قوة للجلوس
استبحاشا وبكا في ذلك جماعة
تغالا بجلوس ولده موضعه

ثم اخذ المرض في تزايد من حينيذ
ونحن نلازم التردد طرفي النهار وندخل
اليه انا والقاضي الفاضل في النهار مرارا
ويعطي الطريق في بعض الايام التي
يجد فيها خفة وكان مرضه في راسه وكان
من امارات انتهاء العمر الذي كان قد
الف مزاجه سفرا وحضرا وراي الاطباء
فصده وفصدوه في الرابع فاشتد
مرضه وقلت رطوبات بدنه وكان يملكه
اليبس غلبة عظيمة ولم يزل المرض
يتزايد حتي انتهي الي غاية الضعف
ولقد جلسنا في سادس مرضه واسندنا
ظهره الي مخدة واحضر ماء فاترا
ليشربه عقيب شرب دواء لبلين الطبيعة
فشربه فوجده شديد الحرارة فشكا
من شدة حره وعرض عليه ماء
ثانيا فشكا من برده ولم يغضب
ولم يصخب ولم يقل سوي هذه
الكلمات سبحان الله لا يمكن احدا
تعديل

Digitized by Google

erupit: tantum his usus verbis est, *Bone Deus! adcone nemo temperare valet aquam?* Quum Ego & *Alphadilus*, lacrymis evicti, exiremus, *Alphadilus* me compellans; *Vide*, inquit, *mores hosce, hanc indolem, quibus jam jam curaturi sunt Musulmanni. Per Deum! si privato cuivis, atque uni e multis, tale quid contingerit; haud dubie poculum capiti infringeret ferentis.* Eas autem, diebus sexto, septimo, octavo, vires ejus hodie sumsit malum, ut mente non amplius competeret, deliraretque. Nona luce superaccessit deliquium animi, poculentique etiam negata via est. Tum vero tota contremiscere civitas, hominesque, in consternationem conjecti, tabernas claudere, mercimonia deportare e foro, luctu ac mœrore obrui inenarrabili. Interim ego & *Elphadilus* singulis noctibus morabamur, usque dum tertia circiter pars lapsa foret; deinde accedebamus ad januam cubiculi, & si occasio faveret, intrabamus, & qui valeret inspectabamus; atque ita demum digrediebamur: sin le occasio non daret, certiores nos reddebant de statu ejus. Opperiebantur autem homines digressum nostrum, nobisque se circumfundebant, ut ex vultibus nostris quo pacto sese haberet *Sultanus* augurarentur. Decimo morbi die bis ei clyster admotus est, unde leniter acquievit; moxque lucidi quid nactus intervalli, bonum ptisanæ modum sumpsit, omnibus propterea gaudio diffusis. Nos pro more substitimus ad multam jam noctem, atque tum ad fores cubiculi ingressi, invenimus *Sjemaleddaulam Achalum*, ex eoque exploramus, numquid meliuscule foret, & ecquid novæ adfulgeret spei? Eo ingresso, *Sultani* nomine renunciat nobis *Almalichus Almoeddemus Tyrannijahus*, (cujus potentiam augeat Deus) sudorem ambo ejus crura occupasse. Nos, nuncio gratanter excepto, ipsum obsecramus, ut, pedibus ejus pertersis, nobis indicaret quæ vis esset sudoris. Id quum ille præstitisset, ad nos regressus significat sudorem esse copiosissimum. Tum recreati confirmatique discessimus. Postera undecima luce, ex quo decubuerat, qui sextus & vicesimus erat dies *Saphari*, iterum ad cubiculum progressi, quæ foret rerum facies exquirimus; certioresque facti sumus, immo-

CAPUT CENTES. SEPTUAGESIMUM NONUM.

Morbus Sultani.

مرضه رحمة الله عليه

NEmpe nocte *Sabbati* ſtatim laſſitudinem ingentem ſenſit; qua necdum dimidium emenſa ſpatium, febri e bile orta corripitur: interna illa hactenus, neque ſe foras exerente. Die *Sabbati*, decimo ſexto *Saphari*, anno octogeſimo nono, gravis languenſque ſurrexit, febris præferens veſtigia, quæ tamen vix poterant notari. Aderamus ei, ego, & judex *Elphadilus*; intratque mox etiam *Almalichus Alaphdalus*. Longiuſcule protracto conſeſſu, ſe magnopere hac nocte inquietatum fuiſſe conqueritur. Ad meridiem tamen ferme diſcedentes, corda penes ipſum reliquimus. Præceperat nobis ut prandium cum *Almalicho Alaphdalo* ſumeremus. *Elphadilus*, cui id in more haud erat, abiit. Ego in porticum me confero, ubi, ſtrata menſa, *Almalichus Alaphdalus* Patris in loco præſedit. Tum & ego me ſubduxi, nec diſcumbere valui præ mœſtitia. Augurium quoque ſedem paternam occupantis Filii, plurimorum oculis lacrymas excuſſit.

Ab illo tempore morbus graveſcere cœpit, nobis mane & veſperi continuo ad eum inviſentibus. Ego quoque & *Elphadilus* de die ſæpiuſcule intrabamus; diebus præſertim, quibus ſe relevatum ſentiebat, liberum nobis aditum præbente Eo. Morbi vis in caput potiſſimum incumbebat, unde augurabamur metam jam attigiſſe vitam, iſti malo foris, domi, multum obnoxiam. Medentes die quarto venæ ſectionem decernunt, qua morbus exaſperatus eſt; erat quippe temperamenti parum humidi, ſiccitate majorem in modum prævalente. Ergo morbus identidem invaleſcere, ita ut ad extremum debilitatis adduceretur. Sexto morbi die, quum ei aſſidentes dorſum ſuffulſiſſemus pulvinari, tepidam popoſcit, quam hauſto ſuperbiberet medicamento, ad naturam ejus leniendam diluendamque. Eam quum ſorbillaſſet, calidiſſimam repperit. Nimium illum conqueſto calorem altera mox offertur aqua; quam quum frigidam eſſe quereretur, non tamen in iram, non in vociferationem eru-

ولما كانت ليلة السبت وجد كلا عظيما
فيما تنصف الليل حتي غشيه حمي
صفراوية كانت في باطنه اكثر من ظاهره
واصبح في يوم السبت سادس عشر صفر
سنة تسع وثمانين متكسلا عليه اثر
الحمي ولم يظهر ذلك للناس لكن
حضرت انا والقاضي الفاضل ودخل ولده
الملك الافضل وطال جلوسنا عنده واخذ
يشكوا من قلقه في الليل وطاب له الحديث
الي قريب الظهر ثم انصرفنا والقلوب
عنده فتقدم الينا بالحضور علي
الطعام في خدمة الملك الافضل ولم
يكن القاضي عادته ذلك فانصرف
ودخلت انا الي الايوان وقد مد الطعام
والملك الافضل قد جلس في موضعه
فانصرفت وما كان لي قوة للجلوس
استبحاشا وبكا في ذلك جماعة
تفالا بجلوس ولده موضعه

ثم اخذ المرض في تزايد من حينيذ
ونحن نلازم التردد طرفي النهار وندخل
اليه انا والقاضي الفاضل في النهار مرارا
ويعطي الطريق في بعض الايام التي
يجد فيها خفة وكان مرضه في راسه وكان
من امارات انتهاء العمر الذي كان قد
الف مزاجه سفرا وحضرا وراي الاطباء
فصده وفصدوه في الرابع فاشتد
مرضه وقلت رطوبات بدنه وكان يملكه
اليبس غلبة عظيمة ولم يزل المرض
يتزايد حتي انتهي الي غاية الضعف
ولقد جلسنا في سادس مرضه واسندنا
ظهره الي مخدة واحضر ماء فاترا
ليشربه عقيب شرب دواء لبلين الطبيعة
فشربه فوجده شديد الحرارة فشكا
من شدة حره وعرض عليه ماء
ثانيا فشكا من برده ولم يغضب
ولم يصخب ولم يقل سوي هذه
الكلمات سبحان الله لا يمكن احدا
تعديل

تعديل الماء فخرجنا انا والقاضي
الفاضل من عندة وقد اشتد منا البكا
والقاضي الفاضل يقول لي ابصر هذه
الاخلاق التي قد اشرف المسلمون علي
مفارقتها والله لو ان هذا بعض الناس
كان قد ضرب بالقدح راس من احضره
واشتد مرضه في السادس والسابع
والثامن ولم يزل يتزايد ويغيب ذهنه
ولما كان التاسع حدثت به غشية وامتنع
من تناول المشروب فاشتد الخوف في
البلد وخاف الناس ونقلوا الاقمشة من
الاسواق وغشي الناس من الكابة والحزن
ما لم يمكن حكايته ولقد كنت انا
والقاضي الفاضل نقعد في كل ليلة الي
ان مضي من الليل ثلثه او قريبا منه ثم
نحضر في باب الدار فان وجدنا
طريقا دخلنا وشاهدنا وانصرفنا
والا يعرفونا احواله وكنا نجد
الناس يترقبون خروجنا الي
ان يلتقونا حتي يعرفوا احواله
من صفحات وجوهنا ولما كان
العاشر من مرضه حقن دفعتين
وحصل من الحقني راحة
وحصل بعض الحق وتناول من
ماء الشعير مقدارا صالحا وفرح
الناس فرحا شديدا فاقمنا
علي العادة الي ان مضي من
الليل هزيع ثم اتينا بالدار
فوجدنا جمال الدولة اقبال
فالتمسنا منه تعريف الحال المستجد
فدخل فانفذ الينا مع الملك
المعظم تورانشاه جبره الله تعالي
ان العرق قد اخذ في ساقيه
وشكرنا الله تع علي ذلك
والتمسنا منه ان يمس بقية قدمه
ويخبرنا بحاله في العرق فتفقده
ثم خرج الينا وذكر ان العرق
سابغ وانصرفنا طيبة قلوبنا
ثم اصبحنا في الحادي عشر
من مرضه وهو السادس
والعشرين من صفر حضرنا الباب
وسالنا عن الاحوال فاخبرنا
ان

erupit: tantum his usus verbis est, *Bone Deus! adeone nemo temperare valet aquam?* Quum Ego & *Alphadilus*, lacrymis evicti, exiremus, *Alphadilus* me compellans; *Vide*, inquit, *mores hosce, hanc indolem, quibus jam jam carituri sunt Musulmanni. Per Deum! si privato cuivis, atque uni e multis, tale quid contingeret; haud dubie poculum capiti infringeret ferentis.* Eas autem, diebus sexto, septimo, octavo, vires eundo sumsit malum, ut mente non amplius competeret, deliraretque. Nona luce superaccessit deliquium animi, poculentisque etiam negata via est. Tum vero tota contremiscere civitas; hominesque, in consternationem conjecti, tabernas claudere, mercimonia deportare e foro; luctu ac mœrore obrui inerrabili. Interim ego & *Elphadilus* singulis noctibus morabamur, usque dum tertia circiter pars lapsa foret; deinde accedebamus ad januam cubiculi, & si occasio faveret, intrabamus, & qui valeret inspectabamus; atque ita demum digrediebamur: sin se occasio non daret, certiores nos reddebant de statu ejus. Opperiebantur autem homines digressum nostrum, nobisque se circumfundebant, ut ex vultibus nostris quo pacto sese haberet *Sultanus* augurarentur. Decimo morbi die bis ei clyster admotus est, unde leniter acquievit; moxque lucidi quid nactus intervalli, bonum ptisanæ modum sumpsit, omnibus propterea gaudio diffusis. Nos pro more substitimus ad multam jam noctem, atque tum ad fores cubiculi ingressi, invenimus *Sjemaleddaulam Acbalum*, ex eoque exploramus, numquid meliuscule foret, & ecquid novæ adfulgeret spei? Eo ingresso, *Sultani* nomine renunciat nobis *Almalichus Almoaddemas Touransjahus*, (cujus potentiam augeat Deus) sudorem ambo ejus crura occupasse. Nos, nuncio gratanter excepto, ipsum obsecramus, ut, pedibus ejus pertersis, nobis indicaret quæ vis esset sudoris. Id quum ille præstitisset, ad nos regressus significat sudorem esse copiosissimum. Tum recreati confirmatique discessimus. Postera undecima luce, ex quo decubuerat, qui sextus & vicesimus erat dies *Saphari*, iterum ad cubiculum progressi, quæ foret rerum facies exquirimus; certioresque facti sumus, immo-

dicum fluxiſſe ſudorem, qui ſtrata, mox & ſubſtratas ſtoreas, ipſamque adeo terram commadefecerit, atque penetrarit: ſiccitatemque tanto opere increviſſe, ut vi ejus attoniti hærerent medici.

ان العرق افرط حتى نفذ في الفرش ثم في الحصر وتاثرت به الارض وان اليبس قد تزايد تزايدا عظيما وحارت في القوة الاطباء

CAPUT CENTESIMUM OCTOGESIMUM.

Jusjurandum adigit Alaphdalus.

ذكر تحليف الافضل

QUum *Almalichus Alaphdalus* cerneret imminens patri fatum, quod jam pro haud dubio ab omnibus habebatur, prævertit ad homines jusjurandum adigendos, in atrio cui a *Ridwano* ſive *Cuſtode Paradiſi* nomen inditum, quodque *Sukna* ſive *Quietis* appellatur; ubi advocatis ſupremis judicibus formulam ſacramenti concinnat compendioſam, ſummaſque rerum complexam: per quam jurejuraretur in fidem *Sultani*, quam diu viveret, in *Alaphdali* vero poſt ejus exceſſum. Excuſavit autem ingraveſcentem vim morbi; cujus quum incertus eſſet exitus, ſe hæc, more Regum, in omnem eventum providere ac procurare. Princeps ad jusjurandum ſe ſtitit *Sadoddinus Meſoudus*, frater *Bedroddini Maudoudi*, præfectus urbi. Is ſacramentum ſine ulla conditione properus promtuſque præſtitit. Acceſſit deinde *Naſiroddinus*, *Sehjouni* præfectus: qui adjecit, arcem quam teneret ſibi ceſſuram. Poſt eum *Sabikoddinus*, qui *Sjaizarum* obtinenebat, jurejuravit, non addito tamen inviolabili illo vinculo, *ſint mihi tertium repudiatæ uxores*, ſe nunquam ita ſacramento dixiſſe cauſſatus. Inde *Chushjterinus Huſeinus Hacarienſis* præſto fuit, qui ſimpliciter juravit. Mox *Noushjirwanus Zerzarius* ea conditione jusjurandum dedit, ſi ſibi victus præberetur idoneus. Poſtremi *Elkanus & Melkanus* ſimpliciter. Tum ſtratis menſis cœtus præſentium epulo excipitur. Ad primam veſperam renovatus eſt conſeſſus ſacramento exigendo. Venerunt tunc *Maimounus Katſrius* piæ memoriæ, & *Sjemſoddinus* major. Hi hac conditione ſe paratos oſtenderunt, ut nullum adverſus Fratres ipſius gladium ſtringerent: de cetero caput ſe pro ejus provin-

ولما راي الملك الافضل ما حل بوالده وتحقق الناس منه تسرع في تحليف الناس في داره رضوان المعروفة بسكناه واستحضر القضاة وعمل له نسخة يمين مختصرة محصلة للمقاصد تتضمن الحلف للسلطان مدة حياته وله بعد وفاته واعتذر الي الناس بان المرض قد اشتد وما يعلم ما يكون وما يفعل هذا الا احتياطا علي جاري عادة الملوك فاول من استحضر للحلف سعد الدين مسعود اخو بدر الدين مودود الشحنة فبادر الي اليمين من غير شرط ثم حضر ناصر الدين صاحب صهيون وزاد ان الحصن الذي في يده له وحضر سابق الدين صاحب شيزر فحلف ولم يذكر الطلاق واعتذر بانه ما حلف به ثم حضر خشترين حسين الهكاري وحلف وحضر نوشروان الزرزاري وحلف واشترط ان يكون له خبز برضيه وحضر علكان وملكان وحلفا ثم مبد الاخوان وحضر الجماعة واكلوا ولما كان العصر اعيد المجلس للتحليف وحضر ميمون القصري رحمه الله وشمس الدين الكبير وقالا نحن نحلف بشرط ان لا نسل في وجه احد من اخوتك سيفا لكن راسي دون بلادك هذا قول ميمون القصري واما سنقر فانه امتنع ساعة ثم قال كنت حلفتني علي

علي النطرون وانا عليها وحضر سامه وقال ليس لي خبز فقل لي اي شي احلف فروجع فحلف وعلق يمينه بشرط ان يعطي خبزا يرضيه وحضر سنقر المشطوب وحلف واشترط ان يرضي وحضر ايبك الافطس رحمه الله واشترط رضاه وحضر حسام الدين بشاره وحلف وكان مقدما علي هولاء ولم يحضر احدا من الامراء المصريين ولم يتعرض لهم بل حلف هولاء للتقرير وربما مسنده منهم غير معروف ونسخة اليمين المحلوف بها وضمونها الفصل الاول

اني من وقتي هذا اصفيت نيتي واخلصت طويتي للملك الناصر مدة حياته واني لا انزال باذلا جهدي في الذب عن دولته بنفسي ومالي وسيفي ورجالي متمثلا امره واقفا عند مراضيه ثم من بعد لولده الافضل علي وورثته ووالله انني في طاعته واذب عن دولته وبلاده بنفسي ومالي وسيفي ورجالي وامتثل امره ونهيه وباطني وظاهري في ذلك سواء والله علي ما اقول وكيل

vinciis tutandis oppignerare. Utique his verbis usus est *Maimounus Katsrius*. At *Sunkarus* aliquamdiu negavit: deinde, jusjurandum dedi tibi, inquit, super *Netrouno*. In eo permaneo. Ingressus dein *Sama* dixit, *Panem non habeo, dic ergo quid juraturus sim*. Denuo compellatus, jusjurandum ea suspendit conditione, si sibi idoneus victus suppeditaretur. Similiter fere *Sunkarus Almesjtoubus*, & *Ibechus Simo* sese gesserunt. Postremus *Husamoddinus Besjara*, summum horum agens ducem, præsto adfuit, jurejuravitque. E ducibus vero *Ægyptiacis* nullus omnino se stitit. Sed nec illis oblatum fuit, quum in his satis esset firmamenti. Forte minus cognita est exacti hujus Sacramenti formula. Ejus caput primum ita sonabat.

Ego hac ipsa hora sincerum meum studium, intemeratamque mentem ac fidem adstringo Almalicho Alnasiro, Saladino, *quoad vivet; juroque me haud cessaturum, omnis contentione nervi, propugnare pro ipsius imperio; animam, opes, gladium, virosque meos ei impendendo: futurumque me dicto ei audientem, & ad jussa omnia quam promtissimum. idem post fata ejus, Filio Hæredique ipsius Alaphdalo Ali promitto: Deumque testor me, dicto ipsi audientem, propugnaturum esse pro ejus imperio, & provinciis; animo, opibus, gladio, virisque meis in id impensis: & sive quid dixerit, sive quid interdixerit, morigerum me fore. In hoc pectus & os meum consonant atque conspirant. Deus quod dico inspectat & judicabit.*

CAPUT CENTES. OCTOGESIMUM PRIMUM.

ذكر وفاته رحمة الله عليه وقدس روحه

Obitus Sultani, cujus Spiritum Sanctificet Deus.

ولما كانت ليلة الاربعاء السابع والعشرين من صفر وهي الثانية عشر من مرضه اشتد مرضه وضعفت قوته ووقع في اوايل الامر من اوله وحال بيننا وبينه النسا واستحضرت انا والقاضي الفاضل تلك الليلة وابن الزكي ولم يكن عادته الحضور في الوقت وحضر بيننا الملك الافضل ان نبيت عنده فلم يرى القاضي الفاضل ذلك رايا فان الناس

Die *Mercurii*, vicesimo septimo *Saphari*, qui duodecimus erat morbi, gravissime conflictatus fractis jam jacebat viribus moribundus. Statim a principio mali ingravescentis additus ei fuerat, qui *Alcoranum* prælegeret, ad aberrationem mentis quantum pote regendam, quæ nos ab ipso sejunxerat. Illa nocte autem quum Ego & *Alphadilus*, itemque *Ibn-Elzekius*, ante illa hora venire haud solitus, adfuissemus vocati, *Almalichus Alaphdalus* nos ibi noctem istam voluit transigere. Id

minus consultum judicabat *Alphadilus*, quod homines nostrum ex arce descensum observarent & exspectarent. Metuebat itaque, si non descenderemus, tumultum in Urbe esse cooriturum, cum grassatura & populatione conjunctum. Conducibilius ipsi visum, ut nos degrederemur, advocareturque *Abusjapharus*, doctor & antistes templi *Kellasa*, probitate conspicuus, ad pernoctandum in arce; ut si moreretur nocte ista *Sultanus*, assisteret, errantique menti ejus succurreret, commemorando *Solemnem testificationem fidei Muhammedanæ*, crebramque Dei Opt. Max. mentionem ingerendo. Sic factum; digressique sumus ita, ut quilibet nostrum vel sua vita ipsum a morte redemtum cuperet. *Sultanus* noctem istam traduxit in statu migrantium ad Deum, *Alcoranum* prælegente antistite *Abu-Sjapharo*, & summi Numinis memoriam ei suggerente. A nona nocte, delirio prævalente, ita deerrarat mens, ut vix ac ne vix quidem per lucida intervalla emersisset; sed, ut *Abusjapharus* retulit, quum pervenisset ad locum illum *Alcorani*, *Ipse Deus est, præter quem nullus est Deus, scientia complectens quæ latent peræque ac quæ patent*, audivit id *Sultanus*, dixitque, *verissimum est*, in necessitatis articulo ipso expergefactus ista voce: quæ quidem singularis fuit Dei gratia, semperque prædicanda.

Finivit *Sultanus* post preces matutinas feriæ quartæ, *Saphari* die septimo & vicesimo, anno quingentesimo octogesimo nono. Judex *Alphadilus*, quum aurora illuxisset, maturarat, atque expiranti supervenerat. Ego demum accessi, quum jam decessisset, emigrassetque ad favorem Numinis, sedemque munificentiæ ejus, ac copiosissimæ remunerationis. Relatum quoque mihi, quum *Abusjapharus* venisset ad *Alcorani* locum illum, *Nullus præter ipsum Deus est; super ipso confisus sum*, reniduisse *Sultanum*, faciemque ejus resplenduisse, quam sic integerrima fide *Musulmanna* Domino suo submiserit, commiseritque.

Dies fuit hicce, cui par nullus *Islamismum* ejusque confessores adflixit, ex quo desiderati sunt veri illi & sinceri *Chaliphæ*. Arcem autem, urbem, orbem, ea pervasit consternatio, quam præter Deum novit nemo. Equidem audiveram aliquan-

الناس كانوا ينتظرون نزولنا من القلعة فخاف ان لم ننزل تقع الصوت في البلد وربما نهب الناس بعضهم بعضا فراي المصلحة في نزولنا واستحضار الشيخ ابي جعفر امام الكلاسة وهو رجل صالح يبيت بالقلعة حتي اذا استحضر رحمه الله بالليل حضر عنده وحال بينه وبين النساء وذكره بالشهادة وذكره الله تعالي ففعل ذلك ونزلنا كل منا يوده فداه بنفسه وبات في تلك الليلة علي حال المنتقلين الي الله تعالي والشيخ ابو جعفر يقرا عنده القران ويذكره بالله تعالي وكان ذهنه غايبا من ليلة التاسع لا يكاد يفيق الا في الاحيان وذكر الشيخ ابو جعفر انه لما انتهي الي قوله تعالي هو الله الذي لا اله الا هو عالم الغيب والشهادة سمعه وهو يقول رحمة الله عليه صحيح وهذه يقظة في وقت الحاجة وعناية الله به فلله الحمد علي ذلك

وكانت وفاته بعد صلاة الصبح من الاربعاء سابع وعشرين صفر من سنة تسع وثمانين وخمس ماية وبادر القاضي الفاضل بعد طلوع الصبح في وقت وفاته ووصلت وقد مات وانتقل الي رضوان الله ومحل كرمه وجزيل ثوابه ولقد حكا لي انه لما بلغ الشيخ ابو جعفر الي قوله تعالي لا اله الا هو عليه توكلت تبسم وتهلل وجهه وسلمها الي ربه

وكان يوما لم يصب الاسلام والمسلمين بمثله منذ فقدوا الخلفاء الراشدين وغشي القلعة والبلد والدنيا من الوحشة ما لم يعلمه الا الله تعالي وبالله لقد

لقد كنت اسمع من بعض
الناس انهم يتمنون فدا من يعز عليهم
بنفوسهم وما سمعت هذا الحديث
الا علي ضرب من التجوز والرخص
الا الي ذلك اليوم فاني علمت
من نفسي ومن غيري انه
لو قبل الفدا لفدي بالنفس

ثم جلس ولده الملك الافضل للعزاء
في الايوان الشمالي وحفظ باب القلعة
الا عن الخواص من الامراء والمعممين
وكان يوما عظيما وقد شغل كل
انسان ما عنده من الحزن والاسف
والبكاء والاستغاثة عن ان ينظر
الي غيره وحفظ المجلس عن ان
ينشد فيه شاعر او يتكلم فيه قاصل
وواعظ فكان اولاده يخرجون مستغيثين
الي الناس فتكاد النفوس تزهق
لهول منظرهم ودام الحال علي ذلك
الي بعد صلاة الظهر ثم اشتغل بتغسيله
وتكفينه فما مكنا ان ندخل في
تجهيزه ما قيمته حبة واحدة
الا بالقرض حتي في ثمن القبن
الذي بلت به الطين وغسله الدولعي
الفقيه وبدين الي الوقوف علي
غسله فلم يكن لي قوة تحمل
ذلك المنظر واخرج بعد صلاة
الظهر في تابوت مسجي بثوب
فوط وكان ذلك وجميع ما
احتاج اليه من الثياب في
تكفينه فقد احضره القاضي
الفاضل من وجه حل عرفه
وارتفعت الاصوات عند مشاهدته وعظم
الضجيج والعويل ما شغلهم عن الصلاة
وصلي عليه الناس ارسالا وكان اول
من ام بالناس القاضي محي الدين
بن الزكي ثم اعيد الي الدار التي
في البستان وكان متمرضا بها ودفن
في الصفة الغربية منها وكان نزوله
في حفرته قدس الله روحه ونور
ضريحه قريب من صلاة العصر
ثم نزل في اثناء النهار ولده الملك
الظافر

quando mortales pro mortalibus, egregie
ſibi caris, ſuas ipſorum animas deſponſantes; ſed non aliter id genus verba acceperam, quam per figuram tantum dicta, de quorum pretio multum foret diminuendum. At dies hicce me docuit, prout tum ipſe, tum reliqui, adfecti eramus, vere animam vitamque devoveri, quum dicitur, *Redemtio ego tua ſim.*

Almalichus Alaphdalus autem ad officia conſolantium admittenda præſedit in porticu ſeptentrionali, arcis tamen porta non aliis recluſa, quam intimis ducum, populique: quum alioquin luctuoſiſſimus etiam dies omnes homines proprio ſuo mœrore, fletu, quiritatuque, ita diſtrictos diſtractoſque teneret, ut parum alterius dolorem reſpicerent ac curarent. Non permiſſum quoque iſto in conſeſſu, ut vel poëta carmen recitaret, vel facundiam ſuam exerceret lingua potens orator, concionatorve ſacer. Reliqui interim *Sultani* Filii, arce egreſſi, Dei, hominumque, fidem implorabant; atque ad lugubrem eorum, terroriſque plenum adſpectum, præ dolore ferme omnes exſpirabant. Ultra preces meridianas continuavit cæcus hic tumultus; quando vacari cœptum eſt lotioni, ut ferali amiculo corpus involveretur. Quicquid in apparatum funeris expenſum eſt, quum ne teruncius quidem præ manibus eſſet, fœnerandum fuit, ad pretium uſque ſtraminis, quo lutum maceratum. Lavit Eum *Daulaius* ſacri profanique juris antiſtes. Ego quidem manum operi fueram admolitus; ſed triſti impar ſcenæ ceſſi. Elatus eſt poſt preces meridiei Sandapila, ſtriata *Sindica* veſte cooperta. Hanc, & quicquid mortuo involvendo opus fuerat, judex *Alphadilus* paraverat ære alieno. Ad conſpectum huncce it cœlo clamor, impotentique mœrore ac ejulatu diſtracti a precibus rite fundendis homines. Immeditata tantum & incompoſita jacta verba ſunt. Primus *Muhjoddinus Ibnelzekius* compoſitas riteque conceptas præivit preces. Relatus deinde ad ædes quæ in horto ſunt, ubi & decubuerat, ſepultus eſt in *Sopha*, ſive exedra ejus occidentali. Deſcendit in ſepulcrum (quod, Spiritu ejus ſanctificato, illuminet Deus) paulo ante preces veſpertinas. Dum adhuc dies eſſet, degreſſus *Almalichus Addaphirus* ſolantibus verbis corda

permulsit ac sedavit hominum, quos adhuc obstupefecerat distinueratque luctus, quo minus direptioni depopulationique se dedissent: quum nullius non cor dolore, nullius non oculus fletu contabescerent; nisi irato forte Deo nati hujus vel illius. Domos deinde suas foedum in modum conflagrati, dejectique, dilabuntur: neque quisquam ista nocte grassaturam exercuit. Nos vero intro relati, inter *Alcorani* lectionem, novo indulsimus mœrori.

الظلم وعمرا الناس فيه وسكن قلوب الناس وكان الناس قد شغلهم البكاء عن الاشتغال بالنهب والفساد ها وجد قلب الا حزين ولا عين الا باكية الا من شاء الله ثم رجع الناس الي بيوتهم اقبح رجوع ولم يعد احد منهم في تلك الليلة الا انا حضرنا وقرانا وجددنا حالا من الحزن

Eodem adhuc die *Almalichus Alaphdalus* curaverat literas exarari ad Patruum, Fratresque, quibus quae accidissent significabat. Sequenti, ad publica consolationis officia consedit, porta arcis reserata antistitibus & scientiarum cultoribus: habitæque ibi orationes, sed carmen nullum admissum. Is consessus ad meridiem finitus. Continuatum hoc officium, magno confluxu, maturinis & vespertinis horis, inter *Alcorani* prælectionem, faustamque omnium comprecationem. Deinde *Almalichus Alaphdalus* regiminis habenas suscepit, cumque Patruo ac Fratribus longa agitavit negotia.

واشتغل ذلك اليوم الملك الافضل بكتابة الكتب الي عمه واخوته يخبرهم بهذا الحال الحادث وفي اليوم الثاني جلس للعزاء جلوسا عاما واطلق باب القلعة للفقهاء والعلماء وتكلم المتكلمون ولم ينشد شاعر ثم انقض المجلس في ظهر ذلك اليوم واستمر الحال في حضور الناس بكرة وعشية وقراة القرآن والدعاء له برحمة الله عليه واشتغل الملك الافضل بتدبير امره ومراسلة اخوته وعمه

Sed & anni illi homineſque simul expirarunt: atque haud secus quam somnia avolarunt.

ثم انقضت تلك السنين واهلها وكانها وكانهم احلام

Digitized by Google

من كتاب التاريخ

لصاحب حماة

تأليف العالم العامل الفاضل

تاج الدين اسمعيل بن علي بن محمود بن محمد

بن عمر بن شاهنشاه بن ايوب

ادام الله شرفه

AUCTARIUM

AD

VITAM SALADINI,

EX

HISTORIA UNIVERSALI

PRINCIPIS HAMATENSIS;

ERUDITIONE ET PIETATE ILLUSTRISSIMI,

TASJODDINI ISMAELIS, FILII ALI, FILII MAHMOUDI, FILII MUHAMMEDIS, FILII OMARI, FILII SJAHENSJAHI, FILII JOBI, CUJUS GLORIAM PERENNARE JUBEAT DEUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

فصول من
كتاب التاريخ
لصاحب حماة

EXCERPTA
EX
HISTORIA UNIVERSALI
PRINCIPIS HAMATÆ,
QUI VULGO
ABULFEDA
DICITUR.

CAPUT PRIMUM.

ذكر قتل الصالح بن زريك

Assalihus filius Zarichi interficitur.

سنة ست وخمسين وخمسماية في رمضان قتل الملك الصالح ابو الغارات طلايع بن زريك الارمني وزير العاضد العلوي جهزت عليه عمة العاضد من قتله وهو داخل في القصر بالسكاكين ولم يمت في تلك الساعة بل حمل الي بيته وارسل يعتب علي العاضد فارسل عاضد اليه يحلف له انه لم يرض ولا علم بذلك وامسك العاضد عمته وارسلها الي طلايع فقتلها وسال العاضد ان يولي ابنه زريك الوزارة ولقب العادل ومات طلايع واستقر ابنه العادل زريك في الوزارة

ANNO quingenteſimo quinquageſimo ſexto, menſe *Ramadano*, obtruncatus eſt *Almalichus Aſſalihus*, *Pater expeditionum* dictus, *Talajus*, *filius Zarichi*, *Armenius*, qui *Vezirus* erat *Chaliphæ Eladidi*, ex *Alidarum* in *Ægypto* regnatrice domo. Hujus *Eladidi* amita ſubornarat, qui eum cultris conficerent, quum palatium intraret. Non ea ipſa hora expiravit, ſed domum deportatus ſuam, miſit qui *Eladidum* objurgitarent. Is continuo remiſit, juſque dedit jurandum, ſe neque conſenſiſſe, neque adeo ſciviſſe. Comprehenſam præterea amitam ad *Talajum* tranſmiſit, qui eam trucidavit. Ab *Eladido* deinde petiit, ut *Veziratus* in *Zarichum* filium conferretur; qui *Eladilus* eſt cognominatus. Sic decedenti patri *Eladilus Zarichus* ſucceſſit.

A CA-

CAPUT SECUNDUM.

Veziratus Sjawari, & mox Dargami.

ذكر وزارة شاور ثم الضرغام

ANno deinde quingentesimo quinquagesimo octavo, mense *Sapharo*, dignitatem istam obtinuit apud *Eladidum Lidinalla*, *Alidarum* e stirpe, *Sjawarus*. Minister is fuerat *Assalihi Talaji Zarichidæ*, qui ipsi *Thebaidem* dederat gubernandam. Illa præfectura maximæ dignationis post *Vezirum* censebatur. Quum autem vulneratus esset *Assalihus*, commendavit Filio *Eladilo*, ut ratione *Sjawari* nihil mutaret, exploratam habens hominis potentiam. Sed quum *Eladilus* regiminis habenas susceperet, scripsit ad *Sjawarum* ut provincia decederet. At *Sjawarus* collectis copiis adversus *Eladilum* eduxit, *Elkahiramque* contendit: unde fugientem persecutus, mox comprehensum interemit. Is erat *Eladilus Zarichus*, filius *Assalihi Talaji*, *Zarichi* nepos: cujus nece *Zarichidarum* potentia expiravit. *Sjawarus* regiminis potitus, *Imperatorque exercituum* cognominatus, *Zarichidarum* opes & thesauros corripuit. Adversus eum copias contraxit *Dargamus*, cum eoque de *Vezirate* decertavit, mense *Ramadano*. Devictus *Sjawarus* profugit in *Syriam*, opem imploraturus *Noureddini*. *Dergamus* summæ rei factus compos, complures e ducibus *Ægyptiacis* interemit, ut eas regiones ab adversariis vacuas solus obtineret. Id ipsum ita imperium *Ægyptiacum* debilitavit, ut e manibus deinde fuerit elapsum.

وفي سنة ثمان وخمسين وستماية في صفر وزر شاور للعاضد لدين الله العلوي وكان شاور بخدم الصالح طلايع بن زريك فولاه الصعيد وكانت ولاية الصعيد اكبر المناصب بعد الوزارة ولما جرح الصالح اوصي ابنه العادل ان لا يغير علي شاور شيا لعلمه بقوة شاور ولما تولي العادل بن الصالح الوزارة كتب الي شاور بالعزل فجمع شاور جموعه وسار نحو العادل الي القاهرة فهرب العادل وطرده وراءه شاور وامسكه وقتله وهو العادل نزريك بن الصالح طلايع بن زريك وانقرضت بقتله دولة بني زريك واستقر شاور في الوزارة وتلقب بامير الجيوش واخذ اموال بني زريك وودايعهم ثم ان الضرغام جمع جمعا ونازع شاور في الوزارة في شهر رمضان فقوي علي شاور فانهزم شاور الي الشام مستنجدا بنور الدين ولما تمكن ضرغام من الوزارة قتل كثيرا من الامراء المصريين لتخلوا له البلاد فضعفت الدولة بهذا السبب حتي خرجت البلاد من ايديهم ۞

CAPUT TERTIUM.

Expeditio in Ægyptum anno quingentesimo quinquagesimo nono.

ثم دخلت سنة تسع وخمسين وخمسماية

ANno insequente misit *Noureddinus Mahmoudus*, filius *Zenchii*, exercitum in *Ægyptiacas* regiones, ductore *Asedoddino Sjyrchouho*, filio *Sjadi*, una cum *Sjawaro*, qui expulsus *Ægypto* per *Dergamum*, *Noureddini* efflagitarat auxilium, obla-

وفي هذه السنة سير نور الدين محمود بن زنكي عسكرا مقدمهم اسد الدين شيركوه بن شادي الي الديار المصرية ومعهم شاور وكان قد سار من مصر هاربا من ضرغام

فرغلم الوزير فاخذ شاور بنور الدين
واستنجده وبذل له ثلث اموال مصر بعد
رزق جندها فاجابه الي الوزارة فارسل
نور الدين شيركوه الي مصر فوصل اليها
وهزم عسكر ضرغام عند قبر السيدة نفيسة
واعاد شاور الي وزارة العاضد العلوي ثم
غدر شاور بنور الدين ولم يف له شيء مما
شرط فسار اسد الدين واستولي علي بلبيس
والشرقية فارسل شاور استنجد الفرنج علي
اخراج اسد الدين شيركوه من البلاد فسار
الفرنج واجتمع معهم شاور بعسكر مصر
وحصروا شيركوه ببلبيس ودام الحصار مدة
ثلثة اشهر وبلغ الفرنج حركة نور الدين
واخذه حارم فراسلوا شيركوه في الصلح
وفتحوا له فخرج من بلبيس فمن معه من
العسكر وسار بهم ووصلوا الي الشام سالمين

وفي هذه السنة في رمضان فتح نور
الدين محمود حارم واخذها من الفرنج بعد
مصاف جري بينه نور الدين والفرنج
انتصر فيه نور الدين وقتل واسر
عالما كثيرا وكان من جملة الاسري
البرنس صاحب انطاكية والقومص صاحب
طرابلس وغنم منهم المسلمون شيا كثيرا

وفي هذه السنة ايضا في ذي الحجة سار
نور الدين الي بانياس وفتحها وكانت
بيد الفرنج من سنة ثلث واربعين وخمس
مائة الي هذه السنة ثم دخلت سنة احدي
وستين وخمسمائة وفيها فتح نور الدين
محمود حصن المنيطرة من الشام وكان بيد
الفرنج

ثم دخلت سنة اثنين وستين وخمسمائة
وفيها عاد اسد الدين شيركوه الي الديار
المصرية وجهزه نور الدين بعسكر جيد
عدتهم الف فارس فوصل الي ديار مصر
واستولي علي الجيزة وارسل شاور الي
الفرنج استنجدهم وجمعهم وساروا في اثر
شيركوه الي جهة الصعيد والتقوا علي بلد
يقال له الابوان فانهزم الفرنج والمصريون
واستولي شيركوه علي بلاد الجيزة واستغلها
ثم سار الي الاسكندرية وملكها وجعل
فيها ابن اخيه صلاح الدين يوسف بن ايوب
وعاد شيركوه الي جهة الصعيد فاجتمع
عسكر

oblata ei parte tertia reditum regni, post stipendia militi persoluta, si ipsum in *Vexiratum* restituisset. Missus proinde *Sjyrchoubus*; qui *Ægyptum* perlatus, *Dergami* exercitum fregit ad *Sepulcrum Sanctæ Naphisæ*, atque *Sjawarum* in pristinam repositi dignitatem. At perfidus ille nihil eorum *Noureddino* præstitit, quæ promiserat: qua de causa *Asdeddinus* occupavit *Belbisum* (*Pelusium*) & *Asjarkiam*. Ad eum regionibus ejiciendum *Francos* auxilio advocavit *Sjawarus*, quorum junctis sociatisque copiis *Sjyrchoubus*, trium spatio mensium, obsidione clausus fuit in *Belbiso*. Quum interea fama attulisset *Noureddinum* adversus *Haremum* movisse, idque castrum cepisse, *Franci* pacem *Sjyrchoubo* dedulerunt, ut liber & immunis cum copiis exiret. Is cum suis *Belbiso* egressus, salvus & incolumis in *Syriam* reversus est.

Hoc anno, mense *Ramadano*, expugnavit *Noureddinus Mahmoudus Haremum*, atque post aciem, signaque cum *Francis* collata, unde victor discessit, id ipsis eripuit. Cæsa ibi captaque ingens vis *Francorum*. Captivorum e numero fuere *Princeps*, *Antiochiæ* Dominus, & *Comes Tripolitanus*. Ingentem quoque prædam nacti sunt *Musulmanni*.

Hoc anno quoque, mense *Dsulhasjsja*, *Paneadem* invasit expugnavitque *Noureddinus*. Ea in manu fuerat *Francorum* inde ab anno tertio & quadragesimo hujus seculi. Volvente dein anno sexagesimo primo occupavit *Noureddinus Mahmoudus* arcem *Monaideram* in *Syria* sitam, quam & *Franci* obtinebant.

Iniit deinde annus sexagesimus secundus, hujus seculi, quo *Asdoddinus Sjyrchoubus* sedes *Ægyptiacas* revisit; in eam expeditionem ornatus & instructus a *Noureddino* pulcherrimo agmine mille equitum. Illuc pervectus *Sjizam* occupat. *Sjawarus* iterum *Francorum* circumspexit suppetias, qui conjunctis viribus, *Sjyrchoubi* insistere vestigiis, *Thebaidem* versus. Acie concursum est ad oppidum *Abwanum*. Fusis *Francis Ægyptiisque*, regiones *Sjizæ* in potestatem redigit, commeatumque portare cogit *Sjyrchoubus*; indeque *Alexandriam* petit, occupatque. Ei imponit Fratris filium *Saladinum Josephum*, filium *Jobi*: atque denuo *Thebaidem* versus movet. Congregatæ

tum copiæ *Ægypti* & *Francorum*, *Saladinum Alexandriæ* includunt per tres menſes. Vadit in eos *Sjyrchouhus*: ſed mox pactum initum, quo *Sjyrchouhus* recepta pecuniæ ſumma *Alexandriam* redditurus erat, in *Syriamque* rediturus. *Alexandriam* receperunt *Ægyptii*, medio *Sjawalo* hujus anni. *Sjyrchouhus* in *Syriam* revectus, *Damaſcum* attigit decimo octavo *Dſulhaſsjæ*. Inter *Francos* autem & *Ægyptios* ictum fœdus, ut *Franci Alkahiræ* imponerent præfectum, ejuſque portas ſuis ſervarent equitibus: utque e reditibus *Ægypti* quotannis centum millia perciperent aureorum.

Hoc anno *Noureddinus* cepit *Saphitam* & *Oreibam*. Eodem adverſus *Noureddinum* rebellavit *Gazius* Filius *Haſſani*, *Manbesji* Dominus, in iſto oppido. Is expedito illuc exercitu id ei ereptum ivit: aſſignavitque mox *Kotboddino Janalo* Filio *Haſſani*, Fratri *Gazii* prædicti: qui illud obtinuit, uſque dum a *Saladino Joſepho*, Filio *Jobi*, occuparetur anno ſecundo & ſeptuageſimo hujus ſeculi.

Anno quarto & ſexageſimo volvente, ſubjugavit *Noureddinus* arcem *Sjabarum*, receptam ab ejus Domino *Sjehaboddino Malicho*, filio *Ali*, filii *Malichi*, filii *Salimi*, filii *Malichi*, filii *Bedrani*, filii *Mokalledi*, filii *Moſajjebi Okeilitæ*. Horum in manu fuerat, inde a diebus *Sultani Melichsjahi*. Eam *Noureddinus* capere non valuit, donec Dominum ejus vinxiſſet. Pertracto ad ſe eam extorquere laboravit *Noureddinus*. Nequicquam. Miſit deinde exercitum ductore *Phachroddino Meſoudo* filio *Abi Ali Zahſranii*. Submiſſum mox aliud agmen ductu *Mesjdoddini Abubecri*, qui vulgo filius *Dajæ* dicitur, ſive *Nutricis*. Collactaneus fuerat *Noureddini* ſcilicet. Hi *Sjabarum* arcem obſidione prementes, nihil effecerunt. Expreſſum tandem a Domino ejus *Malicho*, ut eam traderet, penſatam urbe *Seruſjo*, & juriſdictionibus ejus: nec non *Malluho* ditionis *Halebenſis*, & *Bâbbezaga*: cum viginti aureorum millibus ſtatim repræſentandis.

عسكر مصر والفرنج وحصروا صلاح الدين
بالاسكندرية مدة ثلثة اشهر فسار شيركوه
اليهم واتفقوا علي الصلح علي مال يحملونه
الي شيركوه ويسلم اليهم الاسكندرية ويعود
الي الشام فتسلم المصريون الاسكندرية
في منتصف شوال من هذه السنة وسار
شيركوه الي الشام فوصل الي دمشق في
ثامن عشر ذي القعدة واستقر الصلح بين
الفرنج والمصريين علي ان يكون للفرنج
بالقاهرة شحنة وتكون ابوابها بيد
فرسانهم ويكون لهم من دخل مصر
كل سنة ماية الف دينار

وفي هذه السنة فتح نور الدين صافيثا
والعريمة وفيها عصي غازي بن حسان
صاحب منبج علي نور الدين بمنبج فسير
اليه عسكرا اخذوا منه منبج ثم قطع نور
الدين منبج قطب الدين ينال بن حسان
اخا غازي المذكور فبقي فيها الي ان
اخذها منه صلاح الدين يوسف بن ايوب
سنة اثنين وسبعين وخمسماية

ثم دخلت سنة اربع وستين وخمسماية
وفيها ملك نور الدين قلعة جعبر واخذها
من صاحبها شهاب الدين مالك بن علي
بن مالك بن سالم بن مالك بن بدران بن
المقلد بن المسيب العقيلي وكانت بايديهم
من ايام السلطان ملكشاه ولم يقدر
نور الدين علي اخذها الا بعد ان اسر
صاحبها واحضروه الي نور الدين واجتهد
به علي تسليمها فلم يفعل فارسل عسكرا
مقدمهم فخر الدين مسعود بن ابي علي
الزعفراني وردفه بعسكر اخر مع مجد
الدين ابي بكر المعروف بابن الداية وكان
رضيع نور الدين وحصروا قلعة جعبر
فلم يظفروا منها شي وما زالوا علي
صاحبها مالك حتي تسلمها واخذ عنها
عوضا مدينة سروج باعمالها والملوح من
بلد حلب وعشرين الف دينار معجلة
وباب براغة

CAPUT QUARTUM.

ذكر ملك اسد الدين شيركوه مصر وقتل شاور ثم ملك صلاح الدين وهو ابتدا الدولة الايوبية

Asedoddinus Sjyrchouhus Ægyptum subjugat. Cædes item Sjawari. Nec non principatus Saladini, initium Dynastiæ Jobidarum.

وفي هذا السنة اعني سنة اربع وستين وخسماية في ربيع الاول سار سد الدين شيركوه بن شادي الي ديار مصر ومعه العساكر النورية وسبب ذلك تمكن الفرنج من البلاد المصرية وتحكمهم علي المسلمين بها حتي ملكوا بلبيس قهرا في مستهل صفر من هذه السنة ونهبوها وقتلوا اهلها واسروهم ثم ساروا من بلبيس ونزلوا علي القاهرة عاشر صفر وحصروها فاحرق شاور مدينة مصر خوفا من ان يملكها الفرنج وامر اهلها بالانتقال الي القاهرة فبقيت النار تحرقها لربعة وخمسين يوما فارسل العاضد الي نور الدين يستغيث به وصانع شاور الفرنج علي الف الف دينار يحملها اليهم فحمل اليهم ماية الف دينار فسالهم ان يرحلوا عن القاهرة ليقدر علي جمع المال وحصله فرحلوا وجهز نور الدين العسكر مع شيركوه ونفق فيهم المال واعطي شيركوه ماينتي الف دينار سوي الثياب والدواب والاسلحة وارسل معه عدة امراء منهم ابن اخيه صلاح الدين يوسف بن ايوب علي كره منه احب نور الدين مسير صلاح الدين وفيه ذهاب الملك من بيته وكره صلاح الدين المسير وفيه سعادته وملكه وعسي ان تكرهوا شيا وهو خير لكم وعسي ان تحبوا شيا وهو شر لكم ولما قارب شيركوه مصر رحل الفرنج من ديار مصر علي اعقابهم الي بلادهم فكان هذا لمصر فتحا جديدا ووصل اسد الدين شيركوه الي القاهرة في رابع ربيع الاخر واجتمع بالعاضد وخلع عليه وعاد الي خيامه بالخلعة العاضدية واجري عليه وعلي عسكره الاقامة الوافرة وشرع

HOc anno, quarto nempe & sexagesimo, *Rabia* priore, *Asedoddinus Sjyrchouhus*, filius *Sjadi*, iterum *Ægyptum* adiit, exercitibus *Nourienſibus* ſtipatus. Cauſam præbuit *Francorum* convaleſcens in iſtis regionibus potentia, quæ *Muſulmannos* prægravabat, adeo ut *Peluſium* kalendis *Saphari* hujus anni vi expugnatum diripuerint, oppidanis partim cæſis, partim in vincula abductis. Inde *Alkahiram* decimo *Saphari* aggrediuntur & obſident. *Sjawarus* veterem *Ægypti* metropolin, ne a *Francis* ſubjugaretur, inflammat, incolaſque *Alkahiram* traduxit. Ignis ibi quatuor & quinquaginta dies eſt graſſatus. Tum *Eladidus Chalipha* opem imploravit *Noureddini*. *Sjawarus* ineſcavit & deluſit *Francos* millies mille aureis ad eos deportandis. Repræſentavit centies mille, rogavitque eos, *Alkahira* abſcederent, ut reliquam ſummam colligere & coacervare poſſet. Ita abſceſſum. Expedivit interea *Noureddinus* exercitum ſub ducatu *Sjyrchouhi*, in quem ingentes pecunias erogavit. Dedit quoque *Sjyrchouho* ducenties mille aureos, præter veſtem, jumenta, arma. Magnus cum eo numerus ducum emiſſus; interque eos *Saladinus Joſephus*, filius *Jobi*, perquam ſane invitus. *Noureddinus* omnino voluit ut *Saladinus* iret: quo ipſo opes Domus ipſius conciderunt. *Saladinus* ab eundo abhorrebat, quum tamen Fortuna ejus & Regnum hinc conſtitutum ſit. *Sæpe abhorretis aliquid*, inquit *Alcoranus*, *quod conducibile vobis*: *& ſæpe concupiſcitis aliquid*, *quod vobis nocivum eſt*. Propinquante *Ægyptum Sjyrchouho*, retro inde veſtigia ſua relegerunt *Franci*; fuitque hæc feliciſſima *Ægypto* victoria. *Asedoddinus* quarto *Rabiæ* poſterioris *Alkahiram* perlatus, *Eladidum* convenit, ab eoque regia donatus veſte, ad caſtra ſe ſua refert. Alia quoque copiole in Ipſum exercitumque

munera contulit *Chalipha*. At *Sjawarus* moras cudere in pecuniis *Nouroddino* promiſſis, inque aſſignanda illi tertia vectigalium parte: quotidie tamen ad *Sjyrchouhum* evehi, eumque largis pollicitationibus onerare. *Sed non pollicitatur Satanas niſi ut ineſcet*, ait *Alcoranus*. Deſtinat deinde *Sjawarus* apparare convivium *Sjyrchouho*, ejuſque ducibus, omneſque comprehendere: ſed ipſum Filius *Elcamilus* deterruit a propoſito. *Noureddini* exercitus id cernens, vim homini adferre ſtatuit. *Saladino Joſepho*, *Ezzoddino Sjordicho*, aliiſque in facinus conjuratis, *Sjyrchouho* id indicant. At is rem improbavit vetuitque. Forte fortuna tum *Sjawarus* more ſuo *Sjyrchouhum* inviſurus aderat, quem, quod ad tumulum *Sjaphæi*, beatæ memoriæ, viſitandum iviſſet, in caſtris non offendit. Ei obviam progreſſi *Saladinus* & *Sjordichus* id ipſum ſignificant, ſimulque omnes ad *Sjyrchouhum* tendunt. Uterque mox impetu dato, ex equo deturbatum *Sjawarum* comprehendunt, ſeptimo *Rabiæ* poſterioris, comitibus ejus fuga dilapſis. Illi ad *Sjyrchouhum* mittunt, qui quid patratum eſſet, renunciarent. Adeſt, omninoque quod incœptum erat, perficiendum eſſe intelligit. *Eladidus* re audita mittit ad *Sjyrchouhum*, caputque depoſcit *Sjawari*. Interemti tum capite ad *Eladidum* remiſſo, ad Palatium ſe confert *Sjyrchouhus*, ibique ab *Eladido* ornatur Regia *ſummi Veziri* veſte, cognominaturque *Almalichus Almanſourus*, (Rex auguſtus) *Imperator exercituum*. Hoc ornatu deinde ad *Veziri* domum, quam *Sjawarus* habitaverat, ſe transfert: atque in imperio conſtabilitur. Conſcriptum ipſi Diploma, cujus initium, poſt ſolennia Numinis invocandi, erat. *A ſervo Dei, amicoque ejus, Abu Muhammede, ſummo Antiſtite, Eladido Lidinalla, Imperatore Fidelium, ad Dominum Eminentiſſimum, Regem auguſtum, Sultanum imperatorem exercituum, amicum Antiſtitum, protectorem populi, Aſedoddinum Abulhartum Sjyrchouhum Eladidæum, (cujus virtute Religionem fulciat, cujuſque longa vita Imperatorem fidelium beet Deus, potentia Ei ſemper victrice ac florente prorogata,) Salus. Eſt quod Deo de Te grates referamus, illi præter quem nullus eſt Deus: compreceturque fauſta omnia Muhammedi, ejuſque Familiæ ſanctiſſimæ, Antiſtitibuſque rectam viam*

وشرع شاور بماطل شيركوه فيما كان بذله لنور الدين من تقرير المال واقراد ثلث البلاد له ومع ذلك فكان شاور يركب كل يوم الي اسد الدين شيركوه ويعده ويمنيه وما يعدهم الشيطان الا غرورا ثم ان شاور عزم علي ان يحمل دعوة لشيركوه وامرايه ويقبض عليهم فنعه ابنه الكامل بن شاور من ذلك ولما راي عسكر نور الدين من شاور ذلك عزموا علي الفتك بشاور واتفق علي ذلك صلاح الدين يوسف وعز الدين جرديك وغيرهما وعرفوا شيركوه بذلك فنهاهم عنه فاتفق ان شاور قصد شيركوه علي عادته فلم يجده في المخيم وكان قد مضا لزيارة قبر الشافعي رضي الله عنه فلقي صلاح الدين وجرديك شاور واعلماه برواح شيركوه الي زيارة الشافعي فساروا جميعا الي شيركوه فوثب صلاح الدين وجرديك علي شاور والقوه الي الارض عن فرسه وامسكوه في سابع ربيع الاخر من هذه السنة فهرب اصحابه عنه وارسلوا اعلموا شيركوه بما فعلوه فحضر ولم يمكنه الا اتمام ذلك وسمع العاضد الخبر فارسل الي شيركوه يطلب منه انفاذ راس شاور فقتله وارسل راسه الي العاضد ودخل بعد ذلك القصر عند العاضد فخلع عليه العاضد خلعة الوزارة ولقبه الملك المنصور امير الجيوش وسار بالخلع الي دار الوزارة وهي التي كان فيها شاور واستقر في الامر وكتب له منشورا اوله بعد البسملة من عبد الله وليه ابي محمد الامام العاضد لدين الله امير المومنين الي السيد الاجل الملك المنصور سلطان الجيوش ولي الايمة مجير الامة اسد الدين ابي الحرث شيركوه العاضدي عضد الله به الدين وامتع بطول بقايه امير المومنين وادام قدرته واعلي كلمته سلام عليك فانا نحمد اليك الله الذي لا اله الا هو ونسئاله ان يصلي علي محمد واله الطاهرين والايمة المهديين وسلم تسليما ثم

ثم ذكر تفويض امور الخلافة اليه ووصايا اضربنا عنها للاختصار وكتب العاضد بخطه على ظهر المنشور هذا عهد لم يعهد لوزير بمثله فتقلد امانة راك امير المومنين اهلا لحملها فخذ كتاب امير المومنين بقوة واسحب ذيل الافتخار بان اعتز خدمتك الي النبوة ومدحت الشعراء اسد الدين ووصل اليه من الشام مديح العماد الكاتب قصيدة اولها

viam præeuntibus. Deinceps tradere se Ei *Chaliphatus* negotia commemorabat, sequebanturque mandata, quæ compendii causa enarrare supersedebimus. *Eladidus* sua manu inscripserat *Literarum patentium* dorso. *Hoc est Diploma, cui par nulli unquam Veziro tributum. Tu vero suscipe provinciam tibi creditam, cui sustinendæ te aptissimum censet Imperator fidelium, fortis ac strenuus, & trahe syrma gloriationis (gloriosus incede) quod ministerium tuum Propheticæ domus majestate nobilitetur.* Admotum regimini *Asedoddinum* celebrarunt Poëtæ, atque ex *Syria* allatum carmen *Encomiasticum Elimadi* Scribæ, cujus initium sic sonat.

بالجدّ ادركتَ ما ادركت لا اللعب
كم راحة جُنِيَتْ من دوحة التعب

Per laborem hocce Tuum escendisti fastigium; non lusum:
Quot commoda ab arbore laboris decerpta sunt!

يا شيركوه ابن شادي الملك دعوةً
من نادي ومعرفة خبرٌ ابن بخبر اب

O Sjyrchouhus Sjadiades, Regnum sibi quæsivisse
Palmam aufert gloriæ: fortis patris fortior cognitus filius.

جري الملوك وما حازوا بركضهم
من المدي في العلي ما حزت بالخبب

Reges hoc in stadio haud adepti sunt cursu intensissimo, الملوك
Eandem celsitudinis metam, quam tu leni cursu indeptus es.

تملك من ملك مصر رتبة قصرت
عنها الملوك فطالت سايرَ الرتب

Occupasti Ægypti in Regno id fastigii, ad quod nec Reges
Eniti poterant: longum enim est eniti ad fastigium.

قد امكنت اسد الدين الفريسة
من فتح البلاد فبادر نحوها وثب

Sui copiam obtulit Asedoddino præda
Subigendarum regionum; in eamque properus insiluit.

وفي شيركوه وقتله شاور يقول عرفله الدمشقي

In *Sjyrchouhum* quoque, necemque *Sjawari*, dixit *Arkela Damascenus*

لقد فاز بالملك العقيم خليفة
له شيركوه العاضدي وزير

Sane regnum sine æmulo nactus Chalipha est:
Cui Sjyrchouhus Eladidæus obtigit Vezirus.

هو الاسد الضاري الذي جل خطبه

Is acer in prædam Leo eſt, multo formidoloſiſſimus.

وشاور كلب للرجال عقور ۞

At Sjavarus canis infeſtus & mordax eſt.

بغي وطغي حتي لقد قال صحبه

Inſolens, protervus; adeo ut ipſi dicerent comites:

علي مثلها كان اللعين يدور ۞

Tali ſpecie Satanas maledictus circumcurrit.

فلا رحم الرحمان تربة قبره

Miſericordia nulla obtingat tumulo ſepulchri ejus:

ولا زال فيه منكر ونكير ۞

Neque inde unquam abſiſtant duo Examinatores Angeli.

فاما الكامل ابن شاور لما قتل ابوه دخل القصر فكان اخر العهد به ولما لم يبق لاسد الدين شيركوه منازع اتاه اجله حتي اذا فرحوا بما اوتوا اخذناهم بغتة وتوفي يوم السبت الثاني والعشرين من جمادي الاخرة سنة اربع وستين وخمسماية فكانت ولايته شهرين وخمسة ايام وكان شيركوه وايوب ابني شادي من بلد دوين قال ابن الاثير واصلهما من الاكراد الروادية فقصدا العراق وخدما بهروز شحنة السلجوقية ببغداد وكان ايوب اكبر من شيركوه فجعله بهروز مستحفظا قلعة تكريت ولما انكسر عماد الدين زنكي من عسكر الخليفة ومر علي تكريت خدمه ايوب وشيركوه ثم ان شيركوه قتل انسانا بتكريت فاخرجهما بهروز من تكريت فلحقا بخدمة عماد الدين زنكي فاحسن اليهما واعطاهما اقطاعات جميلة ولما ملك قلعة بعلبك جعل ايوب مستحفظا لها ولما حاصر عسكر دمشق بعد موت زنكي سلمها ايوب اليهم علي اقطاع كثير شرطوه له وبقي ايوب من اكبر امراء عسكر دمشق وبقي شيركوه مع نور الدين محمود بعد موت ابيه زنكي واقطعه نور الدين حمص والرحبة لما راي من شجاعته وزاده عليهما وجعله مقدم عسكره فلما اراد نور الدين ملك دمشق امر شيركوه فكاتب اخاه ايوب فساعد ايوب نور الدين علي ملك دمشق

Quod attinet ad *Camilum Sjawari* filium, is occiſo patre palatium ingreſſus, in otio conſenuit. *Aſedoddinum* autem jam æmuli cura vacuum fatalis oppreſſit hora. Nempe *media in lætitia, & fortunarum proſperitate, rapimus eos necopinanter*, dicitur in *Alcorano*. Vita ceſſit die *Sabbati*, viceſimo ſecundo *Sjumadæ* poſteriori, anno ſexageſimo quarto ſeculi, poſtquam duos menſes & quinque dies ſummam rerum tenuiſſet. *Sjyrchoubus* & *Jobus Sjadiadæ* Urbe *Dawino* erant oriundi. *Ibn Elathyrus* auctor eſt, originem eos trahere a *Curdis Rawadiæis*, atque *Irakam* eos petiviſſe, miniſtraſſeque *Behrouzo*, prætori *Selsjukidarum*, *Bagdadi*. Majorem natu *Jobum* a *Behrouzo* cuſtodiendam accepiſſe arcem *Tecritam*. Fuſo autem, ab exercitu *Chaliphæ*, *Amadoddino Zenchio*, & *Tecritam* trangreſſo, officia præſtitiſſe *Jobum* ac *Sjyrchouhum*. Quum deinde *Sjyrchouhus* cædem patraſſet *Tecritæ*, utrumque inde a *Behrouzo* ejectum; eoſque ſe ad *Amadoddini Zenchii* aulam contuliſſe, qui ipſos muneribus *feudiſque* ſplendidis ornarit. Quum vero arcem *Baalbeci* occupaſſet *Amadoddinus*, ejus cuſtodiam traditam fuiſſe *Jobo*. Eam poſt mortem *Zenchii* obſeſſam ab exercitu *Damaſceno*, poteſtati ipſorum permiſiſſe *Jobum*, pro aliis ditionibus bene multis, ſibi aſſignatis; atque ab eo tempore principem inter duces *Damaſceni* exercitus gradum tenuiſſe. *Sjyrchouhum* adhæſiſſe *Noureddino Mahmoudo*, poſt fata Patris *Zenchii*, ab eoque donatum eſſe *Emiſſa* & *Rahaba* ob bellicam, quam in ipſo cernebat, virtutem. Adjecta deinceps & alia: atque ſumma exercitus præfectura tandem auctum.

Quum

Quum autem *Noureddinus* ad regnum *Damascenum* cupiditatis oculos adjecisset, jussu ejus *Sjyrchouhum* ad Fratrem *Jobum* literas exarasse: cujus ope mox regno illo potitus, sit. Sic ambo mansisse apud *Noureddinum*, usque dum plus vice simplici missus in *Ægyptum Sjyrchouhus* eam subjugarit: diemque clauserit supremum hoc ipso anno, prout memoravimus. Quum decederet *Sjyrchouhus*, cum ipso erat *Saladinus Josephus*, fratris *Jobi Sjadiadis* filius: qui perinvitus iter cum ipso fuerat ingressus. Referre solebat ipse *Saladinus*, *injunxisse sibi Noureddinum*, *ut cum Patruo proficisceretur*, *qui quum præsente principe dixisset*, *ad iter te accinge Josephe*, *reposuisse se*, *per Deum si vel regno Ægypti donarer*, *haud ibo: namque eduravi Alexandriæ quæ nulla unquam delebit oblivio. Noureddino tum Patruum dixisse*, *omnino ipsi eundem est*; *atque mox Noureddinum id sibi imperasse. Excusanti tamen*, *denuo dixisse Noureddinum*, *haud effugies quo minus cum Patruo iter capessas. Angustias tandem rei familiaris conquerenti*, *largiter tribuisse Noureddinum*, *quæ profectioni essent adornandæ: sed se haud secus atque ad mortem propulsum iviisse.* Mortuo *Sjyrchouho* multi ex Ducibus *Noureis* exercitus regimen, atque administrationem *Veziratus Eladidæi*, concupiverunt. Ex iis *Ainoddaula Jarukides*, & *Kotboddinus Jenalus Manbesjensis*, & *Saiphoddinus Ali*, filius *Abmedi Mesjtoubus Hacariensis*, & *Sjehaboddinus Mahmoudus Harimensis*, avunculus *Saladini*. Ast *Eladidus* arcessitum *Saladinum* summæ rei præfecit, eique titulum indidit *Almalichi Alnasiri*, *Regis Defensoris*. Ei duces parere noluerunt, quos modo dixi. Aderat *Saladino* Antistes *Isa Hacariensis*. Is cum *Mesjtouho* magno egit studio, eumque ad partes *Saladini* traduxit. Inde *Harimensem* adit, eique ostendit, *Esse hunc Filium sororis ipsius*, *cujus potentia & regnum ipsius quoque sint*. Sic & is accessit. Idem in reliquis effecit, qui omnes obedientiam præstiterunt, excepto *Ainoddaula Jarukiensi*, qui se *Josepho* serviturum negans, ad *Nouroddinum* revertit in *Syriam*. *Saladinus* sic *pedem imperio imposuit*, ut se *Nouroddini* ferret *Vicarium*: ad quem quum *Nouroddinus* literas daret, *Emiri Ispahsalarii* titulo eum afficiebat, sive *supremi ductoris*; signumque tantum suum capiti literarum præfigebat, nomen suum

دمشق ويقيما مع نور الدين الي ان ارسل
شيركوه الي مصر مرة بعد اخري حتنا
ملكها وتوفي في هذه السنة علي ما ذكرناه
ولما توفي شيركوه كان معه صلاح الدين
يوسف بن اخيه ايوب بن شادي وكان قد
سار معه علي كره قال صلاح الدين امرني
نور الدين بالمسير مع عمي شيركوه وكان
قد قال شيركوه بحضرته يا يوسف تجهز
للمسير فقلت والله لو اعطيت ملك مصر
ما سرت اليها فلقد قاسيت بالاسكندرية
ما لا انساه ابدا فقال لنور الدين لا بد
من مسيره معي فامرني نور الدين وانا
استقبل فقال نور الدين لا بد من مسيرك
مع عمك فشكوت الضايقة فاعطاني
ما تجهزت به فكانما انسات الي الموت
ولما مات شيركوه طلب جماعة من الامراء
النورية التقدم علي العسكر وولاية
الوزارة العاضدية منهم عين الدولة
الياروقي وقطب الدين ينال المنبجي
وسيف الدين علي بن احمد المشطوب
الهكاري وشهاب الدين محمود الحارمي
وهو خال صلاح الدين فارسل العاضد
احضر صلاح الدين ووكله الوزارة
ولقبه بالملك الناصر فلم
تطعه الامراء المذكورين وكان
مع صلاح الدين الفقيه عيسي
الهكاري فسعي مع المشطوب
حتي امالته الي صلاح الدين
ثم قصد الحارمي وقال هذا ابن
اختك وعزه وملكه لك فمال اليه
ايضا ثم فعل بالبقين كذلك فكلهم
اطاع غير عين الدولة الياروقي فانه
قال انا لا اخدم يوسف وعاد الي
نور الدين بالشام وثبتت قدم
صلاح الدين علي انه نايب نور
الدين وكان نور الدين يكاتب
صلاح الدين بالامير الاسفهسلار
ويكتب علامته علي راس الكتاب
تعظيما علي ان يكتب اسمه
وكان لا يفرده بكتاب بل الي
الامير صلاح الدين وكافة الامراء
بالديار المصرية يفعلون كذا وكذا ثم
لرسل

apponere haud dignatus. Nunquam etiam solum compellabat, sed *Emirus Saladinus*, *reliquique duces in sedibus Ægyptiacis, hoc aut illud faciant.* Deinde *Saladinus* postulavit a *Nouroddino*, ut Pater ipsius *Jobas*, cum familia, ipsi mitteretur, quibus, a *Nouroddino* remissis, assignavit amplissimas possessiones in *Ægypto*, ipse magis magisque invalescens in regionibus istis, dum *Eladidi* decresceret potentia. Imperium nactus *Saladinus* a vino bibendo, rebusque ludicris resipuit, seque avertit: *severæ virtutis induens vestem*, in qua ad mortem usque perseveravit. Ait *Ibn Elathirus* auctor *Universalis historiæ*, notavi multos regnare incepisse, qui imperium transmiserint ad posteros non suos. Ita *Muavia* invasit regnum, mox ad filios *Merwani* devolvendum. Ab *Elsapphaho* item *Abbasida* occupatum imperium, translatum est ad posteritatem Fratris ipsius *Almansouri*. E *Samanidarum* domo regnum auspicatus est *Nasrus* filius *Ahmedi*, quod deinde ad Fratrem *Ismaïlem* ejusque stirpem est transmissum. Iterum ab *Amadoddino Bowida* inchoata potentia transiit ad posteritatem *Rucnoddaulæ* Fratris. *Togrylus* item *Seljukides* imperium a se primitus fundatum stirpi Fraternæ transdidit habendum. Consimiliter quod regnum *Ajyrchonibus* est auspicatus, ad filium Fratris revolutum est: sed nec *Saladino* in sua stirpe firmiora id remansit, ad Fratrem *Adhilam* ejusque posteritatem deinde translatum: *Haleb* tantum a *Saladini* prosapia retento. Ea causa esse videtur, quod ab eo qui regnum orditur, inter multam cædem, oculi & corda gentis suæ dependeant: quo posteritas ejus destituta caret.

Quum autem *Saladinus* in *Veziratu* supremo jam *firmo staret talo*, interfectus est *Chaliphatus Curator* qui vocabatur, *Præfectus Nigritarum*, quibus custodia commissa *Palatii*. Hi magno numero conglobati, copiisque *Saladini* collisi, inter utrumque *Palatium*, gravi cæde sternuntur; quos persecutus *Saladinus* internecione delevit, seditionibus inter eos excitatis. Sic moderamen *Palatii* obtinuit quoque *Saladinus*, cui præposuit *Bohadinum Karakousjum*,

لرسل صلاح الدين يطلب من نور
الدين ابنه ليوسف واخاه فارسلهم اليه
نور الدين فاصطفاهم صلاح الدين
الاقطاعات بمصر وتمكن من البلاد
وخدمه لمر الصالحه ولما فوض الامر
الي صلاح الدين تاب عن شرب الخمر
واعرض عن اسباب اللهو وتقمص لباس
الجد ودام على ذلك الي ان توفاه الله
تعالي قال ابن الاثير سمولك الكامل
راين كبيرا من اجدادي بالملك ينتقل
للملك الي غير عقبه فان معاوية تغلب
وملك فانتقل الملك الي
بني مروان بعقده ثم ملك
السفاح من بني العباس
فانتقل الملك الي عقب اخيه
المنصور ثم السامانية اول من
ابتدي بالملك نصر بن احمد
فانتقل الملك الي اخيه اسمعيل
وعقبه ثم بنو الدولة من بويه
ملك فانتقل الملك الي عقب اخيه
ركن الدولة ثم ملك طغربل السلجوقي
فانتقل ملكه الي عقب اخيه ثم شبركوه
ملك فانتقل الملك الي ابن اخيه ولما
قام صلاح الدين بالملك لم يبق الملك
في عقبه بل انتقل الي اخيه العادل
وعقبه ولم يبق لاولاد
صلاح الدين غير حلبة
وكان سبب ذلك كثرة
قتل منهم يتولي ذلك
اولا واخشية الملك وبيبرس
اسلمه واولادهم متتابعة
بسببه فعمل الحصر عقيبه
ذلك
ولما استقر قدم صلاح الدين في الوزارة
قتل موتمن الخلافة وكان مقدم السودان
فاجتمعت السودان فهم حفاظ القصر في
عدد كثير وكان بينهم وبين صلاح
الدين وعسكره وقعة عظيمة بباب
القصرين انهزم فيه السودان وقتل منهم
خلق كثير وتبعهم صلاح الدين
فاخلاهم قتلا وتجريحا (وتجريحا) وحكم
صلاح الدين على القصر واقام فيه بهاء الدين
قراقوش

قراقوش الاسدي وكان خصيا ابيض وبقي لا يجري في القصر صغيرة ولا كبيرة الا بامر صلاح الدين

ثم دخلت سنة خمس وستين وخمسماية فيها سارت الفرنج الي دمياط وحصروها وشحنها صلاح الدين بالرجال والسلاح والذخاير واخرج علي ذلك اموالا عظيمة فحصروها خمسين يوما وخرج نور الدين فاغار علي بلادهم بالشام فرحلوا عايدين علي اعقابهم فلم يظفروا بشيء منها قال صلاح الدين ما رايت اكرم من العاضد لرسل الي مدة مقام الفرنج علي دمياط الف الف دينار مصرية سوي الثياب وغيرها

وفيها سار نور الدين وحصر الكرك مرة ثم رحل عنه

وفيها كانت زلزلة عظيمة خربت الشام فقام نور الدين في عمارة الاسوار وحفظ البلاد اتم قيام فكذلك خربت بلاد الفرنج فخافوا من نور الدين واشتغل كل منهم عن قصد الاخر بعمارة ما خرب من بلاده

وفيها في ذي الحجة مات قطب الدين مودود بن زنكي بن اقسنقر صاحب الموصل وكان مرضه حمي حادة ولما مات صرف ارباب الدولة الملك عن ابنه الاكبر عماد الدين زنكي بن مودود الي اخيه الذي هو اصغر منه وهو سيف الدين غازي بن مودود فسار عماد الدين زنكي الي عمه نور الدين مستنصرا به وتوفي قطب الدين وعمره اربعون سنة تقريبا وكانت مدة ملكه احدي وعشرين سنة وخمسة اشهر ونصفا وكان من احسن الملوك سيرة

وفي سنة ست وستين سار نور الدين محمود من زنكي الي الموصل وهي بيد ابن اخيه غازي بن مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر فاستولي عليها نور الدين وملكها ولما ملك نور الدين الموصل قرر امرها واطلق المكوس منها ثم وهبها لابن اخيه سيف الدين غازي واعطي سنجار لعماد الدين وهو اكبر من اخيه فقال كمال الدين الشهرزوري هذا طريق الي الذي يحصل

sjum, ſpadonem album; nihilque amplius nec parvum, nec magnum in Palatio gerebatur, niſi ad nutum *Saladini*.

Sequitur annus quintus & ſexageſimus hujus ſeculi: quo *Franci* obſidionem *Damiatæ* fuæ aggreſſi. Eam *Saladinus* viris, armis, commeatibus complevit; ingentibus in id pecuniis erogatis. Quinquaginta dies obſidio tenuit. *Nouroddinus* interea quum regiones eorum *Syriacas* infeſtaſſet, irrito conatu retrocedere coacti fuere. Referre ſolebat *Saladinus* ſe neminem vidiſſe *Eladido* munificentiorem, quippe qui ad ſe, ſpatio quo *Franci* circumlederunt *Damiatam*, ſubmiſerit millies mille aureos *Ægyptiacos*, præter veſtimenta, alhaque utenſilia.

Hoc anno profectus quoque *Noureddinus*, caſtrum *Carachi* obſidione cinxit, brevi tamen ſolvenda.

Ingens terræ motus hoc anno *Syriam* evaſtavit. *Nouroddinus* in mœnibus reſarciendis, regionibuſque cuſtodiendis, egregium principem implevit. Eadem ruina *Francorum* terras adflixit, *Nouroddini* inſuper metu eos ſollicitante. Stratarum ædificatio urbium alteros ab alteris diſtraxit, diſtinuitque.

Menſe *Dſulhaſsja* hujus anni finivit *Kotboddinus Maudoudus* filius *Zenchii*, filii *Oc-ſankeri*, *Moſulæ* dominator, in acutam implicitus febrim. Eo mortuo, tranſlatum eſt, per proceres, imperium a filio natu maximo *Amadoddino Zenchio*, in fratrem minorem *Saiphoddinum Gazium*: unde *Amadoddinus* ſe ad patruum *Nouroddinum* contulit opem ejus implôraturus. Deceſſit *Kotboddinus* quadraginta circiter annos natus. Regnavit annos unum & viginti, cum quinque menſibus & dimidio. Optimis ille Regibus annumerandus eſt.

Inſequente anno *Nouroddinus Mahmoudus Zenchiades* tetendit *Moſulam* verſus, quam tenebat Fratris ipſius Filius *Gazius*, *Oc-ſankeri* per *Amadoddinam Zenchium* & *Maudoudum* pronepos. Eam poteſtati ditionique ſuæ ſubjunxit *Noureddinus*. Quum autem Civitatis illius ſtatum compoſuiſſet, eique vectigalia remiſiſſet, reddidit eam *Saiphoddino Gazio*, *Amadoddinoque* tribuit *Sinsjaram*, quamvis majore natu eſſet quam Frater. Obſervavit *Chemaloddinus Sjahrezourienſis*, hinc viam & an-

Digitized by Google

ſam fuiſſe præbitam Domui *Atabechicæ* perdendæ: quod *Amadoddinus*, utpote major, adduci non poſſet ad obedientiam fratri minori præſtandum: qui tamen quum Regis titulo præfulgeret, iſtam *Amadoddini* inobedientiam haud poterat pati. Inde diſcordia proſeminata, hoſtibuſque diviſum rapiendi imperium ſubnata cupiditas.

Hoc quoque anno ex *Ægypto* movit *Saladinus*, atque *Francorum* regiones incurſavit circa *Aſcalonem* & *Ramlam*, indeque ad ſua ſe retulit. Mox *Elam* obſidione aggreſſus eſt, quæ in litore maris Orientalis, *Francicæ* erat ditionis. Eam admotis navibus terra marique clauſam, expugnavit primo *decemdio Rabiæ* poſterioris, eamque cum incolis ac præda omni diripiendam tradidit; atque ita domum remeavit.

Firmior per hæc in imperio factus *Saladinus*, *domum prætoris*, quam & *præfidii militaris* vocabant, pro carcere ſimul inſervientem, demolitus eſt, in Gymnaſiumque exſtruxit *Sjaphæorum*. Conſimiliter *domum* cui nomen a *munere remotis* inditum, in Gymnaſium *Sjaphæorum* convertit. *Ægyptiacos* quoque *Kadios* ac judices, qui ſectam *Ali* ſequebantur munere exuit, judicibus *Sjaphæis* ſubſtitutis. Id viceſimo *Sjumadæ* poſterioris factum eſt. *Tacoddinus* item *Omarus*, Fratris *Saladini* filius, ædes ſedeſque ſplendidas comparavit, atque Gymnaſia inde conſtruxit *Sjaphæorum*.

بحصل للبيت الاتابكي
لان عماد الدين كبير
لا يري طاعة اخيه سيف الدين
وسيف الدين هو الملك
لا يري الاعصاء لعماد
الدين فيحصل الخلف وتطمع
الاعداء

وفي هذه السنة سار صلاح الدين عن
مصر فغزا بلاد الفرنج قرب عسقلان والرملة
وعاد الي مصر ثم خرج الي ايلة
وحصرها وهي للفرنج علي ساحل البحر
الشرقي ونقل اليها المراكب وحصرها برا
وبحرا وفتحها في العشر الاول
من ربيع الاخر واستباح اهلها وما
فيها وعاد الي مصر

ولما استقر صلاح الدين بمصر كان
بمصر دار الشحنة تسمي دار المعونة
يحبس فيها فهدمها صلاح الدين
وبناها مدرسة للشافعية وكذلك بنا
دار العزل مدرسة للشافعية وعزل
قضاة المصريين وكانوا شيعة
ورتب قضاة شافعية وذلك في
العشرين من جمادي الاخرة وكذلك
اشتري تقي الدين عمر بن اخي
صلاح الدين منازل العز وبناها
مدرسة للشافعية

CAPUT QUINTUM.

Precatio publica pro Abbaſidis reſtituitur in Ægypto: & imperium Alidarum extinguitur.

ذكر اقامة الخطبة العباسية
بمصر وانقراض الدولة
العلوية

INeunte anno ſexageſimo ſeptimo, ſupra quingenteſimum, ſecundo die *Veneris* menſis *Muharremi*, reſciſſa eſt publica precatio pro *Eladido Lidinalla*. Cauſa revocatæ pro *Abbaſidis* precationis in *Ægypto* hæc fuit. Certior factus *Nouroddinus*, non regni tantum *Ægyptiaci*, ſed & *Palatii* arbitria gerere *Saladinum*, præpoſito ei *Karakousjo Aſadæo*, ſpadone albo, ſtricta ad *Saladinum* mandata tranſmiſit, abrumpendi *Alidarum*, & reſti-

ثم دخلت سنة سبع وستين وخمسماية
وفيها ثاني جمعة من المحرم قطعت خطبة
العاضد لدين الله وكان سبب الخطبة
العباسية بمصر انه لما تمكن صلاح الدين
بمصر وحكم علي القصر واقام فيه قراقوش
الاسدي وكان خصيا ابيض وبلغ نور
الدين ذلك ارسل الي صلاح الدين
حتما حزما بقطع الخطبة العلوية واقامة
الخطبة

الخطبة العباسية فراجعه صلاح الدين في ذلك خوف الفتنة فلم يلتفت نور الدين الي ذلك واصر عليه وكان العاضد قد مرض فامر صلاح الدين الخطباء ان يخطبوا للمستضي ويقطعوا خطبة العاضد فامتثلوا ذلك ولم ينتطح فيها عنزان وكان العاضد قد اشتد مرضه فلم يعلمه احد من اهله بقطع خطبته وتوفي العاضد يوم عاشورا ولم يعلم بقطع خطبته

ولما توفي العاضد جلس صلاح الدين للعزا واستولي علي قصر الخلافة وعلي جميع ما فيه وكان كثرته يخرج عن الاحصا وكان فيه اشيا نفيسة من الاعلاق الثمينة والكتب والتحف فمن ذلك الجبل الياقوت وكان وزنه سبعة عشر درهما وسبعة عشر مثقالا قال ابن الاثير مولف الكامل انا رايته ووزنته وما حكي انه كان بالقصر طبل للقولنج اذا ضرب الانسان به ضرط فدسر ولم يعلموا به الا بعد ذلك ونقل صلاح الدين اهل العاضد الي موضع من القصر ووكل بهم من يحفظهم واخرج جميع من فيه من عبد وامة فباع البعض وعتق البعض ووهب البعض وخلا القصر من سكانه وكان لم تغن بالامس

ولما اشتد مرض العاضد ارسل الي صلاح الدين يستدعيه فظن ذلك خديعة ولم يمض اليه فلما توفي علم صدقه فندم لتخلفه عنه وجميع من خطب له منهم لربعة عشر خليفة المهدي والقايم والمنصور والمعز والعزيز والحاكم والظاهر والمستنصر والمستعلي والامر والحافظ والظافر والفايز والعاضد وجميع مدة خلافتهم من حين ظهر المهدي بسجلماسة في ذي الحجة سنة سب وتسعين ومياتين الي ان توفي العاضد في هذه السنة اكني سنة سبع وستين وخمسماية ما ينين واثنتان وسبعون سنة تقريبا وهذا داب الدنيا لم تعط الا واسترد

stituendi *Abbasidarum* formulam. Rescripsit quidem *Saladinus* se pertimescere seditionem inde exarsuram: sed *Nouroddinus* id insuper habuit, atque in proposito perseveravit. Decumbebat tum *Eladidus*. Denunciatur itaque concionatoribus ut *Almostadio*, *Chaliphæ Bagdadensi*, fausta comprecentur, suppresso *Eladidi* nomine. Obeditum; absque ut vel *duæ* propterea *capellæ arietarint*. Gravi morbo æger jacebat *Eladidus*, cui nemo suorum rescissa esse solennia illa indicavit: moxque totius negotii ignarus expiravit, die decimo *Muharremi*.

Mortuo *Eladido*, in publico consedit *Saladinus*, ad officia consolationis. Palatium deinde occupat, & quicquid ibi thesaurorum, quorum vis omnem excedit numerum. Pretiosissima supellex erat congesta; librorum quoque copia; Regumque munera ac donaria. Inter ea eminebat *mons Hyacinthinus*, lapis ita dictus a magnitudine, cujus pondus septendecim drachmas, totidemque siclos æquabat. *Ibnolathyrus* auctor *Historiæ universalis* se illum lapidem vidisse affirmat, librasseque. Proditum etiam, fuisse in *Palatio* tympanum adversus morbum colicum, quo percusso a laborante, statim alvus fuerit soluta. Id confractum ab imprudentibus, ac postea demum rescitum est. *Eladidi* familia per *Saladinum* translata ad seductum palatii locum, appositis qui eam custodirent. Quicquid servorum erat ac servarum eductum, partimque divenditum, partim manumissum, partim dono datum. Sic incolis exinanitum Palatium, ac si nunquam habitatum fuisset.

Quum *Aladidus* gravissime conflictaretur, *Saladinum* ad se evocaverat. Is fraudem ratus, ire detrectarat. Post obitum sinceræ ejus mentis factus certior, officium a se detrectatum indoluit. Pro quatuordecim in universum *Chaliphis Alidis* oratum fuit, *Almohdio*, *Alkaimo*, *Almansouro*, *Almoazzo*, *Alazizo*, *Alhakimo*, *Addahiro*, *Almostansiro*, *Almostalio*, *Alamro*, *Alhaphido*, *Addaphiro*, *Alphaizo*, & *Aladido*. Horum *Chaliphatus*, a quo tempore *Almohdius* in scenam prodiit *Sisjelmasæ*, mense *Dsulhasija* anni ducentesimi septuagesimi sexti, ad obitum usque *Aladidi*, qui in hunc annum quingentesimum sexagesimum septimum incidit, spatium complectitur ducentorum septuaginta duum annorum circiter. Hic Mundi mos, hæc dos est.

Non dat, niſi ut repetat. Non dulceſcit, niſi ut amareſcat. Non liquidus fluit, niſi ut conturbetur. Quin imo limpidiſſima ejus turbidis fæcibus ac moleſtiis haud vacant.

Quando ſacra ſolennia pro *Abbaſidis* in *Ægypto* reſtituta eſſe, perlatum eſſet *Bagdadum*, perſonuernnt publicæ lætitiæ ſigna, per dies bene multos. Miſſa quoque regalia veſtimenta cum *Amadoddino Sandalo*, e miniſtrorum intimis, ad *Nouroddinum*, *Saladinumque*, & oratores ſacros. Snbmiſſa item *nigra vexilla*. Ceterum *Aladidus* viſus ſibi fuerat in ſomnio videre ſcorpionem egredi templo *Memphitico*, quod ipſius gerebat nomen, ipſumque pungere. Formidoloſo excuſſus ſomnio, conjectores advocat ſomniorum, qui viſum ita interpretati ſunt, e templo illo proditurum, qui noxa ipſum feriret. Mandat *Aladidus* præfecto *Memphis*, ut adducatur qui iſto in templo curaret. Adductus religioſus ſectæ *Sophorum*, cui *Nesjmoddino Chubiſnanienſi* nomen. Eum unde domo eſſet, & ante dicto in templo cur ſtationem obtineret, interrogat *Eladidus*. Hic quum ſincere Ei rem omnem declaraſſet, imbecilliorem eum judicavit *Eladidus*, quam ut quicquam noxæ ab illo proficiſci poſſet, largiterque donatum doctorem, atque vota pro ipſo facere juſſum, remittit. Jam vero quum *Saladinus* potentiam *Alidarum* extinguere, eoſque opprimere moliretur, ſapientum exquiſivit ſententias; decretiſque ac judiciis ſuis id ſanxerunt quam plurimi. Horum e numero erat *Nesjmoddinus* ille *Chubiſnanienſis*, qui in reſponſo ſuo eo provectus eſt, ut ſua manu conſignarit enumeraritque *Alidarum* facinora turpia: eoſque *fide exſpoliarit*, longa in id oratione conſumta. Sic *Eladidi* ſomnium eventu adfirmatum.

Hoc anno ſuſpicionibus tacitis exulcerati adverſus ſe invicem ſunt *Nouroddinus*, & *Saladinus*. *Saladinus* moverat, incluſeratque *Sjaubechum*, caſtrum *Francorum*: ſed obſidione abſceſſerat, ne, ſi illud cepiſſet, nihil amplius præpediret *Nouroddinum*, quo minus in *Ægyptum* pertenderet. Oppugnatum itaque expugnare noluit. Id quum *Nouroddino* renunciatum eſſet, alta mente repoſuit, atque a *Saladino* abalienata eſt ejus voluntas. *Saladinus* autem jam in imperio *Ægypti* confirmatus, conſilio propinquorum procerumque Regni ſui advocato, dixit, *Inaudivi Nouroddinum ad nos contendere. Quid ſententiæ ſedet?* Orſus *Tacoddinus*, filius *Fratris* ejus, *Bello*, in-

واستردت ولم تحل الا وتمررت ولم تصف الا وتكدرت بل صفوها لم يخل من الكدر

ولما وصل خبر الخطبة العباسية بمصر الي بغداد ضربت لها البشاير عدة ايام وسيرت الخلع مع عماد الدين صندل وهو من خواص الخدم الي نور الدين وصلاح الدين والخطبا وسيرت الاعلام السود وكان العاضد المذكور قد راي في منامه ان عقرب خرجت من مسجد بمصر معروف ذلك المسجد للعاضد ولدغته فاستبغض العاضد مرءوبا واستدعي من يعبر الرويا وفسر ما راه عليه فعبر له بوصول اذي اليه من شخص بذلك المسجد فتقدم العاضد الي والي مصر باحضار من بذلك المسجد فاحضر اليه شخصا صوفيا يقال له نجم الدين الخوبساني فاستخبره العاضد عن مقدمه وسبب مقامه بالمسجد المذكور فاخبره بالصحيح في ذلك وراه العاضد اضعف من ان يناله بمكروه فوصله بمال وقال له ادع لنا يا شيخ وامره بالانصراف فلما اراد السلطان صلاح الدين ازالة الدولة العلوية والقبض عليهم استفتي في ذلك فافتاه بذلك جماعة من الفقهاء وكان نجم الدين الخوبساني المذكور من جملتهم فبالغ في الفتيا وصرح في خطه بتعديد مساويهم وسلب عنهم الايمان واطال الكلام في ذلك فصح بذلك رويا العاضد

وفي هذه السنه جري بين نور الدين وصلاح الدين الوحشة في الباطن كان صلاح الدين سار ونال (نزل) الشوبك وهي للفرنج ثم رحل عنها خوفا ان ياخذه فلم يبق ما يعوق نور الدين عن قصد مصر فنزله ولم يفتحه لذلك وبلغ نور الدين ذلك فكتمه وتوحش باطنه لصلاح الدين ولما استقر صلاح الدين بمصر جمع اقاربه وكبراء دولته وقال بلغني ان نور الدين يقصدنا فما الراي فقال تقي الدين عمر بن اخيه نقاتله ونصده وكان ذلك بحضرة ابيهم

Digitized by Google

inquit, *ipsum refutabimus & repellemus.* Præsens aderat *Nesjmoddinus Jobus* ipsorum genitor. Is *Tacoddini* verba improbavit & increpuit, addens, *Parens en Ego vester si conspexero Nouroddinum, equo desiliens, terram prostratus coram eo deosculabor. Quin potius scribis, dicisque Nouroddino, si vel unus Turorum ad me perveniat, linteumque collo adalliget, meque ad Te pertrahat, properus promtusque subsequar.* In hæc consilium dimissum. Deinde secreto Filium convenit *Jobus*, atque ita locutus est, *si nos Nouroddinus invadat, princeps ipsum repellam atque oppugnabo. Sed si hoc præ nobis feramus, manifestique simus rebellionis, omittet Nouroddinus reliqua omnia negotia, atque ad nos contendet, quando quid casurum sit ignoramus. Sin obedientiam præferamus, propagatio temporis dabit quo malum imminens, cum Deo, averruncari queat.* Quæ prædixerat, acciderunt.

Init annus octavus & sexagesimus seculi, quo agmen *Turcorum* e sedibus *Ægyptiacis* cum *Mamlucho* sive mancipio *Tacoddini Omari*, filii *Sjahensjahi*, filii *Jobi*, cui *Karakousjo* nomen, in *Africam* iter suscepit, *Tripolimque* Occidentalem assedit, oppugnatamque diu expugnavit, & in ditionem redegit, cum multis *Africæ* provinciis.

Hoc anno movit *Nouroddinus* adversus regiones *Kelisji Arslani*, filii *Mesjdoudi*, filii *Kelisji Arslani*, occupavitque *Marasjum*, *Bahnesiam*, *Merzabanum*, & *Saiwasum*. Ad eum legationem misit *Kelisjus Arslanus*, amicitiam pacemque expetens. Negavit *Nouroddinus* se pacem daturum, nisi *Malatia Dsulnouno Ranisjmendi* filio restitueretur, quam ei *Kelisjus Arslanus* eripuerat. *Saiwaso* tamen ipsi pro ea attributo, pax coaluit. Sed mortuo *Nouroddino* repetiit recepitque *Saiwasum Kelisjus Arslanus*, indeque filium *Ramisjmendi* expulit.

Eodem hoc anno ex *Ægypto Caracham* iterum petivit, obsidioneque clausit *Saladinus*. Condixerat *Nouroddino* mutuum istic loci congressum. *Nouroddinus* profectus *Damasco*, jam ad *Errakimum* pervenerat, *Carachæ* vicinum. Veritus tum *Saladinus* cum *Nouroddino* congredi, soluta obsidione *Carachæ*, sese in *Ægyptum* recepit, missis ad *Nouroddinum* regalibus muneribus, excusatoque Patris *Jobi* morbo, & periculo perdendæ *Ægypti*, si is for-

لهم نجم الدين ايوب فانكر علي تقي الدين ذلك وقال انا والدكم لن رايت نور الدين نزلت وقبلت الارض بين يديه بل اكتب وقل لنور الدين انه لو جاءني من عندك انسان واحد وربط المنديل في عنقي وجرني اليك سارعت الي ذلك وانقضوا علي ذلك ثم اجتمع ايوب بابنه صلاح الدين خلوة وقال له لو قصدنا نور الدين انا كنت اول من يمنعه ويقاتله ولكن اذا اظهرنا ذلك يترك نور الدين جميع ما هو فيه ويقصدنا ولا ندري ما يكون من ذلك واذا اظهرنا له الطاعة تمادي الوقت بما يحصل به الكفاية من عند الله فكان كما قال

ثم دخلت سنة ثمان وستين وخمسماية وفي هذه السنة سار طايفة من التركمان من ديار مصر مع مملوك لتقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب اسمه قراقوش الي افريقية ونزل علي طرابلس الغرب فحاصرها مدة ثم فتحها واستولي عليها وملك كثيرا من بلاد افريقية

وفيها سار نور الدين الي بلاد قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان واستولي علي مرعش وبهنسي ومرزبان وسبواس فارسل اليه قليج ارسلان يستعطفه ويطلب الصلح فقال نور الدين لا ارضي الا بان ترد ملطية علي ذي النون بن الرانشمند وكان قليج ارسلان قد اخذها منه فبذل له سبواس فاصطلح معه نور الدين فلما مات نور الدين عاد قليج ارسلان واستولي علي سبواس وطرد بن الرانشمند

وفيها سار صلاح الدين من مصر الي الكرك وحصرها وكان قد واعد نور الدين ان يجتمعا علي الكرك وسار نور الدين من دمشق حتي وصل الي الرقيم وهو بالقرب من الكرك فخاف صلاح الدين من الاجتماع بنور الدين فرحل عن الكرك عايدا الي مصر ولرسل تحفا الي نور الدين واعتذر ان اباه ايوب مريض وخشي من ان يموت

forte deceſſiſſet. Excuſationem accipientis ſpeciem præ ſe ferebat *Nouroddinus*, probe tamen quid intenderetur perſentiſcebat. *Saladinus* in *Ægyptum* regreſſus patrem *Jobum* jam defunctum repperit. *Nesjmoddini Jobi Sjadtadis* fatum accelleravit lapſus ex equo, qui equitem pavefactus excuſſerat. Deportatus in Palatium ſuum, paucos traxit dies, & ſeptimo ac viceſimo *Dſulhaſſjæ* vitam cum morte commutavit. Vir fuit ſapiens, pulcriſque præditus moribus.

يموت فتذهب مصر فقبل نور الدين عذره
في الظاهر فعلم المقصود ولما وصل صلاح
الدين الي مصر وجد اباه ايوب قد مات
وكان سبب موت نجم الدين ايوب بن شادي
المذكور انه ركب بمصر فنفرت به فرسه
فوقع وحمل الي قصره وبقي اياما ومات
في السابع العشرين من ذي الحجة من
هذه السنة وكان عاقلا حسن
السيرة

CAPUT SEXTUM.

Sjemſoddaula Touransjahus Jobi filius Arabiæ Felicis potitur.

ذكر ملك شمس الدولة توران
شاه بن ايوب اليمن

ANno porro nono & ſexageſimo ſeculi ineunte, quum *Saladinus* ejuſque familia metuerent *Nouroddinum*, communi ſententia decernitur, præter *Ægyptum* aliud eſſe comparandum regnum; ut ſi *Nouroddinus* bello ipſos aggrederetur, acie cum ipſo confligerent, fractique, ſi forte, paratum alterius illius regni haberent refugium. Fratrem itaque *Touransjahum* emiſit *Saladinus* in *Nubiam*, quarum regionum quum *nulla ducerentur admiratione*, eundem hoc anno cum exercitu ire juſſit in *Arabiam Felicem*, cujus tunc tyrannum agebat quidam *Abdolnabius*, de quo mentio præceſſit ad annum quaſtum & quinquageſimum hujus ſeculi. Ad expeditionem rite ſuccinctus *Touransjahus* devehitur in *Jemanam*, ubi cum *Abdolnabio* acie colliſus victor diſcedit, fractoque adverſario *Zabidum* invadit ſubjugatque, ipſo *Abdolnabio* in vincula conjecto. Inde *Adenum* adoritur, cujus Domino nomen erat *Jaſiro*. Is adverſus *Touransjahum* in aciem eduxit; fuſuſque ac fugatus, expugnata vi & armis *Adeno*, item in vincula compingitur. Ita *Touransjahus Arabiæ Felicis* regiones ditioni ſubjunxit, quæ per *Saladini* regnum ſtabilimentum nactæ ſunt; ingentibuſque potitus eſt opibus, quas *Abdolnabius* conſtruxerat. Conſimiliter *Adeni* opima præda ditatus eſt.

ثم دخلت سنة تسع وستين وخمسمايه
وكان صلاح الدين واهله خايفين من
نور الدين فاتفق رايهم علي
تحصيل مملكة غير مصر بحيث ان
قصدهم نور الدين قاتلوه فان
هزمهم التجوا الي تلك المملكة
فجهز صلاح الدين اخاه توران
شاه الي النوبة فلم تعجبهم بلادها
ثم سيره في هذه السنة بعسكر
الي اليمن وكان صاحب اليمن حينئذ
انسان يسمي عبد النبي المقدم الذكر في
سنة اربع وخمسين وخمسماية فتجهز
توران شاه ووصل الي اليمن وجري
بينه وبين عبد النبي قتال فانتصر فيه
توران شاه وهزم عبد النبي وهجم زبيد
وملكها واسر عبد النبي ثم قصد
عدن وكان صاحبها امير ياسر
فخرج للقتال توران شاه فهزمه
توران شاه فهجم عدن وملكها واسر
ياسر ايضا واستولي توران شاه
علي بلاد اليمن واستقرت في مملكة
صلاح الدين واستولي صلاح
اموال عظيمة لعبد النبي وكذلك
من عدن

CAPUT SEPTIMUM.

Cæditur Ægyptiorum turba, ut & Amara Jemanenſis.

MEnſe *Ramadano* hujus anni in crucem egit *Saladinus* principum *Ægyptiorum* multitudinem, qui in necem ejus conſpiraverant, imperiumque *Alidarum* reſtituere machinabantur. Detecta conjuratione, ad unum omnes in crucem ſunt ſuffixi. Ex iis fuere *Abdoſſamadus Scriba*, *Judexque Elomairiſus*, & *Primarius præco*: ut & *Amara* filius *Ali*, *Jemanenſis*, Poëta & Antiſtes; cujus pulcherrimi extant verſus; interque eos carmen fortunas *Alidarum*, extinctamque eorum potentiam deplorans, ad hunc modum.

Percuſſiſti, O Fortuna, manum Gloriæ exarefactione,

Collumque ejus ſplendide comtum nudatione monilium.

Gibboſum Tibi aquilinumque tuum naſum præcidiſti,

In quem nunc infamiæ omnis plenis illudunt homines.

Palatium prætergreſſus deſertas notare poſſis columnas,

Turba ſalutantium; qui huc vota dirigebant ſua haud ſecus atque ad Templum Meccanum.

Hoc anno *Almalichus Aladilus* (Rex Juſtus) *Nouroddinus Mahmoudus Ocſankeri* per *Amadoddinum Zenchium* nepos, Dominus *Syriæ*, & *Meſopotamiæ* aliarumque provinciarum, diem obiit ſupremum, feria quarta, *Sjawali* luce undecima, in arce *Damaſcena* morbo anginæ extinctus. Is jam expeditioni ſe *Ægyptiacæ* accinxerat, ad regnum illud *Saladino* adimendum; Fratriſque Filium *Saiphoddinum Gazium* in *Syria Francis* deſtinarat opponendum, dum ipſe in *Ægyptum* iter intenderet. *Sed prævertit fatum Numinis, quod averti haud poteſt.* Fuit *Nouroddinus* fuſco colore, prælonga ſtatura, barba inferiorem

E

ذكر قتل جماعة من المصريين وعمارة اليمني

في هذه السنة في رمضان صلب صلاح الدين جماعة من اعيان المصريين فانهم قصدوا الوثوب عليه واعادة الدولة العلوية فعلم بهم وصلبهم عن اخرهم فمنهم عبد الصمد الكاتب والقاضي العويرس وداعي الدعاة وعمارة بن علي اليمني الشاعر الفقيه وله اشعار حسنة فمنها ما يتعلق باحوال العلويين وانقراض دولتهم قوله قصيدة منها

رميت يا دهر كف المجد بالشلل
وجيده بعد حسن الحلي بالعطل
جدعت مارنك الاقفي فأنفك
ينفك مأبون اهل الشين والخجل
مررت بالقصر والاركان خالية
من الوفود وكانت قبلة القبل

وفي هذه السنة توفي الملك العادل نور بن محمود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر صاحب الشام وديار الجزيرة وغير ذلك يوم الاربعا حادي عشر شوال بعلة الخوانيق بقلعة دمشق المحروسة وكان نور الدين قد شرع يتجهز للدخول الي مصر لاخذها من صلاح الدين وكان يريد ان يخلي ابن اخيه سيف الدين غازي بن مودود في الشام قبالة الفرنج ويسير هو بنفسه الي مصر فاتاه امر الله الذي لا مرد له وكان نور الدين اسمر طويل القامة ليس له

riorem tantum menti partem vestiente; formæ dignitate pulcherrima. Imperium ejus quam latissime patebat; namque pro eo Oratum etiam est in duabus sacrosanctis urbibus *Mecca* ac *Medina*, totaque adeo *Arabia Felice*: quum eam *Touransjahus Jobi* filius subjugavit. Similis ei honos in *Ægypto* exhibitus. Natus erat anno undecimo hujus seculi. Fama sua orbem terrarum implevit, ob institutum præclarum vitæ, justitiamque: religiosissimus idem temperantissimusque Dei cultor; de nocte precibus quam plurimum invigilans. Quadrat in eum hocce

Fortitudinem suam devotissimo Dei cultu consociat:

O quam pulcher est vir bellicosus in oratorio!

Theologicam scientiam imbiberat secundum sectam *Antistitis Abihanifæ*, piæ memoriæ; sed nullum in ipso erat studium partium. Hic ille est qui moenia condidit urbium *Syriæ*, ut *Damasci*, *Emessæ*, *Hamatæ*, *Halebi*, *Sjaizari*, *Baälbechi*, aliarumque, quum terræ motibus strata fuissent. Construxit quoque bene multa Gymnasia *Hanifitica* & *Sjafitica*. Sed non patitur compendium hoc, ut virtutes ejus & præclara facta percensentur.

Defuncto *Noureddino*, in regnum successit Filius *Almalichus Assalibus Ismaël Machmoudus*, undecim annus natus. Ei jurejuratum est ab exercitu in urbe *Damascena*, ubi tanquam in Regia, sedem fixit. *A Saladino* etiam ei præstita obedientia est in *Ægypto*, per solennem precationis publicæ formulam pro eo susceptam. Moneta quoque ibi nomine ejus signata. Puerum regem, totumque adeo Regnum *Almalichi Assalibi* moderabatur *Emirus Sjemsoddinus Muhammedes*, vulgo *filius Mokaddemi* dictus. Quum autem *Noureddini* solium filiolus insedisset, *Mosula* egressus *Saiphoddinus Gazius Zenchiades*, omnes *Mesopotamiæ* provincias occupavit.

له لحبة الا في حنكه حسن الصورة
وكان قد اتسع ملكه جدا وخطب له
بالحرمين واليمن لما ملكها توران شاه
بن ايوب وكذلك كان يخطب له
بمصر وكان مولد نور الدين سنة
احدي عشرة وخمسماية وطبق ذكره
الارض لحسن سيرته وصدقه وكان
من الزهد والعبادة على قدم عظيم وكان
يصلي كثيرا من الليل فكان كما
قيل

جمع الشجاعة والخشوع
لربه
ما احسن المحراب في
الحراب

وكان عارفا بالفقه على مذهب الامام
ابي حنيفة رضي الله عنه وليس عنده
فيه تعصب وهو الذي في اسوار مدن
الشام منها دمشق وحمص وحماة
وحلب وشيزر وبعلبك وغيرها
لما تهدمت بالزلازل وبني المدارس
الكثيرة الحنفية والشافعية ولا
يحتمل هذا المختصر ذكر
فضايله

ولما توفي نور الدين قام ابنه الملك
الصالح اسمعيل بن نور الدين محمود
بالملك بعده وعمره احدي عشرة سنة
وحلف له العسكر بدمشق واقام بها
واطاعه صلاح الدين بمصر وخطب له بها
وضربت السكة باسمه وكان المتولي لتدبير
الملك الصالح وتدبير دولته الامير شمس
الدين محمد المعروف بابن المقدم ولما مات
نور الدين وملك ابنه الملك الصالح سار
من الموصل سيف الدين غازي بن
قطب الدين مودود بن عماد الدين
زنكي وملك جميع البلاد الجزيرة
(الجزيرية)

CA-

Digitized by Google

CAPUT OCTAVUM.

ذكر خلاف الكنز بصعيد مصر

ثم دخلت سنة سبعين وخمسماية وفي اول هذه السنة اجتمع علي رجل من اهل الصعيد يقال له الكنز جمع كثير واظهر الخلاف علي صلاح الدين فارسل صلاح الدين اليه عسكرا فاقتتلوا وقتل الكنز وجماعة معه وانهزم الباقون

Alchenzus rebellat in Ægypto superiore.

TAntum quod ineunte anno seculi septuagesimo, multa agmina conglobarunt ad virum quendam e *Thebaide* oriundum, cui *Alchenzo* nomen. Is rebellionem adversus *Saladinum* movere ausus est, sed missis ab eo copiis collisus, cum bene multis suorum occubuit; reliquis fuga dissipatis.

CAPUT NONUM.

ذكر ملك صلاح الدين دمشق وغيرها

في هذه السنة سلخ ربيع الاول ملك صلاح الدين يوسف بن ايوب دمشق وحمص وحماة وسببه ان شمس الدين بن الداية المقيم بحلب ارسل سعد الدين كمشتكين يستدعي الملك الصالح بن نور الدين من دمشق الي حلب ليكون مقامه بها فسار الملك الصالح الي حلب مع سعد الدين كمشتكين ولما استقر بحلب وتمكن كمشتكين قبض علي شمس الدين ابن الدايه واخوته وقبض علي الرييس ابن الخشاب واخوته وهو رييس حلب واستبد سعد الدين بتدبير الملك الصالح فخافه بن المقدم وغيره من الامراء الذين بدمشق فكاتبوا صلاح الدين واستدعوه ليملكوه عليهم فسار جريدة في سبع ماية فارس ولم يلبث ووصل الي دمشق فخرج كل من كان بها من العسكر والتقوه وخدموه ونزل بدار والده ايوب المعروفة بدار العقيقي وعصت عليه القلعة وكان فيها من جهة الملك الصالح خادم اسمه ريحان فراسله صلاح الدين واستماله فسلم القلعة اليه فصعد اليهم صلاح الدين واخذ ما فيها من

Saladinus in potestatem redigit Damascum aliasque urbes.

EXeunte *Rabia* priore hujus anni occupavit *Saladinus Josephus*, filius *Jobi*, *Damascum*, *Emissamque* & *Hamatam*. Occasionem dedit, quod *Sjemsoddinus* filius *Dajæ* (i. e. *Nutritis*, Collactaneus *Nouroddini* scilicet) qui *Halebi* residebat, misisset ad *Sadeddinum Chemusjtechinum*, evocassetque *Almalichum Assalihum Damasco Halebum*, ut ibi regiam figeret sedem; qui & illuc se transtulerunt. Quum autem *Chemusjtechinus* cum *Almalicho Assaliho Halebum* in potestate jam haberet, *Sjemsoddinum* filium *Dajæ* comprehendit una cum fratribus ipsius. Prehendit quoque Urbi *Halebensi* præfectum filium *Chesijubi* cum fratribus: solusque *Almalichi Assalihi* regimen tenuit. Hunc quum filius *Mokaddemi* aliique duces *Damasceni* formidarent, literas ad *Saladinum* expediverunt, Eumque evocarunt, ut Regnum Ei deferrent. Lecto Septingentorum equitum agmine, omni amputata mora, *Damascum* properat *Saladinus*, Eique quicquid ibi copiarum obviam egressum est, atque suum addixit servitium. Descendit in domum patris *Jobi*, quæ *Alakiki* nomine celebratur. Arx tamen cedere recusavit. Ei ab *Almalicho Assaliho* impositus erat Eunuchus qui *Ribanus* vocabatur. Hunc missitatis literis ad partes suas transduxit *Saladinus*, sic ut

ut arcem Ei mox tradiderit. quam una cum opibus illuc congestis victor occupavit. Tum firmo jam fultus tibicine, constabilito *Damasci* statu: & vicario ibi constituto Fratre *Saiphol-islamo Togtechino* filio *Jobi*, Calendis *Sjumadæ* prioris *Emissam* iter intendit. Ea, ut & *Hamata*, castrum *Barinum*, *Salamia*, *Telchalidum*, nec non *Edessa* ad *Mesopotamiam* pertinens, jure feudi tenuerat *Phachroddinus Mesoudus Safranides*; sed vita functo *Noureddino* non valuerat *Emissam Hamatamque* retinere ob importunam, & cum vexatione hominum conjunctam, vitæ rationem. Has civitates sine suis sibi arcibus possederat, quas præfecti *Nouroddini* obtinebant, absque ut *Phachroddino* quicquam in arces esset juris. Cum *Barino* tamen arcem quoque possidebat. *Saladinus* itaque undecimo *Sjumadæ* prioris *Emissam* obsidione cingens, urbem quidem subegit, sed arx restitit. Dispositis qui eam arctissime includerent, *Hamatam* ire pergit, oppidumque itidem subjugat, calendis *Sjumadæ* posterioris hujus anni. In arce erat *Emirus Ezzoddinus Sjordichus*, e *Mamloucis Nourienſibus*, qui defensionem paravit. Ei ostendit *Saladinus*, non alium sibi scopum esse propositum, quam *Almalichi Assalibi* provincias tutari, quippe cujus sit Vicarius: velleque se *Sjordichum* cum epistola Halebum legare. In id jusjurandum exegit *Sjordichus*, atque cum literis *Saladini* tetendit *Halebum*, arcis *Hamatensis* custodia Fratri relicta ac commendata. Hunc, quum *Halebum* esset perlatus, prehendit, in carcereque condidit, *Chemusjtechinus*. Id quum resciisset Frater, *Salidino* arcem dedidit. Illa subacta, protenus *Halebum* contendit, circumsseditque. Aderat ibi *Almalichus Assalibus*, pro quo *Halebenses* arma sumsere, *Saladinumque* acie repulere. *Sadoddinus Chemusjtechinus* quoque ad *Sinanum Ismaëlitarum* ducem ingentes mittit pecunias, ut *Saladinum* perimerent. *Sinanus* agmen suorum *Saladino* immisit, qui dato impetu occidere quærentes, ipsi cecidere. Obsidione *Halebi* ad Calendas *Resjebi* producta, abscessit inde, quod Franci *Emissam* circumsedissent: atque octavo *Resjebi Hamatam* delatus, *Emissam* accelerat. Dilapsi tunc inde *Franci*. *Saladinus* illuc pervectus arcem premit subigitque *Sjabani* die vicesimo primo.

من الاموال ولما ثبت قدمه وقرر امر دمشق استخلف بها اخاه سيف الاسلام طغتكين بن ايوب وسار الي حمص مستهل جمادي الاولي وكانت حمص وحماة وقلعة بارين وسلمية وتل خالد والرها من بلد الجزيرة في اقطاع فخر الدين مسعود بن الزعفراني فلما مات نور الدين لم يمكن فخر الدين مسعود المقام بحمص وحماة لسوء سيرته مع الناس وكانت هذه البلاد له بغير قلاعها فان قلاعها فيها ولاة لنور الدين وليس لفخر الدين معهم في القلاع حكم الا بارين فان قلعتها كانت له ايضا ونزل صلاح الدين علي حمص في حادي عشر جمادي الاولي وملك المدينة وعصت عليه القلعة فنزل عليها من يضيق عليها ورحل الي حماة فملك مدينتها مستهل جمادي الاخرة من هذه السنة وكان بقلعتها الامير عز الدين جرديك احد المماليك النورية فامتنع في القلعة فذكر له صلاح الدين انه ليس له غرض الا حفظ بلاد الملك الصالح عليه وانما هو نايبه وقصده من جرديك المسير الي حلب في رسالة فاستحلفه جرديك علي ذلك وسار جرديك الي حلب برسالة صلاح الدين واستخلف في قلعة حماة اخاه فلما وصل جرديك الي حلب قبض عليه كمشتكين وسجنه فلما علم اخوه بذلك سلم القلعة الي صلاح الدين فملكها ثم سار صلاح الدين الي حلب وحصرها وبها الملك الصالح فجمع اهل حلب وقاتلوا صلاح الدين وصدوه عن حلب وارسل سعد الدين كمشتكين الي سنان مقدم الاسماعيلية اموالا عظيمة ليقتلوا صلاح الدين فارسل سنان جماعة ووثبوا علي صلاح الدين فقتلوا دونه واستمر صلاح الدين محاصرا لحلب الي مستهل رجب ورحل عنها بسبب نزول الفرنج علي حمص ونزل صلاح الدين علي حماة ثامن رجب وسار الي حمص فرحل الفرنج عنها ووصل صلاح الدين الي حمص وحصر قلعتها وملكها في الحادي والعشرين من شعبان من السنة ثم سار

primo. Deinde *Baälbechum* ire pergens, & eam in ditionem redegit. Confirmatis harum ſubactione provinciarum *Saladini* opibus, miſit *Almalichus Aſſalihus* ad fratrem ſuum patruelem, ut valeſcenti ſe potentiæ opponeret. Hic exercitum ſuum, comitante Fratre *Ezzoddino Meſoudo*, filio *Mandoudi Zenchiadis*, ſubmiſit, copiis illis præpoſito ducum facile principe *Ezzoddino Mahmoudo*, dato ei *Selphandazi* titulo. Sollicitavit quoque fratrem natu majorem *Amadoddinum Zenchiadem*, *Sinsjaræ* principem, ut arma vireſque conſociaret: quod ille, ad *Sultani* partes inclinatior, recuſavit. Ad eum *Sinsjaræ* obſidendum proficiſcitur *Saiphoddinus Gazius*; reliquus exercitus *Moſuliticus*, cum *Meſoudo* & *Selphandazo*, *Halebum* pertendit, cum quibus ſeſe exercitus *Halebenſis* conjunxit, atque *Saladinum* verſus movit. Ad eum motum legat *Saladinus* qui *Emiſſam* & *Hamatam* offerrent, cum eo ut *Damaſcus* ipſius in manu remaneret, in eaque vicarium ageret *Almalichi Aſſalihi*. Oblatas illi conditiones haud acceptant, atque ad aciem conſerendam ire pergunt. Conflictum eſt ad colles *Hamatæ*, atque exercitus uterque *Moſuliticus* & *Halebenſis* fuſus. Præda ingenti potitur *Saladinus* cum ſuis; fugientesque perſecutus, *Halebum* denuo includit. Tum abrupta ſolennitate orandi in Templis pro *Almalicho Aſſalibo* filio *Nouroddini*, a monetaque nomine ejus remoto, totum ſibi imperium vindicavit *Saladinus*. At illi pacem Eum popoſcerunt, hac conditione, ut quod jam in manibus ejus eſſet e *Syria*, obtineret; *Malichuſque* item *Aſſalihus* ſuas retineret reliquias. In hæc ictum foedus, atque *Halebo* abſceſſum, volvente primo *Sjawali* decemdio.

Ultimis ejuſdem menſis diebus arcem *Barinum* ditioni ſubjunxit *Saladinus*, ereptam *Phachroddino Meſoudo Zafraniadi*, qui ex primariis fuerat ducibus *Nouroddini*.

سار الي بعلبك فلكها ولما استقر ملك
صلاح الدين لهذه البلاد ارسل الملك
الصالح الي ابن عمه سيف الدين غازي
صاحب الموصل يستنجده علي صلاح
الدين فجهز جيشه صحبة اخيه عز الدين
مسعود بن مودود بن زنكي وجعل مقدم
الجيش اكبر امرايه وهو عز الدين محمود
ولقبه سلفندار وطلب اخاه الاكبر عماد
الدين زنكي بن مودود صاحب سنجار
ليسير في النجدة ايضا فامتنع مضابعة
لصلاح الدين فسار سيف الدين غازي
وحصره بسنجار ووصل عسكر الموصل
صحبة مسعود بن مودود وسلفندار الي
حلب وانضم اليهم عسكر حلب
وسار الي صلاح الدين فارسل صلاح
الدين ببدل حمص وحماة وان
يقر بيده دمشق ويكون فيها نايبا
للملك الصالح فلم يجيبوا الي
ذلك وساروا الي قتاله واقتتلوا
عند قرون حماة فانهزم عسكر
الموصل وحلب وغنم صلاح الدين
وعسكره اموالهم وتبعهم صلاح
الدين حتي حصرهم في حلب
وقطع حينيذ خطبة الملك الصالح
بن نور الدين وازال اسمه عن السكة
واستبد بالسلطنة فراسلوا صلاح
الدين في الصلح علي ان يكون له ما
بيده من الشام وللملك الصالح ما
بقي بيده منه فصالحهم علي ذلك
ورحل عن حلب في العشر الاول من
شوال من هذه السنة

وفي العشر الاخير من شوال ملك
السلطان صلاح الدين قلعة بارين واخذها
من صاحبها فخر الدين مسعود ابن
الزعفراني وكان فخر الدين المذكور من اكابر
الامراء النورية

CAPUT DECIMUM.

Clades Saiphoddino Gazio, Moſulæ Domino, inflicta per Sultanum Saladinum.

ANnus ſequitur ſeptuageſimus primus ſeculi, quo acie colliſi ſunt *Sultanus Saladinus*, & *Saiphoddinus Gazius Zenchiades*, decimo *Sjawali*, in *Tel Eſſultano*. Fuſus fugatuſque eſt *Gazius* cum omnibus ſuis exercitibus; namque auxilio advocarat Dominum caſtri *Chaiphæ*, itemque principem *Merdini*, alioſque. Tanta autem clades *Gazium* adflixit, ut *Moſulam* magno terrore perlatus, ulterius profugere meditaretur in arcem quandam: per *Vezirum* tamen ſuum confirmatus ſubſtitit *Moſulæ*. *Saladinus* interim caſtrorum potitus hoſtilium, eorumque ditatus præda, *Bezagam* movit, obſeſſamque deditione recepit. Inde *Manbesjum* promovet, eamque ad finem vergente *Sjawalo* obſidione claudit. Ejus Dominus *Kotboddinus Jenalus*, filius *Haſſani Manbesjienſis* acerbo *Saladinum* odio proſequebatur. Vi & armis expugnata urbe in vincula conjicitur *Jenalus*, & omnis ejus diripitur ſubſtantia. Dimiſſus deinde *Moſulam* ſe transfert, atque a *Saiphoddino Gazio* donatur civitate *Rakka*. *Saladinus* inde *Ezzazam* contendit, circumſeditque tertio *Dſulkadæ*, atque in deditionem accepit undecimo *Dſulhaſſjæ*. In eo obſidio *Iſmaelita* quidam in *Saladinum* irruit, caputque ei cultro percuſſum vulneravit. Corripit hominem *Saladinus*, ab ictibus interea cultro inferendis haud ceſſantem, abſque ut eum vulneraret tamen, donec inter feriendum ipſe feriretur. Tum ſecundus in ipſum inſiluit, itidem interfectus. Mox tertius, interemtus & ipſe. *Sultanus* in tabernaculum ſuum refugit conterritus, luſtratiſque copiis ſuis, ignotos ſuſpectoſque omnes inde removit. *Ezzaſa* ſubacta caſtra *Halebum* promovit *Sultanus*, media volvente *Dſulhaſſja*, atque *Almalichum Aſſalihum* ibi tenuit incluſum. Exſpirat annus hicce durante etiamnum oppugnatione. Tum ad pacem petendam converſi, eam impetrant: atque ad *Sultanum* ſubmittunt par-

ذكر انهزام سيف الدين غازي صاحب الموصل من السلطان صلاح الدين

ثم دخلت سنة احدي وسبعين وخمسماية وفيها عاشر شوال كان المصاف بين السلطان صلاح الدين وبين سيف الدين غازي بن مودود بن زنكي بنل السلطان فهرب سيف الدين غازي والعساكر التي كانت معه فانه كان قد استنجد بصاحب حصن كيفا وصاحب ماردين وغيرهما وتمت علي سيف الدين غازي الهزيمة حتي وصل الي الموصل مرعوبا وقصد الهروب منها الي بعض القلاع فثبته وزيره واقام بالموصل واستولي السلطان صلاح الدين علي انقال عسكر الموصل وغيرهم وغنم ما فيها ثم سار الي مزايه وحصرها وغسلها ثم سار الي منبج فحصرها في اخر شوال وكان صاحبها قطب الدين ينال بن حسان المنبجي شديد البغض لصلاح الدين وفتحها عنوة واسر ينال واخذ جميع موجوده ثم اطلقه فسار ينال الي الموصل فاقطعه سيف الدين غازي مدينة الرقة ثم سار السلطان صلاح الدين الي عزاز ونازلها ثالث ذي القعدة وتسلمها حادي عشر ذي الحجة فوثب اسماعيلي علي صلاح الدين في حصاره عزاز فضربه بسكين في راسه فجرحه فامسك صلاح الدين الاسماعيلي ويقي يضرب بالسكين فلا يوثر حتي قتل الاسماعيلي علي تلك الحال ووثب اخر عليه فقتل وثالث فقتل ايضا وفجا السلطان الي خيمته مذعورا واعرض جنده وابعد من انكره منهم ولما ملك السلطان عزاز رحل عنها ونازل حلب في منتصف ذي الحجة وحصرها وبها الملك الصالح وانقضت هذه السنة وهو محاصر لحلب فسالوه في الصلح فاجابهم اليه واخرجوا اليه بنتا صغيرة

صغيرة لنور الدين فاكرمها واعطاها شيا كثيرا وقال لها ما تريدين فقالت اريد قلعة عزاز وكانوا قد علوها ذلك فسلمها السلطان اليهم واستقر الصلح وارحل السلطان من حلب في العشرين من المحرم سنة اثنين وسبعين

وفي سنة احدي وسبعين في رمضان قدم شمس الدولة توران شاه بن ايوب من اليمن الي الشام وارسل الي اخيه صلاح الدين يعلمه بوصوله

ثم دخلت سنة اثنين وسبعين وخمسماية وفيها قصد السلطان بلد الاسماعيلية في المحرم فنهب بلدهم وخربه واحرقه وحصر قلعة مصيات فارسل سنان مقدم الاسماعيلية الي خال صلاح الدين وهو شهاب الدين الحارمي صاحب حماة يساله ان يسعي في الصلح فسال الحارمي الصفح عنهم فاجابه صلاح الدين الي ذلك وصالحهم وارحل عنهم واتم السلطان صلاح الدين مسيرة ووصل الي مصر فانه كان قد بعد عهده بها بعد ان استقر له ملك الشام ولما وصل الي مصر في هذه السنة امر ببناء السور الدايرعلي مصر والقاهرة والقلعة علي جبل المقطم ودور ذلك تسعة وعشرين الف ذراع وثلثماية ذراع بالذراع القاسمي ولم يزل العمل فيه الي ان مات صلاح الدين

وفي هذه السنة امر صلاح الدين ببناء المدرسة التي علي قبر الشافعي رضي الله عنه بالقرافة بمصر وعمل بالقاهرة مدرستان

ثم دخلت سنة ثلث وسبعين وخمسماية وفي جمادي الاولي منها سار السلطان من مصر الي الساحل لغزو الفرنج فوصل الي عسقلان في الرابع والعشرين من الشهر فنهب وتفرق عسكره في الاغارات وبقي السلطان في بعض العسكر فلم يشعر الا بالفرنج قد طلعت عليه وقاتلهم اشد قتال وكان لتقي الدين بن شاهنشاه ولد اسمه احمد وهو من احسن الشباب اول ما تكاملت لحيته فامره ابوه تقي الدين بالحملة علي الفرنج فحمل عليهم وقاتلهم فاثر فيهم اثرا كثيرا

parvulam *Nouroddini* filiolam. Hanc honorificenter receptam, multisque cumulatam donis rogat, quid tandem desideraret? Ibi illa, desidero, inquit, Arcem *Ezzazam*. Nempe subornata & instructa accesserat. *Sultanus* reddita ipsis *Ezzaza* paceque constituta, *Halebo* discessit vicesimo *Muharremi*, anno septuagesimo & secundo.

Anno primo & septuagesimo, mense *Ramadano*, ex *Arabia Felice* in *Syriam* venit *Sjemsoddaula Touransjahus* filius *Jobi*, misitque qui Fratri *Saladino* adventum ipsius nunciarent.

Anno secundo & septuagesimo seculi, mense *Muharremo*, *Ismaelitarum* regionem invasit *Saladinus*, eamque evastavit atque exussit; arce *Masiata* quoque circumsessa. Misit tum *Sinanus*, dux *Ismaelitarum*, ad avunculum *Saladini*, *Sjehaboddinum*, *Haremitam*, Dominum *Hamatæ*, ut pacem sibi conficeret rogitans. Veniam pro iis petenti avunculo annuit *Saladinus*, ictoque cum iis foedere recessit. Sic finita hac expeditione se in *Ægyptum* retulit, unde diutius afuerat, regno auctus *Syriæ*. Hoc autem anno illuc revectus murum illum strui jussit, qui *Memphin*, *Alkahiramque*, nec non arcem super monte *Almokattemo* circumcingit. Undetriginta millia cubitorum, supra trecentos cubitos *Kasimæos*, amplectitur hic orbis. Operi isti institutum est ad mortem usque *Saladini*.

Hoc anno ejusdem jussu conditum *Gymnasium*, quod sepulcro imminet *Sjaphæi*, beatæ memoriæ, in *Kerafa Memphitica*: itemque *Nosocomium Alkahiræ*.

Anno tertio ac septuagesimo deinde, *Sjumada* priore, ex *Ægypto* eduxit *Sultanus* in *Palæstinam*, sacrum cum *Francis* bellum gesturus. Quarto & vicesimo hujus mensis deventum est *Ascalonem*. Ibi, exercitu in populationes excursationesque effuso ac dispalato, cum parte tantum copiarum substiterat *Sultanus*. Necopinanti subito superveniunt *Franci*, quibuscum atrox contertum est prælium. *Tacoddino*, *Sjahensjahi* filio, erat natus, *Ahmedo* nomens, adolescens multo pulcherrimus, cui primulum genis barba increverat. Huic mandat genitor impetum in *Francos* dare. In eos invectus

acrem ciet Martem, atque late vulnera & cædem quum ſparſiſſet, incolumis revectus eſt. Idem ſecunda vice facere juſſus, in hoſtem denuo illatus, pro religione procumbit. Graviſſima tum clades incubuit *Muſulmannis*, *Francorumque* impreſſiones quam proxime ad *Sultanum* pervenerunt; qui fuga ablatus eſt in *Ægyptum* per deſertum cum iis qui evaſerant. Iter difficultatibus, & ſiti præſertim vehementiſſima infeſtum, plerique abſumſit jumenta. *Franci* copias, quæ in populationes ſe effuderant, in vincula conjecerunt. Captus quoque Antiſtes *Iſa*, ex intimis *Sultani* amicis; quem biennio poſt redemit ſexaginta aureorum millibus. *Sultanus* media *Sjumada* poſteriore *Alkahiram* reverſus eſt. Doctor *Ezzoddinus Alı*, filius *Athyri*, conditor Hiſtoriæ univerſalis, ait, vidiſſe ſe literas ipſius *Saladini* manu exaratas ad Fratrem *Touransjahum*, *Damaſci* proregem, quibus prælium hocce ei exponebat. Harum in fronte erat illud Poetæ.

Memoriam tui colo haſtas inter vibrantes,
Sitimque e nobis ſedantibus rectis fuſciſque lanceis.

Dicebatque inter alia, *ultimo admoti fuimus diſcrimini plus vice ſimplici, unde non eripuit nos Deus T. O. M. niſi ob negotium aliquod a Celſo illo ſemperque celebrando nobis deſtinatum.*

Hoc anno *Sjumada* priore ad *Hamatam* obſidione premendam contenderunt *Franci*, cupiditate ipſorum accenſa per *Sultani* abſentiam in *Ægypto*, clademque recenter illatam: quodque præter *Touransjahum*, Fratris vicarium, haud multis copiis inſtructum *Damaſci*, nemo adeſſet: qui præterea voluptatibus deliciiſque ſe penitus immerſerat. Quum autem *Hamatam* circumſederent, æger in ea decumbebat Dominus ejus *Sjehaboddinus Haremita*, avunculus *Sultani*; tamque infeſto impetu civitatem adorti ſunt, corona continuo incumbente, ut occupatis quibuſdam extremis oris eam vi ferme expugnaſſent. Ibi tum *Muſulmanni* acerrime conniſi *Francos* moenibus expulerunt: qui poſt quatuor dies ad *Hamatam* abſumtos, inde *Haremum* ſeſe

كثيرا وعاد سالما فامره ابوه بالعود اليهم ثانية فحمل عليهم فقتل شهيدا وتمت الهزيمة على المسلمين وقاربت حملات الفرنج السلطان فمضي منهزما الي مصر علي البرية ومعه من سلم فلقوا في طريقهم مشقة وعطشا شديدا وهلك كثير من الدواب واخذت الفرنج العسكر الذين كانوا ينفرقون في الاغارات اسري واسر الفقيه عيسي وكان من اكبر اصحاب السلطان فافتداه السلطان من الاسر بعد سنتين بستين الف دينار ووصل السلطان الي القاهرة نصف جمادي الاخرة قال الشيخ عز الدين علي بن الاثير مولف الكامل رايت كتابا بخط يد صلاح الدين الي اخيه توران شاه نايبه بدمشق يذكر له الوقعة وفي اوله

ذكرتك والخطي يخطر بيننا
وقد نهلت منا المثقفة السمر

ويقول فيه لقد اشرفنا علي الهلاك غير مرة وما نجانا الله سبحانه الا لامر يريده سبحانه وتعالي

وفي هذه السنة سار الفرنج وحصروا مدينة حماة في جمادي الاولي وطمع الفرنج بسبب بعد السلطان بمصر وهزيمته من الفرنج ولم يكن غير توران شاه بدمشق ينوب عن اخيه وليس عنده كثير من العسكر وكان توران شاه ايضا كثير الانهماك في اللذات مايلا الي الراحات ولما حصروا حماة كان بها صاحبها شهاب الدين الحارمي خال السلطان وهو مريض واشتد حصار الفرنج لحماة وطال زحفهم عليها حتي انهم هجموا بعض اطراف المدينة وكادوا يملكون البلد قهرا ثم جد المسلمون في القتال واخرجوا الفرنج الي ظاهر السور واقام الفرنج كذلك علي حماة اربعة

اربعة ايام ثم رحلوا عنها الي حارم وعقب رحيلهم عنها مات صاحبها شهاب الدين الحارمي وكان له ابن من احسن الناس شبابا مات قبله بثلاثة ايام

وفي هذه السنة قبض الملك الصالح بن نور الدين صاحب حلب علي سعد الدين كمشتكين وكان قد تغلب علي الامر وكانت حارم لكمشتكين فارسل الملك الصالح اليهم فلم يسلموها اليه فامر كمشتكين ان يسلمها فامرهم بذلك فلم يقبلوا منه فامر بتعذيب كمشتكين ليسلموا القلعة فعذب واصحابه يرونه ولا يرحمونه فمات من العذاب واصر اصحابه علي الامتناع ووصل الفرنج الي حارم بعد رحيلهم عن حماة وحصروا حارم مدة اربعة اشهر فارسل الملك الصالح مالا للفرنج وصالحهم فرحلوا عن حارم وقد بلغ اهله الجهد وبعد ان رحل الفرنج عنها ارسل الملك الصالح اليها واستناب بقلعة حارم مملوكا لابيه اسمه سرخك

ثم دخلت سنة اربع وسبعين وخمسماية

وفي هذا السنة طلب توران شاه من اخيه السلطان بعلبك وكان السلطان قد اعطاها شمس الدين محمد بن عبد الملك المعروف بالمقدم لما سلم دمشق الي صلاح الدين ولم يمكن صلاح الدين منع اخيه عن ذلك فارسل الي ابن المقدم ليسلم بعلبك فعصي بها ولم يسلمها فارسل السلطان وحصره ببعلبك وطال حصارها فاجاب ابن المقدم الي تسليمها علي عوض فعوض عنها وتسلمها السلطان واقطعها اخاه توران شاه

وفيها كان بالبلاد غلا عام وتبعه وباء شديد

وفيها سير السلطان ابن اخيه تقي الدين عمر الي حماة وابن عمه محمد بن شيركوه الي حمص وامرهما بحفظ بلادهما فاستقر كل منهما ببلده

ثم دخلت سنة خمس وسبعين وخمسماية

sese contulerunt. Post eorum discessum *Sjehabodinus Haremita* diem suum obivit. Ei filius erat adolescentiæ flore ac honore incomparabili; qui tribus ante ipsum diebus extinctus est.

Hoc anno comprehendit *Almalichus Assalihus* filius *Nouroddini*, *Halebi* Dominus, *Chemusjtechinum Sadoddinum*, qui totum ad se traxerat imperium. In hujus potestate erat *Haremum*. Missi ab *Almalicho Assaliho* qui castrum id reciperent; sed deditionem detrectarunt. Ne tum quidem, quum id tradere jussus *Chemusjtechinus*, deditionem ipsis imperasset, obeditum est. Ad eos redigendos *Chemusjtechinum* in conspectu ipsorum torqueri præcipit; sed nulla ejus misericordia tacti milites, quamvis in tormentis expiraret, obstinatissime arcem defenderunt. Eam *Franci Hamata* repulsi, quatuor mensium spatio obsederunt: quos datis inde nummis, & fœdere icto, removit *Almalichus Assalihus*, quum jam præsidium ad extremas angustias esset redactum. Post discessum *Francorum* immisit illuc *Assalihus* patris sui *Mamluccum*, cui nomen *Serchako*, præfectura ejus donatum.

Sequitur annus quartus & septuagesimus seculi; quo *Touransjahus* a Fratre flagitavit *Baalbechum*. Eam *Sultanus* concesserat *Sjemsoddino Muhammedi*, filio *Abdolmelichi*, qui vulgo *Almokaddemus* audit, quum *Damascum* ipsi tradidisset. Id quum Fratri negare non posset, mandata expedivit ad filium *Almokaddemi*, ut *Baalbechum* redderet. Id ille contumacius recusavit. Mittuntur ergo, qui eum ibi obsidione premant, qua longius tracta, deditionem tandem facere annuit filius *Almokaddemi*, aliis pro ea possessionibus receptis. Fit commutatio; traditaque civitas *Touransjahe* assignatur.

Hoc anno caritas annonæ omnes vexavit regiones, quam atrox insecuta est pestilentia.

Eodem *Sultanus* Fratris filium *Tacoddinum Omarum* contendere jussit *Hamatam*; & *Muhammedem Sjyrchouhidem*, patrui filium, *Emissam*: qui in oppidis fidei custodiæque ipsorum commissis firmum & stabile nacti sunt imperium.

Anno deinde quinto & septuagsimo movit *Sultanus*, expugnavitque arcem

a *Francis* extructam ad vada *Elasjrani*, prope *Paneadem*, apud Domum *Jacobi*.

Eodem inter copias *Sultani*, ductore *Tacoddino Omaro*, *Jobi* per *Sjahensjahum* nepote, & inter copias *Kelisji Arslani* provinciarum *Rumæarum* Domini, conflatum bellum est. Ansam præbuit castrum *Rabanum* a filio *Mokaddemi* possessum, cui inhiabat cupidissime *Kelisjus*. Ad illud obsidendum confertus emittitur exercitus, viginti circiter millium. Adversus eos processit *Tacoddinus* mille admodum equitibus, eosque in fugam egit. Gloriari propterea solebat *Tacoddinus* se mille hominibus viginti millia profligavisse.

وخمسماية وفيها سار السلطان وفتح حصنا
كان بناه الفرنج عند مخاضة الاجران
بالغرب من بانياس عند بيت يعقوب
وفيها كانت حرب بين عسكر السلطان
ومقدمهم تقي الدين عمر بن شاهنشاه
بن ايوب وبين عسكر قايج ارسلان
صاحب الروم وسببها ان حصن رعبان
كان بيد شمس الدين بن المقدم فطمع
فيه قايج وارسل اليه عسكرا كثيرا
ليحصروه وكانوا قريب عشرين الف
وسار اليهم تقي الدين في الف فارس
فهزمهم وكان تقي يفتخر ويقول هزمت
بالف عشرين الفا

CAPUT UNDECIMUM.

Almostadius decedit: eique in Chaliphatu succedit Nasirus, tricesimus quartus Chalipha.

ذكر وفاة المستضي وخلافة الامام ناصر وهو رابع ثلاثينهم

HOc anno, postridie kalend. *Dsulkadæ*, excessit *Almostadius Biamrillah Abu Mohammedes Elhasanus*, matre cretus concubina *Armenia*. *Chaliphatum* novem annos & quinque menses tenuit; in omni vita egregius. Summa rerum in ejus imperio fuit penes *Tahiroddinum Abu-Becrum Mansourum*, qui vulgo *filius Aromatarii* dicebatur, post *Vezirum Addoddinum*. Extincto autem *Almostadio*, *Tahiroddinus* filio ipsius Antistiti *Elnasiro Lidinallæ* jusjurandum præstari curavit: cui quum imperium esset confirmatum, *Magister Domus* ipsius *Mesjdoddinus Abulphadlus* arbitrium sibi rerum arrogavit. Is septimo *Dsulkadæ* filium *Aromatarii* comprehensum *Attasjo*, (aulæ *Bagdadensis* loco) inclusit. Inde mortuus exportatus est super capite bajuli, nocte feriæ quartæ, duodecimo die mensis ejusdem. In eum plebs involavit, dejectumque a capite bajuli, circum penem fune religato, traxerunt per Urbem, manu indito Cochleari, pro calamo nempe, quod cochlear stercori immersserant, clamitantes interim, *Rescribe nobis O Domine noster*. Sic in eum sævitum est, quantumvis moribus egregiis enituisset, summamque

في هذه السنة ثاني القعدة توفي
المستضي بامر الله ابو محمد الحسن وامه
ام ولد رومية وكانت خلافته تسع سنين
وسبعة اشهر وكان حسن السيرة وكان
قد حكم في دولته طهير الدين ابو بكر
منصور المعروف بابن العطار بعد
عضد الدين الوزير فلما مات المستضي
قام طهير الدين بن العطار واخذ
البيعة لولده الامام الناصر لدين الله
ولما استقرت البيعة للامام الناصر حكم
استاذ الدار مجد الدين ابو الفضل
وقبض في سابع القعدة علي ابن العطار
ونقل الي التاج واخرج ميتا علي
راس حمال ليلة الاربعا ثاني عشر
ذي القعدة فثارت به العامة والغوغا
عن راس الحمال وشدوا في ذكره
حبلا وسحبوه في البلد وكان يضعون
في يده مغرفة يعني انها قلم
وقد غمس تلك المغرفة في
العذرة ويقولون وقع لنا يا
مولانا هذا فعلهم به مع حسن
سيرته

Digitized by Google

سيرته فيهم وكفه عن اموالهم ثم خلص منهم ودفن

وفي هذه السنة في ذي القعدة نزل توران شاه اخو السلطان عن بعلبك وطلب عوضها الاسكندرية فاجابه السلطان الي ذلك واقطع بعلبك لعز الدين فخرشاه بن شاهنشاه بن ايوب فسار اليها فخر شاه وسار شمس الدولة توران شاه الي الاسكندرية واقام بها الي ان مات بها

que ipsis abstinentiam præstitisset, nullis usus concussionibus. Ereptus tandem furori, terræ mandatur.

Eodem mense *Dsulkada*, *Touransjahus*, frater *Sultani*, resignavit *Baalbechum*, atque ejus loco *Alexandriam* poposcit. Id *Sultano* volenti fuit; qui *Baalbecum* assignavit *Ezzoddino Pharchsjaho*, filio *Sjahensjahi*, filii *Jobi*. Is quum se illuc contulisset, *Touransjahus Alexandriam* se transtulit, eamque obtinuit ad mortem usque.

CAPUT DUODECIMUM.

ذكر وفاة سيف الدين صاحب الموصل

Mors Saiphoddini Mosulæ Domini.

ثم دخلت سنة ست وسبعين وخمسمائة وفي هذه السنة ثالث صفر توفي سيف الدين غازي بن مودود بن زنكي بن اقسنقر صاحب الموصل والديار الجزرية وكان مرضه السل وطال وكان عمره نحو ثلثين سنة وكانت ولايته عشر سنين ونحو ثلثة اشهر وكان حسن الصورة مابح الشباب تام القامة ابيض اللون عاقلا عادلا عفيفا شديد الغيرة لا يدخل بيته غير الخدم اذا كانوا صغارا فاذا كبر احدهم منعه وكان عفيفا عن اموال الرعية مع شح كان فيه واوصي بالمملكة بعده الي اخيه عز الدين مسعود بن مودود واعطي جزيرة بن عمر وقلاعها لولده سنجار شاه فاستقر ذلك بعد موته حسبما قرر وكان مدبر الدولة والحاكم فيها مجاهد الدين قيماز

وفي هذه السنة سار السلطان الي جهة قليج ارسلان صاحب بلاد الروم ووصل الي رعبان ثم اصطلحوا فقصد صلاح الدين بلاد بن لبون الارمني وشن فيها الغارات فصالحه بن لبون علي مال حمله واسري اطلقها

وفيها توفي شمس الدولة توران شاه بن ايوب اخو صلاح الدين الاكبر بالاسكندرية وكان له معها اكثر بلاد اليمن ونوابه هناك يحملون

LAbente dein anno sexto & septuagesimo, post quingentesimum, tertio *Saphari*, decessit *Saiphoddinus Gazius*, *Ocsankeri* per *Zenchium* & *Maudoudum* pronepos, *Mosulæ* & *Mesopotamiæ* Dominus. Longa consumtus phtisi periit, ætatis anno tricesimo circiter; quum decem annos & tres admodum menses regnasset. Pulcherrima fuit forma; primo juventæ flore decorus; statura perfecta: colore albo. Prudens, justus, abstinens: summe Zelotypus, cujus domum non intrabant nisi Eunuchi adhuc parvuli, qui grandiores facti, statim arcebantur. Subditi gregis pecunias non tetigit, quamquam ab avaritia haud esset intactus. Regni successorem constituit Fratrem suum *Ezzoddinum Mesoudum*, filium *Maudoudi*, filio suo *Sinsjarsjaho* assignata tantum *insula Filii Omar* cum arcibus ejus. Post mortem rata manere omnia, quæ ordinarat. Imperii moderamen & arbitrium fuit penes *Mosjahidoddinum Kaimazum*.

Hoc anno *Sultanus* eduxit adversus *Kelisjum Arslanum*, regionum *Rumæarum* Dominum, ad *Rabanum* progressus. Sed quum mox fœdus pepigissent, deflexit in provincias filii *Leonis*, *Armenii*, per easque late populationem sparsit ac circumtulit. Missis ingentibus pecuniis, dimissisque captivis, pacem impetravit filius *Leonis*.

Eodem decessit *Sjemsoddaula Touransjahus*, filius *Jobi*, frater *Saladini* natu maximus, *Alexandriæ*; quam ditione tenebat, cum plerisque regionibus *Arabiæ*

Felicis; quibus impoſuerat, qui opes ad eum *Zabido*, *Adeno*, aliiſque e locis devehebant. Liberaliſſimus erat, & munificentiſſimus hominum: qui quicquid divitiarum ad ipſum congereretur ex *Arabia Felice*, atque ex reditibus *Alexandriæ*, egerebat atque expendebat. In tam opulentis itaque rebus æs alienum reliquit, ducenties millies aureos *Ægyptiacos*, quos *Saladinus* exſolvit, menſe *Sjabano* hujus anni in *Ægyptum* reverſus, vicario ſibi in *Syria* conſtituto filio fratris *Sjahensjahi Ezzoddino Pharchsjaho*, Domino *Baalbechi*.

Inſequente anno ſeptimo & ſeptuageſimo ſeculi, deſtinarat *Princeps*, Dominus *Carachæ*, expeditionem ſuſcipere adverſus *civitatem Prophetæ Medinam*, tractuſque illos *Orientales* ſubjugare. Id quum *Ezzoddinus Pharhsjahus*, prorex *Damaſci*, intelleXiſſet, contractis copiis *Carachæ* regiones invaſit, incurſavitque, atque ſe *Principi* oppoſuit. Princeps itaque copias ſuas dimittere, atque expeditionem illam abrumpere coactus fuit.

Eodem inter præfectos *Touransjahi* diſſidium poſt fata ejus exarſit in *Arabia Felice*: de qua provincia ſollicitus *Saladinus*, exercitum illuc expedivit cum lecta ducum turba. Hi regionem illam denuo ſubegerunt. Fuerat autem *Adeno* per *Touransjahum* præpoſitus *Ezzoddinus Othmanus*: *Zebidoque Hettanus*, filius *Chamili*, filii *Monkidi*, *Chenanita*, e domo principis *Zjaizari*.

يحملون اليه الاموال من زبيد وعدن وغيرهما وكان اجود الناس واسخاهم كفا يخرج كل ما يحمل اليه من اموال اليمن ويدخل الاسكندرية ومع هذا فلما مات كان عليه نحو ماييتي الف دينار مصرية فوفاها اخوه صلاح الدين عنه لما وصل الي مصر في هذه السنة في شعبان واستخلف بالشام بن اخيه عز الدين فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب صاحب بعلبك

ثم دخلت سنة سبع وسبعين وسبعماية وفيها عزم البرنس صاحب الكرك علي المسير الي مدينة الرسول صلعم وللاستيلاء علي تلك النواحي الشرقية وسمع ذلك عز الدين فرخشاه نايب عمه السلطان بدمشق فجمع وقصد بلاد الكرك واغار عليها واقام في مقابلة البرنس ففرق البرنس جموعه وانقطع عزمه عن الحركة

وفيها وقع بين نواب توران شاه بالبمن بعد موته اختلاف فخشي السلطان صلاح الدين علي اليمن فجهز اليه عسكرا مع جماعة من امرايه فوصلوا الي اليمن واستولوا عليه وكان نواب توران شاه علي عدن عز الدين عثمان وعلي زبيد حطان بن كامل بن منقذ الكناني من بيت صاحب شيزر

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Obitus Almalichi Aſſalihi, Halebi Domini.

ذكر وفاة الملك الصالح صاحب حلب

HUjus anni menſe *Resjebo* diem clauſit *Almalichus Aſſalihus Iſmaël*, filius *Nouroddini Mahmoudi*, filii *Zenchi*, filii *Ocſankeri*, Dominus *Halebi*, decem & novem circiter habens annos. Ei ex morbo colico gravius laboranti vinum præſcripſerant medici, quod ſumere recuſans exſpiravit. Fuit manſuetus; manu, pene, lingua caſtus & innocens: rebus religionis unice deditus, intactuſque omnium quæ prima fert adoleſcentia. Regni *Halebenſis* hæredem ſcripſit filium Patrui *Ezzoddinum Meſoudum*, Dominum *Moſu-*

في هذه السنة في رجب توفي الملك الصالح اسمعيل بن نور الدين محمود بن زنكي بن اقسنقر صاحب حلب وعمره نحو تسع عشرة سنة ولما اشتد به مرض القولنج وصف له الاطبا الخمر فمات ولم يستعمله وكان حليما عفيف اليد والفرج واللسان ملازما لامور الدين لا يعرف له شي مما يتعاطاه الشباب واوصي بملك حلب الي ابن عمه عز الدين مسعود صاحب الموصل فلما

فلما مات سار مسعود ومجاهد الدين قيماز من الموصل الي حلب واستقر في ملكها ولما استقر مسعود في ملك حلب كاتبه اخوه عماد الدين زنكي بن مودود صاحب سنجار في ان يعطيه حلب فياخذ منه سنجار فاشار قيماز بذلك فلم يمكن مسعود الا موافقته فاجاب الي ذلك فسار عماد الدين الي حلب وتسلمها وسلم سنجار الي اخيه مسعود وعاد مسعود الي الموصل

sulæ. Post ejus excessum *Mesoudus*, cum *Mosjahidoddino Kaimazo* profectus *Mosula Halebum* contendit, in regnoque illo fuit confirmatus. Isto auctus imperio literas accipit a Fratre *Amadoddino Zenchio*, *Maudoudi* filio, Domino *Sinsjaræ*, ut *Halebo* ipsi concessa, vicissim reciperet *Sinsjaram*. Id quum consultum judicaret *Kaimazus*, non potuit non consentire *Mesoudus*, petitionique ejus subscribere. Proinde *Halebum* perlatus *Amadoddinus* in ejus immittitur possessionem, reddita Fratri *Mesoudo Sinsjara*, qui *Mosulam* est regressus.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

ذكر مسير السلطان صلاح الدين الي الشام

ثم دخلت سنة ثمان وسبعين وخمسماية وفيها خامس المحرم سار صلاح الدين من مصر الي الشام ومن عجيب الاتفاق انه لما برز من القاهرة وخرجت اعيان الناس لوداعه اخذ كل منهم يقول شيا في الوداع وفراقه وفي الحاضرين معلم لبعض اولاد السلطان فاخرج راسه من بين الحاضرين وانشد

تمتع من شميم عرار بخر
فما بعد العشية من عرار ۞

فتطير صلاح الدين وانقبض بعض انبساطه وتنكد المجلس علي الحاضرين فلم يعد صلاح الدين بعدها الي مصر مع طول المدة وسار السلطان واغار في طريقه علي بلاد الفرنج وغنم ووصل الي دمشق في حادي عشر صفر من هذه السنة ولما سار صلاح الدين الي الشام اجتمعت الفرنج قريب الكرك ليكونوا علي طريقه فانتهز فرخشاه نايب السلطان بدمشق الفرصة وسار الشقيف بعساكر الشام وفتحه واغار علي ما يجاوره من بلاد الفرنج وارسل الي السلطان وبشره بذلك

Saladinus in Syriam revertit.

Initio anni octavi & septuagesimi, quinto die *Muharremi*, ex *Ægypto* in *Syriam* iter capessit *Saladinus*. Miro tum Fortunæ lusu cecidit, ut, quum *Alkahira* egressum, proceres ad vale dicendum prosequerentur, & quilibet aliquid in discessum discidiumque illud diceret, præceptor aliquis cujusdam Liberorum *Sultani*, in turba circumstantium capite exertato, versiculum huncce caneret

Fruere odore suaveolentis buphthalmi, dum fragrat.
O quantum distant gramen & buphthalmum!

Eo tanquam sinistro augurio ictus *Sultanus*, exporrectam antea frontem adduxit tristiculus conturbatusque, ac confusus fuit universus coetus. Nec rediit sane in *Ægyptum Saladinus*, quamvis sat spatii deinde intercesserit. In itinere *Francorum* incursatis populatisque regionibus, *Damascum* attigit undecimo *Saphari*. *Franci* in *Syriam* tendenti *Sultano* contractas ad *Caracham* objecerant copias. Eam occasionem arripiens *Pharchsjahus*, prorex *Damasci*, exercitibus *Syriæ* castrum *Sjakyphum* invasit, expugnavitque; indeque per vicinas regiones late degrassatus est. Lætus rei nuncius ad *Sultanum* tramissus.

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Saiphol-Islamus in Arabiam Felibem expeditur.

Eodem hoc anno direxit *Sultanus* Fratrem suum *Saiphol-Islamum Togtechinum* ad *Arabiæ Felicis* Provincias, ut iis dominaretur, seditionesque extirparet. Erat ibi *Hettanus* filius *Monkidi*, *Chenanita*, & *Ezzoddinus Othmanus Zensjilita*, qui præfecturas suas recuperarant, postquam ab *Emiro*, quem illuc transmiserat Sultanus proregem, victi depositique fuissent. Sic dissidia & tumultus inter *Hettanum* & *Othmanum* revixere. *Saiphol-Islamo Zabidum* pervecto, *Hettanus* in quandam arcem munitissimam se subduxit. Sed eum blandis verbis mulcere non desiit *Saiphol-Islamus*, donec in deditionem veniret; comiter exceptus ille quidem, sed quum in *Syriam* remigrandi peteret facultatem, ægre veniam impetravit. Præmissis dein sarcinis ingressus ad *Saiphol-Islamum*, ut vale ei diceret, corripitur; retractisque ex itinere impedimentis ejus, quicquid corraserat opum, comprehenditur. Inter eas erant septuaginta loculi *Contextura ferrea*, nummis aureis constipati. *Hettanus* ipse in arcem quandam concluditur, ubi diu supervixit. *Othmanus Zensjilita*, quum hic exitus *Hettanum* excepisset, metu correptus, in *Syriam* iter arripit, opibus suis mari creditis. Sed deprensi, qui eas vehebant, a navigio sociis navalibus *Saiphol-Islami* referto. Hi quicquid *Othmanus* congesserat, rapuere. Sic *Arabiæ felicis* tranquilla *Saiphol-Islamo*, ac veluti *limpida*, contigit *possessio*.

ذكر ارسال سيف الاسلام الي اليمن

في هذه السنة سير السلطان اخاه سيف الاسلام طغتكين الي بلاد اليمن ليملكها ويقطع الفتن منها وكان بها حطان بن منقذ الكناني وعز الدين عثمان الزنجيلي قد عادا الي ولايتهما فان الامير الذي كان سيره السلطان نايبا الي اليمن تولي وعزلهما فعاد بين حطان وعثمان الفتن قايمة فوصل سيف الاسلام الي زبيد فتحصن حطان في بعض القلاع فلم يزل سيف الاسلام يتلطف به حتي نزل اليه فاحسن صحبته ثم ان حطان طلب دستورا الي الشام فلم يجبه الا بعد جهد فجهز حطان اثقاله قدامه ودخل حطان ليودع سيف الاسلام فقبض عليه وارسل استرجع اثقاله واخذ جميع امواله وكان من جملة ما اخذه سيف الاسلام من حطان سبعين غلاف زردية مملوة ذهبا عينا ثم سجن حطان في بعض قلاع اليمن فكان اخر العهد به فاما عثمان الزنجيلي فانه لما جري لحطان ذلك خاف وسار نحو الشام وسير امواله في البحر فصادفهم مركب فيها اصحاب سيف الاسلام فاخذوا كل ما لعثمان وصفت بلاد اليمن لسيف الاسلام

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Expeditiones Sultani; & regiones ab eo subactæ.

Hujus anni priore *Rabia*, *Damasco* movit *Sultanus*, atque prope *Tiberiadem* consedit. Inde per terras *Francorum*, ut *Paneadem*, *Sjibninum*, *Algaurum*, populatrices dimissæ manus. Actæ præ-

ذكر غارات السلطان صلاح الدين وما استولي عليه من البلاد

في هذه السنة سار السلطان من دمشق في ربيع الاول ونزل قريب طبرية وشن الاغارات علي بلاد الفرنج مثل بانياس وجبنين والغور فغنم وقتل وعاد الي

prædæ; factæ cædes. *Damascum* deinde regressus, *Berytum* tetendit, eamque circumsedit, regiones illas persultans. Iterum *Damascum* revectus, ad *Mesopotamiæ* Provincias iter intendit, ad *Biram* tramisso *Euphrate*. Ei se conjungit *Modafferoddinus*, filius *Zinoddini*, qui tunc tempestatis *Charras* obtinebat. Dimissæ quoque literæ ad illarum orarum Reges, quibus eos sibi adjungere studebat. Morem gessit *Nouroddinus Muhammedes*, filius *Kara-Arslani*, princeps castri *Chaiphæ*, armaque sociavit. Ad *Edessam* tum admota castra; quam obsidione demitam tradit *Mudaffereddino Chaucheburio Kotboddino*, filio *Jenali*, filii *Hassani Manbesjiensis*. *Jenalus* ipse ad *Ezzoddinum Mesoudum*, Dominum *Mosulæ*, se contulit. Inde *Chaboram* progressus *Sultanus* subegit *Karkistam*, *Machesinum*, *Arbanum*, & *Chaboram*, cui postremæ præposuit *Sjasiam*. *Nisibin* hinc productis castris, urbem mox expugnavit; deinde etiam arcem edomuit. Ea urbe donatus est *Emirus* ipsum assectari solitus, cui *Abul-Haisjao Pingui* nomen. *Nisibi* porro *Mosulam* ire perrexit, in qua obsidioni sustinendæ sese paraverat Dominus ejus *Ezzoddinus Mesoudus*, cum *Mosjahidoddino Kdimazo*, viris armisque probe referta atque instructa. Obsessam urbem tormento quatit *Sultanus*. Illi intus novem opposuere tormenta. Tum arctius inclusa *Mosula*, *Sultanus* e regione portæ *Chunda* consedit; princeps castri *Chaiphæ* ad portam *Pontis*: *Tasj-Almoluchus Tourius* Frater *Saladini* ad portam *Elmadi*. Crebris certaminibus inter eos conflictum volvente *Resjebo*. Quum tamen obsidium traheretur, inde recessum, atque *Sinsjara* oppugnata ac subacta. Ei impositus *Sadoddinus* filius *Mainoddini*, e præcipuis ducum, *specie* ac *re ipsa ornatissimus*, omnique laude cumulatus. *Charræ* deinde repetitæ, *Nisibique* amotus, dum ea trajicitur, *Abul-Haisjäus Pinguis*.

الي دمشق ثم سار عنها الي بيروت
وحصرها واغار علي بلادها ثم عاد الي
دمشق ثم سار من دمشق الي البلاد
الجزيرية وعبر الفراة من البيرة فصار معه
مظفر الدين بن زين الدين وكان حينئذ
صاحب حران وكاتب السلطان ملوك تلك
الاطراف واستمالهم فاجابوه نور الدين
محمد بن قرا ارسلان صاحب حصن كيفا
وصار معه ونازل السلطان الرها وحصرها
وملكها وسلمها الي مظفر الدين كوكبوري
قطب الدين بن ينال بن حسان المنبجي
فسار ينال الي عز الدين مسعود صاحب
الموصل ثم سار صلاح الدين الي الخابور
وملك قرقيسية وباكسبين وعرينان
والخابور واستولي علي خابور جميعه
ثم سار الي نصيبين وحاصرها وملك
المدينة ثم ملك القلعة ثم اقطع نصيبين
اميرا كان معه يقال له ابن الهيجا السمين
ثم سار عن نصيبين وقصد الموصل وقد
استعد صاحبها عز الدين مسعود ومجاهد
الدين قيماز لحصارها وشحنوها بالرجال
والسلاح فحصر الموصل واقام عليها
منجنيقا فاقاموا عليه من داخل المدينة
تسعة مجانيق وضايق الموصل فنازل
السلطان محاذاة باب كندة ونزل صاحب
حصن كيفا علي باب الجسر ونزل تاج
الملوك توريه اخو صلاح الدين علي باب
العماري وجري القتال بينهم وكان ذلك
في شهر رجب فلما راي ان حصارها
يطول رحل عن الموصل الي سنجار
وحاصرها وملكها واستناب بها سعد
الدين بن معين الدين من اكابر الامراء
واحسنهم صورة ومعني ثم سار السلطان
الي حران ورحل في طريقه عن نصيبين
ابا الهيجا السمين

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

ذكر غير ذلك من الحوادث

Alia Memorabilia.

في هذه السنة عمل البرنس صاحب
الكرك اصطولا في بحر ايله وسار في
البحر

Hoc anno instruxit *Princeps*, Dominus *Carachæ*, classem in mari *Elæ*,

(Rubro) atque bifariam diviſis copiis navale movit bellum. Pars altera ad *Elam* ſtare eamque includere juſſa: altera *Aidabum* trajecit, maritimas oras evaſtatura. Necopinato illis in tractibus ſuperventum eſt *Muſulmannis*; nunquam enim illo in mari *Francus* fuerat conſpectus. In *Ægypto* proregem Fratris agebat *Almalichus Aladilus Abu-Becrus*. Is ædificata in mari *Aidabi* claſſe, eam expedivit ductu *Huſamoddini Loulouï*, cubicularii, cui ſumma rei maritimæ demandata erat per ſedes *Ægyptiacas*, claro victoriis navalibus, ac præſtrenuo. *Loulouus* magno animo ſtudioque in hoſtes vadit; irruenſque in eos qui *Elam* obſidebant, alios quidem cædit, alios in vincula abſtrahit. Inde alteri iſti agmini perſequendo ſe dedit. His mente fixum deſtinatumque fuerat, in *Hisjazam* ſeſe penetrare, *Meccamque* adeo ac *Medinam*, Divinitus protegendas ſemper. *Loulouus* veſtigiis eorum inſiſtens, *Rabigum* perfertur, eoſque in litore *Elchauræ* aſſequitur. Ibi acerrimo concurſum eſt prælio. Victi, adſpirante Numine, *Franci*, quorum maxima pars occiſa eſt. Reliqui in vincula compacti: e quibus nonnullos *Minam* tranſmiſit *Loulouus*, (vallem *Meccæ* ubi ſacrificia mactantur) ut ibi jugularentur. Cum ceteris in *Ægyptum* revectus, ad unum omnes trucidavit.

البحر فرقتين فرقة اقامت علي
حصن ايله يحصرونه وفرقة سارت
نحو عيداب يفسدون في السواحل
وبغتوا المسلمين في تلك
النواحي فانهم لم يعهدوا بهذا
البحر فرنجا قط وكان بمصر
الملك العادل ابو بكر نايبا
عن اخيه السلطان فعن اصطولا
في بحر عيداب وارسله
مع حسام الدين الحاجب لولو
وهو متولي الاصطول بديار مصر
وكان مظفرا فيه شجاعا فسار لولو
مجد في طلبهم واوقع بالذين
يحاصرون ايله فقتلهم واسرهم
ثم سار في طلب الفرقة الثانية
وكانوا قد عزموا علي الدخول
الي الحجاز ومكة والمدينة
حرسهما الله تعالي وسار لولو يقفوا
اثرهم فبلغ رابغ فادركهم بساحل
الخورا وتقاتلوا اشد قتال
فظفر الله تع بهم وقتل لولو
اكثرهم واخذ الباقين اسري وارسل
بعضهم الي مني لينحروا بها وجاء
بالباقين الي مصر فقتلوا عن
اخرهم

Supremum diem hoc anno clauſit *Pharchsjahus* filius *Sjahensjahi*, filii *Jobi*; *Baalbechi* princeps; quem *Proregem* ſuum *Damaſci* conſtituerat *Saladinus*; quippe cui præcipue ex omni ſua gente confidebat. Fuit Vir ſtrenuus, liberalis, omni laude præſtantiſſimus; pulcri quoque verſus conditor. Morte ejus ad *Sultanum* perlata, quum in *Meſopotamia* verſaretur, *Damaſcum* miſit *Sjemſoddinum Mokaddamidam* ibi curaturum: *Baälbechi* autem poſſeſſionem *Behram-Sjaho*, filio *Pharchsjahi*, adfirmavit.

وفي هذه السنة توفي عز الدين فرخشاه
بن شاهنشاه بن ايوب صاحب بعلبك
وكان ينوب عن صلاح الدين بدمشق وهو
ثقته من بين اهله وكان فرخشاه شجاعا
كريما فاضلا وله شعر جيد ووصل خبر
موته الي صلاح الدين وهو في البلاد
الجزرية فارسل الي دمشق شمس الدين
بن محمد بن عبد الملك المقدم ليكون
بها واقر بعلبك علي بهرام شاه بن
فرخشاه المذكور

Damaſci quoque hoc anno deceſſit *Meſoudus*, *Meſoudi* per *Muhammedem* nepos, *Niſabourienſis*, Antiſtes ſectæ *Sjaphæorum*: qui in lucem editus erat anno quinto & quingenteſimo. Hic eſt qui *Kotboddinus* (Axis Religionis) cognominabatur, præſul excellentiſſimus in ſcientiis Religionem ſpectantibus. *Damaſcum* ex urbe patria commigrarat; ubi compoſuit pro

وفيها توفي بدمشق مسعود بن
محمد بن مسعود النيسابوري
الفقيه الشافعي ولد سنة
خمس وخمسماية وهو الملقب
قطب الدين وكان اماما
فاضلا في العلوم الدينية قدم
الي دمشق وصنف عقيدة
للسلطان

Digitized by Google

للسلطان صلاح الدين وكان السلطان يقرا بها اولاده الصغار

pro *Sultano* ſyſtema Fidei, unde ipſe *Saladinus* parvulos ſuos liberos erudiebat.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

ذكر ما ملكه السلطان صلاح الدين من البلاد

Aliæ civitates a Saladino in ditionem redactæ.

ثم دخلت سنة تسع وسبعين وخمسماية وفيها ملك السلطان حصن امد بعد حصار وقتال في العشر الاول من المحرم وسلمها الي نور الدين محمد بن قرا ارسلان بن داود بن سقمان بن ارتق صاحب حصن كيفا ثم سار الي الشام وقصد تل خالد من اعمال حلب وملكها ثم سار الي عينتاب وحصرها وبها ناصر الدين محمد اخو الشيخ اسمعيل الذي كان خازن نور الدين محمود بن زنكي وكان قد سلم نور الدين عينتاب الي اسمعيل المذكور فبقيت معه الي الان فحاصرها السلطان وملكها بتسليم صاحبها اليه فاقره السلطان عليها وبقي في خدمة السلطان ومن جملة امرايه ثم سار السلطان الي حلب وحصرها وبها صاحبها عماد الدين زنكي وطال الحصار عليه وكان قد كثر اقتراحات امراء حلب عليه وقد ضجر من ذلك وكره حلب لذلك فاجاب السلطان الي تسليم حلب علي ان يعوض عنها سنجار ونصيبين والخابور والرقة وسروج واتفقوا علي ذلك وسلم حلب الي السلطان في صفر من هذه السنة فكان ينادون اهل حلب علي عماد الدين المذكور يا حمار بعت حلب بسنجار واشترط السلطان علي عماد الدين المذكور الحضور الي خدمته بنفسه وعسكره اذا استدعاه ولا يحتج بحجة عن ذلك ومن الاتفاقات العجيبة ان محي الدين بن الزكي قاضي دمشق مدح السلطان بقصيدة منها

وفتحكم حلبا بالسيف في صفر
مبشر بفتوح القدس في رجب

فوافق

Quum initium cepiſſet annus nonus & ſeptuageſimus, ſubegit *Sultanus* munitiſſimam urbem *Amidam* acerrime oppugnatam, defenſamque. Id prima decade *Muharremi* accidit. Eam *Nouroddino Muhammedi*, filio *Kara Arſlani*, filii *Davidis*, filii *Sokmani*, filii *Artoki*, Domino caſtri *Chaiphæ* tradidit. Deinde in *Syriam* redux, *Tel-Chalidum* invaſit, ditionis *Halebenſis*, edomuitque. Mox *Ainotabum* aggreditur obſidetque. In ea erat *Naſiroddinus Muhammedes*, frater Præſulis *Iſmaëlis*, qui theſaurarius fuerat *Nouroddini Zenchiadæ*; cuique *Nouroddinus* iſtum locum aſſignarat. Poſſeſſionem illam uſque ad hæc tempora retinuerat; quibus *Sultanus* eam circumſedit, atque Domino dedente in ditionem recepit. Eum tamen in præfectura iſta confirmavit continuavitque, primariis ducibus deinceps *Sultani* annumeratum. Tum denuo *Halebum* incluſa, in qua *Amadoddinus Zenchius* principatum obtinebat. Huic longa obſidione feſſo, ac pertæſo alioquin, ob importunitates *Halebenſium* ducum, regni illius, volenti fuit, *Halebum* habendam tranſmittere *Sultano*, pro *Sinsjara*, *Niſibi*, *Chabora*, *Raoca* & *Seruſjo*. In hoc fœdus initum. Tradita *Halebum Sultano* menſe *Sapharo*, convicium facientibus *Amadoddino* oppidanis, *Heus Aſine*, *Halebum Sinsjara* (*Lac recens oxygala*, ex ambiguo.) *vendidiſti*. Inter conditiones injunctum *Amadoddino*, ut *Sultano* evocanti præſto eſſet, tum ipſe, tum copiæ ejus, abſque ut cauſam ullam prætexere ei liceret, quo minus ſe ſiſteret. Admirabiliter evenit *Muhjoddinum Ibnolzekium*, judicem *Damaſci*, in carmine quo *Sultanum* dilaudabat, & hoc poſuiſſe

Quodque Vos Halebum perdomueritis menſe Sapharo;
Edomandas nobis annunciat Hieroſolymas Resjebo.

Digitized by Google

Nam *Hierosolymorum* expugnatio congruit in *Resjebum* mensem, anno tertio & octogesimo.

Eorum e numero qui ad *Halebum* occubuere, fuit *Tasj-Almoluchus Tourius*, filius *Jobi*, frater *Sultani* natu minimus, vir liberalis & fortis. Genu ei ictum disruptumque mortem attulit.

Quum pax coaluisset, *Amadoddinus Zenchius* convivio apparatissimo frequentissimoque *Sultanum* excepit. Ibi dum genio indulgent, ecce supervenit nonnemo, qui *Sultano* mortem Fratris *Tourii* insusurrat. Gravissimo ictus cordolio, funus apparari summissa eidem voce mandat; absque ut cuiquam convivarum quicquam significaret, ne lætitia ipsorum interturbaretur. Dicere autem solebat *Sultanus*, *Haud sane vili nobis constat Halebum, morte Tourii emtum.* Fuit hoc indicium summæ in *Sultano* firmitudinis ac constantiæ.

Halebo sub ditionem subjuncto, misit *Sultanus* ad *Serchakum*, cui *Haremi* præfecturam commiserat *Almalichus Assalihus*, id castrum sibi dedi postulans. Ultro citroque commearunt litteræ & legationes, sed nihil potuit convenire. Itaque *Serchakus* ad *Francos* scripsit. Sed arcis præsidium, correpto vinctoque homine, *Sultano* se dedidit. Hac deditione constabilitum *Halebense* regnum. Castrum *Azazum Emiro* cuidam *Solimanno Sjundaridæ* est assignatum.

فوافق فتح القدس في رجب سنة ثلث وثمانين وخمسماية

وكان من جملة من قتل علي حلب تاج الملوك توري بن ايوب اخو السلطان الاصغر وكان كريما شجاعا طعن في ركبته فانفلت فمات منها

ولما استقر الصلح عمل عماد الدين زنكي دعوة للسلطان واحتفل فبينما هم في سرورهم اذ جاءهم انسان فاسر الي السلطان بموت اخيه توري فوجد عليه في قلبه وجدا عظيما واسر بتجهيزه ولم يعلم السلطان في ذلك الوقت احدا ممن كان في الدعوة بذلك لبلا يتنكد عليهم ما هم فيه وكان يقول السلطان ما وقعت علينا حلب برخيصة بموت توري وكان هذا من السلطان من الصبر العظيم

ولما ملك السلطان حلب ارسل الي حارم وبها سرخك الذي ولاه الملك الصالح في تسليم حارم وجرت بينهما مراسلات فلم ينتظم بينهما حال وكاتب سرخك الفرنج فوثب عليه اهل القلعة وقبضوا عليه وسلموا حارم الي السلطان فتسلمها وقرر امر حلب وبلادها واقطع اعزاز امبرا يقال له سليمان بن جندر

CAPUT DUODECIMUM NONUM.

Alii notabiles eventus.

ذكر غير ذلك من الحوادث

HOc anno *Ezzoddinus Mesoudus*, *Mosulæ* princeps, vicario suo *Mosjahidoddino Kaimazo* manus injecit.

Quum autem *Sultanus* rem *Halebensem* ordinasset, præposuit ei natum suum *Almalichum Addahirum Gazium*, atque *Damascum* repetiit. Inde, expeditione sacra adornata, *Jordanem* trajecit nono *Sjumadæ* posterioris, atque *Baisanum* invasit & exussit; infesta arma per tractus illos late circumferens. *Caracham* deinceps aggressurus, *Almalicho Aladilo*, *Ægypti* Gubernatori, ibidem præsto adesse edicit. Eorum conjunctis viribus castrum illud qua-

في هذه السنة قبض عز الدين مسعود صاحب الموصل علي نايبه مجاهد الدين قيماز

لما فرغ السلطان من تقرير امر حلب جعل فيها ولده الملك الظاهر غازي وسار الي دمشق وتجهز منها للغزو فعبر نهر الاردن تاسع جمادي الاخرة فاغار علي بيسان وحرقها وشن الغارات علي تلك النواحي ثم تجهز السلطان الي الكرك وارسل الي نايبه بمصر وهو اخوه الملك العادل ان يلاقيه الي الكرك فسار واجتمعا

Digitized by Google

واجتمعا عليها وحصر الكرك وضيق عليها ثم رحل عنها في منتصف شعبان وسار معه اخوه وارسل السلطان ابن اخيه الملك المظفر تقي الدين عمر الي مصر فاقيما عنده موضع الملك العادل ووصل السلطان الي دمشق واعطا اخاه ابابكر العادل مدينة حلب وقلعتها واعمالها وسيره اليها في شهر رمضان من هذه السنة واحضر ولده الظاهر منها الي دمشق

وفي هذه السنة في اواخرها توفي شاهرمن سكمان بن طبير الدين ابرهيم بن سكمان القطبي صاحب خلاط وقد تقدم ذكر ملك شاهرمن المذكور في سنة احدي وعشرين وخمسماية وكان عمر سكمان لما توفي اربعا وستين سنة ولما مات سكمان كان بكتمر مملوك ابيه بميافارقين فلما سمع بكتمر بموته سار من ميافارقين ووصل الي خلاط وكان اكثر اهلها ومماليك شاهرمن متفقين معه واول وصوله استولي علي خلاط وتملكها وجلس علي كرسي شاهرمن واستقر في مملكة خلاط حتي قتل في سنة تسع وثمانين وخمسماية حسبما نذكره ان شاء الله تعالي

quatitur, in arctumque redigitur. Solvitur tamen obsidio medio *Sjabano*. *Sultanus*, comitante Fratre, *Damascum* revehitur, Fratris filio *Tacoddino Omaro* permissa *Ægypti* præfectura: Fratri *Abu-Becro Aladilo* urbem *Halebensem* cum arce, universaque adeo ditione, commisit. Dimissus est illuc mense *Ramadano* hujus anni, atque *Addahirus* inde *Damascum* revocatus.

In exitu quum esset hic annus, finitus est *Sjaharmenus Socmanus* filius *Tabiroddini Ibrahimi*, filii *Socmani Kotbensis*, Princeps *Chalatæ*, cujus *Sjaharmeni* regnum supra commemoratum est ad annum primum & vicesimum hujus seculi. Ætatis annum quartum & sexagesimum implerat *Socmanus*, quum excessit. Tunc temporis *Myapharekinam* tenebat *Mamlouchus* Patris ejus, *Buchtimerus* dictus, qui morte ejus accepta, *Myapharekina Chalatam* properavit; ubi plurima pars populi, *Mamluccique Sjaharmeni* cum ipso faciebant. Statim itaque atque accessit, *Chalata* potitus est, regalique in solio *Sjaharmeni* consedit. Firmum obtinuit imperium istud, donec anno nono & octogesimo fuit obtruncatus, quemadmodum, Deo volente, infra reddetur.

CAPUT VIGESIMUM.

ذكر حصر السلطان الكرك

ثم دخلت سنة ثمانين وخمسماية وفيها في ربيع الاخر سار السلطان من دمشق للغزاة وكتب الي مصر فسارت عساكرها اليه ونازل الكرك وحصره وضيق علي من به وملك ربض الكرك وبقيت القلعة وليس بينهما وبين الربض غير خندق حسب وقصد السلطان طمه فلم يقدر لكثرة المقاتلة فجمعت الفرنج فارسها ورجلها وقصدوه ولم يمكن السلطان الا الرحيل ورحل عن الكرك وسار اليهم فاقاموا في اماكن وعرة واقام السلطان قبالتهم وسار من الفرنج جماعة ودخلوا الكرك

Expeditio adversus Caracham.

Init annus octogesimus seculi, cujus *Rabia* posteriore *Damasco* eduxit *Sultanus*, ad bellum sacrum urgendum; evocatis etiam *Ægyptiacis* copiis. Ad *Caracham* admotis castris, arctissime eam inclusit, atque inferiorem quidem urbem occupavit: sed arx defensionem obstinabat. Modica tantum fossa inter aream & suburbium intercedebat, quam quum opplere satageret *Sultanus*, haud valuit, ob multitudinem propugnatorum. Quum interea temporis *Franci* simul equitem, simul peditem contraxissent, non potuit non *Caracha* absistere *Sultanus*, ad eosque contendere. Hostes confragosis se locis tenent. His quum opposita teneret castra, *Franci* bene multi *Caracham* intromissi sunt: unde despera-

ta expugnatione *Napluſam* (*Neapolin*) retro conceſſit, tractusque illos perpopulatus eſt, caedendo, in captivitatemque ac vincula abſtrahendo ingentem multitudinem. Inde *Sebaſtiam* adortus eſt, ubi *Martyrium* eſt *Zachariæ* vatis. Vinculis ibi exemti captivi *Muſulmanni*. *Sjibnynum* deinde tetendit: protenuſque *Damaſcum* ſe retulit.

الكرك فعلم بامتناعه عليه وسار الي نابلس ونهب ما بتلك النواحي وقتل واسر وسبي فاكثر ثم نزل الي سبصطية وبها مشهد ذكريا عليه السلام فاستنقذ ما بها من اسري المسلمين ثم سار الي جبنين ثم عاد الي دمشق

Hoc anno diem clauſit ſummus Antiſtes *Sadroddinus Abdolrahymus*, filius *Iſmaelis*, filii *Abi-Saydi Ahmedis*. A parte *Chalyphæ* legatus acceſſerat ad *Sultanum*, comite *Sjehaboddino Basjyro*, ut paccm inter ipſum & *Ezzoddinum Meſoudum*, *Moſulæ* principem, conciliaret. Sed concordia coire non potuit. Contigit autem, ut ambo *Damaſci* in morbum implicati, *Irakam* diſcedere cuperent. Profecti ſunt æſtu cum maxime flagrante, & *Basjyrus* quidem *Sachnæ*, *Sadroddinus* autem, primarius Antiſtes, *Rahabæ* exſpiravit, tumulatus in *Martyrio Albouki*. Phoenix fuit ſui ævi, qui principatum in Eccleſiaſticis ſimul & Politicis tenuit.

وفي هذه السنة توفي شيخ الشيوخ صدر الدين عبد الرحيم بن اسمعيل بن ابي سعيد احمد وكان قد سار من عند الخليفة الي السلطان في رسالة ومعه شهاب الدين بشير ليصلح بين صلاح الدين وبين عز الدين مسعود صاحب الموصل فلم ينتظم حال واتفق انهما مرضا بدمشق وطلبا المسير الي العراق وسارا في الحر ومات بشبر في السخنة ومات صدر الدين شيخ الشيوخ بالرحبة ودفن بمشهد البوق وكان اوحد زمانه قد جمع بين رياسة الدين والدنيا

Menſe *Muharremo* hujus anni e vinculis laxavit *Ezzoddinus Meſoudus*, *Moſulæ* princeps, *Mosjahidoddinum Kaimazum*, eumque benigne tractavit.

وفيها في المحرم اطلق عز الدين مسعود صاحب الموصل مجاهد الدين قيماز من الحبس واحسن اليه

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Moſula obſidetur a Sultano Saladino.

ذكر حصار السلطان صلاح الدين الموصل

INitium capit annus primus & octogeſimus: quo *Moſulam* altera vice aggreſſus eſt obſidione *Sultanus*. Ad eum ſummittit *Ezzoddinus* Genetricem, Filiamque item patrui *Noureddini Zenchiadæ*, aliaſque mulieres, turba circumſtipatas, quæ *Moſulam* ceteraſque, quas adhuc tenerent, terras ut relinqueret flagitarent. Quum repulſam tuliſſent, improbarunt id homines in *Saladino*, præſertim quia inter eas fuerat Filia *Nouroddini*. Dum interea obſidium *Moſulæ* urgeretur, arctæque res fierent, *Rabia* poſteriore hujus anni *Sjah-Armenum Chalatæ* Dominum deceſſiſſe affertur. Illuc *Moſula* relicta properavit, quod *Chalatenſes* ipſum ad regnum vocarent.

ثم دخلت سنة احدي وثمانين وخمسماية وفيها حصر السلطان الموصل وهو حصاره الثاني فارسل اليه عز الدين والدته وابنة عمه نور الدين بن زنكي وغيرهما من النساء وجماعة يطلبون منه ترك الموصل وما بايديهم فردهم واستقبح الناس ذلك من صلاح الدين لا سيما وفيهن بنت نور الدين وحاصر الموصل وضايقها وبلغه وفاة شاه ارمن صاحب خلاط في ربيع الاخر من هذه السنة فسار من الموصل الي جهة اخلاط باستدعا اهلها لبملكها

Hoc

وفي

وفي هذه السنة توفي نور الدين محمد بن قرا ارسلان بن داود صاحب الحصن كيفا وامد وملك بعده ولده سقمان ولقبه قطب الدين وكان صغيرا فقام بتدبيره القوام بن سباقا الاشعردي وحضر سقمان الي السلطان وهو نازل علي ميافارقين فاقره علي ما كان بيد والده واقام معه اميرا من اصحاب السقمان المذكور

Hoc anno obiit *Nouroddinus Muhammedes Kara-Arſlanides*, princeps caſtri *Chaiphæ*, *Amidæque*. Ei in principatu ſucceſſit filius *Sokmanus*, cui *Kotboddino* inditum cognomentum. Minorennem adhuc gubernabat *Kawamus* filius *Samakæ*, *Asjardienſis*. Delato ad ſe, dum *Myapharekinam* obſidebat, *Socmano* confirmat *Sultanus* poſſeſſiones paternas, addito Ei *Emiro* quodam ex ipſius comitatu.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

ذكر ملك السلطان صلاح الدين ميافارقين

Saladinus Myapharekinam in ditionem redigit.

لما رحل السلطان عن الموصل جعل طريقه علي ميافارقين وكانت لصاحب ماردين الذي توفي وفيها من يحفظها من جهة شاه ارمن صاحب اخلاط المتوفي فحاصرها السلطان وملكها في سابع جمادي الاولي ثم ان السلطان رجع عن قصد اخلاط الي الموصل فجاءه رسل عز الدين مسعود يسال الصلح واتفق حينئذ ان السلطان مرض وسار من كفر زمار عايدا الي حران فاحقته رسل صاحب الموصل بالاجابة الي ما طلب وهو ان يسلم صاحب الموصل الي السلطان شهرزور وامالها وولاية الغرابلي وجميع ما وراء الزاب وان يخطب للسلطان صلاح الدين علي جميع منابر الموصل وما بيده وان يضرب اسمه علي الدراهم والدنانير وتسلم السلطان ذلك واستقر الصلح وامنت البلاد ووصل السلطان الي حران واقام بها مريضا واشتد به المرض حتي اسوا منه ثم انه عوفي وعاد الي دمشق سنة اثنين وثمانين في المحرم ولما اشتد مرض السلطان سار ابن عمه محمد بن شيركوه بن شادي صاحب حمص الي حمص وكاتب بعض اكابر دمشق في ان سلموا اليه دمشق اذا مات السلطان

في هذه السنة ليلة عيد الاضحي شرب بحمص

QUum *Moſula* abſceſſiſſet *Sultanus*, ad *Myapharekinam* inflexerat iter. Illa ad principem *Merdini* pertinuerat, nuper fatis functum. Nunc eam defuncti item *Sjah-Armeni* præfectus obtinebat. Hanc *Sultanus* circumſeſſam perdomuit ipſo *Sjumadæ* prioris exitu. Miſſa deinde expeditione *Chalatenſi*, *Moſulam* repetiit. Advenere tum oratores *Ezzoddini Meſoudi*, pacem expetentis. Forte fortuna tunc temporis ægrotabat *Sultanus*, atque a *Chapher-Zimaro* ſeſe *Charras* referebat. Huc legati *Moſulenſes* ſe contulere, ſubſcripturi iis quæ a principe ipſorum poſtulabantur: ſcilicet ut *Sjahrezourum* reſtitueret *Sultano*, cum jurisdictionibus: nec non præfecturam *Karabalenſem*, & quicquid ultra *Zabum* eſſet: item, ut pro *Sultano Saladino* ſuper omnibus ſuggeſtis ditionis *Moſuliticæ* oraretur, utque monetæ ejuſdem nomine inſignirentur. Hiſce acquievit *Sultanus*, firmataque mox pace regiones conquievere. *Charras* interim devehitur, ibique ſubſiſtit æger, eo uſque invaleſcente morbo, ut deſperatum de eo fuerit. Sanitati divinitus reſtitutus, anno ſecundo & octogeſimo, menſe *Muharremo*, redux factus eſt *Damaſcum*. Quum autem exaſperatus eſſet *Sultani* morbus, *Muhammedes* patruelis ejus, filius *Sjyrchouhi*, filii *Sjadi*, princeps *Emiſſanus*, ſe *Emiſſam* ſubduxerat, atque proceres quoſdam *Damaſcenos* literis ſollicitarat, ut ſibi *Damaſcum* traderent, ſtatim atque *Sultanus* expiraſſet.

Nocte *feſti Oblationis Meccanæ* deinde

Digitized by Google

epulum celebravit *Naſiroddinus Muhammedes*, filius *Sjyrcouhi*, *Sjadiades*, *Emeſſæ*, poſteroque mane mortuus inventus eſt. Fama ferebat *Sultanum* ſubornaſſe, qui venenum ei miſceret, quod de literis illis ad *Damaſcenos*, quum decumberet, ſcriptis reſciviſſet. Eo extincto *Emiſſanam* reliquamque poſſeſſionem, Filio ipſius *Sjyrchouho* adfirmavit *Sultanus*, duodecim admodum annos nato. Reliquerat princeps *Emiſſæ* ingentem modum qua jumentorum, qua ſupellectilium, aliarumque rerum. Ea luſtravit *Sultanus*, quum *Charris* revertens *Emiſſam* deſcendiſſet; & pleraque abſtulit, relictis tantum vilioribus ſcrutis.

بحمص صاحبها ناصر الدين محمد بن شيركوه بن شادي فاصبح ميتا قبل ان السلطان هو الذي دس عليه من سقاه سما لما بلغه مكاتبته اهل دمشق في مرضه ولما مات اقر السلطان حمص وما كان بيده علي ولده شيركوه بن محمد وهو اثنتي عشر سنة وخلف صاحب حمص شيا كثيرا من الدواب والالات وغيرها فاستعرضها السلطان عند نزوله بحمص في عوده من حران واخذ اكثرها ولم يترك الا ما لا خير فيه

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Almalichus Aladilus amovetur Halebo: & Almalichus Alaphdalus filius Sultani ex Ægypto Damaſcum transfertur.

ذكر نقل الملك العادل من حلب واخراج الملك الافضل بن السلطان من مصر الي دمشق

SEquitur annus ſecundus & octogeſimus. Eo *Sultanus* filium ſuum *Almalichum Alaphdalum* ad ſe ex *Ægypto* evocavit, eique *Damaſcum* attribuit. Anſam dederat, quod *Almalichus Almodafferus Taceddinus Omarus*, filius fratris *Sultani*, patrui in *Ægypto* proregem agens, & apud ſe habens *Almalichum Alaphdalum*, literas exaraſſet, quibus de *Alaphdalo* conquerebatur, negans ſe tributa poſſe cogere, quod quum quem duci juberet, plectique, qui tributum non exſolviſſet, *Alaphdalus* ipſum relaxaret. *Sultanus* Filium quidem ex *Ægypto* revocavit, aſſignavitque ei *Damaſcum*: ſed adverſus *Taceddinum* ſubulceratus fuit ejus animus, quod ſuſpicaretur ideo gnatum ſuum ex *Ægypto* fuiſſe amotum ab ipſo, ut regnum Ægyptiacum, ſi humanitus quid *Sultano* accidiſſet, ſibi vindicaret. Arceſſivit deinde Fratrem *Aladilum Halebo*, eique commiſit gnatum ſuum *Alazizum Othmanum*, futurum *Ægypti* proregem; indeque *Taceddinum* ad ſe revocavit. Proditur eum tergiverſatum fuiſſe, quo minus ſe ſiſteret; deſtinatumque habuiſſe ſe conferre ad *Mamlaccum* ſuum *Karakousjum*, qui *Africæ* provincias quaſdam,

ثم دخلت سنة اثنين وثمانين وخمسمائة وفيها احضر السلطان ولده الملك الافضل من مصر واقطعه دمشق وسببه ان الملك المظفر تقي الدين عمر بن اخي السلطان كان نايبا عنه بمصر وكان معه الملك الافضل فارسل تقي الدين يشتكي من الافضل انني لا اتمكن من استخراج الخراج فانني اذا احضرت من عليه الخراج ولردت عقوبته يطلقه الملك الافضل فارسل السلطان اخرج ابنه الافضل من مصر واقطعه دمشق وتغير السلطان علي تقي الدين في الباطن فانه ظن انما اخرج ولده من مصر لتتملك مصر اذا مات السلطان ثم احضر اخاه العادل من حلب وجعل معه ولده العزيز عثمان بن السلطان نايبا عنه بمصر واستدعي تقي الدين من مصر وقبل توقف عن الحضور وقصد الالتحاق بمملوكه قراقوش المستولي علي بعض بلاد افريقية وبرقة من المغرب وبلغ السلطان ذلك فساءه وارسل يستدعي تقي الدين فيلاطفه

ويلاطفه فحضر اليه ولما حضر تقي الدين السلطان زاده علي حماة منبج والمعرة وكفرطاب وميافارقين وجبل جور بجميع اعمالها واستقر العادل والعزيز عثمان في مصر ولما اخذ السلطان حلب من اخيه العادل اقطعه عوضه حران والرها

dam, & *Barcam* Occidentis subjugarat. Id sollicitum anxiumque habuit *Sultanum*, qui blanditiis propterea usus, *Tacoddinum* ad se elicuit ac pertraxit; eique super *Hamatam* contribuit *Manbesjum*, *Maarram*, *Caphartabum*, *Myapharekinam*, & montana *Sjauri*, cum omnibus territoriis eorum. *Aladilus* & *Alazizus* stabilem in *Ægypto* sedem obtinuere. Pro adempta *Halebo* etiam attributæ sunt *Aladilo Charræ* atque *Edessa*.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

ذكر وفاة البهلوان وملك اخيه قزل

Mors Pehlewani: regnumque Fratris ejus Kozuli.

وفي هذه السنة في اولها توفي البهلوان محمد بن الدكز صاحب بلاد الجبل وهمذان والري واصفهان واذربيجان والرانية وغيرها من البلاد وكان عادلا حسن السيرة وملك البلاد بعده اخوه قزل ارسلان امه عثمان وكان السلطان طغريل بن ارسلان بن طغريل بن محمد بن ملكشاه السلجوقي مع البهلوان وله خطبة في بلاده وليس له من الامر شي فلما مات البهلوان خرج طغريل عن حكم قزل وكثر جمعه واستولي علي بعض البلاد وجرت بينه وبين قزل حروب

HOc anno ineunte extinctus est *Pehlewanus*, *Muhammedes* filius *Ildeczi*, Dominus *Parthiæ*, *Hamadani*, *Raiæ*, *Ispahani*, *Adserbeisjanæ*, *Araniæ*, aliarumque provinciarum. Justum egregiumque gessit principem. Regnorum hæreditatem crevit Frater ejus *Kozulus Arslanus*, cui *Othmano* nomen. Jam vero *Sultanus Togrylus*, filius *Arslani*, filii *Togryli*, filii *Muhammedis*, filii *Melicsjahi Selsjukidæ*, ita fuerat apud *Pehlewanum*, ut pro eo quidem in hisce suis regionibus publice oraretur, sed de cetero nihil plane haberet auctoritatis. Mortuo autem *Pehlewano*, se arbitrio *Kozuli* subtraxit *Togrylus*, contractisque copiis, provincias quasdam occupavit: unde bella inter ipsum & *Kozulum* bellata.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

ذكر غير ذلك من الحوادث

Alia Memorabilia.

في هذه السنة غدر البرنس صاحب الكرك واخذ قافلة عظيمة من المسلمين واسرهم فارسل السلطان يطلب منه اطلاقهم بحكم الهدنة التي كانت بينهم علي ذلك فلم يفعل فندر (نذر) السلطان انه ان ظفره الله به قتله بيده

HOc anno perfidiæ se adstrinxit *Princeps*, Dominus *Carachæ*, magnamque viatorum *Muſulmannorum* catervam oppressit, atque in vincula abstraxit. Misit *Sultanus* legationem; eosque relaxari postulavit pactatum fide induciarum. Nil impetratum. Vovit itaque *Sultanus* se hominem suamet manu obtruncaturum, si ejus potiri contigisset.

Digitized by Google

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Sacræ Sultani expeditiones Victoriæque.

ذكر غزوات السلطان وفتوحاته

SUccedit annus tertius & octogesimus seculi, quo *Sultanus*, collectis exercitibus, cum parte copiarum *Caracham* inclusum ivit, de peregrinatoribus sacris sollicitus, ne quid in eos malæ fraudis moliretur castri illius Dominus. Partem aliam cum gnato *Almalicho Alaphdalo* emisit, ad *Accæ* (*Ptolemaidis*) terras, tractusque omnes illos incursandos. Ingens inde avecta præda est. Ad *Taberriam* (*Tiberiadem*) deinde castra transtulit *Sultanus*, obsidioneque cinctam mox vi & gladio expugnavit urbem. Arx restitit. Ad *Tripolitanum Comitem* pertinebat *Tiberias*, qui pactis cum *Sultano* induciis, imperata se obedienter facturum promiserat. Ad Comitem illum allegaverunt *Franci* sacerdotes & patriarcham, ut ipsum a foedere cum *Sultano* deterrerent, eumque propterea objurgitarent. Itaque cum iis denuo arma consociat, contractis undique in unum, ad aciem cum *Sultano* conserendam.

ثم دخلت سنة ثلث وثمانين وخمسماية وفيها جمع السلطان العساكر وسار بفرقة من العسكر وضايق الكرك خوفا علي الحجاج من صاحب الكرك وارسل فرقة اخري مع ولده الملك الافضل فاغار علي بلاد عكا وتلك الناحية وغنموا شيا كثيرا ثم سار السلطان ونزل علي طبرية وحصر مدينتها وفتحها عنوة بالسيف وتاخرت القلعة وكانت طبرية للقومص صاحب طرابلس وكان قد هادن السلطان ودخل في طاعته فارسلت الفرنج الي القومص المذكور القسوس والبطرك ينهونه عن موافقة السلطان ويوبخونه فصار معهم واجتمع الفرنج للتقا السلطان

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Prælium Hittinense: magnum illud, quo Regnum Hierosolymitanum fractum est & subactum.

ذكر وقعة حطين وهي الوقعة العظيمة التي فتح الله تع بها الساحل وبيت المقدس

TIberiade per *Sultanum* occupata, *Franci* cum Regibus suis, equitatuque ac peditatu undique congregato, vadunt adversus *Sultanum*. Ille vicissim *Tiberiade* movens, in ipsos tendit, die *Sabbati*, quinque adhuc diebus in *Rabia* posteriore reliquis. Colliduntur exercitus ambo; & atrocissima pugnatur pugna. Quum autem *Comes* rerum cerneret molem, in primam *Musulmannorum* aciem sese invexit. Curabat ibi *Tacoddinus Hamatæ* princeps, qui laxatis ordinibus excepit circumclusitque ruentes. *Comes* elapsus est, *Tripolimque* delatus, ubi post exiguum temporis spatium furore absumtus est.

ولما اخذ السلطان مدينة طبرية اجتمعت الفرنج في ملوكهم بفارسهم وراجلهم وساروا الي السلطان فركب السلطان من عند طبرية وسار اليهم يوم السبت لخمس بقين من ربيع الاخر والتقي الجمعان واشتد بينهم القتال ولما راي القومص شدة الامر حمل علي قدامة المسلمين وهناك تقي الدين صاحب حماة فافرج له وعطف عليهم ونجا القومص ووصل الي طرابلس وبقي مدة يسيرة ومات غبنا ونصر الله تعالي المسلمين واحدقوا بالفرنج من كل ناحية

Digitized by Google

est. *Muſulmannis* victoria divinitus adfulſit, qui tanquam indagine clauſos ab omni latere *Francos* deleverunt, cædendo vinciendoque. E numero captivorum Magnus Rex *Françorum*, princepſque *Arnaldus*, *Carachæ* Dominus: item *Hobeilæ* Dominus, & filius *Hunfredi*; nec non *Magiſter Templariorum*; & turba *Hoſpitalariorum*. Nunquam *Francos*, ex quo *Syriam* aggreſſi ſunt, anno quadringenteſimo nonageſimo primo, tanta clades adflixit.

Peremto prælio, in Prætorio ſuo conſedit *Sultanus*, atque ad ſe adduci juſſit Regem *Francorum*; a dextraque ſibi aſſidere, æſtu ac ſiti ferme enectum. Ei bibendum obtulit nivatum poculum, quod Rex *Francus* principi *Arnaldo*, *Carachæ* Domino, propinavit. Tum *Sultanus*, *Maledictus hicce*, inquit, *haud meo bibit permiſſu*, *quod ſecuritatem ipſi vitæ præſtaret*. Converſus deinde ad *Principem Sultanus*, ipſum increpat laceratque ob perfidiam, quodque *duo Sacroſancta Loca* impetiviſſet. Mox conſurgens ſua ipſi manu cervices ferit. *Contremuere* ad ictum *ſcapulæ* Regis, cujus *cor pavore æſtuans ſedavit*.

Regreſſus deinde *Tiberiadem*, arcem, fide data, in deditionem accepit. Mox *Accam* (*Ptolemaidem*) obſidione quatit, in fidemque recepit. Inde Fratri *Aladilo* diem edixit ad *Masjdaljabam*, quam vi & gladio expugnavit. Diviſi tum exercitus, quorum pars *Nazaretham*, *Cæſaream*, *Haipham*, *Sephorimque*, nec non *Maälitham*, *Phoulam*, aliaſque civitates vicinas *Ptolemaidi*, gladio perdomuit, prædando, cædendo, in vincula ducendo, loca illa perſultans. Pars miſſa *Neapolin*, qui arcem ejus, ſecuritate vitæ promiſſa, ſubegerunt. *Aladilus* poſt expugnatam *Masjdaljabam* pertendit *Jaffam*, quam vi & armis quoque occupavit. *Sultanus Tebninum* proceſſit, dataque fide recepit. Inde *Seidam*, (*Sidonem*) transgreſſus eſt, deſertam a ſuo principe; quam eopſe quo acceſſit momento in deditionem accepit, viceſimo *Sjumadæ* prioris. *Berytum* porro tetendit, quæ per octo dies circumſeſſa in ditionem conceſſit, fide accepta. Erat inter captivos *Hobeilæ* princeps. Is oppidum ſuum ſe dediturum eſſe promiſit, ſi libero plane ac ſoluto exire daretur. Conditio accepta eſt. Illaudatus fuit illius rei exi-

ناحية وابادوهم قتلا واسري وكان من
جملة من اسر ملك الفرنج الكبير
والبرنس ارناط صاحب الكرك وصاحب
حبيل وابن الهنفري ومقدم الداوية
وجماعة من الاسبتارية وما اصيب
الفرنج منذ خرجوا الي الشام
وهي سنة احدي وتسعين واربع
مائة الي الان بمصيبة مثل هذا
الوقعة

ولما انقضي المصاف جلس السلطان
في خيمته واحضر ملك الفرنج واجلسه
الي جانبه وكان الحر والعطش به شديدا
فسقاه السلطان ماء مثلوجا فسقا ملك
الفرنج منه البرنس ارناط صاحب
الكرك فقال له السلطان هذا
الملعون لم يشرب الماء باذني فيكون
امانا له ثم كلم السلطان البرنس ووبخه
وقرعه علي غدره وقصده الحرمين
الشريفين وقام السلطان بنفسه فضربه
عنقه فارتعد فرايص ملك الفرنج
فسكن جاشه

ثم عاد السلطان الي طبرية وفتح
قلعتها بالامان ثم سار الي عكا وحاصرها
وفتحها بالامان ثم ارسل الي اخية
العادل فنازل مجدالبابا ففتحه عنوة
بالسيف ثم فرق السلطان عسكره ففتحوا
الناصرة وقيسارية وهيفا وصفورية ومعلثا
والغولة وغيرها من البلاد المجاورة لعكا
بالسيف وغنموا وقتلوا واسروا اهل هذه
الاماكن وارسل فرقة الي نابلس فملكوا
قلعتها بالامان ثم سار الملك العادل بعد
فتح مجدالبابا الي يافا وفتحها عنوة
بالسيف ثم سار السلطان الي تبنين
ففتحها بالامان ثم سار الي الصبيبة
فاخلاها صاحبها وتسلمها السلطان ساعة
وصوله لتسع بقين من جمادي الاولي من
هذه السنة ثم سار الي بيروت فحصرها
وتسلمها في السابع والعشرين من جمادي
الاولي بالامان وكان حصرها مدة ثمانية
ايام وكان صاحب حبيل من جملة الاسري
فبذل حبيل بان سلمها ويطلق سراحه
فاجيب الي ذلك وكان صاحب حبيل من
اعظم

exitus, quod & dignitate inter ſuos, & odio adverſus *Muſulmannos*, per eſſet inſignis. *Sultanus* tradita ſibi *Hobeila* illum relaxavit. Hoc anno *Ptolemaidem* advectus eſt navi *Marchio*, quum jam *Muſulmannorum* eſſet. Id ille ignorabat. Ibi quum ventus ei forte fortuna reflaſſet, *Almalichum Alaphdalum*, qui in illa urbe tum aderat, aliud ex alio poſtulando, impetrandoque, tam diu detinuit, donec aura iterum adflaſſet; quando *Marchio* vela *Tyrum* verſus dedit. A *Tyriis*, in adventum ejus effuſis, urbis obtinet imperium. Ille caſus, ut & relaxatio *Francorum*, quorum civitates *Sultanus* fide in ditionem acceperat, quoſque *Tyrum* deducendos curarat, e præcipuis fuit cauſis calamitatis poſtmodum importatæ, qua, *Ptolemaide* ſubacta, iterum convaluere *Franci*.

Aſcalonem poſt hæc regreſſus *Sultanus*, dies quatuor & decem obſidione preſſit, eamque, *Sjumada* poſteriore exſpirante, fide in deditionem recepit. Tum ſparſæ paſſim copiæ *Ramlam*, *Daroumum*, *Gazam*, *Bethlehemum*, *Bet-Gabrielem*, *Netrounum* aliaque loca expugnant. Poſt quæ *Sultanus* urbi ſanctæ caſtra admovit, in qua *Nazaræorum* erat numerus omnem calculum ſupergreſſus. Mœnia a cunicularibus ſuffoſſa quatiuntur. Fervet cum maxime oppugnatio. Murus quaquaverſum ſubrutus ac ſuſpenſus, ruinam minatur univerſam. Ibi tum *Franci* in fidem ac deditionem venire expetunt. Abnuit *Sultanus*, non aliter quam gladio ſe urbem occupaturum dictitans, quemadmodum *Franci* eam a *Muſulmannis* occupaſſent. Illi denuo ſecuritatem ſibi concedi enixius inſtant, inſinuantque quanta ſint multitudine, quæ ſi deſperarit ſalutem, vel ad occidionem uſque depugnatura ſit. Annuere tum *Sultanus* ea conditione, ut decem perſolveret aureos quicquid eſſet virorum, mulieres quinque, parvuli duos: qui redimere ſe non poſſet, vincula ſubiret. Acquietum conditioni. Civitas die *Veneris*, decimo ſeptimo *Resjebi*, deditur; qui ingenti feſtivitate concelebratus fuit. Signa *Iſlamitica* in mœnibus erecta vibrant. Diſpoſiti ad portas qui tributum impoſitum exigerent: ſed parum admodum, fraude collectorum, inde redactum.

Stabat autem in culmine Templi *Aſſachra*, *Lapidis Sacri*, Crux inaurata. Eſcen-

اعظم الفرنج واشدهم عداوة للمسلمين ولم
تك عاقبة اطلاقه حميدة وارسل السلطان
وتسلم حبيل واطلقه وفيها حضر المركيس
في سفينة الي عكا وهي للمسلمين ولم يعلم
المركيس بذلك واتفق هجوم الهواء فراسل
المركيس الملك الافضل وهو بعكا
يقترح امرا بعد امر والملك الافضل
يجيب الي ذلك المركيس الي ان هب
الهوا فاقلع المركيس الي صور واجتمعوا
عليه الفرنج الذين بها وملك صورا
وكان وصول المركيس الي صور واطلاق
الفرنج الذين اخذ السلطان بلادهم
بالامان ويحملهم الي صور من اعظم
اسباب الضرر التي حصلت حتي
راحت عكا وقوي الفرنج بذلك

ثم سار السلطان الي عسقلان وحاصرها
لربعة عشر يوما وتسلمها بالامان سلخ
جمادي الاخرة ثم بث السلطان عسكره
ففتحوا الرملة والداروم وغزة وبيت لحم
وبيت جبريل والنطرون وغير ذلك ثم سار
السلطان ونازل القدس وبه من النصاري
عدد يفوت الحصر وضايق السلطان الصور
بالنقابين وانشتد القتال وعلقوا السور
وطلب الفرنج الامان فلم يجبهم السلطان
الي ذلك وقال لا اخذها الا بالسيف مثل
ما اخذها الفرنج من المسلمين فعاودوه في
الامان وعرفوه ما هم عليه من الكثرة وانهم
ان اسوا منه من الامان قاتلوا خلاف ذلك
فاجابهم السلطان اليه بشرط ان يودي كل
من بها عشرة دنانير عشرة دنانير من
الرجال ويودي النسا خمسة خمسة ويودوا
عن كل طفل دينارين واي من عجز عن
الاداء كان اسير فاجيب الي ذلك وسلمت
المدينة يوم الجمعة في السابع والعشر
من رجب وكان يوما مشهودا ورفعت
الاعلام الاسلامية علي اسوار المدينة
ورتب السلطان علي ابواب البلد
من يقبض منهم المال المذكور فكان
المرتبون في ذلك فلم يحملوا الا
القليل

وكان علي راس قبة الصخرة صليب
مذهب وتسلق المسلمون وقلعوه فسمع لذلك
ضجة

ضجة لم يعهد مثلها من المسلمين للفرنج بالتعجب والتوجع وكان الفرنج قد عملوا في غربي الجامع الاقصي نهرا ومستراحا فامر السلطان بازالة ذلك واعادة الجامع علي ما كان عليه وكان نور الدين محمود بن زنكي قد عمل منبرا بحلب قد تعب عليه مدة وقال هذا لاجل القدس فارسل السلطان احضر المنبر من حلب وجعله في الجامع الاقصي واقام السلطان بعد فتوح القدس بظاهره الي الخامس والعشرين من شعبان يرتب امور البلد واحواله وتقدم بعمل الربط والمدارس الشفعوية

Escendere illuc *Muſulmanni*, eamque revulſere. Tum vero is auditus ejulatus eſt, cui parem numquam noſtri e *Francis* percepere, tantus eum dolor, tanta exaſperarat acerbitas. In occidentali latere Baſilicæ *Alakſa* effecerant *Franci* cloacam & latrinam. Hanc removeri juſſit *Sultanus*, Templumque illud in priſtinum reſtituit honorem. *Noureddinus Mahmoudus Zenchiades* ſuggeſtum fabricaverat *Halebi*, in quo diu elaborarat, id *Hieroſolymis* a ſe deſtinari dictitans. Hoc ſuggeſtum *Halebo* advectum, atque in Baſilica *Alakſa* collocatum. *Sultanus* poſt expugnationem Urbis ad diem quintum & viceſimum *Sjabani* extra eam ſtativa tenuit, rem ejus omnem ſtatumque ordinans: mandanſque ut Collegia & Gymnaſia *Sjafæorum* doctrinæ dicata ibi inſtituerentur.

ثم رحل السلطان الي عكا ورحل منها الي صور وصاحبها المركيس قد حصنها بالرجال وحفر خندقها ونزل السلطان علي صور تاسع شهر رمضان وحاصرها وضايقها وطلب الاصطول فوصل اليه في عشرة شوال فاتفق ان الفرنج كبسوهم في الشواني واخذوا خمسة شوان ولم يسلم من المسلمين الا من سبح ونجا واخذ الباقون وطال الحصار عليها فرحل السلطان عنها في اخر شوال اول كانون الاول واقام بعكا واعطا العساكر الدستور فسار كل واحد الي بلده وبقي السلطان بعكا في حلقته وارسل الي هونين (هونين) وفتحها بالامان

Inde *Ptolemaidem* revectus, *Tyrum* caſtra promovit: quam princeps ejus *Marchio* probe viris muniverat, præducta quoque foſſa. *Tyrum* adortus eſt *Sultanus* nono menſis *Ramadani*, eamque arctiſſima preſſit obſidione: advocata quoque claſſe, quæ decem majoris formæ navibus advecta eſt. Sed ſiniſter tulit caſus; ut *Franci* claſſiarios oppreſſerint, & quinque abſtraxerint navigia. Noſtrorum vix quiſquam natatu evaſit. Reliqui omnes capti. Sic tracta obſidio; quam *Sultanus* extremo *Sjawali* die ſolvere coactus fuit. Is eſt primus *Canouni Syriaci* prioris dies. Ipſe *Ptolemaide* ſubſiſtens, exercitibus domuitionem conceſſit. Quilibet itaque ad Lares ſuos diſceſſit, manente tantum cum cohorte prætoria *Sultano*, qui *Houneimum* ſummiſſis illuc ſuis, data fide, recepit.

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

ذكر غير ذلك من الحوادث

Alii memorandi eventus.

في هذه السنة سار شمس الدين محمد بن المقدم بعد فتح القدس حاجا وكان هو امير الحاج الشامي ليجمع بين الغزاة وزيارة القدس والخليل عليه السلام والحج في عام واحد فسار ووقف بعرفات ولما افاض لرسل

HOc anno, poſt debellatas *Hieroſolymas*, peregrinationem *Meccanam* ſuſcepit *Sjemſoddinus Muhammedes*, filius *Mokaddemi*; peregrinantis *Syriacæ* catervæ ducatu auctus. Sic ille uno eodemque anno conjuncturus erat ſacrum bellum, ſacraſque viſitationes *Hieroſolymorum*, *Abrahami*, *Amici Dei*, & *Meccæ*. Perlatus illuc, quum ſolennem in monte

Digitized by Google

Arafata ſtationem peregiſſet, indeque ad vallem *Minam* religioſum illum decurſum ſuſciperet, *Tastechinus*, ductor catervæ *Irakenſis*, miſit, qui eum vetarent ante ipſum decurrere. Id ille parum curavit: qua de cauſa *Irakenſes* ſe in *Syros* invexerunt, non ſine multa utrimque cæde, quamvis filius *Mokaddemi* ſuos a pugna retraheret. At mox ipſe vulneratus, martyr occumbit: tumulatus in ſepulcreto *Moalla*.

ارسل اليه طاستكين امير الحاج العراقي يمنعه من الافاضة قبله فلم يلتفت اليه فسار العراقيون واتقعوا مع الشاميين فقتل بينهم جماعة وابن المقدم يمنع اصحابه من القتال فجرح ومات شهيدا ودفن بمقبرة المعلي

Eodem *Sultani Togryli* res opeſque invaluere, ſubactis multis provinciis: quapropter *Kozulus* filius *Ilduczi* ad *Chalipham* legationem expedivit, auxilium expetens, atque ex *Togryli* ſucceſſibus periculum & ipſi imminere oſtendens.

وفيها قوي امر السلطان طغريل وملك كثيرا من البلاد وارسل قزل بن الدكز الي الخليفة يستنجده ويخوفه عاقبة امر طغريل

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Novæ victoriæ, expeditioneſque Sacræ Sultani,

ذكر فتوحات السلطان وغزواته

INcipiente anno quarto & octogeſimo, quo *Sultanus* hybernabat *Ptolemaide*, *Cauchebam* cum iis quos ſecum habebat aggreditur. Obſidioni deinde præpoſito *Emiro*, cui *Kaimazo Nesjmæo* nomen, *Rabia* priore *Damaſcum* ſeſe retulit. Ejus adventu hilarata eſt civitas. Inde quaquaverſum literas dimiſit, exercituſque excivit ac convenire juſſit. *Damaſci* quinque admodum dies moratus, media *Rabia* priore conſedit ad lacum *Kudſum*, ab occidente *Emiſſæ*, ubi copiæ ad ipſum confluxere. Primus præſto adfuit *Amadoddinus Zenchius*, *Sinsjaræ* & *Niſibis* Dominus. Juſto autem jam collecto exercitu movit, atque caſtra fixit, ſub *Curdorum arce:* unde regiones *Francorum* effuſis infeſtavit populationibus. Hinc caſtra promovit *Anatarſum*, quam a *Francis* derelictam repperit. Mox *Marakiam* ire perrexit, pariliter deſertam. Ad *Speculam*, quæ *Hoſpitalariorum* erat, porro progreſſus, ne quidem deſiderio eam, avidoque voto, accedi poſſe ſenſit. *Sjiblam* proinde ſe transfert, quam octavo *Sjumadæ* prioris attigit, ipſoque adventus ſui momento deditione recepit. Ea cuſtodienda datur *Emiro Sabikodino Othmano*, filio *Dajæ*, principi *Zjaizari*. Hinc *Laodiceam* proceſſum, ad quam de-

ثم دخلت سنة اربع وثمانين وخمسماية شتي السلطان هذه السنة في عكا ثم سار بمن معه وقصد كوكب وجعل علي حصارها امبرا يقال قايماز النجمي وسار منها في ربيع الاول ودخل دمشق ففرح الناس بقدومه وكتب الي الاطراف باجتماع العساكر واقام في دمشق تقدير خمسة ايام وسار من دمشق منتصف ربيع الاول ونزل علي بحيرة قدس غربي حمص واتته العساكر بها فاولهم عماد الدين زنكي صاحب سنجار ونصيبين ولما تكاملت عساكره رحل ونزل تحت حصن الاكراد وشن الغارات علي بلاد الفرنج وسار من حصن الاكراد فنزل علي انطرسوس فوجد الفرنج قد خلوا انطرسوس فسار الي مرقية فوجدهم قد خلوها ايضا فسار تحت المرقب وهو للاسبتار فوجده لا يرام ولا لاحد فيه مطمع فسار الي جبلة ووصل اليه ثامن جمادي الاولي وتسلمها حالة وصوله فجعل فيها لحفظها الامير سابق الدين عثمان بن الدايه صاحب شيزر ثم سار السلطان الي اللاذقية ووصل اليها في الرابع

Digitized by Google

latus est mensis hujus quarto & vicesimo. Ea duas habebat arces, quibus obsidio fuit adhibenda. *Laodiceam* ditioni subjunctam commisit *Sultanus Almalicho Almodaffero Tacoddino*, qui eam ædificavit, arcemque ejus permunivit, prout in arcibus emuniendis celsi erat studii animique *Tacoddinus*. Indicio est arx *Hamatensis*, ab ipso exstructa. *Laodiceæ* transcenditur *Sehjounum*, undetricesimo *Sjumadæ* prioris, quam circumcinctam ad incitas adigit. Securitatem petenti præsidio non annuitur, nisi si solveretur quod *Hierosolymitani* solverant. Accipitur conditio. Recepta arx traditur *Emiro* cuidam intimo, *Nasiroddino* dicto. Tum per montana illa dispertitæ copiæ, *Platanousi* castrum occupant, quod *Franci* fuga vacuefecerant. Munimenta quoque *Elabdum* & *Sjemuhouninum* subiguntur. *Sultanus Sehjouno* transgressus est *Pagras*, die tertio *Sjumadæ* posterioris, quod propugnaculum a præsidio fuerat desertum, se defenturo in munitissima arce *Elsjugro*. Hanc quum clausisset, inaccessam deprehendit. Pressit tamen eam; divinitusque injecto defensoribus pavore, fide data in deditionem venire expetunt. Id factum die *Veneris*, sexto *Sjumadæ* hujus. Inde emissus a patre *Almalichus Addahirus*, *Halebensis* princeps, ad *Sarminiam* claudendam, arctandamque. Domitum descendit præsidium, pretio redemtionis in se suscepto. Dirutum id munimentum; ipsaque ejus vestigia deleta. In eo, reliquisque, quæ percensui, propugnaculis, innumera *Musulmannorum* multitudo detenta fuerat, qui omnes vinculis levati, veste donati, viatico instructi. *Elsjugro* castra *Burziam* producta, quam tripertito divisis copiis continenti ursit oppugnatione, atque vicesimo & septimo mensis ejusdem gladio subegit, incolis captivitate aut cæde absumtis. Ait conditor *Historiæ universalis*, *Ibn-Elathirus*, se cum *Sultano* fuisse hoc in itinere, atque in harum expugnatione regionum, studio belli sacri ductum, atque referre quæ suis viderit oculis. Hinc processum, descensumque ad *Pontem Ferri*, super *Oronte* situm, prope *Antiochiam*; ubi aliquot traxit dies, donec qui retro remanserant ab exercitu, ipsum attigissent. Tum *Derbesacum* est perrectum, quam assedit octavo *Resjebi*, ad incitasque redactam accepit

الرابع والعشرين من جمادي الاولي
ولها قلعتان فحصر القلعتين ولما ملك
السلطان اللادقية سلمها الي الملك المظفر
تقي الدين عمر وحصن قلعتها وكان
تقي الدين عظيم الهمة في تحصين القلاع
والغرامة عليها كما فعل بقلعة حماة ثم
رحل السلطان عن اللادقية في التاسع
والعشرين من جمادي الاولي الي صهيون
وحاصرها وضايقها وطلب اهلها الامان
فلم يجبهم الا علي امان اهل القدس فيما
يودونه فاجابوا الي ذلك وتسلم السلطان
قلعة صهيون وسلمها الي امير من اصحابه
يقال له ناصر الدين ثم فرق عسكره
في تلك الجبال فملكوا حصن بلاطنوس
وكان الفرنج الذين به قد هربوا منه
واخلوه وملكوا حصن العبد وحصن الجماهوزين ثم سار السلطان من صهيون ثالث
جمادي الاخرة ووصل الي قلعة بكراس
فاخلاها اهلها فتحصنوا بقلعة الشغر
فحصرها ووجدها منيعة وضايقها فارمي
الله تع في قلوب اهلها الفزع وطلبوا الامان
وتسلمها يوم الجمعة سادس جمادي
الاخرة بالامان فارسل السلطان الملك
الظاهر صاحب حلب فحصر سرمينية
وضايقها وملكها واستنزل اهلها علي قطيعة
قررها عليهم وهدم الحصن وعفي اثره وكان
في الحصن وفي الحصون المذكورة من اسري
المسلمين الجم الغفير فاطلقوا واعطوا الكسوة
والنفقة ثم سار السلطان من الشغر الي
برزيه ورتب عسكره ثلثة اقسام وداومها
بالزحف وملكها بالسيف في السابع
والعشرين من جمادي الاخرة وسبي واسر
وقتل اهلها قال مولف الكامل ابن
الاثير كنت مع السلطان في مسيره
وفتحه هذه البلاد طلبا للغزاة فاحكي
ذلك عن مشاهدة ثم سار السلطان
فنزل علي جسر الحديد وهو علي
العاصي بالقرب من انطاكية فاقام عليه
اياما حتي تلاحق به من تاخر من
العسكر ثم سار الي دربساك ونزل
عليها ثامن رجب وحاصرها وضايقها
وتسلمها بالامان علي شرط ان لا
يخرج

Digitized by Google

in fidem, ea conditione, ut nemo inde quicquam nisi solas exportaret vestes. Deditio facta undevicesimo *Resjebi*. *Derbesaco* transgressus *Pagras*, eam quoque obsedit, in fidemque recepit, eadem qua *Derbesacum* conditione. Tum vero *Boëmondus*, princeps *Antiochiæ*, misit ad *Sultanum*, inducias pacemque oratum, offerens quicquid haberet captivorum relaxare. Annuente *Sultano* octo mensium inducias pepigere. Erat tunc temporis *Antiochenus* princeps maximus Regum *Francicorum*, istis in regionibus, namque *Tripolitani* tuam quoque Civitatem ei permiserant.

Confecta hac expeditione, hisque induciis, *Halebum* tetendit *Sultanus*, quam tertio *Sjabani* intravit. Inde *Damascum* regressus *Amadoddino Zeuchio* potestatem fecit domum abeundi. Reliquis item exercitibus Orientalibus idem concessum. *Halebo* remigrans iter sumsit præter sepulcrum *Omari* filii *Abdol-Azyzi*, piæ memoriæ; idque visitavit. Invisit quoque Doctorem illum pientissimum *Abuzachariam Algarbiensem*, ibi habitantem, & tum religiosissimo Dei cultu, tum miraculis clarum. Aderat *Sultano Abu-Phalita* dictus, *Emirus Kasimus*, filius *Mohammaï*, *Huseinita*, princeps *Medinæ*, civitatis prophetæ, quem Deus favore & pace cumulet. Is in omnibus hisce expeditionibus expugnationibusque assiduum se *Sultano* præbuit, benedictionem ex conspectu, felicitatem ex comitatu ejus captanti; atque ei in omnibus auscultanti. Intrata *Damascus* mense *Ramadani* honorato: suppeditatumque ei consilium dissolvendi exercitus, ut requiescerent seque recrearent; at *Sultanus Vitam brevem esse*, *terminum infidum atque incertum* regessit. Quum ad septentrionales iret plagas, *Caracham* aliaque loca includi curaverat, Fratrique *Eladilo* istis in oris res tradiderat administrandas. *Carachanis* ergo in fidem venire petentibus, obsidioni præpositis mandat *Eladilus*, ut incolumes exire sinant. Sic *Caracha*, *Sjaubechum*, & quicquid istic regionum, receptum est.

Medio deinde *Ramadano*, profectus *Damasco Sultanus Saphadam* circumsedit, ad extremumque adactam, fide data, in deditionem accepit media *Dsulkada*. Qui in ea fuerant, *Tyrum* deducti. Quod ita harum arcium sessores *Tyrum* confluxerint,

يخرج احد منها الا بثيابه فقط وتسلمها تاسع عشر رجب ثم سار عن دربساك الي بغراس وحصرها وتسلمها بالامان علي حكم امان دربساك وارسل بيمند صاحب انطاكية الي السلطان يطلب منه الهدنة والصلح وبذل اطلاق كل اسير عنده فاجابه السلطان الي ذلك واصطلحوا ثمانية اشهر وكان صاحب انطاكية حينئذ اعظم ملوك الفرنج في هذه البلاد فان اهل طرابلس سلموا اليه طرابلس

ولما فرغ السلطان من امر هذه البلاد والهدنة سار الي حلب ثالث شعبان وسار منها الي دمشق واعطي عماد الدين زنكي دستورا وكذلك اعطي غيره من العساكر الشرقية وجعل طريقه لما رحل من حلب علي قبر عمر بن عبد العزيز رضي الله عنه فزاره وزار الشيخ الصالح ابا ذكريا الغربي وكان مقيما هناك وكان من عباد الله تع الصالحين وله كرامات ظاهرة وكان مع السلطان ابو فليته الامير قاسم بن مهنا الحسيني صاحب مدينة الرسول صلعم وشهد معه مشاهده وفتوحاته وكان السلطان يتبرك برويته وتيمن بصحبته ويرجع الي قوله ودخل السلطان دمشق في شهر رمضان المعظم فاشير عليه بتفريق العساكر ليريحوا ويستريحوا فقال السلطان ان العمر قصير والاجل غير مامون وكان السلطان لما سار الي البلاد الشمالية قد جعل علي الكرك وغيرها من يحصرها وخلا لخاه العادل في تلك الجهات يباشر فلك فارسل اهل الكرك يطلبون الامان فامر الملك العادل المباشرين لحصارها بتسليمها فتسلموا الكرك والشوبك وما بتلك الجهات من البلاد

ثم سار السلطان من دمشق في منتصف رمضان وسار الي صفد فحصرها وضايقها وتسلمها بالامان في منتصف ذي القعدة وسير اهلها الي صور وكان اجتماع اهل هذه القلاع في

في صور من اعظم اسباب الضرر علي المسلمين ظهر ذلك فيما بعد ثم سار السلطان الي القدس فعيد فيه عيد الاضحي ثم سار الي عكا فاقام بها حتي انسلخت السنة

وفي هذه السنة ارسل قزل بن الدكز يستنجد بالخليفة الامام الناصر علي طغريل بن ارسلان بن طغريل السلجوقي ويحذره عاقبة امره فارسل الخليفة عسكرا الي طغريل والتقوا ثامن ربيع الاول قرب همذان فانهزم عسكر الخليفة وغنم طغريل اموالهم واسر مقدم العسكر حلال بن عبيد الله وزير الخليفة

ثم دخلت سنة خمس وثمانين وخمسمائة وفيها سار صلاح الدين ونزل بمرج العيون وحضر اليه صاحب شقيف ارنون بذل له تسليم الشقيف بعد مدة ظربها (ضربها) خديعة منه فلما بقي لمدة ثلثة ايام استحضره السلطان وكان اسم صاحب الشقيف ارناط فقال له السلطان في التسليم فقال لا يوفقني عليه اهلي فامسكه السلطان وبعثه الي دمشق فحبس

rint, præcipua fuit cauſa noxæ *Moſulmannis* illatæ: ut poſtmodum apparuit. *Hieroſolymas* deinde adit *Sultanus*, ibique *Feſtum* obiit *Oblationis*. Hinc *Ptolemaidem* transgreſſus, ad exitum uſque anni ibi remanſit.

Hoc anno *Kozulus* filius *Ilduczi* miſit ad *Chalipham*, *Antiſtitem Summum Elnaſirum*, opem ſibi ferri petens adverſus *Togrylum*, filium *Arſlani*, filii *Togryli*, *Selsjukidam*, periculo ſucceſſuum illius & Ipſi oſtentato. Contra *Togrylum* ergo exercitum expedit *Chalipha*. Concurritur octavo *Rabiæ* prioris prope *Hamedanum*. Fuſum exercitum caſtris exuit ſpoliavitque *Togrylus*, vincto etiam copiarum ductore *Helalo* filio *Obeidallæ*, ſupremo *Chaliphæ Veziro*.

Cum inniſſet annus quintus & octogeſimus ſupra quingenteſimum, movit *Saladinus*, atque in *Marsj-Elojouno* caſtra poſuit. Ibi ad Eum acceſſit princeps *Sjakyf-Arnouni*, ſeque caſtrum ſuum deditum eſſe promiſit poſt certum temporis ſpatium. Malo ille egit dolo. Quum tres tantum termini ſupereſſent dies, *Sjakyfi* Dominum, *Arnaldo* nomen, arceſſit *Sultanus*, eique deditionem facere mandat. Cauſſantem ſuos haud conſenſiſſe ſibi comprehendit *Sultanus*, *Damaſcumque* pertractum, in carcerem condit.

CAPUT TRIGESIMUM.

ذكر حصار الفرنج عكا

كان قد اجتمع بصور اهل البلاد التي اخذها السلطان بالامان فكثر جمعهم حتي صاروا في عالم لا يحصي كثرتهم وارسلوا الي البحريين يستنجدون وصوروا صورة المسيح وصورة عربي يضرب المسيح وقد دماه وقالوا هذا نبي العرب يضرب المسيح فخرجت النسا من بيوتهن ووصل من الفرنج في البحر عالم لا يحصون كثرة وساروا الي عكا من صور ونازلوها في منتصف رجب من هذه السنة وضايقوا عكا واحاطوا بسورها من البحر الي البحر ولم يبق للمسلمين اليها طريق فسار اليهم السلطان ونزل قريب الفرنج وقاتلهم في مستهل شعبان

Franci Ptolemaidem obſident.

Tyrum ſeſe aggregarant regionum illarum homines, quas fide data ceperat *Sultanus*. Horum innumerabilis ſeſe multitudo conglomeraverat, qui ad tranſmarinos miſerunt, ſubſidiumque implorarunt. Effigiem expreſſerant *Meſſiæ*, itemque *Arabis Meſſiam* verberantis & cruentantis, interpretati, hunc eſſe *Prophetam Arabum*, qui *Meſſiam* verberibus adficiebat. Tum vero ipſæ fœminæ domibus ſuis proſiluere; *Francique* innumero numero per mare vecti *Tyro Ptolemaidem* trajecere, eamque medio *Resjebo* hujus anni arcta includunt obſidione, a mari ad mare moenibus circumcinctis; & via *Muſulmannis* interſepta. In eos vadit *Sultanus*, caſtriſque propius admotis, in-

eunte *Sjabano* aggreſſus eſt *Francos*. Certamen nocte diremtum reſumitur ad auroram, atque a dextra acie ſeſe invehens *Tacoddinus*, *Hamatæ* princeps, *Francos* gradu locoque dejecit, atque ad moenia perrupit. Sic via ad oppidum patefacta, per quam ultro citroque commeare poterant *Muſulmanni*. Introduxit tum *Sultanus* in urbem copias ſubſidiarias, e quibus *Abul Haisjäus Pinguis:* ſerebanturque continua mane & veſperi certamina a *Muſulmannis*, viceſimum uſque *Sjabani*, quo ingens pugna inter partes eſt pugnata. Nempe conglobati *Franci*, adverſus *Sultanum* in prælium eduxere, atque in mediam aciem invecti, eam impellunt, ſtrageque per *Muſulmannos* incepta provehuntur ad prætorium uſque *Sultani*. Ad latus ſe ſubducit *Sultanus*, multis ad ipſum ſeſe aggregantibus; neque a *Francis* recens ſubmittitur miles, diſtentis occupatiſque dextro cornu oppugnando. Tum in illos *Francos*, qui mediam aciem perfregerant, ſeſe infert *Sultanus*; totuſque adeo exercitus impetum ſuum convertit, eoſque intenecione delevit. Ad decem millia hoſtium procubuere. Fugatorum e noſtris alii *Tiberiadem*, alii *Damaſcum* ablati ſunt.

Quum poſt prælium hoc terra foeteret, *Sultanum* morbus corripuit, cum dolore colico conjunctus; propterea ſuaſum ei a ducibus, ut caſtra inde transportaret. Aſſenſit iis, quartoque & decimo *Ramadani Ptolemaide* retroceſſit *Cherubam*. *Franci* diſceſſu hoc univerſam iterum urbem includere valuerunt, ſeque liberius quaquaverſum diffundere. Hoc rerum ſtatu Claſſis *Muſulmannorum* ſub *Huſamoddino Lulüo*, viro præſtrenuo advehitur. Is navem hoſtilem inſiliens capit, eum eaque *Ptolemaidem* invehitur. Eo facto confirmata noſtrorum corda. Conſimiliter acceſſu *Almalichi Aladili* ad Fratrem *Sultanum*, cum exercitu *Ægyptiaco*, animus noſtris acceſſit.

شعبان وباتوا علي ذلك واصبحوا فحمل تقي الدين صاحب حماة من ميمنة السلطان علي الفرنج فازالهم عن موقفهم والنزق بالسور وانفتح الطريق الي المدينة يدخل المسلمون ويخرجون وادخل السلطان الي عكا عسكر نجدة وكان من جملتهم ابو الهيجا السمين وبقي المسلمون يغادون القتال ويراوحونه الي العشرين من شعبان ثم كان بين المسلمين وبينهم وقعة عظيمة فان الافرنج اجتمعوا وضربوا مع السلطان مصافا وحملوا علي القلب فازالوه واخذوا يقتلون في المسلمين الي ان بلغوا خيمة السلطان وانحاز السلطان الي جانب وانضاف اليه جماعة وانقطع مدد الفرنج واشتغلوا بقتال الميمنة فحمل السلطان علي الفرنج الذين خرقوا القلب وانعطف عليهم العسكر فافنوهم قتلا وكانت قتلاء الفرنج نحو عشرة الاف نفس ووصل المنهزمون بعضهم الي طبريه وبعضهم وصل الي دمشق

وجافت الارض بعد هذه الوقعة ولحق السلطان مرض وحدث له قولنج فاشار عليه الامراء بالانتقال من ذلك الموضع فوافقهم ورحل عن عكا رابع عشر شهر رمضان الي الخروبة فلما رحل تمكن الفرنج من حصار عكا وانبسطوا في تلك الارض وفي تلك الحال وصل اصطول المسلمين في البحر مع حسام الدين لولو وكان شهما فظفر ببطسة للفرنج فاخذها ودخل بها الي عكا فقوي قلوب المسلمين وكذلك وصل الملك العادل بعسكر مصر الي اخيه السلطان ففرحت (ففويت) نفوس المسلمين بوصوله

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Alia notatu digniora.

ذكر غير ذلك من الحوادث

HOc anno in *Cheruba* deceſſit Antiſtes *Iſa*, e comitatu *Sultani*, atque ex exer-

فيها توفي بالخروبة الفقيه عيسي وكان مع السلطان وهو من اعيان عسكره وكان

وكان جنديا فقيها شجاعا وكان من
اصحاب الشيخ ابي القاسم البرزلي
ثم دخلت سنة ست وثمانين وخمسمائة
ورحل السلطان عن الخروبه وعاد الي
قتال الفرنج علي عكا وكان الفرنج قد
عملوا اقرب سور عكا ثلاثة ابرجة طول
البرج ستون ذراعا جاوا بخشبتها من
جزاير البحر وعملوها طبقات وشحنوها
بالسلاح والمقاتلة ولبسوها جلود البقر
والطين بالخل لبلا يعمل فيها النار
فتحيل المسلمون واحرقوا البرج الاول
فاحترق بمن فيه من الرجال والسلاح ثم
احرقوا الثاني والثالث وانبسطت نفوس
المسلمين لذلك بعد الكابة ووصل الي
السلطان العساكر من البلاد وبلغ
المسلمين وصول ملك الالمان وكان قد
سار من بلاد وراء القسطنطينية بمائة الف
مقاتل واهتم المسلمون لذلك وايسوا
من الشام بالكلية فسلط الله تع علي
الالمان الغلاء والوباء فهلك اكثرهم في
الطريق ولما وصل ملكهم الي بلاد الارمن
نزل في نهر هناك يغتسل فغرق واقاموا
ابنه مقامه فرجع من عسكره طايفة الي
بلادهم ولم يصل مع ابن الملك الالمان
الي الفرنج الذين علي عكا غير تقديره
الف مقاتل وكفي الله المسلمين شرهم
وبقي السلطان والفرنج علي عكا يتناوشون
القتال الي العشرين من جمادي
الاخرة فخرجت الفرنج من خنادقهم
بالفارس والراجل وازالوا الملك
العادل عن موضعه وكان معه عسكر
مصر فعطفت عليهم المسلمون
وقتلوا من الفرنج خلقا كثيرا
فعادوا الي خنادقهم وحصل السلطان
مغس فانقطع في خيمته ولو لا ذلك
لكانت الفيصلة ولكن اذا اراد الله تع
بامر فلا مرد له

exercitus ipsius *Ocellis*, in sago, in toga, vir multo fortissimus. E sociis fuit Doctoris *Abul- Kasimi Barezæi*.

Insequente anno sexto octogesimo seculi, e *Cheruba* movit *Sultanus*, atque *Francis* ad *Ptolemaidem* denuo infestandis incubuit. Propius murum admoverant illi tres turres, quarum singulæ sexagenos cubitos longitudine implebant. Materiam ex insulis maris mediterranei adportarant. Eas tabulato opere construxerant: vestitasque pellibus bovinis, luto & aceto imbutis, ne ignis penetraret, armis virisque referferant. *Musulmanni* adhibita industria primam turrim inflammant, quæ una cum viris armisque conflagravit. Dein alteram, mox & tertiam succendunt. Tum animi nostrorum ex lurido moerore in exporrectam diffusi hilaritatem. Ad *Sultanum* interea exercitibus undique terrarum confluentibus, adventus nunciatur Regis *Alamannorum*, egressi e regionibus ultra *Constantinopolin* sitis, cum centum millibus virorum militarium. Ea fama perculsi *Musulmanni*, de *Syria* in totum desperarunt. Penuria tamen & peste divinitus in *Alamannos* immissa, plerique in itinere perierunt. Rex eorum ad terras *Armeniorum* progressus, quum ibi loturus in fluvium descendisset, mergitur. Substituto in locum ejus Filio, magna exercitus pars domum revertit: neque plus quam mille admodum pugnatores cum Filio Regis *Alamannorum* ad *Francos Ptolemaidem* obsidentes pervenerunt. Sic malum illud a Fidelibus averruncavit Deus. *Sultanus* interim, *Francique*, perpetuis collidebantur certaminibus, ad vicesimum *Sjumadæ* posterioris, quo fossis sui educens hostis, eques simul, simul pedes, *Almalichum Aladilum* loco depulit, una cum exercitu *Ægyptiaco*. At nostri undique coorti ingentem per *Francos* cædem edidere, sic ut ad suas se munitiones retulerint. Quod nisi tormina tunc oppressum *Sultanum* in tabernaculo detinuissent, decretoria fuisset pugna. Verum immota est voluntatis divinæ necessitas.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Alia item memorabilia. ذكر غير ذلك من الحوادث

HOc anno hyeme ventisque sævientibus, *Franci Ptolemaidem* obsidentes navigia sua *Tyrum* subduxerunt, ne forte naufragio perirent. Ita mari apertum est iter ad urbem; recensque in eam præsidium immissum. Quum tamen duplo major exercitus exiret, quam intraret, illa novi præsidii tenuitas res nostras conturbavit.

Octavo *Sjawali* hujus anni mortuus est *Zinoddinus Josephus*, filius *Zinoddini Ali Kausjechi*, princeps *Arbelæ*, qui tunc in *Sultani* exercitu versabatur. Ejus fratrem *Modafferoddinum Cauchebourium* isto principatu donavit *Sultanus*, adjecta quoque *Sjahrezouro* cum jurisdictionibus, receptis, quæ in ejusdem fuerant potestate, *Charris*, atque *Edessa*. Profectus *Modafferoddinus Arbelæ* adiit possessionem.

Brevi post assignavit *Sultanus* quæ ditione tenuerat *Modafferoddinus*, nempe *Charras*, *Edessam*, *Samosata*, & *Almauzarum*, *Tacoddino Omaro*, adjiciendа reliquis ejus possessionibus; quæ erant *Miapharakina*, & in *Syria*, *Hamata*, *Maarra*, *Salamia*, *Manbesium*, arx *Nesjmum*, *Sjibla*, *Laodicæa*, *Platanus*, & *Pagræ*.

وفي هذه السنة لما قوي الشتا واشتد الرياح لرسلت الفرنج المحاصرون عكا مراكبهم الي صور خوفا عليها ان تنكسر وانفتح الطريق الي عكا في البحر ولرسل البدل اليها وكان العسكر الذين خرجوا منها اضعاف الواصلين اليها فحصل التفريط بذلك لضعف البدل

وفيها في ثامن شوال توفي زين الدين يوسف بن زين الدين علي كوجك صاحب لربل وكان مع السلطان بعسكره ولما توفي اقطع السلطان لربل اخاه مظفر الدين كوكبوري بن زين الدين علي كوجك واضاف اليه شهرزور واعمالها ولرتجع ما كان بيد مظفر الدين وهو حران والرها وسار مظفر الدين الي لربل وملكها

وفيها اقطع السلطان ما كان بيد مظفر الدين وهو حران والرها وسميساط والموزر الملك المظفر تقي الدين عمر زيادة علي ما في يده وهي ميافارقين ومن الشام حماة والمعرة وسلمية ومنبج وقلعة نجم وجبله واللاذقية وبلاطنس وبكراس

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Franci Ptolemaide potiuntur. ذكر استيلاء الفرنج علي عكا

INit annus septimus & octogesimus supra quingentesimum, in quem continuata *Ptolemaidis* obsidio excessit. Cinxerant eam *Franci* a mari ad mare, fossaque semet præcinxerant; ut *Sultano* aditus ad eos foret præclusus. Obsidentes hoc pacto ipsi videbantur obsessi, *Sultano* foris imminente. Quum interim acrius instanti oppugnationi succumberent, quibus custodia urbis credita erat; hostemque depellere nequiret *Sultanus*, exiit *Emirus Saiphoddinus Ali*, filius *Ahmedi*, *Mesjtoubus*, vitæque securitatem a *Francis* petivit, pro pecuniis captivisque a se exhiben-

ثم دخلت سنة سبع وثمانين وخمسمائة واستمر حصار الفرنج لعكا الي هذه السنة وكانوا قد احاطوا بها من البحر الي البحر وحفروا عليهم خندقا فلم يتمكن السلطان من الوصول اليهم وكانوا محاصرين لعكا وهم كالمحصورين من خارجهم من السلطان واشتد حصارهم لعكا وضعف من بها عن حفظ البلد وعجز السلطان عن دفع العدو عنهم فخرج الامير سيف الدين علي بن احمد المشطوب وطلب

وطلب الامان من الفرنج علي مال واسري يقومون به للفرنج فاجابوهم الي ذلك وصعدت اعلام الفرنج علي عكا ظهر يوم الجمعة سابع عشر جمادي الاخرة من هذه السنة واستولوا علي البلد بما فيه وحبسوا المسلمين في اماكن من البلد وقالوا انما نحبسهم ليقوموا بالمال والاسري وصليب الصليوت وكتبوا الي السلطان بذلك فحصل ما امكن تحصيله من ذلك وطلب منهم اطلاق المسلمين فلم يجيبوا الي ذلك فعلم منهم الغدر واستمر اسري المسلمين ثم قتلوا الفرنج من المسلمين جماعة كثيرة واستمروا بالباقين في الاسر

وبعد استيلاء الفرنج وتقرير امرها رحلوا عنها مستهل شعبان نحو قيسرية والمسلمون يسايرونهم ويتخطفون منهم ثم ساروا من قيسرية الي لرسوف ووقع بينهم وبين المسلمين مصاف لزالوا المسلمين عن موقفهم ووصلوا الي سوق المسلمين فقتلوا من السوقية خلقا كثيرا ثم سار الفرنج اليه يافا وقد اخلاها المسلمون فملكوها

ثم راي السلطان تخريب عسقلان مصلحة لئلا يحصل لها ما حصل لعكا فسار اليها واخلاها وخربها ورتب الحجارين في تعليق اسوارها وتخريبها فدكها الي الارض فلما فرغ السلطان من تخريب عسقلان رحل ثاني شهر رمضان الي الرملة فخرب حصنها وخرب كنيسة لد ثم سار الي القدس وقرر امورها وعاد الي مخيمه بالنطرون ثامن شهر رمضان ثم تراسل الفرنج والسلطان في الصلح علي ان يتزوج الملك العادل باخت ملك الانكتار ويكون للعادل القدس ولامراته كما فحضر القسيسون واذكروا عليها ذلك الا ان ينتصر الملك العادل فلم يتفق بينهم حال ثم رحل الفرنج من يافا الي الرملة ويقع كل يوم يقع بين المسلمين وبينهم مناوشات فلقوا من ذلك شدة شديدة واقبل الشتا وحالت الاحوال (الاوحال) بينهم فلما راي السلطان ذلك وقد ضجرت العساكر اعطاهم الدستور وسار الي القدس

hibendis. Accepta conditione, *Franci* signa *Ptolemaidem* conscendere meridie diei Veneris, septimo decimo *Sjumadæ* posterioris hujus anni. urbs & quicquid in ea, victori cessit. *Mahumedani* certis in locis inclusi. Dictitabant ideo se vinctos eos attinere, ut pecuniæ, captivique, & *Crux crucifixionis* sisterentur. Expeditæ propterea literæ ad *Sultanum*, qui collecto congestoque ex hisce quantum posset, rogavit eos ut *Mahumedanos* dimitterent. Id illi abnuerunt, intellectumque perfidiam subesse. Nostros non redemtos maximam deinde partem trucidarunt *Franci*: reliquos in nexu detinuerunt.

Subjugata constituaque urbe hac, *Calendis Sjabani Cæsaream* inde moverunt *Franci*, nostris eos inter eundum incessentibus carpentibusque. *Cæsarea Arsophum* quum castra produxissent, prælium conflatum est inter partes, in quo, gradu dejectis *Mahumedanis*, *Franci* se ad eorum castrense penetrarunt, stragemque inter turbam ibi negotem dedere. Inde *Jaffam*, vacuefactam a nostris, occuparunt.

Consultum tunc visum *Sultano*, *Ascalonem* evastare, ne idem ei, quod *Ptolemaidi*, usu veniret. Illuc profectus, urbem evacuatam diruit, dispositis cæmentariis, qui *Muros suspenderent*, destruerent, solo æquarent. Hoc negotio peracto, postrid. kal. *Ramadani* se transtulit *Ramlam*, ejusque arcem demolitus est. subruit quoque Templum *Lydense*. Inde *Hierosolymas* profectus, rebus ejus ordinatis, ad castra *Netrunii* posita reversus est octavo *Ramadani*. Pax tum cœpta agitari inter *Francos* & *Sultanum*, ea lege ut *Almalichus Aladilus* sororem Regis *Angliæ* duceret uxorem, *Aladilque* urbs sancta attribueretur, uxori autem ejus *Ptolemais*. Id congregati improbarunt sacerdotes, nisi *Almalichus Aladilus* religionem Christi amplecteretur. Sic res convenire nequivit. *Franci* deinde *Jaffa* procedunt *Ramlam*; nullo die abeunte, qui non aliquid certaminis sereret, magno utriusque partis incommodo, ac labore. Hyems quoque, multo spurca luto, intervenit. Tum *Sultanus*, perspecto copiarum tædio, potestatem ipsis fecit domum abeundi. *Hierosolymasque*

disceſſit ſeptem adhuc *Dſulkadæ* diebus reliquis. Caſtra intra urbem recepta: reſpiratumque a laboribus exhauſtis. Dedit ſeſe tum *Sultanus Hieroſolymis* commeatu inſtruendis, emuniendiſque, exercitu lapides comportare juſſo; quem exemplo ſuo animabat, ipſe ſuper equo ſuo lapides apportans. Sic uno die ad ſtructores convectabatur, quod in multos ſufficeret.

القدس لسبع بقين من ذي القعدة ونزل داخل البلد واستراحوا مما كانوا فيه واخذ السلطان في تمير القدس وتحصينه ولمر العسكر بنقل الحجارة وكان السلطان ينقل الحجارة بنفسه على فرسه ليقتدي به العسكر فكان يجتمع عند العمالين في اليوم الواحد ما يكفيهم لعدة ايام

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Obitus Almalichi Almodafferi Tacoddini Omari,

ذكر وفاة الملك المظفر تقي الدين عمر

Almalichus Almodafferus iter ſuſceperat in provincias, e poteſtate *Cauchebourii* receptas, additaſque ſibi a Patruo, ultra *Euphratem*, ut *Charras*, aliaſque. Illic ad finitimorum regiones *extenſo oculo*, *Sowaidaäm* & *Haniam* ditioni ſubjunxit. Colliſus quoque *Buchtimuro*, *Chalatæ* Domino, eum fregit, atque in regia ſua circumſedit, maxima regionum parte in poteſtatem redacta. *Chalata* tamen abſiſtens, *Melazcherdam*, quæ & *Buchtimuri* erat, oppugnatum ivit, arctiſſimeque preſſit; comitante ipſum gnato *Almalicho Almanſouro Muhammade*. Vehementi morbo correptus ibi *Tacoddinus*: quo idem increſcente occidit die Veneris, undecim adhuc noctibus *Ramadani* reliquis. *Almalichus Almanſourus* clam habita morte ejus, *Melazcherda* abſcedens, *Hamatam* ſe tranſtulit, atque extra urbem cum ſepelivit, extructo ad latus Tumuli Gymnaſio, quod ibi percelebre eſt.

Fuit *Almalichus Almodafferus* præſtrenuus vehemenſque bellator; atque inter columina *Domus Jobicæ* facile princeps. Excelluit item virtute, & eruditione; in poeſi quoque perelegans. Accidit autem ut eadem nocte, qua *Tacoddinus* deceſſit, etiam *Huſamoddinus Lasjinides* decederet, cujus mater erat *Sittolsjama*, filia *Jobi*, ſoror *Sultani*, qui uno eodemque tempore funeſtam habuit Domum per Fratris & Sororis filios.

Defuncto *Almalicho Almodaffero*, legationem miſit filius ejus *Almalichus Almanſourus* ad *Sultanum*, qua eas exigebat conditiones, quas rebellionem ſpirare in-

كان الملك المظفر قد سار الى البلاد المرتجعة من كوكبوري التي زاده اياها عمه السلطان من وراء الفرات وهي حران وغيرها فامتدت عين الملك المظفر الى بلاد مجاوريه واستولى على السويداء وحاني واقتلع مع بكتمر صاحب خلاط فكسره وحصره بخلاط وتملك معظم البلاد ثم رحل عنها ونزل ملازكرد وهي لبكتمر وضايقها وكان في صحبته ولده الملك المنصور محمد فعرض للملك المظفر مرض شديد وتزايد به حتى توفي به يوم الجمعة لاحدى عشرة ليلة بقيت من رمضان من هذه السنة واخفى الملك المنصور وفاته ورحل عن ملازكرد ووصل الى حماة ودفنه بظاهرها وبنى الى جانب التربة مدرسة وذلك مشهور هناك

وكان الملك المظفر شجاعا شديد البأس ركنا عظيما من اركان البيت الايوبي وكان عنده فضل وادب وله شعر حسن واتفق في ليلة الجمعة التي توفي فيها الملك المظفر توفي حسام الدين بن محمد بن لاجين وامه ست الشام بنت ايوب اخت السلطان فاصيب السلطان في تاريخ واحد بابن اخيه وابن اخته

ولما مات الملك المظفر راسل ابنه الملك المنصور السلطان واشترط شروطا نسبه السلطان فيها الى العصيان وكان امره

يضرب

Digitized by Google

يضرب بالكلية فراسل الملك المنصور
عمه الملك العادل في استعطاف خاطر
السلطان فا برح العادل باخيه السلطان
يراجعه ويشفع في الملك المنصور حتي
اجابه السلطان وقرر للملك المنصور
حماة وسلمية والمعرة ومنبج وقلعة نجم
ولرتجع السلطان البلاد الشرقية وما معها
واقطعها اخاه العادل بعد ان شرط السلطان
ان العادل ينزل عن كل ما له من
الاقطاع بالشام خلا الكرك والشوبك
والصلت والبلقا ونصف خاصه بمصر وان
يكون عليه في كل سنة الف غرارة تحمل
من الصلت والبلقا الي القدس ولما
استقر ذلك سار الملك العادل الي
البلاد الشرقية لتقرير امورها وعاد الي
خدمة السلطان في اخر جمادي الاخرة
من السنة القابلة اعني سنة ثمان وثمانين
ولما قدم السلطان الملك العادل علي
السلطان كان الملك المنصور صاحب
حماة صحبته فلما راي السلطان
الملك المنصور نهض واعتنقه
وغشيه البكا واكرمه وانزله في
مقدمة العسكر

spirare interpretabatur *Sultanus*. Parum abfuit quin negotium ejus in totum conturbaretur. Sed per *Almalichum Almanſourum* allegato *Aladilo*, qui cor *Sultani* inflecteret, haud deſtitit *Aladilus* intercedere apud Fratrem, proque nepote deprecari, donec annueret *Sultanus*, confirmaretque *Almalicho Almanſouro Hamatam*, *Miarram*, *Manbesjum*, arcemque *Nesjmum*; receptis ab eo provinciis Orientalibus, & quicquid illuc pertinebat: quas Fratri *Aladilo* aſſignavit *Sultanus*, ea conditione, ut quicquid in *Syria* obtineret, remitteret, excepta *Caracha*, *Sjaubecho*, *Aſſelto*, & *Albelkaa*; itemque dimidium privati peculii in *Ægypto*: utque quotannis mille ſaccos frumenti ex *Aſſelto* & *Albelkaa Hieroſolymas* deferendos curaret. His ita conſtitutis, iter ad provincias Orientales inſtituit *Aladilus*, earum res ordinaturus; unde ſub exitum *Sjumadæ* poſterioris anni ſequentis demum regreſſus eſt ad Fratrem; cui quum ſe ſiſteret, *Almalichum Almanſourum*, principem *Hamatæ*, adduxit comitem. *Sultanus* eo viſo ſurrexit, amplexibuſque eum ſuis inter lacrymas ubertim euntes conſtrinxit. Honoribus dein cumulatum, in prima parte exercitus tendere juſſit.

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

ذكر غير ذلك من الحوادث

Alii eventus memorabiles.

في هذه السنة في شعبان قتل قزل
ارسلان واسمه عثمان بن الدكز وهو الذي
ملك اذربيجان وهمذان واصفهان والري
بعد اخيه محمد البهلوان وكان قد قوي
عليه السلطان طغريل السلجوقي وهزم
عسكر بغداد كما تقدم ذكره ثم ان قزل
ارسلان تغلب واعتقل السلطان طغريل
في بعض البلاد وسار قزل ارسلان بعد
ذلك الي اصفهان وتعصب علي الشفعوية
واخذ جماعة من اعيانهم فصلبهم
وعاد الي همذان وخطب لنفسه
بالسلطنة ودخل لينام علي فراشه وتغرق
عنه اصحابه فدخل اليه من قتله علي
فراشه ولم يعرف قاتله

وفيها

HUjus anni menſe *Sjabano* interfectus eſt *Kozul-Arſlanus*, cujus nomen *Othmanus*, *Ilduczi* filius. Hic *Aderbisjanam*, *Hamadanum*, *Iſpahanum*, & *Rajam* ſub ditione habuit, poſt Fratrem *Muhammedem Pehlewanum*. Adverſus hunc corroborarat ſeſe *Sultanus Togrylus Selsjukides*, exercitu *Bagdadenſi* fuſo fugatoque, prout ante memoratum eſt. Poſtea *Kozul-Arſlanus* iterum ſuperior evaſit, atque *Sultanum Togrylum* in quodam oppido incluſum tenuit. *Iſpahanum* deinde profectus deſæviit adverſus *Sjafiticam* ſectam, multis ex Illuſtribus in crucem ſuffixis. Tum *Hamadanum* reverſus *Sultani* ſibi vindicavit titulum; ubi cubiculum ingreſſus ut in lectulo addormiſceret, dilapſis ſatellitibus, ab aliquo ſubingreſſo interficitur in ſtrato; nec reſcitum quis ipſum percuſſerit.

Eo anno acceſſit *Moëzzoddinus Cæſar-Sjahus*, filius *Kelisji Arſlani*, provinciarum *Rumaearum* Domini, ad *Saladinum*. In cauſa fuit, quod genitor ipſius regnum ſuum inter liberos diviſiſſet, atque huic Filio *Malatiam* attribuiſſet. Sed unus e Fratribus, Patre in poteſtatem redacto, ipſum coëgerat *Malatiam* Fratri iterum adimere. Hoc metu compulſus ad *Sultanum* confugit; qui eum multo honore adfecit, data quoque in matrimonium filia Fratris *Eladili*. *Malatiam* reverſus eſt *Moëzzoddinus* menſe *Dſulkada*. Refert *Ibnolathirus*, quum *Moëzzoddinum Cæſar-Sjahum* deducturus procederet *Sultanus Saladinus*, utrumque peditem primo inceſſiſſe: moxque conſcendere volentem *Sultanum* adjuviſſe *Cæſar-Sjahum*, atque in equum levaſſe: adfuiſſe quoque ibi *Aladinum* filium *Ezzoddini Meſoudi*, principis *Moſulitici*, qui veſtes *Sultani* compoſuerit. Tum vero quendam circumſtantium ſecum dixiſſe, *Haud eſt, Fili Jobi, quod te ullum genus mortis ſollicitet. In equum te tollit Rex Selsjukides; veſteſque tibi tuas componit filius Atabechi Zenchii.*

Hoc anno interemtus eſt *Abulphatahus Jahja*, cui *Sjehaboddino* cognomentum, *Saharwardienſis*, Medicus, Philoſophus, in arce *Halebenſi*, mancipatus carceri. Eum ex mandato patris *Sultani* ſtrangulari juſſit *Amalicbus Addahirus Gazius*. Didicerat Fundamenta religionis, & Philoſophiam, *Maragæ* ſub *Mesjdoddino*; unde *Halebum* ſe contulerat. Plus habebat ſcientiæ, quam judicii. Ferebatur Religionem diſſolvere, ſectamque ſequi Philoſophorum: quam ob profanitatem legitime eum necari poſſe pronunciarunt Juris periti, præſertim quod eam publice præ ſe ferret, eaque nobilitatus jam eſſet. Acerbiſſimi in eum extitere *Zinoddinus* & *Mesjdoddinus*, filii *Sjehbali*. Tradit doctor *Saiphoddinus Amidenſis*, ſe *Halebi* conveniſſe *Saharwardienſem*, qui imperium totius terrarum orbis ſibi fato deberi dictitabat. Id unde ipſi liqueret rogatum reſpondiſſe, *quia in ſomnio totius maris aquam ebibiſſe ſibi viſus eſſet*. Tum repoſuiſſe ſeſe, potius vaſtum ſcientiæ ipſius deſiderium, aut ſimile quid eſſe ſignificatum; ſed hominem a concepta ſemel opinione avelli haud potuiſſe: ſeque reperiſſe eum plurimæ quidem doctri-

وفيها قدم معز الدين قيصر شاه بن قليج ارسلان صاحب بلاد الروم الي صلاح الدين وسببه ان والده فرق مملكته علي اولاده واعطي ولده هذا ملطية ثم تغلب بعض اخوته علي ابيه والزمه باخذ ملطية من اخيه المذكور فخاف من ذلك فسار الي السلطان ملتجيا اليه فاكرمه السلطان وزوجه بابنة اخيه الملك العادل وعاد معز الدين الي ملطية في ذي القعدة قال ابن الاثير لما ركب السلطان صلاح الدين ليودع معز الدين قيصر شاه ترجل معز الدين وترجل السلطان ولما ركب السلطان عضده قيصر شاه وركبه وكان علاء الدين بن عز الدين مسعود صاحب الموصل مع السلطان اذ ذاك فسوي ثياب السلطان ايضا فقال بعض الحاضرين في نفسه ما بقيت تبالي يا ابن ايوب باي موتة تموت يركبك ملك سلجوقي ويصلح ثيابك ابن اتابك لزنكي

وفيها قتل ابو الفتح يحيي الملقب شهاب الدين السهروردي الحكيم الفيلسوف بقلعة حلب محبوسا امر بخنقه الملك الظاهر غازي بامر والده السلطان قرا المذكور الاصوليين والحكمة بمراغة علي مجد الدين ثم سفر الي حلب وكان علمه اكثر من عقله فنسب الي انحلال العقيدة وانه يعتقد مذهب الفلاسفة فافتي الفقهاء باباحة دمه لما ظهر من سوء مذهبه واشتهر عنه وكان اشد منهم عليه في ذلك زين الدين ومجد الدين ابنا جهبل حكي الشيخ سيف الدين الامدي قال اجتمعت بالسهروردي في حلب فقال لي لا بد ان املك الارض فقلت من اين لك هذا قال رايت في المنام كاني شربت ما البحر فقلت لعل يكون اشتهاها عليك وما يناسب هذا فراينه لا يرجع عما وقع في نفسه ووجدته كثير العلم قليل العقل وكان عمره لما قتل ثمانيا وثلاثين سنة

سنة وله عدة مصنفات في الحكمة منها التلويحات والتقتيحات والمشارع والمطارحات وكتاب الهياكل وحكمة الاشراق وكان ينسب انه يعرف السيميا وله نظم حسن

trinæ, ſed judicii perquam exilis. Annos habebat, quum peremtus eſt, octo & triginta. Multos in *Philoſophia* libros compoſuit, inter quos *Elucidationes*, & *Enarrationes*, & *Viæ regiæ*, & *Diſputationes*; item *Liber de Molibus*: nec non *Philoſophia Orientis*. Noviſſe quoque *Phyſiognomonicen* credebatur. Extant & elegantia ejus carmina.

ثم دخلت سنة ثمان ثمانين وخمسمائة وفيها سارت الفرنج الي عسقلان وشرعوا في عمارتها في المحرم والسلطان بالقدس

Sequitur annus octavus & octogeſimus, quo Franci *Aſcalonem* profecti, ei reædificandæ manum admoverunt, menſe *Muharremo*; dum *Sultanus* ageret *Hieroſolymis*.

وفيها قتل المركيس صاحب صور لعنه الله تعالي قتلة الباطنية وكان قد دخلوا في زي الرهبان الي صور

Eo anno interfectus eſt *Marchio*, *Tyri* Dominus, cui Deus maledicat. Occiderunt eum *Batinitæ*, qui habitu Monachorum in urbem irrepſerant.

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

ذكر عقد الهدنة مع الفرنج وعود السلطان الي دمشق

Induciæ cum Francis ſanciuntur: & Sultanus Damaſcum redit.

وسبب ذلك ان ملك الانكتار مرض وطال عليه البكار فكتب الملك العادل يساله الدخول علي السلطان في الصلح فلم يجب السلطان الي ذلك ثم اتفق راي الامراء علي ذلك لطول البكار وضجر العسكر ونفقاتهم فاجاب السلطان الي ذلك واستقر امر الهدنة في يوم السبت ثامن عشر شعبان وتحالفوا علي ذلك في يوم الاربعاء الثاني والعشرين من شعبان فلم يحلف ملك الانكتار بل اخذوا يده واعتذر بان الملوك لا يحلفون وقنع السلطان بذلك وحلف الكند هري ابن اخيه وخليفته في الساحل وكذلك حلف غيره من عظماء الفرنج ووصل ابن الهنفري وبالبان الي خدمة السلطان ومعهما جماعة من المقدمين واخذوا يد السلطان واستحلفوا الملك العادل والملكين الافضل والظاهر والملك المنصور والملك المجاهد شيركوه صاحب حمص والامجد بهرام شاه بن فرخشاه صاحب بعلبك والامير بدر الدين دلدرم البارزي صاحب تل باشر

INduciis deinde anſam præbuit morbus Regis *Angliæ*, longa jam feſſi militia. Is ad *Almalichum Aladilum* ſcripſit, petens, ut ad pacem obtinendam intercederet apud *Sultanum*; qui mentionem ejus reſpuebat. Duces tamen in eam conſenſere, diuturna militia, tædio exercitus, & ſumtuum penuria adducti. Et *Sultano* itaque annuente, de induciis tranſactum eſt die *Sabbati*, octavo & decimo *Sjabani*, ejusdemque menſis viceſimo ſecundo, qui *Mercurii* erat dies, jurejuratum. Non juravit tamen Rex *Angliæ*, ſed manum tantum ejus acceperunt, excuſantis, Reges haud jurare. Id ſatis viſum *Sultano*. At juravit Comes *Henricus*, filius Fratris, Vicariuſque ejus in tractu litorali. Conſimiliter & alii magnates *Francorum* jusjurandum dedere. Accedentes dein Filius *Hunfredi*, & *Baliamus*, cum turba virorum principum, ad *Sultanum*, manum quoque ejus accepere; ſed jusjurandum adegere *Almalichum Aladilum*, itemque *Alaphdalum* & *Addahirum*: ut & *Almalichum Almanſourum*, *Almalichumque Almosjahidum Sjyrchouhum*, *Emiſſæ* principem. Item *Alamsjadum Behramsjahum*, filium *Pharchsjahi*, principem *Baalbechi*; & *Emirum*

Digitized by Google

Bedroddinum Duldurmum Jarukienſem, Dominum *Telbaſjari*, cum *Emiro Sabikoddino Othmano*, filio *Dajæ*, *Zjaizari* Domino; *Emiroque Saiphoddino Ali*, filio *Ahmedi*, *Mesjtoubo*, aliiſque primariis ducibus. Communes terra marique pactæ induciæ; quæ tres annos, & tres menſes durarent; inciperentque ab *Elulo*, qui congruit in viceſimum primum *Sjabani*.

Factæ hac conditione induciæ, ut in manu *Francorum* remaneret *Jaffa*, *Cæſarea*, *Arſophum*, *Haipha*, *Ptolemais*, cum ſuis ſibi diſtrictibus: utque *Aſcalon* devaſtaretur. *Sultanus* autem ſuo induciarum inſtrumento inſeri voluit *Iſmaëlitas*; quemadmodum & *Franci* ſuo inſeruere principem *Antiochiæ* & *Tripolis*: utque *Lydda* & *Ramla* æqualiter dividerentur inter ipſos & noſtros. In hæc foedus ictum.

Tum *Hieroſolymas* reverſus *Sultanus*, quarto *Ramadani*, rebus ejus inſpectis, moenia firmari juſſit. Auxit quoque reditus ſacros *Gymnaſii*, quod ibi inſtituerat. Id ante *Iſlamismum Sanctæ Annæ* indigitamento fuerat notum: narrantque ſepulcrum ibi extare *Annæ*, matris *Mariæ*. Sub *Iſlamismo* in ſcholam fuerat converſum, ante quam *Franci Hieroſolymis* potirentur. Hi urbe ſubacta Templum priſtino reſtituerant honori. Sed iterum victor *Sultanus*, id in *Gymnaſium* commutavit, cujus regimen redituſque commiſit judici *Bohaddino*, filio *Sjeddadi*.

Quum tranſactum eſſet de induciis, miſit *Sultanus* centum cæmentarios ad *Aſcalonem* diruendam, qui in ea erant *Francis* demigrare juſſis. Peregrinationem *Meccanam* mox ſacraſque Cerimonias ſuſcipere ex urbe *Hieroſolymitana* conſtituit: eumque in finem ad Fratrem *Saiphol-Iſlamum*, *Arabiæ Felicis* Dominum ſcripſit. Sed quum Duces id vehementius improbarent, intutas eſſe inducias dictitantes, ob perfidiam *Francorum*, a propoſito illo reſiluit.

Elapſis quinque diebus *Sjawali*, *Hieroſolymis Neapolin* profectus eſt *Sultanus*, indeque *Baiſanum*; ac porro *Cauchebam*; cujus in arce pernoctavit. Inde *Tiberiadem* tranſſcendit, ubi occurrit ei *Emirus Bohaddinus Karakousjus Aſedæus*, jam vinculis exemtus, in quæ conjectus cum reli-

باشر والامير سايف الدين عثمان بن الدايه صاحب شيزر والامير سيف الدين علي بن احمد المشطوب وغيرهم من المقدمين الكبار وعقدت الهدنة عامة في البحر والبر وجعلت مدتها ثلاث سنين وثلاثة اشهر اولها ايلول الموافق لحادي وعشرين من شعبان

وكانت الهدنة علي ان يستقر بيد الفرنج يافا وعملها وقيسرية وعملها وارسوف وعملها وحيفا وعملها وعكا وعملها وان يكون عسقلان خرابا واشرط السلطان دخول بلاد الاسماعيلية في عقد هدنته واشترط الفرنج دخول صاحب انطاكيه وطرابلس في عقد هدنتهم وان يكون لد والرمله مناصفة بينهم وبين المسلمين فاستقرت القاعدة علي ذلك

ثم رحل السلطان الي القدس في رابع شهر رمضان وتفقد احواله وامر بتشديد اسواره وزاد في وقف المدرسة التي عملها بالقدس وهذه المدرسة كانت قبل الاسلام تعرف بصند حنة يذكرون ان فيها قبر حنة ام مريم ثم صارت في الاسلام دار علم قبل ان يتملك الفرنج بالقدس ثم لما ملكوا الفرنج بالقدس اعادوها كنيسة كما كانت قبل الاسلام فلما فتح السلطان القدس اعادها مدرسة وفوض تدريسها ووقفها الي القاضي بهاء الدين بن شداد

ولما استقر امر الهدنة ارسل السلطان ماية حجار بين لتخريب عسقلان وان يخرج منها من بها من الفرنج وعزم علي الحج والاحرام من القدس وكتب الي اخيه سيف الاسلام صاحب اليمن بذلك ثم فند الامراء وقالوا لا نعتمد علي هدنة الفرنج خوفا من غدرهم فانتقض عزمه عن ذلك

ثم رحل السلطان عن القدس لخمس مضين من شوال الي نابلس ثم الي بيسان ثم الي كوكب فبات بقلعتها ثم رحل الي طبرية ولقيه بها الامير بها الدين قراقوش الاسدي وقد خلص من الاسر وكان

وكان قد اسر بعكا لما اخذها الفرنج مع من اسر فسار فراقوش مع السلطان الي دمشق ثم سار منها الي مصر

ثم سار السلطان الي بيروت ووصل الي خدمته بيمند صاحب انطاكية يوم السبت حادي وعشرين شوال فاكرمه السلطان وفارقه غد ذلك اليوم وسار السلطان الي دمشق ودخلها يوم الاربعاء لخمس بقين من شوال وفرح الناس به لان غيبته كانت عنهم مدة اربع سنين واقام العدل والاحسان بدمشق واعطي السلطان العساكر الدستور فودعه ولده الملك الظاهر وداعا لا لقاء بعده وسار الي حلب وبقي عند السلطان بدمشق ولده الافضل والقاضي الافضل (الفاضل) وكان الملك العادل قد استاذن السلطان وسار من القدس الي الكرك لينظر في مصالحه ثم عاد الي دمشق طالبا البلاد الشرقية التي صارت له بعد تقي الدين فوصل الي دمشق في الحادي والعشرين من ذي القعدة وخرج السلطان للقايه

وفي يوم الخميس السادس والعشرين من شوال من هذه السنة توفي الامير سيف الدين المشطوب بنابلس وكانت اقطاعه فوقف السلطان ثلث نابلس علي مصالح القدس واقطع الباقي للامير عماد الدين احمد بن المشطوب ولاميرين معه

reliquis captivis fuerat, quum *Franci Ptolemaidem* ceperant. *Damascum* cum *Sultano* perlatus *Karakousjus*, inde se in *Ægyptum* retulit.

Berytum porro adiit *Sultanus*, ubi ad ipsum salutandum accessit *Boemundus*, princeps *Antiochiæ*, die sabbati, vicesimo primo *Sjawali*. Is honorifice acceptus, & postero demum die dimissus est. *Damascum* hinc revectus *Sultanus*, eam intrat feria quarta, quinque adhuc *Sjawali* lucibus reliquis. Summa hominum lætitia receptus est, quippe qui quatuor jam annos abfuisset: justitiamque ac beneficentiam suam urbi impertivit. Tum venia domum abeundi data exercitibus, postremum ei vale dixit *Almalichus Addahirus*, nunquam ipsum postea visurus: *Halebumque* profectus est. Alter gnatus *Alaphdalus*, judexque *Elphadilus*, apud *Sultanum* remansere *Damasci*. *Aladilus* jam tum *Hierosolymis*, facultate impetrata, *Caracham* discesserat, res ejus adspecturus. Inde *Damascum* regressus est, ad provincias tendens Orientales, quæ ipsi post *Tacoddinum* cesserant. *Damascum* pervenit vicesimo primo *Dsulkadæ*: eique occurrurus processit *Sultanus*.

Feria quinta, sexto & vicesimo *Sjawali*, supremum diem clausit *Emirus Saiphoddinus Mesjtoubus*, in urbe *Neapoli*, quam feudi jure obtinebat. *Sultanus* tertiam *Neapolitani* vectigalis partem destinavit farciendis *Hierosolymis*. Reliquum assignavit *Emiro Amaddoddino Abmedo*, filio *Mesjtoubi*, duobusque cum eo *Emiris*.

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Obitus Sultani Ezzoddini Kelisji Arslani, Rumæarum Provinciarum Domini: & Historia eorum qui post ipsum præfuere.

ذكر وفاة السلطان عز الدين قلمج ارسلان صاحب بلاد الروم واخبار الذين تولوا بعده

HOc anno, nempe octavo & octogesimo supra quingentesimum, medio *Sjabano*, vita cessit *Sultanus Ezzoddinus Kelisjus Arslanus*, filius *Mesjoudi*, filii *Kelisji Arslani*, filii *Solimanni*, filii *Kotlu-*

في هذه السنة اعني سنة ثمان وثمانين وخمسماية في منتصف شعبان توفي السلطان عز الدين قلمج ارسلان بن مسعود بن قلمج ارسلان بن سليمان بن

Kotlumiſi, filii *Arſlani Jabguæ*; filii *Selsjuki*. Regnare coeperat anno primo & quinquageſimo ſeculi. Habenas imperii ita tenuit ut idem prudentiſſimus, formidoloſiſſimus, atque juſtiſſimus cenſeretur; in expeditionibus ſacris (adverſus *Græcos*) aſſiduus. Decem ei erant filii, quorum quemque præfecit tractui e provinciis *Rumæis*. Natu maximus eorum *Kotboddinus Melicsjahus* a patre donatus *Saiwaſo*, ſtimulante cupiditate, patrem fratreſque corripere in animum inducit, ſoluſque imperio potiri. Ei adjutorem ſe præbuit princeps *Arzenchani*. Vadit itaque *Melicsjahus*, patremque in urbe *Iconienſi* opprimit; atque ei jam in poteſtatem redacto ait, ſe quæcunque fieri juberet pro ipſo eſſe curaturum vice primarii miniſtri. Inde ſucceſſorem Regni ſe, adhibitis teſtibus, a patre ſcribi procurat: atque bellum ſuſcipit adverſus fratrem *Nouroddinum Sultan-Sjahum*, principem *Cæſareæ*, patrem ſecum captivum vehens, præferenſque ſe quæ faceret, paterno facere imperio. Adverſus eum in aciem eduxit exercitus *Cæſareënſis*: quo in tumultu conflictuque occaſionem nactus *Kelisjus Arſlanus*, ſe fuga ſubduxit ad filium *Sultan-Sjahum*, Cæſareæ Dominum: qui ipſum in honore habuit, & magno pretio, prout officium exigebat. Tum *Iconium* relatus *Kotboddinus Melicsjahus*, *Sultani* titulum ſibi circumdedit; manſitque pater ejus ſuis in regionibus vagabundus inter filios, ſe quoties unum ſatis ipſius cepiſſet, ad alium transferens: donec devenit ad filium *Gijathoddinum Kaichoſroëm*, principem *Bargiloui*, qui patrem *Kelisjum* confirmatum, opibuſque ac copiis militaribus probe ſuccinctum, reduxit *Iconium*, quam domuit & *Melicsjaho* eripuit. Inde *Ceſaream* contendit. Contigit tunc tempeſtatis ut morbo implicitus *Ezzoddinus Kelisjus Arſlanus* decederet, quem filius *Caichoſroës Iconium* devexit, ibique tumulavit. Paulo poſt obitum patris *Melicsjahus* quoque deceſſit. Sic in imperio *Iconienſi* corroboratus *Caichoſroës* ſe patris geſſit ſucceſſorem. Sed adverſus ipſum conſurrexit *Rucnoddinus Solymannus*, Frater ipſius, ipſique *Iconium* ademit. Tum in *Syriam* profugit *Gijathoddinus Caichoſraës*, opem imploraturus *Atabechi Aleppini*, *Halebi* Domini. *Rucnoddinus Solymannus* dein anno ſexcenteſimo emoritur, eique in regno

بن قطلومس بن ارسلان يبغوا بن سلجوق وكان ملكه في سنة احدي وخمسين وخمسماية وكان ذا سياسة وهيبة عظيمة وعدل وافر وغزواة (غزوات) كثيرة وكان له عشرة بنين قد ولي كل واحد منهم قطر من بلاد الروم واكبرهم قطب الدين ملكشاه بن قلج ارسلان المذكور وكان قد اعطاه ابوه سيواس فسولت له نفسه القبض علي ابيه واخوته والانفراد بالسلطنة وساعده علي ذلك صاحب ارزنكان فسار قطب الدين ملكشاه وهجم علي والده قلج ارسلان مدينة (بمدينة) قونية وقال لوالده وهو في قبضته انا بين يديك انفذ اوامرك ثم انه اشهد علي والده بانه جعله ولي عهده ثم مضيا الي حرب اخيه نور الدين سلطان شاه صاحب قيسارية ووالده في القبضة معه وهو يظهر ان ما يفعله انما هو بامر والده فخرج عسكر قيسارية لحربه فوجد ابوه عز الدين قلج ارسلان عند اشتغال العسكر بالقتال فرصة فهرب الي ولده سلطان شاه صاحب قيسارية فاكرمه وعظمه كما يجب عليه فرجع قطب الدين ملكشاه الي قونية وخطب لنفسه بالسلطنة وبقي ابوه يتردد في بلاده بين اولاده كلما ضجر منهم واحد ينتقل الي الاخر حتي حصل عند ولده غياث الدين كيخسرو بن قلج ارسلان صاحب برغلو فقوي اباه قلج واعطاه وجمع له وحشد وسار معه الي قونية فملكها واخذها من ابنه ملكشاه ثم سار الي اقصرا واتفق ان عز الدين قلج ارسلان مرض ومات في التاريخ المذكور فاخذه ولده كيخسرو وعاد به الي قونية فدفنه بها واتفق موت ملكشاه بعد موت ابيه بقليل فاستقر كيخسرو في ملك قونية واثبت انه ولي عهد ابيه ثم ان ركن الدين سليمان اخا غياث الدين كيخسرو قوي علي اخيه كيخسرو واخذ منه قونية فهرب كيخسرو الي الشام مستجيرا بالملك الظاهر صاحب حلب

ثم

ثم مات ركن الدين سليمان سنة ستمائة
وملك بعده ولده قلج ارسلان بن سليمان
فرجع كيخسرو الي بلاد الروم وازال ملك
بن سليمان وملك بلاد الروم جميعها
واستقرت له السلطنة ببلاد الروم وبقي
كذلك الي ان قتل وملك بعده ابنه عز
الدين كيكاوس بن كيخسرو ثم توفي
كيكاوس وملك بعده اخوه السلطان علا
الدين كيقباد بن كيخسرو وتوفي كيقباد
سنة اربع وثلثين وستمائة وملك بعده ولده
غياث الدين كيخسرو وكسره التتر سنة
احدي واربعين وستمائة وتضعضع حينئذ
ملك السلاطين السلجوقية ببلاد الروم ثم
مات غياث الدين كيخسرو وانقضي بموته
سلاطين بلاد الروم في الحقيقة لان من
صار بعده لم يكن له من السلطنة غير
مجرد الاسم وخلف كيخسرو المذكور
صبيين هما ركن الدين وعز الدين فملكوا
معا مديدة ثم انفرد ركن الدين بالسلطنة
وهرب اخوه عز الدين الي قسطنطينيه
وتغلب علي ركن الدين معين الدين
البرواناه والبلاد بالحقيقة للتتر ثم ان
البرواناه قتل ركن الدين واقام ابنا لركن
الدين يخطب له بالسلطنة والحكم
للبرواناه وهو نايب للتتر علي ما
سنذكره ان شاء الله تعالي

regno succedit filius *Kelisjus Arslanus Solymannides*. At *Caichosroës* ad regiones *Rumæas* reversus, filium *Solymanni* regno dejicit, universasque illas provincias dictioni subjungit: quas stabili rexit imperio, donec interficeretur. Ei successit filius *Ezzoddinus Caicavasus*; cui fatis functo surrogatur frater *Sultanus Aladinus Caikobadus*, filius *Caichosroïs*. Hic *Caikobadus* defungitur anno quarto & tricesimo supra sexcentesimum; post quem regnavit filius ipsius *Gijathoddinus Caichosroës*. Eum *Tatari* fregerunt anno primo & quadragesimo ejusdem seculi; qua tempestate imperium *Sultanorum Selsjukidarum* in provinciis *Rumæis* est labefactatum atque convulsum. Expirat deinde *Gijathoddinus Caichosroës*, in eoque *Rumæenses Sultani* vere expirarunt: qui enim post ipsum extitere, nudum *Sultanatus* gessere nomen. Reliquit autem *Caichosroës* memoratus duos filiolos, *Rucnoddinum*, & *Ezzoddinum*, qui simul aliquamdiu regnarunt. Deinde solus imperium occupavit *Rucnoddinus*; *Ezzoddinusque* frater *Constantinopolin* profugit. *Rucnoddinum* sibi obnoxium habuit *Mainoddinus*, *Berwana*, sive *Tatarorum* præfectus, quorum vere erant hæ provinciæ. Mox *Rucnoddinum* interemit *Berwana*, substituto ei filio, cui quidem *Sultanatus* verbo tribuebatur, sed vis omnis imperii erat penes *Berwanum*, a *Tataris* præpositum; prout Deo volente postea exponemus.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

ذكر غير ذلك من الحوادث

في هذه السنة غزا شهاب الدين
الغوري الهند فغنم وقتل ما
لا يحصي

وفيها خرج السلطان طغريل من
الحبس بعد قتل قزل ارسلان بن الدكز
وكان قزل قد اعتقله حسبما
تقدم ذكره في سنة سبع وثمانين
وخمسمائة

وفيها توفي راشد الدين سنان بن
سليمان بن محمد وكنيته ابو الحسن
صاحب

Alii Illustriores eventus.

HOc anno *Sjehaboddinus Gaurita* expeditionem suscepit in *Indiam*, innumeramque & prædam avexit, & cædem edidit.

Eodem quoque, carcere egressus est *Saltanus Togrylus*, postquam occisus esset *Kozal-Arslanus Ilduczi* filius; qui eum incluserat: quemadmodum ante ad annum septimum & octogesimum memoravimus.

Defunctus etiam est *Rasjidodinus Sinanus*, filius *Solymanni*, filii *Muhammedis*, cui cognomentum *Abulhasjaro*. Is sec-

tæ *Iſmaeliticæ* auctor fuit in arcibus *Syriæ*, *Baſra* oriundus.

صاحب دعوة الاسماعيلية بقلاع الشام واصله من البصرة

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Obitus Almalichi Alnaſiri Saladini Abulmodafferi Joſephi, filii Jobi.

ذكر وفاة الملك الناصر صلاح الدين ابي المظفر يوسف بن ايوب

INeunte anno nono & octogeſimo ſupra quingenteſimum, *Sultanus* agebat *Damaſci* omni lætitia cumulatus. Ad venandum autem egreſſus ab orientali latere *Damaſci*, per quindecim abfuit dies, comitante ipſum fratre *Aladilo*. Ad urbem reverſo tunc valedixit *Eladilus*, nunquam eum reviſurus: *Carachamque* ſe contulit; ubi ſubſtitit uſque dum mors Fratris ipſi renunciaretur. *Sultanus Damaſci* detentus die *Veneris*, decimo quinto *Saphari* evectus eſt ad peregrinatores *Meccanos* excipiendos. Non ſolebat autem procedere niſi *Kezagenda*, thorace, veſtitus. Illo tamen die, quo ingens multitudo confluxerat, tum peregrinatoribus occurſura, tum equitantem viſura *Sultanum*, *Kezagendam* non aſſumſerat; eamque fruſtra jam progreſſus requiſivit, neglectam ſcilicet a ſuis. Peregrinatores ſacros excipienti in lacrymas ſoluti ſunt oculi, quod panegyreos iſtius occaſio ipſi fuiſſet elapſa. Cum peregrinatoribus acceſſit ad ipſum filius Fratris *Saiphol-Iſlami Arabiæ Felicis* Domini. Revectus inter hortos, a parte *fonticuli*, arcem intrat per pontem, fuitque hæc poſtrema ejus equitatio. Nocte *Sabbati*, decimo ſexto *Saphari*, ingens eum torpor corripuit, atque ſub mediam noctem *febri biliosa* implicatur. Quum morbus identidem increſceret, venæ ſectio a Medicis adhibetur die quarto, unde malum exaſperatum eſt. Die nono horror ipſum pervaſit cum delirio, neque poculenti quicquam amplius ſumere potuit. Tum conſternata majorem in modum civitas, moerore & fletu obruitur inenarrabili. Decimo die clyſter bis admotus aliquid dedit laxamenti, ptiſanæque bonum ſumſit modum. Subſecutus eſt ingens ſudor, quo ſtratum omne commadefactum. Nocte duodecima morbi, quæ erat ſeptima & viceſima *Sa-*

ثم دخلت سنة تسع وثمانين وخمسماية والسلطان بدمشق علي اكمل ما يكون من المسرة وخرج الي شرقي دمشق متصيدا وغاب خمسة عشر يوما وصحبته اخوه الملك العادل ثم عاد الي دمشق وودعه اخوه العادل وداعا لا لقاء بعده فمضي الي الكرك واقام به حتي بلغه وفاة السلطان واقام السلطان بدمشق وركب في يوم الجمعة خامس عشر صفر وتلقي الحجاج وكان عادته لا يركب الا وهو لابس كزاغند فركب ذلك اليوم وقد اجتمع بسبب ملتقا الحجاج وركوبه عالم عظيم ولم يلبس الكزاغند ثم ذكر وهو راكب فطلب الكزاغند فلم يجد قد حملوه معه ولما التقي الحجاج استعبرت عيناه كيف فاته الحج ووصل اليه مع الحجاج ولد اخيه سيف الاسلام صاحب اليمن ثم عاد السلطان بين البساتين الي جهة المنيبع ودخل الي القلعة علي الجسر اليها وكانت هذه اخر ركباته فاعقبه ليلة السبت سادس عشر صفر كسل عظيم وغشيه نصف الليل حمي صفراوية واخذ المرض في التزايد وفصده (وفصدوه) الاطباء في الرابع فاشتد مرضه وحدث به في التاسع رعشة وغاب ذهنه وامتنع من تناول المشروب واشتد الارجاف في البلد وغشي من الحزن والبكا عليه ما لا يمكن حكايته وحقن في العاشر حقنتين فحصل له راحة وتناول من ماء الشعير مقدارا صالحا ثم لحقه عرق عظيم حتي نفذ من الفراش واشتد المرض ليلة الثاني عشر من مرضه وهي ليلة السابع والعشرين من صفر وحضر عنده الشيخ ابو

ابو جعفر امام الكلاسة لبيت عنده في القلعة بحيث ان احتضر في الليل ذكره بالشهادة وتوفي السلطان في الليلة المذكورة لعني في الليلة المسفرة عن نهار الاربعاء السابع والعشرين من صفر بعد صلاة الصبح وبادر القاضي الفاضل بعد صلاة الصبح فحضر وفاته ووصل القاضي بهاء الدين بن شداد بعد وفاته وانتقاله الي رحمة الله تعالي وكرامته وغسله الفقيه الدولعي خطيب دمشق واخرج بعد صلاة الظهر من نهار الاربعاء المذكور في تابوت مسجي بثوب وجميع ما احتاجه من الثياب في تكفينه حضره القاضي من جهة حل عرفه وصلي الناس عليه ودفن في قلعة دمشق في الدار التي كان مريضا فيها وكان نزوله الي جدثه وقت صلاة العصر من النهار المذكور

وكان الملك الافضل ابنه قد حلف الناس له قبل وفاة والده عندما اشتد مرضه وجلس للعزاء في القلعة وارسل الملك الافضل علي الكتب بوفاة والده الي اخيه العزيز عثمان بمصر والي اخيه الظاهر غازي بحلب والي عمه الملك العادل ابي بكر بالكرك ثم ان الملك الافضل عمل لوالده تربة قرب الجامع وكانت دارا لرجل صالح ونقل اليها السلطان يوم عاشورا سنة اثنين وتسعين وخمسماية ومشي الملك الافضل بين يدي تابوته واخرج من باب القلعة علي دار الحديث الي باب البريد وادخل ووضع قدام المنبر وصلي عليه القاضي محي الدين بن القاضي زكي الدين ثم دفن وجلس ابنه الملك الافضل في الجامع للعزا ثلثة ايام وانفقت ست الشام بنت ايوب اخت السلطان في هذه النوبة اموالا عظيما

وكان مولد السلطان صلاح الدين بتكريت في شهور سنة اثنين وثلاثين وخمسماية وكان عمره قريبا من سبع وخمسين سنة وكانت مدة ملكه للديار المصرية

Saphari, quum intenderet ſeſe vis mali, adfuit ei doctor *Abusjafarus*, Antiſtes templi *Kellaſa*, apud eum in arce pernoctaturus, ut ſi moreretur iſta nocte, ſuggereret ei *Solennem fidei Muſulmannæ teſtificationem*. Ea nocte finivit *Sultanus*, nocte inquam illa quæ illuxit in diem *Mercurii*, ſeptimum & viceſimum *Saphari*, poſt preces matutinas. Judex *Elphadilus* quum peractis illis precibus feſtinaſſet, morti ejus interfuit. Sed judex *Bohaddinus*, filius *Sjeddadi*, acceſſit demum poſtquam exſpiraſſet, atque ad miſericordiam gratiamque Dei O. M. emigraſſet. Antiſtes *Daulaius*, orator *Damaſcenus*, ipſum lavit. Poſt preces meridianas ejuſdem diei *Mercurii*, in Sandapila, veſtimento cooperta, elatus eſt. Quicquid veſtium opus fuit ad funerationem, judex (*Elphadilus*) exhibuit ære alieno paratum. Orarunt pro eo homines; ſepultuſque eſt in arce *Damaſcena*, eadem in ſede ubi decubuerat. Deſcendit in ſepulchrum ſub precibus veſpertinis ejuſdem diei.

Almalichus Alaphdalus Ali jusjurandum adegerat homines in fidem ſuam, ante patris exceſſum, quum morbus ejus invaluiſſet. Is ad officia conſolationis in arce præſedit; atque literas mortis hujus nuncias expedivit ad Fratres *Elazizum Othmannum* in *Ægypto*, *Addahirumque Gazium Halebi*; item ad patruum *Almalichum Aladilum Abu-Becrum Carachæ*. Deinde conſtruxit *Almalichus Alaphdalus* patri tumulum prope Baſilicam, ex ædibus viri probitate inſignis. Illuc tranſportatus eſt *Sultanus* die nono *Muharremi*, anno ſecundo & nonageſimo ſupra quingenteſimum; feretrum prægrediente *Alaphdalo*. Eductus porta arcis præter *Dar-Elhadythum*, ad portam *Elbaridum*, introlatus eſt in Baſilicam, atque ante ſuggeſtum depoſitus. Oravit tum pro eo judex *Muhjoddinus* filius judicis *Zecoddini*; atque ita terræ mandatus eſt. *Alaphdalus* triduum in eadem Baſilica ad conſolationis officia conſedit. Hac vice *Sittolsjama* filia *Jobi* ingentes opes erogavit.

In lucem editus fuit *Sultanus Saladinus Tecritæ*, menſibus anni ſecundi & triceſimi hujus ſeculi. Circiter ſeptem & quinquaginta annorum ætatem implevit. Quatuor & viginti ferme annos regnum

Ægyptiacum tenuit. In *Syria* novendecim admodum annos regnavit. Decem & septem liberos masculos reliquit: unamque filiam. Natu maximus erat, *Almalichus Alaphdalus Nouroddinus Ali*, filius *Josephi*; anno quinto & sexagesimo seculi procreatus. *Elazizus Othmanus* biennio fere minor erat: minorque ambobus *Addahirus*, *Halebi* Dominus. Filia innupta mansit, donec eam in matrimonium duxit filius patrui ejus *Almalichus Alcamilus*, *Ægypti* Rex.

In ærario suo nihil reliquit *Sultanus Saladinus* præterquam septem & quadraginta nummos argenteos, unumque aureum *Tyrium*, ex universis illis reditibus *Ægypti*, *Syriæ*, *Orientalium regionum*, & *Arabiæ Felicis*; quod argumentum est evidentissimum immensæ ipsius liberalitatis. Nullam quoque domum, nullum fundum hæredi transmisit. *Elimadus* scriba ait se computasse equos *Arabes*, generosioresque cursores, quos *Sultanus* spatio illo quo in planitie *Ptolemaidis* castra tenuit, est elargitus; eosque ad duodecim capitum millia excrevisse: idque præter pretia equorum in acie vulneratorum, quæ liberaliter refudit. Nullum adeo conscendebat equum qui non vel donatus esset, vel promissus.

Statas precum horas religiosissime servabat; nec nisi in coetu orabat. Quum aliquid in animo destinasset, Deo se totum committebat. Diem diei non præferebat. In *Traditione prophetica* audienda multus erat. Compendium juris divini humanique, absolutissimum *Razii* opus, diligentissime trivit. Pulchris moribus enituit, ingratissima quæque æquo ferens animo, atque plurimæ erga suorum delicta conniventiæ; sæpe audiens quæ nollet, absque ut quicquam cuiquam diceret, aut ab eo alienaretur. Die quodam publici consessus *Mamluccorum* nonnemo alterum solea impetivit, quæ aberrans a scopo ad *Sultanum* pervenit, ac prope eum decidit, aliud in latus sese inflectentem, ut citra animadversionem id transmitteret. Castissimæ erat conversationis, cujus in consessu bona tantum & honesta proferebantur: *intaminatusque linguæ*, ita ut nullum unquam dictum contumeliosum effutiverit. Ait *Elimadus* scriba, *in Sultani occasu viri, virtutesque adeo ipsæ, occiderunt, atque exspirarunt. Munificentiæ exaruerunt. Scatue-*

المصرية نحو اربع وعشرين سنة وملكه الشام قريبا من تسع عشرة سنة وخلف سبعة عشر ولدا ذكرا وبنتا واحدة وكان اكبر اولاده الملك الافضل نور الدين علي بن يوسف ولد بمصر سنة خمس وستين وخمسمائة وكان العزيز عثمان اصغر منه بنحو سنتين وكان الظاهر صاحب حلب اصغر منهما وبقيت البنت حتي تزوجها ابن عمها الملك الكامل صاحب مصر

ولم يخلف السلطان صلاح الدين في خزانته غير سبعة واربعين درهما وحرم واحد صوري وهذا من دخل الديار المصرية والشام وبلاد الشرق واليمن دليل قاطع علي فرط كرمه ولم يخلف دارا ولا عقارا قال العماد الكاتب حسبته ما اطلقه السلطان في مدة مقامه بمرج عكا من خيل عراب واكاديش وكان اثني عشر الف راس وذلك غير ما اطلقه من اثمان الخيل للصلبة في القتال فلم يكن له فرس يركبه الا هو موهوب او موعود به

ولم يوخر صلاة عن وقتها ولا صلي الا في جماعة وكان اذا عزم علي امر توكل علي الله ولا يفضل يوما علي يوم وكان كثير سماع الحديث النبوي وقرا مختصرا في الفقه تصنيف سليم الرازي وكان حسن الخلق صبورا علي ما يكرهه كثير المتغافل عن اصحابه يسمع من احدهم ما يكره ولا يعامله بذلك ولا يتغير عليه وكان يوما جالسا فرمي بعض المماليك بعضا بسرموزة فاخطاته ووصلت الي السلطان ووقعت بالقرب منه فالتفت الي الجهة الاخر لتغافل عنها وكان ظاهر المجلس فلا يذكر احد بمجلسه الا بخير وظاهر اللسان فما يولع بشتم قط قال العماد الكاتب مات بموت السلطان الرجال وفات بفواته الافضال وغاضت

Digitized by Google

وغاضت الايادي وفاضت الاعادي وانقطعت الارزاق وادلهمت الافاق وفجع الزمان بواحده وسلطانه ورزي الاسلام بمشيد اركانه

tuerunt inimicitiæ. Abrupta sunt vitæ commoda. Densis tenebris involutum est coelum. Seculum ocello suo unicoque privatum principe. Islamismus firmamentorum suorum fundatore destitutus.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

ذكر ما استقر عليه الحال بعد وفاة السلطان

Quis status fuerit rerum post mortem Sultani,

ولما توفي السلطان الملك الناصر صلاح الدين استقر في الملك بدمشق وبلادها المنسوبة اليها ولده الملك الافضل نور الدين علي وبالديار المصرية الملك العزيز عثمان وبحلب الملك الظاهر غياث الدين غازي وبالكرك والشوبك والبلاد الشرقية الملك العادل سيف الدين ابو بكر بن ايوب وبحماة وسلمية والمعرة ومنبج وقلعة نجم الملك المنصور ناصر الدين محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر وببعلبك الملك الامجد مجد الدين بهرام شاه بن فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب وبحمص والرحبة وتدمر شيركوه بن محمد بن شيركوه بن شادي وبيد الملك خضر بن السلطان صلاح الدين بصري وهو في خدمة اخيه الملك الافضل وبيد جماعة من امراء الدولة بلاد وحصون منهم سابق الدين عثمان بن الدايه بيده شيزر وابو قبيس وناصر الدين بن كورس بن خمار دكين بيده صهيون وحصن برزيه وبدر الدين دلدرم بن بها الدين ياروق بيده تل باشر وعز الدين سامه بيده كوكب وعجلون وعز الدين ابرهيم بن شمس الدين المقدم بيده بغرس وكفرطاب وفامية

والملك الافضل هو الاكبر من اولاد السلطان والمعهود اليه بالسلطنة واستوزر الملك الافضل ضيا الدين نصر الله بن محمد بن الاثير مصنف المثل (المثل) السايرِ وهو اخو عز الدين بن الاثير مولف

FUncto *Sultano Almalicho Alnasiro Saladino*, in Regno *Damasci*, provinciarumque ad illud pertinentium, sese stabilivit filius ejus *Almalichus Alaphdalus Nouroddinus Ali*. In regionibus *Ægyptiacis* item *Almalichus Elazizus Othmanus*. *Halebi* vero *Almalichus Addahirus Gijathoddinus Gazius*. Consimiliter *Carachæ*, *Sjaubechi*, atque in *Provinciis Orientalibus*, *Almalichus Aladilus Saiphoddinus Abu-Becrus*, filius *Jobi*. Ejusque per *Tacoddinum* nepos *Almalichus Almansousourus Nasiroddinus Muhammedes*, *Hamatæ*, *Salamiæ*, *Maarræ*, *Manbesji*, cum arce *Nesjmo*. *Baalbechum* obtinuit *Almalichus Alamsjadus Mesjdoddinus Behram-Sjahus*, filius *Pharchsjahi*, filii *Jobi*. *Emissam*, *Rahabam*, *Tadmoramque* retinuit *Sjyrchouhus*, filius *Muhammedis*, filii *Sjyrchouhi*, filii *Sjadi*. *Almalichus Chidrus*, filius & ipse *Saladini*, tenebat *Basram*, dependens tamen a fratre *Almalicho Alaphdalo*. Possidebant & multi ex primariis imperii ducibus oppida atque munimenta. *Zjaizarum* erat in manu *Sabikoddini Othmani* filii *Dajæ*; nec non *Abukobaisum*. *Sehjounum* occupabatur a *Nasiroddino* filio *Courisi*, filii *Chemardechini*; ut & propugnaculum *Burziæ*. *Bedroddinus Duldurmus* filius *Bohaddini Jaruki* habebat *Telbasjarum*. In potestate *Ezzoddini Samæ* erant *Caucheba* & *Esjlounum*. Denique *Pagras*, *Caphertabum*, & *Apamiam* obtinebat *Ezzoddinus Ibrahimus*, filius *Sjemsoddini Almokaddemi*.

Ut autem *Almalichus Alaphdalus* maximus erat natorum *Sultani*, ita eum imperii successorem declararat. Is *Vezirum* sibi adscivit *Diaëddinum Nasrallam* filium *Muhammedis*, filii *Elathiri*, qui *Proverbiorum Celebrium* composuit opus. Hic frater fuit *Ezzoddini Ibn-Elathiri*, qui

Chronologiam condidit, *Univerſalis* nomine cognitam. Ille *Alaphdalum* impulit ad duces patris ſui amovendos: qui eo relicto ſe ad fratres ipſius *Elazizum* & *Addahirum* recepere. Traditur primarios *Ægypti* duces in unum congregatos inſtigaſſe *Almalichum Elazizum* ad imperium ſibi ſoli vindicandum; *Alaphdalum* maledictis lacerantes. Eo autem huc facile inclinato, inter Fratres *Alaphdalum* & *Elazizum* inimicitiæ exortæ ſunt.

مولف التاريخ المسمي بالكامل فحسن
للملك الافضل طرد امراء ابيه فغارقوه
الي اخويه العزيز والظاهر قال اجتمعت
اكابر الامراء بمصر حسنوا (وحسنوا)
الملك العزيز الانفراد بالسلطنة ووقغوا
(ووقعوا) في اخيه الافضل فمال
الي ذلك وحصلت الوحشة بين الاخوين
الافضل والعزيز

Digitized by Google

من كتاب الفتح القسي

في

الفتح القدسي

للشيخ الامام العالم

عماد الدين محمد

بن محمد القرشي الاصفهاني

SECUNDUM AUCTARIUM

AD

VITAM SALADINI

EX

LIBRO ELOQUENTIÆ KUSSITICÆ

IN

EXPUGNATIONE KUDSITICA

SIVE

HIEROSOLYMITANA

CONSCRIPTO AB INSIGNI ANTISTITE

AMADODDINO MUHAMMEDE

MUHAMMEDIS F. MUHAMMEDIS N.

KOREISJITA ISPAHANENSI.

Digitized by Google

فصول

من

كتاب الفتح القسي

في

الفتح القدسي

EXCERPTA

E LIBRO

ELOQUENTIÆ KUSSITICÆ

IN

EXPUGNATIONE HIEROSOLYMITANA.

CAPUT PRIMUM.

دخلت سنة ثلاث وثمانين وخمسماية

Init annus quingentesimus octogesimus & tertius.

الملك الناصر صلاح الدين يوسف بن ايوب الي الاقطار والبلاد يستدعي من جميع الجهات جموع الجهاد واهّل الاستدعاء اهل الاستعداد واستحضر للغزو من الحضر والبدو وبرز من دمشق يوم السبت مستهل المحرم ، قبل استنجاد الجنود واستحشاد الحشود

LMALICHUS Alnasirus Saladinus Josephus, filius *Jobi*, literas quaquaversum orarum provinciarumque dimisit, undique evocans exercitus ad Bellum sacrum ornatos, excitansque illos qui se expeditioni huic jam pararant, ut *ex urbe*, *ex agro*, citra moram præsto adessent. Ante tamen quam auxiliares copiæ adventarent, *Promtaque* in militiam *Confluerent agmina*, atque *Leones in Campum Pro-*

NOTÆ

[قبل استحشاد الحشود ، *Ante quam prompta* in militiam *confluerent agmina*. Thematis حشد genuina vis ac potestas e Lexicis percipi non potest. *Decima nostra conjug.* ibi ne comparet quidem. Abest quoque inde حشود, *pluralis fractus* ab حشد, quod exponitur apud *Golium* primo *agmen*, secundo *perennis*. Verbum ipsum declaratur per *convenire*, in *prim. quinc.* & *oct. conj.* Ejus *participia* حاشد in *prim.* & محتشد in *oct.* per *paratus*, *promptus*.

حشاد

promicarent, albisque & nigris variegatus hor-

الحشود [2] واصحار الاسود
واحضار [3]

NOTÆ.

حشاد *e minima pluvia fluxum mittens* terra. حشود *Lac in uberibus cito colligens.* Denique محشود *cujus servitio homines promti.* Ut hæc digeram, linguæque elegantiam pandam, moneo principem notionem esse in *uberi ac perenni fluxu*; quæ in derivatis حشود *lac in uberibus cito colligens*, & حشد *perennis* sese palam exerit. Hinc حاشد *promtus paratusque ad omne officium ubertate quadam perenni ac sponte fluente. Abulphar.* H. D. *p.* 474. فبلغ ذلك ملوك الفرنج فجاوا حافلين حاشدين والتقوا المغول *Quod quum audivissent Francorum Reges, unanimiter congregati Mogulensibus occurrerunt.* Ita vertit Cl. *Pocok*: Phrasis *Arabica* dat, *venerunt ut plenum lacte uber fluentes exuberantes* Nempe حفل est *confluxit in ubera lac.* حشد magis est *effluxit ex ubere.* Utrumque commodissime transfertur ad *promtissimum liberalemque animi motum & impetum in omne officium.* Iterum apud eundem *pag.* 493. فلما استراحوا جاوة حاشدين حافلين *cumque refocillati essent, ad ipsum collectim confluxere.* Sic jam *Pocok.* paulo plenius. Proprietas verborum designat *uberem* quendam, ac *multo liberalissimum, promtissimumque confluxum.* Ex hisce elucet amplitudo ac venustas locutionis nostræ استحشاد الحشود, per quam exprimitur *confluxus promtissimus & liberalissimus agminum sponte se effundentium, & officia sua expromentium.* Discatur hinc quid in origine valuerit *Hebraum* חסד, *Liberalis, benignus, misericors fuit* & similia; proprie *interiore* quadam *ubertate polluit*, ac *perenni vena scatuit* in omne officium. Inde חסד *Chesed* passim pro *benignitate*, & latius adhuc pro *virtute*, & vera ac *perenni pietate*, ac *caritate* in Deum, in homines. Hæc alibi opportunius deducentur, exemplisque instructa, omni aleæ dubitationis eximentur.

[2] اصحار الاسود] *Leones in campum promicarent.* Nempe *Bellici leones*, θυμολέοντες. Poëtæ *bellatores hastatorum turba cinctos* appellitant *Leones inter arundineta recubantes.* Per excellentiam اسد الله *Leo Dei* vocatus fuit *Ali*, manu promtissimus idem fortissimusque. اسد الدين *Asedoddinus Arabicum* cognomentum patrui nostri *Saladini* sonat *Leonem Religionis.* Nomen ejus *Sjyrchouhus* شيركوه *Persice* item *Leonem montis* signat. شير معركهٔ كارزار *Persis Turcisque* est *Leo campi pugnæ.* Item شيران عرصهٔ داركير *Leones areæ conflictus.* Unde شير افكنلر *Leonum dilaniatores* apud *Turcas* sunt *fortissimi pugnatores.* Quod attinet ad اصحار *Infin.* 4. *Conj.* a صحر, talis iterum circa radicem eam confusio regnat in *Lexicis*, ut nec proprietas ejus, nec convenientia cum *Hebræo* צחר ullo pacto dignosci queat. Hoc lumen illud, quod alias se statim in omnium oculos ingessisset, tantum non extinxit. Apud Cl. *Golium* hæc habes. صحر *paravit* lac *ut fieret* صحيرة, id est *candente lapide injecto bulliens. Late patuit* locus. *Capitis dolorem creavit* sol. اصحر *Exivit in desertum.* اصحار *Exaruit rubuitque* herba. صحارا *palam.* صحرة بحرة *Aperte, nullo intercedente velo.* صحراء *desertum: campus ubi nihil provenit.* اصحر *comp.* in *fem.* صحراء *capite* اشقر, & *in quo rubedo est* asinus. مصاحر *qui in deserto adoritur socium, non de improviso, sed aperta pugna.* Hæc ita ordinanda ut primigenia vis ponatur in *candendo*, & quidem *intensius.* Inde اصحر *comp.* est *summe candidus*, ita ut præ *nimio candore* res videatur ἐρυθρίζειν; ad instar *luminis*, quin & *nivis*, quam *Purpuream* propterea dixit *Albinus*, prout *Horatius* fecit *purpureos olores.* Hæc jam observata summo *Boch. Hieroz. p.* 1. *p.* 476. atque ad illustrandum צמר צחר *Lanam candidissimam*, *Ezech.* 27: 18. & אתונות צחורות *Asinas candore nitentes* in medium allata. Nos & reliqua expediamus. صحراء *desertum, campus ubi nihil provenit*, proprie est *fæmin.* ة اصحر *candentior, candentissimus*, quasi dicas *locum candentiorem*, qui

Solis candescit ab ictu

ubi *nullæ arbores, nulla umbra.* Inde vel *desertum* notat; vel & omnem *campum, areamque patentem, nudam, soli expositam.* In *Conj.* 4. اصحر *Exivit in desertum* non tantum, sed & *in omnem aream campumve patentiorem*: مصاحر haud recte *qui in deserto adoritur socium* exponitur: nam id nihil ad rem: sed unice tenendum *qui in area patente.* Ita صحارا *palam, aperte*; actione *conj.* 3. quasi dicores *in candentem aream prodeundo.* Consimiliter صحرة. Ipsum verbum in *prima conj. Late patuit* locus; proprie *Canduit. Late conspicuus fuit, & expositus soli candenti.* Illud autem glossema *Capitis dolorem creavit* sol, quid aliud est quam *canduit, incanduit, æstivo candore* ut *Claud.* loquitur *ussit?* Porro *parare lac* صحيرة, quod *candente injecto lapide bulliat*, atque dein *sorbilletur*, palam præ se fert vim & originem quam recludo, est enim صحيرة proprie *candefactum.*

Postremo اصحار *incanduit* herba; *æstu candente tosta & exarefacta fuit.*

[3] واحضار

3 واحضار البيض والسود
4 مضيّ العز 5 ماضي العزم
6 صايب

horreret exercitus, *Damasco* egreditur *Sultanus* die *Sabbati*, ipsis kalendis *Muharremi*, *præfulgens gloriæ*, *secans propositi*, *pe-*

NOTÆ.

3 واحضار البيض والسود] *Adductique essent albi nigrique.* Obscuriuscule dictum. Id intendi puto, quod in versione paulo liberius expressi. بيض *Plur. fr.* ab ابيض *Albus*, apud Poëtas usurpatur pro *gladiis strictis*; ob *splendorem*. In *Hamasa* extat

ضربنا العدي ببيض صوارم

Cædimus hostes albis secantibus.

id est بسيوف قواطع *Gladiis scindentibus*, ut *Tebrizius* monet. Ibidem iterum

وما لي مال غير درع ومغفر
وابيض من الحديد صقيل ۞

Neque ulla mihi opes præter loricam & galeam,
Albumque e ferro politum.

Per سود *nigros*, itidem *plur. fr.* ab اسود, intelligo *lanceas*, quibus *fuscus nigerque color* laudi datur. Inde اسمر *fuscus* apud *Golium* absolute est *hasta*. Sic passim in *Hamasa*

المثقفة السمر ۞

Rigidata fusca.

Plena phrasis erat اسل اسمر *hasta fusca*, qua usus *Icrisjah* in *Hamasa*

اكف شداد القبض بالاسل السمر ۞

Manus vehementes in retinendis fuscis lanceis.

Jam vero quæ سمر *fusca*, eadem & سود *nigra* appellitant *Arabes*. Nec potuit jam Noster سمر enunciare; ob *Kafia*, sive *rhythmum*, cum præcedentibus جنود & حشود, & اسود; quam ὁμοιόπτωσιν perpetuo captant in stylo floridiore: quæque per totum hoc opus unice regnat. Sic similiter cadebant in superiori periodo vocabula جهاد, بلاد, & استعداد: itemque غزو & بدو. Ergo *Soud* post *Osoud* fuit subsumendum.

4 مضي العز] *Præfulgens gloria*, vel potius *gloriæ*. Thema ضاء *Luxit, micuit*, in 4. *conj.* اضاء idem. Inde *part.* مضيّ contracte pro مضوي *Lucidus*. Ad *Harizium* jam lucis aliquid adspersum ex hac radice vocibus צאה, & צאצאים. Alterum عز *Gloria, decus, dignitas*, est *Hebr.* עז, a עזז عزّ, cujus diversæ potestates apud *Arabes* non tantum cum usibus Biblicis amice conspirant, sed & novum iisdem lumen adfundunt.

5 ماضي العزم] *secans propositi.* Figura a *Gladio* desumta, ut عزم *firmum animi propositum, constantia*, ad instar *gladii* cuncta dicatur *perrumpere*, neque ulla difficultate *hebetari*. Radix مضي proprie est *penetravit interius & pervasit*. Inde secundario *scidit* ensis. Et *particip.* ماض pro ماضي *Acutus* apud *Golium*. Integra locutio est ماضي الحد *penetrans & pervadens aciei*. In *Hamasa*

بماضي الحد ذي شطب عضب
جلا القين عن دريه الطبعا

Cum penetrante aciei, undulato, secante gladio:
A cujus fulgure rubiginem detersit faber.

Observetur hic *Paronomasia* inter مضي & ماضي, nec non عز & عزم, quæ figura *Arabibus* quoque est adhamata, atque in hoc opere proram constituit atque puppim. Ita mox كابت & ثابت, ثايب & صايب *alliterationem* præ se ferunt.

penetrans teli, *exuberans ingenii*, *constans felicitatis*, *domitor invidi*. Metatus est castra ad arcem *Selama*, ditionis *Bosrensis*, repressitque *manus longa terroris* ejus *brevem manum Francorum*. Substitit ibi, adventantes expectans peregrinatores sacros, quibus *Franci* struxerant insidias, agmi-

6 صايب السهم 7 ثايب الفهم ثابت السعود كابت الحسود وخيم علي قصر سلامه من بصري 8 وكفّت يد رعبه الطولي من الفرنج اليد القصري واقام علي ارتقاب اقتراب الحجاج وقد رتب الفرنج من الارصاد

NOTÆ.

6 صايب السهم] *penetrans teli* vel *sagittam scopum feriens*. Intellige سهم مراد *sagittam desiderii*, & *quicquid quis in animo suo destinat*. In *Hist. Tamerl. p.* 32. *Deo ter O. M. absolutissimum in creaturas suas est dominium*, ولا بد ان ينفذ فيهم سهم مراده *neque effugi potest quo minus sagitta voluntatis Ejus per eas penetret*. Nihil protritius in ore Orientalium quam سهم القضاء *sagitta decreti Divini*. *Fatum*; quod & سهم الغيب *sagitta invisibilis*. In *Nawabig*.

اذا وقعت سهام القضاء
نثرت حلق النثرة القضّاء

Quum decidunt sagitta Decreti
Defluunt annuli lorica compactissimæ.

in *Cons.* 29. *Haririus*. قرطس في التلهن سهمي *scopum feriit in divinando sagitta mea*. Et *cons.* 27. اصماني بسهم اهانته *confixit me*, vel *in mortem adflixit*, *sagitta suæ contemtionis*. Ad hanc rationem stylus sublimior *Sagittam* per infinita transfert & permittit.

7 ثايب الفهم] *Exuberans ingenii*. Metaphora est paulo abstrusior, ducta a peculiari & pereleganti significatione verbi שוב ثاب *rediit*, quatenus valet *confluxit aqua in piscinam*, *puteum*; vel & *aqua* identidem *redeunte plenus fuit puteus*. Inde ثايب *rediens*, ponitur pro *æstu sæpius redeunte*; quod apud Cl. *Golium* est *æstu intumescens seque in litus effundens aqua maris*. Annotavit *Tebrizius* ad *Hamasa*, dici بير لها ثايب *puteus cui rediens est*, اذا كان ماوها ينقطع احيانا ثم يعود *Quum aqua ejus momentis interrupta mox redit & recurrit*. Potest etiam strui بير ثايب *puteus rediens*, & ماء ثايب *aqua rediens*; atque hinc ثايب الفهم *rediens ingenii*, est cui *vena* est *perennis* atque identidem, quum jam *exhausta* videri posset, *recursans*, *exuberansque*. Ansam figuræ præbuit peropportunam قريحة *prima e puteo scaturiens aqua*, quæ transfertur ad *ingenium*, & *industriam*, *indolemque* animi. *Hist. Tamerl.* 149. وكان ذا فطنة وقادة وقريحة نقادة ومقلة غير رقادة *Eratque ardenti præditus ingenio*, & *vena putei promtissima*, *acieque nunquam connivente*, Propius adhuc accedit illud *Haririi cons.* 6. ثم فكر ريثما استجمّ قريحته واستدر لقحته *Dein meditabundus permansit usque dum putei sui venam denuo corrivasset*, *atque fœcundam suam indolem ad fluxum copiosum evocasset*. Aliquid etiam de hac imagine produxi ad *Haririum*.

8 وكفت يد رعبه الطولي من الفرنج اليد القصري] *Et repressit manus longa terroris ejus Francorum brevem illam manum*. Solennis est formula اليد الطولي *Manus longa*, ubi quis *præpollet*, & اليد القصري *manus brevis*, ubi *succumbit*. Eleganter *Abulphar*. H. D. *p.* 327. من افاضل الحساب والمنجمين اصحاب الحجج والبراهين وله يد طولي فيما يعانيه من هذا الشان *Calculatorum & Astronomorum qui probationibus & demonstrationibus nituntur præstantissimus*, *magnæque in iis quibus hoc in genere se applicuit peritiæ*. Sic Celeb. *Pocok*. proprie, *Eratque ei Manus longa in iis*, *ad quæ se hoc in genere applicabat*. Similiter *pag.* 330. له يد طولي في علم الرياضة *Longa ei manus erat in Mathematicis*. Iterum *p.* 377. وله في ساير اجزاء الحكمة اليد الطولي والمرتبة الاولي *Fuitque ei in reliquis Philosophiæ partibus Longa illa manus*, & *princeps gradus*. Contra قاصر اليد *Brevis manu* in *Hist. Tamerl.* 357. كان في الشجاعة قاصر اليد *Erat in strenuitate brevi præditus manu*. Vide etiam *p.* 64. & *Hist. Sarac. p.* 275. Ad *Haririum* observat *Teblebius* قصر اليد وقصر الباع كناية عن العجز *Brevitas manus*, & *brevitas ulnæ*, *figurate designat impotentiam*. Res clara; atque ex usu Biblico nemini non cognita. Phrasin كف يده *repressit manum ejus* reperies etiam *Hist. Sar. p.* 233. *Abulphar. p.* 164.

9 فاصبا

الارصاد افواجا علي تلك الفجاج لا سيما
ابرنس الكرك فانه كان حريصا علي الدرك
9 فناصبا شر الشرك نصب الشرك 10 فلما
شم ذلك الذيب رايحة الاسد عاود دخول
حصنه حذار خروج روحه من الجسد
ووصل الحاج في اول صفر وقد قضوا حاجهم
ورضوا منهاجهم 11 وخرجوا عن فرضهم
ودخلوا الي ارضهم وفرغ القلب من شغلهم
وكف ما لزم من ثقلهم وانتظر السلطان
وصول العسكر المصري المستدعي 12 ورعي
منه

agminibus per montium limites disposi-
tis: præcipue *Princeps Carachæ*, qui avi-
dissimus erat ad noxam inferendam, qui-
que *pessimæ religionis suæ retia* nostris ho-
minibus *tendebat*. At *Lupus* ille quum
auram subolfecisset Leonis, arcem suam de-
no *iniit*, metu *exituræ* alias *e corpore ani-
mæ*. Caterva peregrinantium initio *Sa-
phari* accessit, peractis sacris fausto usa
itinere, jamque religione exsoluti, suam
se quisque in terram recipiebant. Hac cu-
ra *vacuefacto*, atque *premente* hoc *onere
levato* corde, prospectabat *Sultanus* ad-
ventum exercitus *Ægyptiaci*, quem acci-
verat,

NOTÆ.

[ناصبا شر الشرك نصب الشرك 9
Quisque pessima sua religionis retia tendebat. Ad ver-
bum, *Tendens malum idololatriæ, prout tenditur rete.*
Est insignis paronomasia. Prius شرك *Sjirc* est
apud *Golium Fides qua Deo socius tribuitur.* Nem-
pe *idololatria. Hist. Tamerl. p.* 104. وانهما
كانوا عباد اوثان واهل شرك
Erantque cultores idolorum, & populus associationis.
Sic proprietas se habet. A شرك *socius, consors
fuit*, 4. *conj.* اشرك *consortem fecit, associavit*,
speciatim valet *addidit Deo* شركاء *consortes.* Est
autem proprie *Consors, socius* شريك, *nexus,
annexus, connexus:* & *consortium* sive *societas*, quæ
principem in Lexicis locum tenet, est potestas se-
cundaria a *nectendo*, unde alterum illud شرك
Sjerec est *rete venatoris.* Ita *Hist. Tam. p.* 349.
ولم يشكوا لن في ذلك شرك
مكيدة واحبولة مصيدة
*Neque dubitabant rete id esse fraudis ejus, decipulam-
que venationis.* Et *p.* 329. وقع في شرك
الاقتناص *cecidit in rete venationis.* Est etiam
inter derivata شراك, ipsissimum *Hebr.* שְׂרוֹךְ
corrigia. Quid autem sit *Jer.* 2. בִּכְרָה קַלָּה
מְשָׁרֶכֶת דְּרָכֶיהָ explicui in *disp. de Ambiguo.*
Alliteratio inter شر *Sjer*, شرك *Sjirc*, & شرك
Sjerec, vim & elegantiam efficit hujus sententiæ.
نصب *tetendit*, proprie *posuit, statuit*, est נָצַב.

فلما شم ذلك الذيب رايحة الاسد 10
Quum autem Lupus ille auram subolfecisset Leonis.
Verbum شم est *attractione olfacere & captare au-
ram.* رايحة *aura*, est *part. fras.* a רוח רָאַח,
quasi *spirantem* dicas. Per *Lupum* designari *prin-
cipem Carachanum*, per *Leonem* vero *Saladinum* in
in propatulo est. *Hamasa*

كريم اصابته ذياب كثير

Generosus, quem multi incursarunt Lupi.

Radix ذيب *Dsjb*, *Hebr.* זְאֵב, est *Hamzata*
media ذاب *Dsaaba*, *Lupo similis fuit astutia &
improbitate.* Sed ea signif. a *lupo* subnata; unde
Celeb. *Boch.* visum a זְהַב *auro* derivatum esse זְאֵב,
ut primitus fuerit *lupi genus fulvum, aureique co-
loris.* Vid. *Hieroz. part.* 1. *pag.* 821. *Tebrizius* ad
Hamasa hoc etymon prodidit, سمي الذيب
ذيبا لانه اذا طرد من وجه جاء من
وجه اخر *Lupus Dsjb dictus est, quod ab una par-
te pulsus, ab altera revertat.* Scilicet in 6. *conj.*
تذاءب جاء من كل وجه est *ab omni par-
te irruit.* Sed & hæc potestas a *lupo* prognata po-
tius videri queat, quasi dicas *Lupinatus est.* Hæc
alibi dedita opera latius.

وخرجوا عن فرضهم 11] *Jamque
religione exsoluti &c.* Proprie, *Et egressi e sanctio-
ne, ingressi sunt in regionem suam.* Iterum pa-
ronomasiæ inter فرض *sanctio*, & ارض *terra*,
regio: quæ simul facit *Kafiam* sive *rhythmum.* Ita
& præcedens illud حاج, cum حاجهم, & منهاجهم, utrumque hoc schema conjungit. Nec
non sequens شغلهم & ثقلهم.

ورعي منه حصول العدة المشترعي 12]
*Et aspectabat inde adventum numeri qui commendatus
fuerat.* Secundum vim & proprietatem linguæ fo-
ret, *& pascebat inde adventum numeri qui pastendus
datus fuerat.* رعى *pavit, custodivit, observavit,
respexit*, רָעָה. In 10. *conj.* استرعي *rogavit ut
pasceret, custodiret, curaret. Commisit, commendavit.*
Pervenuste *Hariri Consess.* 22. استرعي الاسماع
لخطبته *Rogavit ut concione sua in auribus
pascere sibi liceret.* Is est usus 10. *conj.* quem Le-
xica prætereunt, ex 4. conformatus, ubi dicitur
اعرتني سنة الرعية *Admovi ei aurem.* Proprie
pascuum auditus ei vacuum præbui. Vel *sivi ipsum
pascere in auribus.*

 ويبرق 13

verat, expectabatque ut commendatus se sisteret numerus; lentius ejus iter increpitans, prout sane promissam celeritatem haud præstabat. Mandat itaque Filio natu maximo, *Almalicho Alaphdalo Nouroddino Ali*, quem semper summo habuit in pretio, ut in *Raselma* supremum teneret ducatum, sub vexilloque ejus copiæ accedentes in unum coirent. Ipse *Sulnus*, suis cum cohortibus agminibusque, *Caracham* progressus est, in agroque ejus stativis positis, vexabat, perdebat, vastabat, urebat, turbineque bellico tonans simul ac fulminans, uno cuncta exitio involvebat, funditus eversis hortis vineisque, satis depastis, pecudibus abactis, *radicibusque ac ramis* simul *revul-*

منه حصول العدد المسترعي فابطا عليه
وروده واخلفت في الاسراع وعوده فامر
ولده الاكبر الملك الافضل نور الدين
عليا ولم يزل مكانه عنده عليا ان
يقيم علي راس الامراء براس الماء
وتجتمع العساكر الواصلة منه تحت
اللواء وتقدم السلطان في اتباعه واشياعه
الي الكرك وضياعه فاقام عليها يرهق
ويزهق ويخرب ويحرق [13] ويرعد
بصاعقة باسه ويبرق [14] حتي الحق
الموجود بالمعدوم [15] واتي بالقلع علي
البساتين والكروم ورعي الزرع
(الزروع) [16] وعري الضروع [17] واستاصل
الاصول

NOTÆ.

[13] ويرعد بصاعقة باسه ويبرق *Et turbine bellico tonabat simul ac fulminabat.* صاعقة *turbo fulmineus*, est proprie *part. præs. fem.* a صعق *cum fragore & fulgure deorsum ruit feriitque* cœlum. Frequentatum in stylo cothurnato vocabulum. *Hist. Tam. p.* 170. صب صواعق البيض والبلب *Effudit turbines fulmineos gladiorum & galearum.* Sic *p.* 187. صواعق سيوفها في عقاص كل عقص صاعقة *Turbines fulminei gladiorum* exercitus Ægyptiaci, *in capillos tortos omnis torti* i. e. pravi Tartari, *cum fragore ruebant.* Et *p.* 274. ذكر ارتفاع ذلك الغمام بصواعق بلايه عن ممالك الاروام *Quomodo Nubes illa cum turbinibus fulmineis sua calamitatis bellica sese a regionibus Rumæorum levaverit.* Loquitur de *Exercitu Tamerlanis.* Confer porro *p.* 190. 205. 281. Exponitur etiam صعق *exclamavit pra terrore.* & صعق derivatum *vehemens sonus clamorve.* Nempe vis primigenia est *cum fragore prorupit.* Id *Hebr.* צעק, ut in Originibus deducetur. Simile ferme *Graci* habent in suo σκηπτός a σκήπτω, unde ἐπισκήπτω, idem plane quod צעק usu Biblico. Cum رعد & برق congruunt *Hebr.* רעד & ברק. Apud *Livium* & *Florum* similis est figura, de *Fabio* Cunctatore.

[14] حتي الحق الموجود بالمعدوم *Uno cuncta exitio involvebat.* Ad verbum, *Donec adjunxit existentem non existenti.* Rad. لحق *Cohasit. Assecutus est.* In 4. الحق *Adjunxit.* موجود *part. pass.* a وجد *invenit*, est *inventus*, ut נמצא apud *Rabb.* معدوم *Non inventus* a عدم *desideravit, caruit*; unde عدم *privatio* apud Philosophos, cum quid *non exsistit.*

[15] واتي بالقلع علي البساتين *Funditus eversis hortis.* Flosculus est orationis اتي علي الشي *Venit super rem*; pro *eam penitus destruxit, perdidit, abolevit.* Ex *Camus* hoc sensu enotavit Cl. *Gol.* اتي عليه الدهر *Oblitteravit eam rem tempus.* Apud *Tebrizium* ad *Hamasa* reperio قتلهم واتي عليهم *Occidione eos occidit.* In *Alcoran. Sur.* 16. 28. اتي الله بنيانهم من القواعد *Venit Deus in ædificium eorum a fundamentis.* Id est *funditus illud subvertit.* Omissa ibi præpositio. Eam tenet *Abulphar. p.* 446. اتت النار علي اكثر دورها *Ignis pleramque muri partem destruxit.* Et *pag.* 313. وضعوا السيف في اصحابه فاتوا عليهم قتلا واسرا *Gladium in ejus socios immiserunt, eosque cadendo partim*, partim *vinciendo perdiderunt.* Ita heic loci *venit cum eradicatione super hortos &c.*

[16] عري الضروع *Abegit pecudes.* Vox ضرع, cujus *plur. fr.* ضروع, notat *uber, mammam*, præsertim *animalis bifidos pedes habentis.* Inde pro ipsis illis *animalibus* in stylo floridiore adhibetur. In *Hist. Tam.* 246. eodem modo زروع وضروع *sata & ubera* junguntur. عري *nudavit* sumo pro *abegit*, quatenus *nudari* dicuntur quæ *communis juris sunt*, & cuilibet *diripienda* traduntur. Posset etiam adhuc gravior sensus hinc elici, quem subministrat mihi similis locus in *Hist. Tamerl. p.* 65. *Jussit sanguines profundi, sacra violari, spiritus rapi, opes spoliari, cultu evastari* وبالزروع ان تحرق وبالضروع ان تخرق *segetes inflammari, mammasque lacerari.* Id vel maxime est *nudare ubera communisque facere juris.* Ex locis hisce evincitur quoque pro زرع legendum زروع, quam lectionem & *rhythmus* requirebat. Notetur præterea *alliteratio* inter hæc duo, nec non inter رعي & عري *nudavit.*

[17] واستاصل الاصول والفروع

الاصول والفروع [18] حتي افوت من الاقوات [19] واستعرت الغلة بغلا سعر الغلات وحلت آجال الارزاق [20] وانحلت عري الارماق واقفر بلد الشرك وامتلا من الكرد والتنرك وسار الي الشويبك [21] فاسأر به شوبا والحفه [22]

vulsis; ita ut horridum & alimento vacuum fieret desertum, in quo æstuans flagrabat sitis, annonæ pretio supra modum intento: utque *ultimi vitæ prorogandæ termini, resolutis extremorum halituum retinaculis, descendisse* viderentur in depopulatam *Idololatriæ* regionem, *Curdis Turcisque* oppletam. Inde *Sjaubechum* se convertit, ubi similiter *cuncta miscuit confudit-*

NOTÆ.

& revulsit radices simul & ramos. Phrasis est Biblica *Mal.* 4. 1. & alibi. فرع *Ramus*, & speciatim *summa ejus pars*, venit a فرع quatenus notat *capillitium.* Sunt enim *rami* quoddam quasi *arboris capillitium. Comæ arborum* notæ apud Poëtas. Etiam in bonum figura sese extendit يغبد ذلك فرعا واصلا *Auget hoc cum ramo simul & radice*, ut *Sokeik. Damasc.* loquitur. *Id ei multo utilissimum.* Idem in Bibliis reperies.

[18] حتي افوت من الافوات *Ita ut horridum sine alimentis fieret desertum.* افوت est 3. *fem. prat.* 4. *conj.* a قوي *vacuus & desertus fuit* locus. اقوي idem intransitive. Reperio tamen & transitive usurpatum *Hist. Tam.* 262. atque alibi. Vim & Originem thematis retrusiorem protrahere conatus sum ad *Haririum.* Sequens اقوات *alimenta*, in *plur. fr.* a قوت, verbi قات *aluit.* Præpositio من hic negat, & rerum absentiam graviter infert, uti & in sacris sæpissime.

[19] واستعرت الغلة بغلا سعر الغلات *Et accensa fuit sitis, cum caritate pretii annonarum.* سعر *Ussit. Accendit.* שער per *Sin.* In 5. & 7. *conj. accensus est, exarsit.* Octavam, quæ hic occurrit, in *Golio* frustra quæras. Ea & *Haririus* usus *conf.* 10. ولم يزل النلاحي بينهما يستعر *Nec desiit disputatio inter eos exardescere.* Alterum غلة *Gulla*, & *form. masc.* غل *Gul*, est *vehementia ardoris sitis*, a passivo thematis غل *ardente siti pressus fuit.* Cave credas esse proprium. Figura ducta est a על غل *vinculo colli, jugo*; quasi dicas *præclusos & obstructus fuit fauces, pra sitis ardore. Pessimum* sane *colli vinculum*, ac quasi *numella, sitis.* Alia figura *malam mulierem* appellitant غل قل *pediculosam colli vinculum.* Rationem pandit *Teblebius* ad *Haririi conf.* 7. يقال في رقبته غل من حديد ومنه قيل للمراة السيئة الخلق غل قل واصله من الغل كان من قد وفيه شعر فيتمل *Dicitur proverbialiter, in collo ejus jugum est ferreum. Etiam mulier malis moribus appellatur* על קמל, *cujus origo est a vinculo colli quod ex crudo resectum est sorio, cui adhærescunt pili, qui pediculos contrahunt.* Ab Arabum قل *nigricavit*, & *pediculosa evasit* planta, discetur quid sit קמל in Sactis. Sequens غلاء *caritas pretii* est a עלה غلا *in altum excrevit.* Reliqui omnes usus hinc profluxere. Porro سعر *pretium annonæ*, שער, ab *accendi*, in 2. *pretium imponere annonæ*, quasi dicas *incendere annonam*, ut & Latini loquuntur, quamvis id fortius sit, & tantundem valeat ac *flagellare*, & *supra modum intendere* rerum pretia. Ultimum غلات *Plur. San.* a غلة *Gella proventus terræ. Annona omnis.* Observentur haud invenusti lusus ex similitudine literarum, & radicum, inter غلاء, غلة, & غلات. Itemque استعرت cum سعر.

[20] وانحلت عري الارماق *Resolutis extremorum halituum retinaculis.* Hoc est *inciso vitæ filo.* عري *plur. fr.* a عروة *Ansa. retinaculum.* Radix عر *uls. Waw.* Inde apud *Haririum* formula proverbiali *conf.* 43. فقد القين البك العري *Nam sane ansas tibi tradidi. Rem tuo permisi arbitrio.* In *Alcoran. sur.* 31. 21. eleganter استمسك بالعروة الوثقي *Prehendit ansam firmissimam. Optimam tenet religionem.* Porro ارماق *extremi halitus, spiritusve*, a رمق *vibravit*, sunt proprie *vibramina, reliquiæ vibrantes.* Explicitum ad *Haririum.* انحلت in *prat.* 7. *conj.* ab حل *solvit.* חלל. Unde proxime præcessit حلت *descenderunt.* Proprie *solverunt*, metaph. ab eo qui *ex itinere, soluto jumento, descendit in diversorium.*

[21] فاسار به شوبا *& cuncta ibi miscuit confuditque.* Redolet proverbium. شوب *jus carnium*; a شاب *miscuit.* Ejus *particip.* شايبة *miscens*, est *calamitas omnia confundens.* شوايب *infortunia* inde apud *Haririum*, ad quem adi notas. سار *Residuum fuit* de cibo potuve aliquid. 4. *conj.* اسار transitive. Ad verbum sic foret *& fecit ibi reliquum esse jusculum.* Id explico, *ita cuncta miscuit ibi, ut cladis ac calamitatis reliquiæ diu veluti sorbendæ fuerint.* שאר & שיבה ex hisce radicibus lucem hauriunt.

ditque, & cui *horridæ nudæque vastitatis vestem quasi injecit*, sata plantasque depascens, commeatusque ac vires ejus consumens; sic ut *nitorem* non tantum illorum agrorum *extingueret*, sed & tractus illos *tanquam e rerum natura deleret*. Rimatus videlicet quicquid pervium, conculcansque quicquid erat proventuum, terram ipsam *decorticavit derasitque*; atque *ultimi diei perniciem* huc invexit, lateque effudit, *stabili mansione* pagos, & *quiete terras habitatas* exspolians, *Francorumque ambos oculos*, vitem oleamque, *eruens*: relicta illis *nocte* quæ *lucerna*, *aurora* quæ *luce careret*. Ad-

22 والحفة من عريه ثوبا واخلاه من زرع ونبات وفرغه من اقوات وقوّات واذهب ضياء تلك الضياع وازال بقاء تلك البقاع وجاس الخلال وداس الغلال 23 وقشر الثري وبشره 24 وحشر الردي ونشره وسلب قرار القري وسكون مسكونها 25 وفجع الفرنج بكرمها وزيتونها 26 فقد عدم ليلها المصباح وصباحها الاصباح ۞ ووصل

NOTÆ.

22 [والحفة من عرية ثوبا *& injecit isti* regioni *nuditatis suæ vestem*. Schema abstrusius. Vult dicere *Regioni isti vastitatem fuisse illatam horridam nudamque, quæ ei fuerit pro veste*, hoc est *quæ eam cooperuerit* ac *involverit*. Verbum لحف *operuit, amicivit*, & quidem لحاف *operimento exteriore, veste reliquis superinduta*, latissime manat & funditur per usus figuratos. *Hariri conf.* 4. فلما لاح ابن ذكاء والحف الجو الضياء *Quumque aurora amicuisset, & aerem lumine amicivisset*. Est *conj.* 4. ejusdem cum prima potestatis, quemadmodum & in nostro contextu. Idem الحف est etiam *importuna institit rogando, mendicando* &c. quasi dicas *adhæsit tergo alterius instar amiculi*. Facete *Hariri conf.* 30. لما بلغه من التحافها بالحافها واسرافها في اسفافها وانكماشها على معاشها وانتعاشها عند هراشها *Quia audivit eam sese amicivisse importuna mendicandi instantia, & acri obtutu præpollere, in victu corrogando præstrenuam, in jurgandoque multo excitatissimam*. Pulcre etiam transtulit Poëta in *Diw. Hudeil.*

اذا ادركوهم يلحفون سراتهم بضرب
كما جد الحصير الشواطب ۞

Quum assequuntur eos, amiciunt dorsa eorum ictibus,
Quemadmodum cadunt stoream textrices.

Ubi *Scholiastes* هذا مثل كانهم يجعلون لهم لحافا من الضرب *Figurate dictum, tanquam si amiculum ipsis facerent ex ictibus*. Ad eam rationem noster *Amicivit nuditate*, in qua figura simul inest τὸ ὀξύμωρον; estque simile plane *Plautinum* illud in *Aulularia*, quo *ades inaniis oppletas atque araneis* figuravit.

23 [وقشر الثري وبشره *Decorticavitque terram ac derasit*. Duo gravia verba قشر & بشر de *locustis* dicuntur, quæ *corticem ipsum deradunt*. Apud *Golium* habes بشر *rasit. depasta fuerunt* locustæ *campum*, inprimis *superiori parte*. Nempe بشرة est *exterior cutis cujuscunque rei. Superficies terræ herbosa*. Inde بشر *rasit cutim; depavit & derasit terra superficiem ad instar locustarum*. Vastatores exercitus etiam in Sacris comparantur cum Locustis.

24 [وحشر الردي ونشره *Atque ultimi diei perniciem huc invexit, lateque effudit*. Ad verbum, *Et resuscitavit perniciem explicuitque*. Sententia est restrusior, quam enodabit usus verborum حشر & نشر in *resurrectione mortuorum*. Prius حشر est *congregavit in unum*, & *resuscitavit*. Posterius نشر est *vivificavit*, & *expandit explicuitque* per terram. Ab utroque *ultimum judicium* appellatur يوم الحشر & يوم النشور *dies congregationis*, & *dies explicationis*. Jam vero quum gravissima quæque mala pingere volunt Arabes, *Resurrectionem* introducunt, dicuntque قامت القيامة. *Dies extitit ultimus*. Sed & adhuc argutius aliquid captatum a nostro in hac sententia, *Resuscitavit perniciem explicuitque*, qua ob oculos ponere voluit *perniciem* ipsam *ex inferis suscitatam* veluti, *lateque explicitam atque diffusam* per hunc tractum.

25 [وفجع الفرنج بكرمها وزيتونها *Et eruit oculos* quasi *Francorum vitem oleamque*. Verbum فجع exponitur *Adflixit, adfecit dolore ob rem pretiosam caramque amissam*. In *Schol.* ad *Diw. Hud.* reperio الفجع ان تنزل المصيبة פגע *est incursatio gravioris cujusdam calamitatis*. Convenit cum *Hebræo* פגע *offendit, incurrit*. Speciatim dicunt فجعه بكريمتيه *Adflixit illum in duobus pretiosissimis ejus*: id est *oculos ei eruit*. Huc allusum ab auctore, qui *vitem & oleam* eleganter ut *ocellos* ac *lumina* florentis alicujus regionis introducit.

26 فقد عدم ليلها المصباح وصباحها]

Digitized by Google

ووصل عسكر مصر فتلقاه بالقرنتين وفرقه علي اعمال القلعتين واقام علي هذه الحالة في ذلك الجانب شهرين والملك الافضل ولده مقيم براس الماء في جمع عظيم من العظماء وعنده 27 الجحافل الحافلة والحواصل الواصلة والعساكر الكاسرة والقساور القاسرة والبواتر الواترة 28 والخضرم الضرم والعرمرم 29

Adventanti interim exercitui *Ægyptiaco* occurrit ad *Bivium*, unde eum per utriusque castri territoria dispersit; in quibus perpopulandis totos duos menses consumsit. Gnatus vero ipsius *Almalichus Alaphdalus* ad *Raselma* subsistebat, *magna magnatum* stipatus turba, succinctusque copiis jugiter adfluentibus, & commeatibus undique subvectis, & *exercitibus aquilarum more frangentibus*, & *bellatoribus leonum ritu rumpentibus*, & *gladiis medium hominem scindentibus*, & *amplo mari exæstuante*, &

NOTÆ.

وصباحها الاصباح] *Relicta illis nocte qua lucerna, aurora quæ luce careret.* Figuræ Orienti adamatæ. In priori pro *Lucerna* potest etiam *Stella* substitui, ut sit *Nox Stellis carens.* Sic *Alcor. Sar.* 67. 5. *plur.* مصابيح *lampades* pro *stellis* positæ. ولقد زينا السماء الدنيا بمصابيح *Atque ornavimus cœlum propinquius lampadibus.* Eleganter *Abulphar.* 247. اهل العلم مصابيح الدجي وسادة البشر *Eruditi sunt Luminaria tenebrarum, & Principes generis humani.* Habe & hoc *Haririi* ex *cons.* 30. ان رايت علي جرد من الخيل عصبة كمصابيح الليل *Vidi esse super equis nitidissimis agmen virorum, qui Lampades noctis referebant.* Intellige sis *Astra.* Jam vero *Nox stellis carens* stylo Arabum est *calamitas longa & perpetua.* Eadem figura *Jobi* 3. 5. dictum *Noctem eam occupet occasus &c.* & *vs.* 8. יחשכו כוכבי נשפו *Inhorrescant densis tenebris Stellæ crepusculi ejus.* Additur ibidem, *Expectet lucem nec adsit, neque videat Palpebras auroræ.* Consimiliter fere hic, *Aurora luce carens.* Φέγγος ἀφεγγές.

27 الجحافل الحافلة] *Copiæ jugiter adfluentes.* Prima vox est in *plur. frac.* a جحفل *exercitus*, sic dictus a verbo جحفل *humi stravit*, quod est productum ex جحف *asportavit stravitque omnia ut aqua fluxus.* In *Hamasa*

جحفل اورق فية هبوة ونجوم تتلظي

Exercitus nigricans inter pulverem elatum
Ardentibus stellis refulgens.

Innuit *Spicula micantia.* Ad originem quam indicavi a جحف *asportavit fluxus*, respicitur in *Hist. Tam p.* 287. حكي بسيوله الجحافة مسير حجافله *Referebat torrentibus suis cuncta asportantibus impetum exercituum ejus.* Male editum est حجافة. Pulcre quoque illuc allusum a nostro, quum addidit حافلة *adfluentes ad instar fluminis* nempe *pleno se alveo invehentis*, quæ est vis verbi حفل Confer quæ supra num: prim. observata. Teneatur quoque venusta alliteratio in جحافل حافلة, continuata per sequentes etiam voces حواصل واصلة *commeatus meantes.* Id *plur.* est ab حاصل *proventus.* Sic *Hist. Sar.* غلال وحواصل *Annonæ & commeatus.* Iterum per عساكر كاسرة, & قساور قاسرة, & بواتر واترة, Est autem بواتر *plur. fr.* a sing. باتر *secans gladius.* واترة *fam. sing.* cohærens cum voce *plurali*, secundum perpetuam Arabum constructionem, quæ & in superioribus exemplis se exerit. Radix وتر *singularem fecit rem, separavit.* Adde ex hoc loco *per medium scidit, & fecit* وترين *duo singularia ex uno.* Id *Abulpharagio* est قطعه وترين *in duas partes dissecuit.*

28 والخضرم الضرم] *Et amplo mari exæstuante.* Prius خضرم *Chidrim* est *scatens aqua puteus*, aut *mare æstuans fervensque.* Est per *Re* insertum pro خضم *Chidim*, a خضم *pleno ore voravit.* Differt a cognato قضم *uno oris latere comedit*, Dignus qui hic producatur *Teblebius* ad *cons.* 9. *Haririi* الخضم والقضم قال البقا الخضم الاكل بموخر الاسنان ويكون للشي الرطب والقضم الاكل بمقدمها ويكون للشي اليابس قال ابن الانباري الخضم اكل الرطب بجميع الاسنان والقضم اكل اليابس باطراف الاسنان وانما اختص الخضم باكل الرطب كاللحم والبطيخ ونحوها لما

& *rapido torrente obices revellente, & voragine cuncta absorbente, exercitu inquam in Prælia fervente, e Turcorum Curdorumque* con-

29 والعرمرم العرم 30 واللهام الملتهم
31 والجيش الجايش والترك والاكراش والجنود

NOTÆ.

لما في الخا من الرخاوة والرطوبة واختص القضم باكل اليابس كالحصن ونحوها لما في القاف من الشدة والصلابة وفي المثل قد بلغ الخضم بالقضم يعنون انه قد يحصل الشبع بالاكل باطراف الفم ومقدم الاسنان ولا يحتاج الى الاكل بجميع الاسنان والمراد ان الانسان يدرك الغاية البعيدة بالرفق

Duo verba Chadsm & Kadsm secundum Abulbeka sic differunt ut Chadsm sit edere postremis dentibus, locumque habeat in re humida: Kadsm vero sit anterioribus dentibus comedere & quidem rem siccam. Anbariades auctor est Chadsm esse edere rem humidam mollemve omnibus dentibus: Kadsm autem edere rem siccam extremitatibus dentium. Molli rei edendæ, ut carni, meloni, similibusque accommodatum est vocabulum Chadsm, ob mollem humidamque naturam literæ Cha, pro ut siccis edendis, exceribus, aliisque assignatum est vocabulum Kadsm, ob vehementiam & duritiem, quæ inest in litera Kaf. Proverbialiter dicitur, Assecutus est Chadsm per Kadsm, quo innuunt aliquem satiatum fuisse extremis tantum primoribusque dentibus mandendo, absque ut omnes dentes exercere necesse habuerit. Eo significatur aliquem longius situm scopum suo tamen commodo attigisse. Hinc jam phrasi integra descendit بحر خضم *Mare pleno ore vorans*, in *Hist. Tam.* 52. *p. Quomodo Timur Iracam Persicam petiverit, & Sjah Mansor gurgites illius Maris pleno ore vorantis subiverit.* Cernis & ibi figuratum traductumque ad *exercitum numerosum.* Dicitur etiam سيف خضم *gladius pleno ore vorans. Acutissimus.* Absolute hinc خضم utrumque consignat, qua *mare amplum*, qua *gladium acutum.* Cum خضرم suavi iterum *Paronomasia* conjungitur ضرم *exæstuans, ardens.* Radix ضرم sedem occupat in *igne vehementius flagrante & strepitante*, uti quum *assulæ, stipulæ, aridæ herbæ, rapida comburuntur flamma.* Tale *incendium* vocant ضريم. Transfertur inde ad *aquas* etiam *æstuantes & effervescentes. Hist. Tam.* 318.

وملوك دنيا اضرمت من نار عدوانها البحور

Regesque mundi de igne injustitiæ suæ maria accenderunt.

Id est *vastos exercitus fecerunt æstuare & effervescere* ad perniciem orbis terrarum. Eadem, quæ heic, figura. *Hebræis* זרם *fervens* quoque *fluxum* consignat. Ad eam radicem pertinere videtur זרים *Esai.* 1: 7. ושממה כמהפכת זרים *Eritque vastitas, ut subversione torrentis.* Vulgo *alienigenarum*, a זר, qui eodem hoc *vs.* præcesserant, זרים אכלים אתה *Alienigenæ comedent terram.* Sed parum gratiæ jam haberet repetitio *alienigenarum*; ast ut זרים *alienigenæ* eodem mox impetu ac tenore orationis comparentur cum זרים *fervido rapidoque torrente*, id vero insigne cum pondus, tum decus sententiæ isti inserit. Conf. *Esai.* 59: 20. & alia.

29 والعرمرم العرم] *Et rapido torrente obices revellente.* Apud *Golium* عرمرم est *numerosus exercitus.* Sed proprie عرمرم per reduplicationem *sec. & tert. rad.* a عرم *vehemens fuit*, significat aliquid *multo vehementissimum.* Inde in *Hamasa* reperio جمع عرمرم *Multitudinem vehementi impetu se inferentem.* Similiter in *Hist. Tam. p.* 77. extat جيش عرمرم *exercitus cum vehementia se inferens.* Hinc discere est, quum عرمرم absolute *exercitum numerosum* designat, esse ellipsin, & proprie per illud vocabulum exprimi *rapidum quid & cum vehementia se inferens, torrens* nempe, aliusve *fluxus.* Id confirmat subjunctum mox عرم *obices revellens.* Nihil celebratius in Historia Arabica, quam السيل العرم, *inundatio qua aggeres perrupit Sabæorum.* Videatur *Geogr. Nub. clim. 2. part. 9. p.* 87. & *Hyd.* ad *Itin. Persæ.* Fundus omnium *Alcoran.* 34. 15, 16. ارسلنا عليهم السيل العرم *immisimus in eos impetum aquarum collectarum.* Sic vertit *Maracc.* haud indocte sane, respiciens ad *Hebræum* נערמו המים *Exod.* 15: 8. pro quo Arabs dat تعرموا المياه, a signif. vocis عرمة *cumulus. acervus. coacervata & accumulata arena.* عرم quoque exponitur *aggeres obicesve aquarum.* Hoc pacto سيل عرم erit *fluxus contra aggeres obicesque se erigens eosque perrumpens.*

30 واللهام الملتهم] *Et voragine cuncta sorbente.* Iterum لهام apud *Golium* est *exercitus numerosus*, sed recte additur *seu deglutiens obvios quosdam.* Radix nempe لهم est *glutivit celeriter.* Hinc لهام proprie *vorago*, figurate *talis exercitus.* שאול sic usurpatum creditur a Magnis interpretibus. *Esai.* 5: 14. & alibi.

31 والجيش الجايش] *Exercitu in prælia fervente.* Thema جاش med. *Je & Vav* est *efferbuit, bullivit, æstuavit.* Inde جيش *exercitus* dictus, quorsum alludens auctor جايش pro epitheto ei apposuit.

32 والغبالق

والجنود والبنود والاسود السود
32 والفيالق الغوالق 33 والبيارق البوارق
34 وبنات الاغماد قد برزن من خدورها
35 حبا لمعانقة العدي 36 ظامیات
الي ورود الوريد 37 وما احسن
حلي نجيع الكفر علي
عرايس الهدي والعزم يستنهضه
والعز يحرضه والدين يستبطيه
والنصر يستعطيه والقدر يحركه
والظفر يدركه والكفر قد مات
من ذعره 38 فالاسلام قد متّ
بعذره وهو ينتظر امرا من
ابيه ياتيه بما ياتيه ويكتب
اليه ويقتضيه من رايه بما رايه
يقتضيه

39 ولما

conflato legionibus, quinimo *nigris leonibus*. Hisce autem in Legionibus cuncta findentibus explicita fulgurabant vexilla; & *filiæ vaginarum emicabant e suis penetralibus, gestientes colla amplecti hostilia, sitientesque in jugularem venam aquatum descendere. Et o quam pulchra sunt monilia cruoris infidelium super sponsas Fidei* ac veræ religionis! Sic instructum *Alapkdalum* erectus excitabat animus, gloria inflammabat, Religio nimis segnem judicabat, prolixum Numinis auxilium decretumque animabat, & Comes consequebatur victoria, *infidelitate* jam *emortua* quasi præ terrore ejus, & *fide Islamitica se affinem jactante hujus virtutis flori virgineo*. Attamen patris ille nutum respectabat, mandata ad se daturi, perscripturique atque injuncturi, id quod secum ipse deliberasset atque constituisset.

Quum

NOTÆ.

32 والفيالق الغوالق] *Et Legiones cuncta findentes.* A radice فلق *fidit, diffidit, perrupit*, est فيلق *exercitus, legio, phalanx*, a *findendo* ac *perrumpendo* haud dubie. Quod & noster insinuat quum غوالق *findentes* facit *has legiones.*

33 والبيارق البوارق] *Et vexilla fulgurantia.* A برق *fulguravit*, propagatum est بيرق *vexillum*, in *plur.* بيارق. Quum tamen *Persicum* magis sit, quam *Arabicum*, alterius originis esse videri posset Arabes tamen inde se id vocabuli derivare ostendunt, quum formant بيارق بوارق *vexilla fulgurantia.*

34 وبنات الاغماد قد برزن من خدورها] *Et filiæ vaginarum emicabant e suis penetralibus.* Hæc & sequentia grandi cothurno se attollunt. *Filiæ vaginarum* sunt *gladii*, prout *filiæ pharetræ* in sacris sunt *sagittæ.* Iis dantur خدور *Gynæcea, penetrales sedes* virginum, a خدر *post velamentum latuit secluſa* puella. חדר. Intelige iterum *vaginas. Gladios* ergo *evaginatos* circumscribit.

35 حبا لمعانقة العدي] *gestientes colla amplecti hostilia.* Verbum عنق *longo collo fuit*, a quo ענקים nomen inverunt, in 3. *conj.* valet *apprehendit collum* alicujus, *amplexu* vel *amico*, vel *inimico*. Ita Gallice *colleser*, non in amore tantum, sed & in pugna. Ad utramque hanc vim allusum, atque figura ex ancipiti inde conformata. *Filiæ e Gynæceis prodeunt* حبا لمعانقة *amore colla amplectendi procantium. At filiæ vaginarum, gladii, invadunt colla, secant, præscindunt.*

36 ظامیات الي ورود الوريد] *Sitientes aquatum descendere in venam jugularem.* Continuatur figura. *Sitiunt* gladii, *in vulnera* promti ardentesque Idem dicuntur *bibere, sitimque satiare*, quum *sanguinem hauriunt.* In eum usum traduci etiam solet ورد *descendit aquatum* gladius. Cuncta hæc exemplis illustrata dedi in *Originibus.* ورود الوريد venusta *paronomasia, aquatum descendere in venam jugularem*, est *ipsum jugulum haurire, indeque se sanguine exsaturare.*

37 وما احسن حلي نجيع
الكفر علي عرايس الهدي]
Et o quam pulchra monilia cruoris infidelitatis super sponsas veræ Religionis! Enthusiasmus nostri Musulmanni. *Sponsas recte ducius, veræ fidei ac religionis*, vocat *Gladios* a *Saladino* suisque *strictos* adversus *Christianos*; quos الكفر *Infidelitatis* nota afficit, abstracto alius pro concreto. *Sponsarum* imagine hos *gladios* ornat, quod *Victoria* ipsis *desponsata* esset. *Monilibus* حلي, חלי, præterea hasce *sponsas* polit & exornat, sed نجيع *cruoris, crassi nigricantisque sanguinis*, cujus guttæ, tanquam totidem *baccæ rubræ*, aut *corallia*, eas redimiant. Sensus est, *O quam pulchri sunt gladii Musulmannorum; quum cruore Christianorum tinctis rubescunt.*

38 فالاسلام قد متّ بعذره]
Et fides Islamitica se affinem jactabat ejus flori virgineo. Primo observetur *alliteratio* inter præcedens مات ومن ذعره, & hocce nostrum متّ بعذره. Deinde teneatur متّ esse proprie *extendit*, ut & *ult. je*, متي, quod ex se propagavit متي *quando*, מתי, ab *extensione* & *prorogatione temporis.* Hinc apud *Avicennam*. H. D. *p.* 202. habemus

Quum autem jam cunctatio inciperet displicere, decernitur retrogressio, prævertitque suo impetu ipsius ortum auroræ, vocesque *Deum Maximum esse* clamantium; atque occasionem arripiens, stu-

39 ولما استمر تاخر الامر استمر التاخير 40 وقدم في الاقدام التبكير والتكبير 41 وانتهز الفرصة واحرز

NOTÆ.

مت البه بصهر *Necessitudinem cum eo pretendebat, præferebat.* Hæc est significatio illa, quam Cl. *Gol.* proposuit postremo loco, توسل *propinquitatem quæsivit vel inivit cum alio.* Melius dederis, *propinquitatem, affinitatemve, jactavit cum alio.* Ea vis & hic sese exerit. Tertio circa vocem عذري monendum habeo, non esse *virginitatis ereptionem*, ut *Golianum* Lexicon tradit, sed ipsam *virginitatem, floremque ejus illibatum.* Utique radix عذر est *integra virginitate fuit*; & عذراء est *virgo signata, intacta.* Hinc decenti formula dicunt هو ابو عذرها *Ille est pater virginitatis ejus*, in eo *qui primus stoſculum illum decerpsit.* Reperias & in *Golio* hanc locutionem ما انت بذي عذر هذا الكلام *Nonne tu primus auctor es hujus orationis.* Ad verbum foret, *Non tu Dominus es virginitatis hujus orationis.* Scilicet ذو عذر *Dominus virginitatis* & ابو عذر *Pater Virginitatis* transferuntur consimiliter, & proprie *defloratorem virginis*, improprie ac figurate *præfloratorem cujuscunque rei* consignant. Sub hac imagine habes *gloriam Victoriæ præfloratam* apud *Liv.* 37:58. Et *gaudii fructum spe præfloratum* apud *Gellium*, atque *in Plin. Panag. Decus præceptum præfloratumque:* quæ e παν Gron. ibidem adduxit. Addatur hocce *Livianum* quoque *Lib.* 45: 1. *Victoriæ nunci, quanta potuit adhiberi festinatio, celeriter Romam quum venissent, præceptam tamen ejus rei lætitiam invenerunt.* Id Arabes dicerent, *haud fuere* ذوي عذري *Domini virginitatis ejus*, sive *primi auctores nunciatoresque illius lætitiæ.* Ita *patrem virginitatis*, pro *primo auctore* reperio in *præf. Hariri* وما عدا ذلك فخاطري ابي عذري ومغتصب حلوه ومره *Quicquid præter illos est versiculos, sane cor meum est Pater Virginitatis ejus, atque quicquid in eo vel dulce est, vel amarum, præfloravit.* Ejusdem est coloris رسالة عذراء *Epistola Virgo*, in *Cons.* 6. *Hariri, in qua* virgineus quidam flos *bonosque eloquentiæ* relucet, a nemine adhuc præcerptus. *In Cons.* 38. iterum gloriatur *Abuzeydus* كم ملح لي خلبن العقول وعذراء فهت بها *Quantum mihi elegantiarum, qua mentes suffurantur? quotque Virgines ore extuli?* id est vel *sermones*, vel *versus, novitate quadam & gratia ab aliis non præfloratas sese commendantes.* Huc pertinet *Lucretiana* illa gloriatio

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo &c. &c. &c. &c.

Redeo ad meum *Ispahanensem*, qui عذري *florem honoremque virgineum* quum tribuit *Alaphdalo, bellicum* ejus *virtutem* respicere videtur, singularem plane atque eximiam.

39 ولما استمر تاخر الامر استمر التاخير] *Et quum jam displiceret procrastinatio negotii, decernitur retrogressio.* Prius استمر, in 10. conj. a مر *amarus fuit*, est *amarum judicavit, displicuit.* Notio in Lexicis præterita. Alterum استمر, item in 10. ejusdem thematis, est *firmum fuit propositum.* Est lusus in duplici verbi significatu.

40 وقدم في الاقدام التبكير والتكبير] *Prævertitque suo impetu ipsum aurora ortum, magnificationemque solennem Numinis.* Verbum قدم *præcessit, prævertit*; קדם, dat in 4. اقدم *promte & animose aliquid aggressus est. Audax in hostem ivit.* Id *Infin. quarta* اقدام hic designat. تبكير in *infin.* 2. *Conj. a* بكر *diluculo surrexit*, notat vel *aurora ortum*, vel, quod malim, *antelucanam diligentiam.* Conjungitur per *alliterationem* تكبير *inf.* 2. a كبر, *magnificatio solennis* Dei sub auroræ exortu, quum مؤذن *Muezzin, præco*, e منار *Menara*, sive *turri*, tempus precum promulgat, identidem ingeminando الله اكبر الله اكبر اشهد ان لا اله الا الله اشهد ان لا اله الا الله ان محمدا رسول الله ان محمدا رسول الله حي على الصلاة حي على فلاح الله اكبر الله اكبر لا اله الا الله *Alla Ekbar, Alla Ekbar. Deus Maximus est, Deus Maximus est. Testor non esse Deum nisi Alla, illum Deum. Testor non esse Deum nisi illum Deum. Muhammedem esse Prophetam Dei. Muhammedem esse Prophetam Dei. Heus ad preces! Heus ad Salutem! Alla Ekbar, Alla Ekbar, La Ilaha illa Allaha. Deus Maximus est, Deus Maximus est. Non est Deus nisi ille Deus.* Addi quoque solet in hac matutina & antelucana promulgatione الصلاة خير من النوم الصلاة خير من النوم *Precatio melior somno est. Precatio melior somno est.*

41 وانتهز الفرصة واحرز] *Atque occasionem arripiens, studiosissime se accinxit.* In MS. meo extat pro حرصة *studium, avidi-*

tas,

واحرز الحرصة 42 وانتخي وانتخب الاجناد الانجاد 43 وجرد الجرد

ſtudioſiſſime ſe accinxit; celſoque ſpiritu ſumto excerpſit agmina animoſa, expedivit

NOTÆ.

tas, حصة portio, quod nec kaſia ſive rhythmo reſpondet, nec commodum fundere poteſt ſenſum. احرز 4. conj. ab حرز apud Golium eſt inter alia firmum fecit. Inde احرز الحرصة firmavit ſtudium. Genuina vis eſt inſtrinxit, ut quum ſeries baccarum trajecto filo inſtringitur; quæ poteſtas reſidet quoque in خرز per Cha, filo trajecit & conſuit. vel conſtrinxit. Hinc lumen fœneratur vox חרוזים Cant. 1: 10. Monilia, Peerl-Snoeren; ut jam monuere Viri Docti. Videatur Cl. Hott. in Smegm. Orient. Aliud tamen viſum Celeb. Cocc. qui in Lex. rejecta notione monilium, ſubſtituit habenas, quas ab Arabico حرز cuſtodivit ſe deducere ait. Addit, Aliud puto Rabb. perforare, aut filo inſerere, ut & Arabibus aliud eſt خرز. Sane ſic conjug. prima a Golio noſtro declaratur, حرز Haraza, cuſtodivit. Item med. keſrata Harıza, circumſpectus fuit. Denique med. Dammata, Haroza, firmus munitusque fuit. Sed ſcias cuncta hæc eſſe ſecundaria, a primario inſtrinxit, vel inſtrictus fuit. Nempe inſtringere rem eſt cuſtodire, tueri, conſervare, ne elabatur. Iterum inſtringi, vel inſtringere ſe, eſt circumſpectione uti. Poſtremo inſtringi eleganter valere poteſt firmum munitumque eſſe. In 4. Conj. mirifica pollet venuſtate phraſis احرزت فرجها continenter & pudice vixit mulier: proprie inſtrinxit vimam ſuam. Commodius proinde habenas ſuas ab inſtringendo potuiſſet derivare ὁ κάνν. Prætulerim tamen conſerta monilia quæ & Arabes frequentant ſub خرز, unde خرزات الملك margarita diadema cingentes; nec pro diverſis habendæ ſunt, quod ad originem, radices حرز & خرز, quamvis uſus eas paululum diſcreverit; quod arcanum Linguæ alibi fuſius pandetur.

42 وانتخي وانتخب الاجناد الانجاد] Celſoque ſumto ſpiritu excerpſit agmina animoſa. Verbum نخي jactavit ſe, proſtavit faſtum, in 8. انتخي eandem obtinet poteſtatem. Ejus derivatum نخوة faſtus, ſuperbia, ab auctore Vitæ Saladini bis terve uſurpatum pro celſo ſpiritu in bellum & arma promto; & نخوة اسلامية faſtum Iſlamiticum appellat celſitudinem animi omnem contumeliam, vimque, fortiter repellentis. Vis & proprietas ſita videtur in proſtando, ubi aſſumas velim quæ de انف Naſo ſuperbo, contemtore, faſtiditore, prolata ſunt in opuſculo de Defectibus L. H. Cernis quid heic loci abſolute valeat انتخي, cui per paronomaſiam annectitur انتخب elegit, excerpſit meliora queque. Thema eſt نخب vulſit, e quo fonte manarunt diverſæ illæ, quæ apud Cl. Golium proſtant, ſignificationes. Derivatum نخبة Nuchba eſt melior pars omnis rei, excerpta quaſi atque evulſa. Alia adhuc alliteratio captata inter اجناد & انجاد. Prius eſt plur. fr. a جند Gund, militares copiæ. Origo repetenda videtur a גדוד turma, pars a reliquo exercitu reſecta, nam גדד Hebræis & Arabibus eſt ſecuit. Pro eo forma defectiva enunciatum quoque גוד Gud, unde productius Gund, Nun ex more Aramæo interſerto. Alterum انجاد etiam eſt in plur. fr. a نجد Negud vel Negid, ſtrenuus, fortis, animoſus; qui alias نجيد Negyd, נגיד. Conſimilis luſus cum radicibus نجد & جند pag. 1. adhibitus in verbis قبل استنجاد الاجناد ante quam militares copiæ adventarent, ſeque animoſe inferrent.

43 وجرّد الجرد] Et expedivit equos generoſos. Thema جرد eſt ſtrinxit, deſtrinxit, & quidem vehementius, ut quum folia de ramis deſtringuntur, vel aliquid decorticatur atque excoriatur. Hinc ſemel Jobi 2: 8. התגרד ſcalpere ſe. Sub 2. جرد Cl. Golius exhibet evaginare gladium, exuere, nudare, aliaque a deſtringendo propagata; ſed omiſit notionem Hiſtoricis multo tritiſſimam expeditum emiſit agmen, quod جريدة vocatur. Hiſt. Sar. p. 223. فجرد لهم اكثر عسكره Expedivit contra eos majorem partem exercitus ſui. Proprie deſtrinxit; eſtque جريدة ſecundum interiorem linguæ genium deſtrictum a reliquo exercitus corpore agmen. In Hiſt. Tamerl. p. 255. ثم ان تيمور لما قبض على ابن عثمان جرد الى بروسا طايفة من الجنود والاعوان Othmanide capto expedivit Timurus Bruſam verſus agmen militarium virorum, auxiliorumque. Forma infin. hinc exiſtit تجريد, cujus plur. fr. تجاريد expeditiones, deſtrictiones, pro agminibus emiſſis reperio Hiſt. Tam. p. 266. وهو مع ذلك يجهز لهم التجاريد ويحفر لهم بالمكر الابار والاخاديد Nihilo tamen minus emittebat in eos deſtricta agmina; iiſque per fraudem puteos foveaſque fodiebat. Sequens جرد eſt plur. ab اجرد glaber, pilis carens; quaſi deſtrictus. In equo deſignat brevem pilum, quæ præclara equi dos eſt. Apud Harir. Conſ. 12. ſic abſolute uſurpatur. Dixit Harithus Hemmamides شخصت عن العراق الى الغوطة وانا ذو جرد مربوطة وجدة مغبوطة

vit equos generoſos, curſu præſtantes elegit ſonipedes, nobiliſſimamque emiſit turmam, atque edixit, ut necopinatam daret impreſſionem in agros *Tiberiadis*. *Modafferedinum*, filium *Zineddini*, *Ali Causjechum* habebat illa præfectum, bellatorem illum ſtrenuum, & magnanimum; quin Leonem recta ad ſcopum per-

الجرد 44 واستجاد الجياد 45 وسرّي السرية السرية وامرها بالغارة على الغرة باعمال طبرية ومظفر الدين بن زين الدين علي كوجك 46 المقدم المقدم الهمام 47 والاسد الاسدّ والارشد الاشدّ وعلي عسكر

NOTÆ.

Promicuè ex Iraka Damaſcenam in regionem, Dominus exiſtens glabrorum in ſtabulis relegatorum, opulentiaque invidenda. Ibi obſervatum a *Teblebio* جرد اي خيل قصيرة شعر الجسد دقيقة واحدها اجرد وذلك ان تدق شعرته وتقصر وهو في الخيل مدح *Glabri hic ſunt brevi tenuique corporis pilo præditi, a ſing. Agrado, quod exprimit tenuitatem brevitatemque pili equini, quæ laudatur.* In *Hamaſa* extat

وما لي مال غير درع ومغفر وابيض من الحديد صقيل
واسمر خطي القناة مثقف واجرد عريان السراة طويل

Nulla mihi opes præter loricam & galeam; Albumque e ferro politum:
Fuſcamque Indicam haſtam, rigidatam: Glabrumque, nudum dorſo, prælongum.

44 واستجاد الجياد] *Et elegit curſu præſtantes equos.* A themate جاد, med. *Vav*, quod inter alia eſt *egregio curſu polluit equus*, deſcendit جواد *velox curſor*, cujus plur. fr. eſt جياد. Ab eodem verbo in 10. *conj.* استجاد eſt *equum egregii curſus elegit, expetivitve.* Quomodo diverſi uſus ج جاد ex uno fonte promanarint *fluxus copioſi*, linguarum periti haud difficulter aſſequentur.

45 وسري السرية السرية] *Et emiſit turmam nobiliſſimam.* Luſus in diverſis notionibus ab una radice propagatis, qualis etiam in استجاد الجياد & جرد الجرد conſpicitur. سري *Noctu ivit*, in 2. *conj.* سري *noctu emiſit*, quæ poteſtas in *Golio* non comparet. Prius سرية *Saria* eſt *turma equitum*, a 300 ad 500. Nomen impoſitum ab *expeditione nocturna.* Poſterius سرية eſt *fem.* a سري *generoſus, liberalis, principalis, princeps* ipſe etiam, שׂר. *Teblebius* ad *Hariri conf.* 13. السري السيد الكثير المروة *Princeps multum liberalis appellatur Sari.* Ibidem *pluralis forma* سروات exponitur per سادات *Domini, principes*, שָׂרוֹת, ut in nomine שָׂרָה *Sara.* Huc pertinet quoque quod سراة exponatur *ſuperior pars* cujuſque rei. *Melior pars* hominum, opum &c. Ex hoc fonte سري adjective eſt رفيع *celſus* apud eundem *Teblebium*, cujus *fem.* سريّة neglectum a Lexicographis, legitur *Abulph. p.* 596. دار سرية *domus celſa, principalis. Palatium* ut Cl. *Pocok.* vertit. Similiter دواوين سرية *porticus celſæ, principales.* In *Homil. Eliæ Patr.*

46 المقدم المقدام الهمام] *Præfectus ſtrenuus & magnanimus.* A قدم duplex derivatum pulchre in unam illigatur ſententiam; مقدم *præpoſitus*, & مقدام *præveniens*, quo nomine ſignatur *bellator ſtrenuus & animoſus*, a قدم *prævertit, valde animoſus fuit.* Poſterius همام *Humam* in *Golio* eſt *Heros, rex magnanimus res graves & excelſas animo agitans.* Exprimitur hac circumſcriptione etymon ab هم *curas agitavit*, quaſi dicas *ardua curantem molientemve*, quæ مهمات vocitant. Nec male, nec tamen uſque quaque bene *Tebrizius ad Hamaſa*, وصف الملك بالهمام لانه لما كان يهم بالشي يفعل ولا يرد *Rex ornatur epitheto Humam, quia quum rem aliquam vult cupitque, eam perficit irrepulſus.* Sed magis eſt ut reſpiciatur ad امر مهم *res ardua, molę moleſtiæ ac ſollicitudinis premens*, a primaria poteſtate thematis *liquefieri, tabeſcere*, unde ad *graviores curas* tranſlatio facta, ut declaravi in *Originibus. Regum* eſt ſcilicet *ingenti pectore ingentes volvere curas.*

47 والاسد الاسدّ والارشد الاشدّ] *Quin Leo recta ad ſcopum pergens ac vehementiſſimus.* اسدّ eſt *compar.* & *ſuperl.* forma, a سد *ſcopum ferit.* Venuſte *in Nawabig*

اهيب

عسكر دمشق قايماز النجمي وعلي
عسكر حلب دلدرم البارقي فساروا
مدججين وساروا مدلجين
وصبحوا صفوريه [48] وساء صباح
المنذرين فخرج اليهم الفرنج
[49] في جمع شاك وجمر ذاك
[50] وقنطريات طايرات [51] وسابريات
سابغات

pergentem, & vehementiſſimum. *Damaſcenis* autem copiis præerat *Kaimazus Nesjmæus*: ut *Halebenſibus Duldurmus Jarukides*. Eunt illi armis horridi, nocturnumque emenſi iter, cum aurora *Sepphorin* attingunt. *Peſſima enimvero aurora Divinitus præmonitorum!* Adverſus eos procedunt *Franci agmine* item *armis horrente*, & *pruna ardente*, & *contis volantibus*, & *trilicibus loricis totum corpus complexis*. In his

NOTÆ.

اهيب وطاء من الاسد ۞
من يمشي في الطريق الاسدّ ۞

Formidoloſius incedit Leone
Qui rectum tenet limitem.

Venuſtius adhuc noſter poſuit *Aſedo Aſeddo*, *Leo recta tendens ad ſcopum*. Sequens *Arsjedo Asjeddo* in eadem verſatur figura, quorum prius eſt comp. a رشد *recta inſtitit via*, poſterius a شد *vehementi impetu aggredi, currere &c. &c.*

[48] وساء صباح المنذرين] *Et peſſima fuit aurora divinitus monitorum.* Phraſis in *Alcorano* aliquoties obvia, poſt enarratam repentinam aliquam & nocturnam cladem, improbis divinitus immiſſam. Egregie autem noſter hic ſimul attendit ad uſum reconditiorem vocabuli صباح *aurora*, pro *expeditione antelucana*. Hoc vult illud gloſſema, quod Cl. *Golius* Arabice tantum propoſuit يوم الصباح i. e. يوم الغبار Verte *dies expeditionis antelucanæ*. In *Hamaſa* ſic crebro uſurpatur, ubi صابح a *Febriſito* exponitur الذي يصبح القوم بالغارة *qui primo mane infeſtat homines*. Eodem teſte يقال صبّحت وصبحت اذا قصدته للغارة صباحا *dicitur in 2. & 1. conjug. matutinus extiti, quum quem ad primum mane hoſtiliter incurris*. Hinc ابن صبح *Filium Aurora* ibidem appellat Poëta من يغبر وقت الصبح *qui cum prima luce hoſtiliter incurſat*.

[49] في جمع شاك وجمر ذاك *Agmine armis horrente, & pruna ardente.* شاك pro شائي, idem quod شايك *indutus arma toto corpore*, vel & *acutis armis praditus*. Proprie *ſpinoſus, ſpinis horridus*. Explicui in opuſculo *de Defect*: Alterum ذاك item pro ذاكي a ذكا vel ذكي *excitati promtique ingenii fuit*, &c. *arſit*. Eſt *Hebr.* זכה *pure micuit, nituitve*. Inde in *Hiſt. Tamerl*: اذكي فيه اللهيب *micantem in eo fuſcitavit flammam*. Emblema *pruna acrius micantis* pertinet ad *promtitudinem bellicam*.

[50] وقنطريات طايرات] *Et contis volantibus.* A *conto, contario* videtur aſſumtum قنطريه, quo *haſtam* deſignari autumo, vel ſimile aliquod telum. Ignotum Lexicographis principibus vocabulum, quo magis recens eſſe & peregrinum crediderim. Eſt alius in auctore noſtro locus, ubi inducit قنطريات مقنطرة *contos centenarios, centum pondo æquantes*. Sic a قنطار *talentum*, haud male forte derivaretur قنطريه, prout ταλαντία vocant Græci *ingentia* quæque ac *gravia*.

[51] وسابريات سابغات] *Et Loricis totum corpus complexis.* Apud Cl. *Gol.* ſub سبر habes سابري *Lorica egregia tenuibus & compactis conſtans annulis*. In *fem.* dat سابرية, cujus *plur. ſan.* a noſtro nobis ſubminiſtratur. سابغات etiam in *plur. ſan.* a سابغ *completa, ampla, profuſa* ies, cujus *fem.* سابغة ſpeciatim declaratur *Lorica ampla, longa, totum corpus operiens*. Cave credas ſubſtantivam eſſe vocem: eſt enim participialis, & pro epitheto addi tur talibus *Loricis*, ut hic. Similiter *Antara Ibn Sjeddad* in *Moallek*.

ومشك سابغة هتكت فروجها
بالسيف عن حامي الحقيقة معلم ۞

Loricaque profuſiſſima perfregi ego juncturas
Gladio, a defenſore vexilli inſignito.

his *Templarii* ut apes *bombabant*, & *Hospitalarii* ut venti ſtridebant, & *Barones* ſe exitio offerebant, & *Turcobuli* ſemet ipſi in ignem injiciebant. Proſiluere illi in aciem, *ultionis cupiditate flammante*, atque mox *aër pulvere concreſcit*, *vitrum ſpiculorum*

سابغات 52 وللداوي دويّ 53 وللاسبتاري هويّ والباروني يقدم الي البول والتركبولي يلقي نفسه علي النار وقد ثاروا 54 والنار قد وقد والجو قد عقد 55 وقد انصدع

NOTÆ.

Ubi *Scholiaſtes* docet مشكّ *Miſtec* eſſe الدرع التي قد شك بعضها الي بعض *Loricam inter ſe partibus bene conſertis.* Addit tamen, aliis eſſe مسامير التي تكون في حلق الدروع *claves quibus annuli loricarum conſeruntur*; aliis الرجل الشاكي *virum cataphractarium.* Alterutra harum opinionum admiſſa, سابغة abſolute erit capiendum, prout ſolent *epitheta rerum res* tandem ipſas deſignare. In *Diw. Hud.*

وقد ظهر السوابغ فوقهم والبيض والبلب ۞

Conſpecta ſuper iis profuſa loricæ, *& galeæ, & clypei.*

Is eſt *plur. fr.* abſolute poſitus, ut *Schol.* monet السوابغ الدروع الواسعة *profuſas* hic eſſe *Loricas ampliſſimas.* Idem *plur. fr.* latiore & naturali ſuo uſu adhibetur in *Hiſt. Tamerl.* 346. فافرغوا عليهم سوابغ السلاح *Et effuderunt ſuper eos profuſa armorum.*

52 وللداوي دوي] *Et Templario erat bombus.* Ordo *Templariorum* Arabibus داوية *Dawia* audit, vel potius داوية, prout conſtanter ſcribitur in *Hiſtoria Saladini*, a داوي *ægrotavit*, in 3. داوي *curavit ægrotos.* Hæc prima ratio inſtituti. Rarum eſt ut efferatur داوي *Templarius*, forma *maſcul.* Ei pro ſolitis ſibi deliciis, ab eadem radice دوي *ſuſurravit, bombavit* apis, addidit auctor noſter دوي *Dawi*, quod *Golio* eſt *ſuſurrus* apum, avis, venti. Apud *Avicen.* reperio دوي الاذن *tinnitum auriom.* Latiſſime patet, & proprie exprimit *ſenum obſcurum qualis redditur e re cava, aut intus corrupta & exeſa.* Ecquid cernis, quomodo ab hoc *bombo* ortum ſit *ægrotare, intus male affectum & corruptum eſſe?* Id *Hebræis* fuit דוה, ut ad *Jobum* demonſtrabo. Comparatio *Templariorum* cum *agmine apum bombitante* tantum nunc teneatur, quam imaginem & ſacræ literæ frequentant in *hoſtibus magno ſtrepitu involantibus,*

53 واللاسبتاري هوي] *Et Hoſpitalario ſtridor.* Ordo *Hoſpitalariorum* apud *Hiſtoricos* corrupta e *Latino* voce الاسبتارية vocitatur, unde noſter *form. maſc.* item الاسبتاري conformavit, *Hoſpitalarium* collective ponens. Ei dat هوي *ſtridorem, ſibilumve*, qualis eſt *venti*, ab هويّ, cujus *ecl. ſignif.* apud *Gol.* eſt *flavit* ventus, *ſibilum edidit.* Ita in *Alcor, Sur.* 22. 32. تهوي به الريح في مكان سحيق *Quod cum ſibilo diffiat ventus in locum remotiſſimum.* Appoſite هوي *ſibilans flatus*, دوي *bombo* ſubjungitur.

54 والنار قد وقد والجو قد عقد] *Et ultionis cupiditas flammabat, aërque concreſcebat.* A ثار, media *Hamzata*, *vindicta cupidus fuit*, eſt ثار *ſanguis talionis*, atque ipſe etiam *homicida propinqui cujus ſanguis in talionem expetitur.* Inde formulam annotavit *Tebrizius* ad *Hamaſa* يقال فلان الثار المنيم اي هو الذي اذا قتل انام طالب الدم عن الطلب *Dicitur Talsatus Dormire facieus, de eo qui cæſus vindici ſanguinis a cade perſequenda præſtat ſomnum.* Idem quoque obſervat de *Arabibus* كانوا يزعمون ان المقتول اذا ثاروا به اضاء قبره فان اهدر دمه او قبلت ديته يبقي قبره مظلما *Eos opinari quum de occiſo vindicta ſumitur, ſepulcrum ejus lucere: ſin ſanguis ejus impune fuſus fuerit, aut pretium redemtionis recipiatur, tumulum eſſe tenebricoſum.* Hæc ad illuſtrationem faciunt ritus *Moſaici* de גאל הדם. Ab *Hebræo* שאר *caro, cognatio, Proximus*, hæc vis ثار potuit profluxiſſe. وقد *arſit inſtar foci* eſt יקד: ut cum עקד conſonat عقد *nodavit* & *intranſit: nodatus fuit. Coaluit. Concrevit.*

55 وقد انصدع زجاج الزجاج] *Vitrumque ſpiculorum ſtrangebatur.* زجاج *Dammata* prima radicali eſt *vitrum*, & زجاجة *res vitrea*, זכוכית. Alterum زجاج *keſrata* prima, eſt *plur. fr.* a زج *ferramentum haſta inferius*, ipſaque adeo *haſta.* انصدع in 7. *conj.* a صدع *fidit*, rationis eſt uſus, poſſetque etiam *refringi, reſplendeſcere* exponi a notione illa, qua dicitur صدع الصبح *erupit aurora*, unde صديع *eruptio & ſplendor auroræ.* Sic *vitrum* hic denotaret *vitreum fulgorem*, quod cum ſequenti figura pulcre concinit, quæ deſumta eſt a *nube tonante*, cui hic præmittitur *fulgur* quaſi e *ſpiculis refractum.*

56 العجاج

انصدع زجاج الزجاج [56] ولرتجز عجّاج العجاج [57] وانقضّ الفضاء وانقضّ القضاء وكادوا يغلون الجمع ويجمعون الغل ويحلون العقد ويعقدون ما انحلّ فثبت قايمار النجمي في صدورهم واشرع الاسنة الي نحورهم وروّي اللهادم من تامورهم وعطف مظفر الدين بشلهم ويغلهم ولا يكترث بكثرتهم ويستقلهم ولقبهم دلدرم بالوجه الابيض والعزم الانهض والجد الاجدّ والحد الاحدّ وانجلي الغبار وقد عم الفرنج القتل والاسار وفجع بقتل مقدمهم الاسبتار وافلت مقدم الدارية [58] وله حصاص ووقع الباقون ولم يكن لهم من الهلك محاص واخلفت رنة السراء انة الاسراء

وكانت هذه النوبة بلا نبوة والهبة بلا هبوة

rum frangitur, nubes pulverea cæca volvit murmura, area Martis *recluſa diffunditur, ſuaque in quemque cœlitus deſcendunt fata.* Tum vero parum aberat, quin *aciem* noſtram rumperent, fuſa ſuorum acie reſtituta, globumque noſtrum *diſſolverent, ſolutis* ſuorum *ordinibus* denuo *conglobatis.* Sed *Kaimazus Nesjmæus* eorum *pectoribus fortia oppoſuit pectora*, in eorumque jugula directis haſtarum cuſpidibus, *ſanguine vitali mucrones rigavit. Modaffereddinus* item eos impulſos fregit, haud curans multitudinem, eamque ut paucitatem contemnens: *Duldurmo* quoque ſe inferente in eos *vultu renideſcente, firmitate* in prælium *excitatiſſima, ſtudio ſtudioſiſſimo*, & *acie acutiſſima. Diſcuſſus* tandem *pulvis aperit Francorum cladem*, cæſis aliis, aliis captis. *Hoſpitalarii* jacturam paſſi ſunt ſui *Magiſtri. Templariorum Magiſter* prætrepida elapſus eſt fuga. Reliqui ceciderunt, quibus nullum exitii effugium. Pro cantuque alacri gemitus ſucceſſit captivorum.

Proſpera hæc *fortuna* nullo nobis ſtetit dam-

NOTÆ.

[56] ولرتجز عجّاج العجاج] *Et fragorem edidit nubes murmurans pulveris.* Apud Cl. *Golium* habes عجّاج *murmurans undis* flumen, a عجّ *edidit ſonum*, unde *Pſalm.* 45: 4. عجت المياه *ſonuerunt aquæ.* Hic *ſonantem* & *tonantem* intellige *nubem*; & quidem عجاج *pulveris glomerati*, quam *Pegaſejus* noſter *Heros* introducit *murmura & tonitrua bellica volventem*; Id enim valet لرتجز in 8. a رجز *tremuit* רגז. Et hæc imago eſt Biblica.

[57] وانقضّ الفضاء وانقضّ القضاء] *Area Martis recluſa diffunditur, cæloque præcipitant fata.* Hæc grandi ſe tollunt cothurno, ultra ſtylum ſuetum. انقضّ in 7. *conj.* a فضّ *fregit cum divulſione*, ut quum *ſigillum refringitur*, eſt *reclusus fuit* & *diffuſus* ſimul. فضاء *Campus patens*, abſolute nunc *Aream belli* deſignat, qualem ſcriptor *Turcicus* deſcribit فضاي بر اشوب وصحراي قيامت اسلوب *Campum plenum tumultibus, & Planitiem quæ reſurrectionis exhibet diem.* انقضّ iterum 7. *conj.* a قضّ *involavit irruitque ex alto in prædam* aquila. *præcipitavit cœlo* ſtella. قضاء eſt *Fatum.* Ἡ πεπρωμένη. De *alliterationibus* jam ulterius piget ſubmonere.

[58] افلت وله حصاص] *Elapſus eſt fuga prætrepida.* Ad verbum, *Elapſus eſt inter ventris crepitum.* In *Golio* ſub حصّ noſtrum حصاص eſt *vehementia & velocitas curſus.* Vel ſecundum alios *cum ſublatis auribus & commota cauda ſe in curſum effundit* aſinus. Item *crepitus ventris.* Eam ſignificationem ſcias eſſe propriam & primariam, quæ transfertur ſecundario ad *fugam prætrepidam*, quam ſuperiores circumſcriptiones intendebant. In *Div. Hud.*

عندي جرلز لا افل ولا انبت
به اقم الشجاع له حصاص ۞

Penes me gladius ſoſter haud retuſus remollituſve
Retundo eo ſtrenuum, ut ſit ei ventris crepitus.

Hoc eſt, *ut trepida ſe fuga mandat. Scholiaſtes* له حصاص له ضراط يقال ان الشيطان اذا سمع الاذان تولي وله حصاص

Vox hæc proprie ventris crepitum ſonat, indeque dictum fertur, Satanas quum promulgationem audit precum, tergum vertit ventris inter crepitum. Eandem hanc formulam reperies in *Hiſt. Tamerl. p.* 161.

 يغدون]

damno, *auraque iſta ſine pulvere fuit:* atque hoc quidem *motu* corda *requieverunt*, atque in hanc benedictionem *ſe reclinaverunt animæ:* lætique dimiſſi nuncii omnes hilararunt, & *gratiæ cœleſtis auſpicia circumlata exuberarunt.* Adſcripta hæc victoria Felicitati *Almalichi Alaphdali*, & Fortunæ ejus naſcenti, per quam *annus* hicce *nitidior* extitit, linguæque *in grates enituere.*

هبوة وسكنت القلوب بهذه الحركة وركنت النفوس الي هذه البركة وسارت البشري وسرّت ودارت النعمي ودرّت وعد ذلك من اقبال الملك الافضل وفضل الملك المقبل وحسنت السنة بالنصر واحسنت الالسنة في الشكر

Interea quotidie adhuc accedentes copiæ, ſimul præda augebant, & qua ſe inter vias lædendi hoſtis dediſſet occaſio, ſtrenue incurſabant. Perlatus autem ad nos lætus nuncius eſt *Carachæ* adhuc morantes, indeque certiores jam firmioreſque factæ ſpes, felicem ſibi ſucceſſum deſponſarunt. Itaque *Sultanus* noſter *Almalichus Alnatſirus Saladinus* diurnum nocturno continuans iter, caſtra fixit in *Aſjtara*, *equitatus torrentibus* & *valles* & *vertices* ſimul *opplentibus.* Ibi ſe cum eo gnatus conjunxit, *conſpectuque Catuli ſylvæ Leonis frigefactus eſt oculis.* Haud vidi unquam

هذا والعساكر في كل يوم [59] يغدون ويغبدون وفيما يجدون الطريق اليه من نكاية العدو يجدّون ويجتدون وجاءنا البشارة ونحن بالكرك فايقنت الامال بالنجح والدرك وسار سلطاننا الملك الناصر صلاح الدين ووصل السير بالسري وخيم بعشترا [60] فغصت بسبول الخيول الوهاد والذري واجتمع به ولده [61] وقر عينا بشبل العرين اسده [62] وما رايت عسكرا ابرك منه

NOTÆ.

59 يغدون ويغبدون] *Accedebant & præda augebant.* Prius eſt a وفد *venit, acceſſit*, in *fut.* 1. *conj.* Poſterius eſt *fut.* 4. *conj.* a فاد *obtigit* commodi quid, in 4. افاد *Acquiſivit opes, aliis mox eas dilargiens.* In *Hamaſa* pulchre

فانك لو رايت الخيل عوابس يتخذن النقع ذيلا ۞
رايت علي متون الخيل جنا تغيد مغانما وتغبث نبلا ۞

Quod ſi videas equos torvos qui pulverem trahunt pro lacinia;
Videas ſuper dorſis equorum dæmonas, qui acquirunt prædas, quæſitaſque perdunt.

Talis bellator prædatorque in *Div. Hud.* vocatur

مغيد مغبث نفوسا ومالا

Quærens, Perdens, animas opeſque.

Sic jam ſatis elucet vis & elegantia verbi يغبدون abſolute hic poſiti.

60 فغصت بسبول الخيول الوهاد والذري] *Et opplebantur torrentibus equitatus valles verticeſque.* Radix غص eſt *præfocari, anxie arcteque premi.* Figurate in *Hiſt. Tam. p.* 31, غص البلد بالزحام *præfocatum eſt oppidum multitudine denſa.* Similiter hic *valles verticeſque præfocabantur.* Eleganter quoque سبول الخيول *fluxus torrenteſve agminum equeſtrium* tranſlati.

61 وقر عينا بشبل العرين اسده] *Et frigefactus eſt oculum ob Catulum ſylvæ Leo ejus.* Per *Sylvam* intelligit *exercitum Saladini*, in quo *Pater Filium lætus adſpexit.* Nempe *oculi frigefacti* ad *lætitiam* pertinent, ut *incaleſcentes* ad *triſtitiam* & *acrimoniam ægritudinis.* Explicitum in *De Defectibus.*

62 وما رايت عسكرا ابرك منه ولا اكبر] *Haud vidique unquam exercitum eo ſtrenuiorem majoremque.* Non comparet in Lexicis ابرك, quæ eſt *form. comp.* & *ſuperl.* a برك *firma fuit conſtititque* res, ut & اجتهد *ſtrenuam operam navavit.* Utrumque a prima illa poteſtate thematis, *genua flexit procubuitque in pectus.* Inde formula ſolennis براك براك, qua alii alios *ad conſtantiam in pugna* adhortantur. باراكاء etiam

Digitized by Google

منه ولا اكبر ولا اكرث للكفر ولا اكثر
وكان يوم عرضه مذكرا بيوم العرض وما
شاهده الا من تلا ولله جنود السموات
والارض في [63] الوية كانما عقدتها
حور الجنان بخمرها [64] وبيارق
كانما حبتها انف الرياض
بزهرها ويوم كالليل عجاجا
وليل كاليوم ابتلاجا
[65] ومناصل بالمني ضلّت
وقساطل بالقسيّ طلّت
وفيالق لهام الهام يفلق
[66] وقلوب يمانية رقاق في
صدور الاغماد تقلق [67] وطيور
سهام من اوتار الحنايا
الي

unquam exercitum ſtrenuiorem majoremque, nec unde infidelitati plus eſſet metuendum. Armiluſtrii ejus dies, ultimum repræſentabat judicium; cui quiſquis interfuit, illam *Alcorani* vocem miſit *Dei ſunt exercitus cœlorum & terræ.* Vexilla ibi micabant, quæ *nodaſſe* videbantur *Nigroculæ Paradiſiacæ ſuis calyptris*, labaraque quæ *ſuis floribus* veluti *diſtinxerant horti recentes ſuperbi. Dies* quoque ibidem *nox erat præ pulvere in altum ſublato:* prout *nox inſtar diei erat præ ſplendore* ex armis *evibrato.* Aderant ibi *enſes qui mortes tinniebant*, & *arcus qui undas* ſanguinis *rorabant*, & *phalanx capita numeroſiſſimi exercitus diffindere valens*; cui *gladiorum Jemanenſium tenuiſſimorum corda in pectoribus vaginarum palpitabant*: *aliteſque ſagittarum ab nervis arcuum curvatorum*

NOTÆ.

etiam apud Cl. *Golium* eſt *Conſtantia & immota contentio in pugna, loco cedere neſcia*; a prima illa quam indicavi notione, ut *Tebrizius* ad *Hamaſa* docet بارزاكاء القتال حبث يبركون اي يجثون على ركبهم *Barachao pugnæ dicitur, ubi in genua ſubſiditur ac procumbitur.* Infinitæ ſunt comparativorum formæ a Lexicographis omiſſæ.

[63] الوية كانما عقدتها حور الجنان بخمرها] *Vexilla quæ nodaſſe videbantur Virgines Paradiſiacæ ſuis calyptris.* Notæ ſunt ex Alcorano حور عين *Nigris magniſque oculis præditæ Virgines* جنة *paradiſi*, vel *paradiſorum* potius جنان, quos ſeptem gradibus diſtinguunt. Eſt autem locutio ſignata عقد اللواء *nexuit, nodavit vexillum*, quæ occurrit *Hiſt. Sarac.* 217, 235, 241. unde ſimul ritum percipies ſolennem *vexillum tradendi* alicui tanquam *inſigne ducatus* ac *præfecturæ.* Abſolute etiam عقد له *Nexuit ei* pro *vexillum ducatus tradidit* apud *Abulphar.* 175. فعقد لابي عبيد علي نحو الف رجل *Adjunctis ergo Abu Obeidæ mille circiter viris* vertit Cl. *Pocok.* in Arabico eſt *vexillum ei nodavit ſuper mille circiter viros.* Vide etiam *p.* 177. 253. 259. 286. 309. &c. &c.

[64] وبيارق كانما حبتها انف الرياض بزهرها] *Labara quæ floribus ſuis donarant horti naſo præditi.* بيرق *Labarum, vexillum* in *plur.* بيارق eſt Perſicum vocabulum; quod ſupra etiam habuimus. انف الرياض venuſtiſſime dictum eſt in *hortis ſuperbis, intactis, recentibus*, quibus ineſt *Naſus*, id eſt *dignitas inacceſſa, honos illibatus.* Figuram declaravi in *de Defect.* Haud dubie *Hortos Paradiſiacos* intendit auctor.

[65] ومناصل بالمني ضلت] *Enſeſque morte tinniebant.* Novum hic notetur artificium, novus lecythus, quo مناصل *plur. fr. a* منصل *enſis*, reſolvitur in منا *mors, fatum*, & صل *tinnivit* צלל. Dicam clarius, ut arguti dicti vis omnibus pateſcat. *Manatzil* vocantur *enſes.* Ejus vocabuli prima pars *mana, mortem* exprimit, poſtrema *tzil, tinnitum.* Vides jam *Enſes mortem tinnientes*, ipſaque appellatione *reſonantes.* Sed non in hac argutia terminatur ſenſus, qui potiſſimum reſpicit horum enſium formidabilem aciem, inter tinniendum mortes & fata ſpargentem. Hoc genus argutiarum deliciarumque integro conſeſſu executus eſt *Havirius.* Idem in ſequenti mox ſententia captatum.

[66] وقلوب يمانية رقاق في صدور الاغماد تقلق] *Et corda Jemanenſium tenuiſſimorum in pectoribus vaginarum palpitabant.* Per *Jemanenſes* يمانية deſignat nobiliſſimum gladiorum genus, quales in *Jemana, Arabiæ Felicis* provincia fabricantur, vel ibi venduntur ex *India* illati, ut idem ſit cum هندية *Indicis gladiis*, quibus palma tribuitur. Quanto in pretio habeantur patet ex eo, quod in divitiis opimis, quas quis hæredi reliquerat, recenſeantur ثلاثة اسياف يمانية *tres enſes Jemanenſes*, in MS. penes me. Sententia cothurnata huc redit, *gladios acutos in vaginis ſuis præ pugnandi ardore non potuiſſe requieſcere*, ſed *irrequieto* velut *motu inde erumpere geſtiviſſe.* Hoc ut grandiloquentius efferret *gladiis* dedit *corda*, & *vaginas* iis attribuit pro *pectoribus.* Confer ſupra num. 34.

[67] وطيور سهام من اوتار الحنايا الي اوكار المنايا تمرق] *Et aves ſagittarum a nervis arcuum ad nidos mortium promicabant.*

rum ad nidos fatorum promicabant. In loricis profusissimis, cursoribusque exercitatissimis, montes immobiles; iidemque *pluviosarum instar nubium de nocte mobiles.*

Armilustrio perfecto, suum cuique assignatur pensum, Sacrumque jam bellum fore apparebat, nostrumque in eo capessendo studium eminebat; quando faciles simul difficilesque fervebant viæ, celsique se erexerant animi, copiis animose confluentibus. *Franci* allata fama *exercitus abundantis*, atque adeo *vasti maris undantis*, *Unitatisque fidem* adversus *fidem Trinitatis* exiisse, *probumque ad condemnandum improbum* consurrexisse, metuunt, frustra sunt, suspirant, atque reformidant, agnoscuntque partes ipsorum profligandas, *aciem retundendam*, *mucronem infringendum*, præsidia sternenda: ingruisseque in ipsos invisitata ante mala: atque fidem universam, adversus infidelitatem totam in aciem eduxisse. Erat autem tunc tempestatis discordia inter eos concitata, fides violata, cum simultate diffidentiæ plena inter personas illustriores: ita *ut pessimæ inter pessimos scintillæ foverentur.* Sed quum appropinquare cernerent tempus sui exitii, discordiam com-

الي اوكار المنايا تمرق وسوابغ مفاضة وسوابق مرتاضة 68 وهضاب راسيات وهواضب ساريات

ولما تم العرض حم الفرض وتعين الجهاد وتبين الاجتهاد واضطربت السهول والوعوث وانبعثت الهمم وهمّت البعوث وسمع الفرنج بكثرة الجمع الجمّ وبزخرة اليمّ الخضمّ وبروز التوحيد الي التثليث وانتهاض الطيب لادحاض الخبيث فخافوا وخابوا وهبّوا وهابوا وعرفوا ان حزبهم مخذول 69 وان غربهم مفلول وان حدهم مثلوم وان جندهم مهزوم وانهم قد جاءهم ما لا عهد لهم بمثله وان الايمان كله برز الي الشرك كله وقد كان منهم حينيذ خلف منبعث وحلف منتكث

ووقوع نفار بين الانفار 70 ووقود شَرار بين الشرار ولما استدنوا حين حَينهم سعوا في اَصلاح ذات بينهم ودَخل الملك علي القومص يتقمص له بالود الاخلص ورمي

NOTÆ.

Comparantur *sagittæ* cum *avibus*, & quidem in *nervo* & *vinculo*, quamdiu *retinentur* super *chorda arcus*, unde *exsilire* & *emicare gestiant* ad *nidos*, & quidem *fatorum*, quia tum demum *sagittæ naturalem* suam *sedem* ac *nidum* quasi attigisse & occupasse videntur, quum *fatum mortemque* inferunt.

68 هضاب راسيات وهواضب ساريات] *Montes immobiles, nubesque simul mobiles.* Gemina similitudo *virorum fortium*, altera qua cum *montibus* conferuntur *immotis* ac *loco cedere nesciis*: altera qua cum *nubibus imbrem* & *tempestatem* minantibus mittentibusque. Prius هضاب est *plur. fr.* ab هضبة *collis elatior & oblongior.* Posterius هواضب *fractus* item *plur. ab* هاضب, quod est *part. præs.* verbi هضب *compluit copiosius.*

69 [ان غربهم مفلول وان حدهم مثلوم *Aciem infringendam, mucronemque eorum retundendum.* Posses etiam dare jam *infractam aciem*, jamque *retusum mucronem.* Phrases in Bibliis etiam usurpatæ; ut *Psalm.* 89. 44. תשיב צור חרבו *Aciem gladii ejus retundis.* Innuitur *potentia debilitata* & *infracta.*

70 [ووقود شرار بين شرار *Et accensio scintillarum inter malos.* Prius شرار *Sjarar* sonans *scintillas* est *sing. collectivum.* Posterius *Sjirar, mali, pessimi*, est *plur. fr.* a شرير *malus, malignus.* Utraque potestas profluxisse videtur a primaria vi radicis شرّ, quam præfert derivatum شرة, quod *Golius* declarat *adolescentiæ cupiditas, acer ardor, alacritas.* Nempe الشرة proprie exprimit الحدة والنشاط *acrem vehementiam agilitatemque*, atque ab illo generali usu restringitur speciatim ad حدة الشباب *acrem agilemque vehementiam adolescentiæ*, ut docet *Schol.* ad Poëma *Ibn Doreid.* Apparet شرار *scintillas* nomen invenisse ab *acri* simul, simul *agili natura ignis:* indeque etiam *maligno* nomenclatura data, quippe in quo inest *irrequieta vis nocendi.* Elucet præterea quanta cum gratia & emphasi *paronomasia* inter شرار *scintillas* & *malos* sit captata. In *Hist. Tamerl.* idem lusus sæpicule occurrit, ut *pag.* 127. والشر

Digitized by Google

ورمي عليه بنفسه واستبدل
وحشته بانسه فاصطحبا بعد ما
اصطلحا واصحبا بعد ما
اجمحا وتزاور الفرنج وتوازروا
وتوامروا ما بينهم وتشاوروا
وقالوا هذا دين متي
دنا منه الوها هوي [71] وعود
اذا عاده الاذي ذوي فالمسيح
لنا والصليب معنا
والمعمودية عمدتنا
والنصرانية نصرتنا
[72] ورماحنا مراحنا
وصحافنا صفاحنا
[73] في لوايانا اللاواء
ومع

componere ſtuduerunt; ingreſſuſque ad Comitem Rex *ſincero ſe amore* ejus *indutum* commonſtravit, eique ſe totum permiſit, ſua familiaritate ferocitatem ejus commutans. Sic ſocietatem, inito pacto, iterum coëunt coluntque, poſtquam a ſe invicem abalienatiſſimi fuiſſent. Tum vero ſe mutuo viſitantes *Franci*, de ſumma Republica inter ſeſe agitarunt, deliberationemque ac conſultationem inſtituerunt. Dictitabant plerique, *Ad Religionem illam quod attinet, propinqua haud dubie ruina concidet; atque hoc lignum nova affectum noxa emarceſcet. Nobis vero adeſt Meſſias, adeſt Crux, Baptiſmus noſtra firmitas, Chriſtianismus noſtra eſt victoria. Pro haſtis nobis eſt promtitudo noſtra. Libri noſtri ſacri ſunt noſtri gladii. Pro vexillo præferimus Adflictionem.*

NOTÆ.

والشر كالنار تبدى حين تقدحه
شرارة واذا بادرته خمدا ۞

Malum ut ignis eſt, exilit, quam excuſſeris
Una ſcintillula, quam ſi prævertas, extinxeris.

Et *pag.* 357. واطفا عنهم ما التهب من شراس شره *Reſtinxit ab iis quod inflammatum fuerat de ſcintillis malitiæ ejus.* Iterum *pag.* 366. وشروره وتطاير شراره *volitaruntque ſcintillæ ejus & malitia.*

[71] وعود اذا عاده الاذي ذوي] *Atque hoc lignum nova noxa affectum emarceſcet.* Adhibent Arabes عود *Lignum, Arborem*, ad *Fortunas, ſtatumque*; & dicunt *viget, viret lignum ejus*, pro *vegetus eſt*, ac *proſper* Contra *marceſcit, exareſcit lignum ejus. Hariri Conſ.* 33.

وحادثات قرعت مروتي وقوضت مجدي وبنيانه ۞
واهتصرت عودي ويا ويل من تهتصر الاحداث اغصانه ۞

Caſus adverſi pulſarunt ſilicem meum, demolitique ſunt gloriam meam funditus.
Diffregeruntque Lignum meum. O miſerum cui adverſa ramos defringunt.

Et *Conſ.* 38.

فخذ نصيبك من قبل رابغة من الزمان تريك العود منحوتا ۞

Fruereque ſorte tua ante quam terror increpuerit Fortunæ, qua exciſum tibi monſtrabit Lignum.

Hoc eſt الجسم يابس من الهرم والفقر *corpus aridum ſenio ſimul & paupertate*, ait *Schol.* Poſſes & latius *totum vitæ ſtatum* hoc emblemate complecti. Sic jam *Lignum Iſlamiſmi marceſcens*, eſt *ſtatus exareſcens.*

[72] ورماحنا مراحنا] *Et haſtæ noſtræ, noſtra promtitudo.* Delicias facit in tranſpoſitione literarum. *Rimahon* ſunt *haſtæ*, *Mirahon* eſt *promta agiliſque lubentia.* Series monſtrat intendi *Zelum pro Religione*, qui plus poteſt polletque quam *vis haſtarum.* Illuc collineat & alterum hoc, per ſimilem figuram conformatum, وصحافنا صفاحنا *Libri noſtri*, ſacri videl. *ſunt noſtri gladii.* Euangelium pro nobis in aciem exibit, hoſteſque profligabit.

[73] وفي لوايانا اللاواء] *In vexillo noſtro eſt*

nem. Cum amicis tamen noſtris Templariis mali *remedia ſunt. Viæ noſtræ ſunt Calamitates: Labara ſunt infortunia. Gladius tamen Hoſpitalariorum ſecans eſt, & adverſario Baronum ex colluctatione parata eſt pernicies. Penes nos ſunt ſplendentes Loricæ, eædemque præduræ: rigidiſſimæque ſane haſtæ: omnique contario centenarium ineſt pondus: atque per omnem Loricam ſpicula noſtra ut ſpecilla vulneraria ſe penetrant. Mare noſtrum hoc litus penitus involvit, idque arcibus noſtris nobis innodavimus adſtrinximuſque. Hæc autem terra ſpatioſa na-*

ومع اودّاينا الدارية الادواء 74 وطولرقنا الطولرق وبمارقنا البوايق وسيف الاسبتار بتار ولقرن البارويي من مقارنته بولر ومعنا الدلاص والصلاد والصعاب والصعاد 75 وفي كل قنطاري قنطار 76 ولكل سابري من اسنتنا مسبار 77 وقد عم بحرنا الساحل 78 وشددنا به المعاقد والمعاقل وهذه الارض تسعنا

NOTÆ.

eſt Adflictio. a لوي *flexit, plicuit, circumplicuit*, eſt لواء *ſignum militare, vexillum*, a *flexibus* & *ſpiris*; nam لواء eſt *flexus* & *ſpira ſerpentis.* לויתן hinc nomen indeptus: & *Hebraum* לוה in diverſis ſuis notionibus ad primigeniam vim *intorquendi circumplicandique* eſt revocandum. Sequens لواء eſt a rad. لاي *Lentus, tardusque fuit. Retentus fuit immobilis.* Inde لاي *Adverſa fortuna, angustia vitæ*, & forma productiore لواء. Ea proprie eſt *fem.* ab الاي *comp.* & *ſuperl.* quaſi dicas *fortunam maxime anguſtantem.* Hebræis etiam לאה eſt *ad anguſtias redigi & ſub onere fatiſcere.* Senſus dicti nemini obſcurus eſſe poteſt, *ſub Vexillo Crucis & Adflictionis* nempe *militari* a *Chriſtianis.*

74 وطولرقنا الطولرق] *Via noſtra ſunt calamitates.* Prius طولرق ſumo in *plur. fr.* a طريقة *via, ſecta, regula* ordinis & inſtituti, unde tamen uſitatius dicitur طرايق. Suſpicor propterea aliam hic latere poteſtatem, & طولرق hocce in *ſing.* habere طارق & طارقة, quod alibi etiam auctor noſter videtur poſuiſſe pro *thorace*, ut ſit vox peregrina quæ hiſce temporibus cum *Latinis* in *Orientem* immigrarit. Vertendum tunc foret *Thoraces noſtra ſunt Calamitates*, quod explicari poſſet ſecundum genium ſublimiorem ſcriptoris *Calamitatibus tolerandis ſumus firmati duratique ad omnem aleam ſubeundam.* Poſtremum طولرق a طارقة etiam in *plur.* deſcendit, illa ſignificatione qua طرق valet *noctu venit*, unde طارق *noctu ſupervenions*, & fæm. طارقة *Calamitas, malum noctu quaſi ſupervenions.* Horum nihil penes Lexicographos.

75 وفي كل قنطاري قنطار] *Et in omni Contario centenarium pondus.* Hinc quoque ſtabilitur quod ſupra *Num.* 53. obſervatum, de قنطاري *haſta gravis* derivanda potius a قنطار *talentum.*

76 ولكل سابري من اسنتنا مسبار] *Omni lorica compactiſſima* paratum *e ſpiculis noſtris ſpecillum vulnerarium.* Verbum مسبر eſt *explo-*

ravit profunditatem vulneris, unde مسبر & مسبار *ſpecillum vulnerarium.* Figurate & improprie *Hiſt. Tamerl p.* 197. وجعل يراقب احوالهم ويسبر بمسبار عقله اقوالهم وافعالهم *Et obſervabat ſtatus eorum, atque ſpecillo ingenii ſui pertentabat eorum dicta factaque.* Confer quæ jam notata ad *Conſ.* 1. *Hariri p.* 10. Elegantius adhuc noſter *ſpicula* quæ *compactiſſimas* etiam *loricas penetrant, altaque infligunt vulnera*, componit cum *ſpecillis vulnerariis in corpus vulnerati deſcendentibus quam profundiſſime.*

77 وقد عم بحرنا الساحل] *Mare noſtrum Litus hoc plane involvit. Per mare* ſub figura pingi puto *potentiam bellicam*, & *multitudinem armatorum*; quæ *Litoralem* hanc *Syriæ oram inundaverat* ac quaſi *involverat.* In origine عم valet *involvit, totumque ambitu ſuo comprehendit.* Secundarium eſt *Communis fuit. Populus* hinc עם dictus. Arabibus عام & عامة *ei nomen, populus, vulgus univerſum*, quæ ſunt proprie *participia* עמם & עממה. Innuitur præterea *mare liberum* & *apertum* eſſe *Europæis*, ad *litora Syriæ tenenda novis claſſibus, quotieſcumque voluerint.*

78 وشددنا به المعاقد والمعاقل] *Et innodavimus in* litore *loca ligaminum arceſque.* Hoc eſt *arcibus exſtructis perpetuæ hanc regionem devinximus ſervitute.* معاقل *arces, plur. fr.* a معقل *aſylum, refugium.* Crebro in *Hiſt Tam.* ſe offert, ut *p.* 15. واستولوا علي حصن من الحصون وجعلوه معقلا لكل ما ادخروه *Occuparunt quandam arcium, idque conſtituerunt aſylum pro omnibus ſuis theſauris.* Item *pag.* 83. ubi *arcem* النجاء, ab *Effugio* dictam *Eluaſia* vocat معقل السلطان احمد بها ولده وزوجته والذخاير *Refugium aſylumque Sultani Ahmedi, in quo Filium, Uxorem, theſauros depoſuerat.* Noſtrum *plurale* habes hoc ſenſu *p.* 116. واطفا قبايلهم واكفا معاقلهم *Exſtinxitque tribus eorum, atque arces funditus evertit.* Vide porro *pag.* 120. 250. 274. 306. A themate عقل

con-

تسعنا نيفا وتسعين سنة وما تضيق
بنا في هذه السنة ولرماحنا الي هذه
الغاية من اسواء اسوار هذه البقاع
والامكنة وسلاطين الاسلام ما صدقوا ان
يسلموا البنا ويسالمونا ويبدلوا
لنا القطايع ويقاطعونا وطالما
ناصفونا وما صافّونا وهادونا
وهادنونا وفي جمعنا تغريقهم وفي
وقعتنا تعريقهم
فقال القومص وكان محربا مجربا
متدبرا متدربا هذا صلاح الدين لا
يقاس باحد من السلاطين لتسلطه
واقدامه علي المخاوف وتورطه وان
كسركم مرة فلا يصح لكم الجبر وليس
الا المراوغة والمقاومة والصبر
والصواب ان لا نخالطه ولا نباسطه ولا
نخالفه ونقبل شرايطه فقال له
الملك انت قد قلبتك
الافة وفي قلبك المخافة
79 وانت للخور رخو وللخشبة
خشو

nobis jam est per nonaginta ferme annos, neque hoc anno angusta evadet, quum hastæ nostræ, tantopere rectæ rigidæque, muri sint horum tractuum locorumque. Sultani vero Muhammedani nunquam bona se fide nobis submiserunt pacemve coluerunt: quumque vectigalia nobis penderent, alienos tamen animos retinuere. Sed jam a longo tempore æquiores se præbuere; neque in aciem prodiere nobiscum; muneribus missis inducias firmare studentes. In nostra ergo consensione eorum existet dissipatio, in nostroque impetu eorumdem impeditio.

Ad hæc *Comes*, bellator tritus, prudens, exercitatusque, *Hicce Saladinus*, inquit, *haud contendi potest cum quoquam Sultanorum, ob vehementiam Ejus, animositatemque pericula adeundi, seque in ea præcipitem dandi; qui si semel vos fregerit, nulla vobis fracti consolidatio constabit. Dolo potius grassandum nobis est, & excursionibus, patientiaque utendum. Optimum itaque fuerit non acie commisceri cum eo, neque aperta ei fronte adversari, sed conditiones ejus accipere.* Eum excipiens Rex, *Te profecto*, inquit, *mala nova immutavit, tuumque cor metus occupavit, & ut languore es flaccidus, ita timore es distentus.*

Ego

NOTÆ.

constrinxit, adstrinxit certis nodis jumentum, ne aufugeret, formatum est معقل, in notionemque *arcis* translatum, quasi dicas *locum ubi quid firmiter religatur, & tuto asservatur.* Elucet dicti ansa ac pulchritudo, in quo معاقد a معقد signat *loca corporis* in animali *quibus ligamina & nodi innectuntur.* Quænam illa in regione quæ *adstringitur innodaturque* quasi sub perpetuam victoris ditionem? *Vertices montium*, quæque alia *arcibus* exstruendis idonea.

79 وانت للخور رخو وللخشبة خشو] *Et tu languore flaccidus, timoreque distentus.* Arguta sententia, captata ex affinitate literarum inter خور *Cheweron* & *Rechwon* رخو: nec non radices خشي *Hhasja, timuit*, & *Hasja, farsit, stipavit, distendit.* A خار *med. Waw, relanguit* calor, خور *Cheweron* est *languor, remissio, debilitas membris.* A رخا *ult. Waw*, quod est *Laxus, mollis, flaccidus fuit*, رخو *Rechwon* est *flaccidus debilisque.* Porro خشية *timor*, a خشي lucis haud indiget. Sed illustrandum خشو, ab خشا *ult. Waw, replevit, farcivit* notans *farturam* in *Golio*, itemque *parvos camelos*, nec non *sequiores & ignobiliores homines.* Ab hoc postremo significatu nostrum خشو designare posset *hominem vilem, ignobilemque*, ut sensus sit *ob timorem nihil aliud es quam vilissimæ conditionis homuncio.* Plus tamen acuminis dicto suberit, si خشو sonet *fartum*, atque ut hinc *flaccidum* dixerat hominem *ignavia*, ita illinc *distentum* eundem faciat totumque *fartum* quasi & *appletum timore.* Fateor tamen me hujus *usus adjectivi* exemplo destitui; proindeque tutiorem autumno aliam illam vertendi rationem, quam modo indicabam. Rarum venustumque est in voce خشو, quatenus *farturam* notat, hocce *Haririi Conf.* 23. فاما الان فالوقت عبوس وحشو العيش بوس *At nunc tempus mihi torvum est, & fartura vitæ calamitas.* Tota mihi *vita* miseriis *constipata* & *differta.*

80 اهل الاحد] *Qui unitatem colunt.* Ad verbum *populus Unitatis.* Innuuntur *Muhammedani*, qui se *Unitarios* dictitant, atque solenni illa formula a *Trinitariis* scilicet distinguunt, الله احد, quod & *Judæis* in ore ex *Deut.* 6: Iidem *Muhammedani* mox signantur appellatione اهل الجمعة *populi diei Veneris*, ob rationem nemini incognitam. Dies autem ille hoc nomen traxit a جمع *congregavit*, quod *publici* tunc *cœtus celebrentur.* Alio vocabulo الجامع *Congregans, Congregator*, absolute dicitur: eundemque & titulo سيد الايام *Dominii dierum* afficiunt.

[علي

Ego vero haud dubie cum ipso collidar eumque retundam; admordeboque ipsum atque vexabo, tam diuque infestabo, donec ipsum repulero. Erigam autem Crucem Crucifixionis, a qua non residebit vel unus eorum, qui Unitatem colunt, extendamque manum roboris cœtui meo, ne populus diei Veneris manum queat protendere. Hanc ejus orationem Comes cum *fermentatione* animi accepit; *sincerumque* se *extus* ei præbuit, *intus exulceratus*. Ejus consensione ac concordia intellecta a rege, & discordia in improba gente sopita, incubuere copiis concitandis contrahendisque, *rebusque* qua *complicandis*, qua *explicandis*.

حشو وانا لا بد ان اصدمه واصده واكدمه واكده واراده حتي ارده واقيم صليب الصلبوت فلا يقعد عنه من 80 اهل الاحد احد وامد يد الايد لجمعي فلا تمتد لاهل الجمعة يد فقبل القومص قوله 81 علي مضض 82 وصح ظاهره معه علي ما كان في الباطن من مرض ولما احس الملك منه بالوفاء والوفاق وعدم اهل الشقاء ما وجدوه بينهما من الشقاق اشتغلوا بالحشد والحشر 83 والطي والنشر

NOTÆ.

81. علي مضض] *Super fermentatione.* id est *acero* cordis, ac *fermento* indignationis. Radix مض vertitur inter alia *doluit, ægro animo fuit:* nostrumque مضض *dolor & ægritudo animi:* item *lac acidum.* Nempe propria notio est *acescere, coacescere*, atque ita *fermentescere.* Notum *Plautinum* illud *jacere in fermento.*

82 وصح ظاهره معه علي ما كان في الباطن من مرض] *Et sana fuit exterior ejus species cum eo, super morbo intus residente.* Pulchra sententia in proprio improprioque usu gemini vocabuli eleganter ludens. صح *sanus fuit*, secundum originem *nitidus*, צחח, transfertur ad *sinceritatem* sæpe *mentis veramque amicitiam.* Contra مرض *morbus*, in *metaphora* denotat *hypocrisin*, *simulationemque* نفاق & شك ut *Alcorani* interpretes exponunt ad *Sur.* 2: 9. في قلوبهم مرض *in cordibus eorum morbus est.*

83 والطي والنشر] *Et in complicando explicandoque.* Proverbialem puto formulam طوي ونشر *complicuit explicuitque*, pro *omnem movit lapidem, summam industriam diligentiamque exeruit*, quod diversimode accommodari potest. Alio adhuc sensu hæc duo in unam sententiam illigavit *Hariri Cons.* 5. فابوا الي نشر الفكاهة بعد ما طووها *Denuo explicuere confabulationem postquam eam complicuerant.* Hoc est *finitam resumsere.* De verbo طوي ejusque pulchris metaphoris egi ad *Haririum.*

FINIS.

IN-

INDEX GEOGRAPHICUS
IN VITAM
SALADINI
EX
ABULFEDA ET COMPENDIO THESAURI GEOGRAPHICI JACUTI HAMATENSIS

Maximam partem concinnatus & instructus.

A.

ABWANUM ابوان. *Ægypti* oppidum in *Exc. ex Abulf.* pag. 3. ad finem. Tria ejusdem nominis in *Ægypto* reperiri observat ex *Jacutho* idem noster *Abulfeda* in *Opere Geographico.* ابوان اسم لثلثة مواضع من بلاد مصر احدهما ابوان عطيه بالاشمونين والثاني ابوان من كورة البهنسا والثالث ابوان قريب دمياط *Abwani appellatio tribus in Ægypto locis competit. Prius est Abwan Atya, in Usymounyn.* (Nomo sic dicto) *Alterum est Abwan ditionis Bahnesiæ. Tertium Abwan prope Damiatam.* In *Lex. Geogr.* paulo plenius, ابوان قرية بالصعيد الادنى غربي النيل يعرف بابوان عطيه وابوان ايضا كانت قرب دمياط كان اهلها نصاري يعمل بها الشرب الرقيع فينسب اليها بوني علي غير لفظه وابوان ايضا من قري كورة البهنسي بالصعيد ايضا *Abwan est civitas Thebaidis inferioris, ad occidentale latus Nili, vulgo dictum Abuan Atya. Est & Abuan prope Damiatam, cujus incolæ Christiani. Byssus nobilissima ibi elaboratur. Gentile est Bouni citra analogiam. Tertium Abuan ditionis est Bahnesensis in Thebaide item.* Posterius in *Excerptis Abulf.* videtur intelligendum.

ACCA عكا vel عكة in Lex. Cl. *Golii* dicitur esse *Ascalona.* Sed rectius idem in notis ad *Alfrag. p.* 131. *Ptolemaidem* esse ostendit, quæ & *Græcis* Ἄκη; pervetusta est appellatio. *Jud.* 1: 31. enim עכו *Acco* occurrit. Belli Sacri scriptoribus *Accaron* est, & *Acra.* Hodie *S. Johannis de Acra* vel *Acri*, a templo, quod *S. Johannis* nomine ibi dicatum olim; cujus adhuc rudera quædam manent. Hinc Equestris ille ordo *S. Johannis Acconensis* originem & nomen ducit. Plura vide apud Cl. *Reland.* in *Palæst. p.* 534 &c. &c. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 131. *Abulfeda* in descriptione *Syriæ* situm ei assignat in *Climate tertio*, inter *Litorales Syriæ urbes*, ad *Longitud.* 58. *gra.* 20. *min.* cum *Latitud.* 32. *gr.* 20. *min.* addit que in tabella, quam vocat الاوصاف والاخبار العامة *descriptiones & narrationes vulgatissimas*, hanc oppidi nobilissimi delineationem. قال في اللباب ومدينة عكا كبيرة من سواحل الشام وداخلها عين تعرف بعين البقر وبها مسجد ينسب الي صالح عليه السلام قال الشريف الادريسي هي مدينة كبيرة في جون كبير والمدينة في وسط المدينة وللمدينة برجان لوضع سلسلة بينهما يمنع من خروج المراكب ودخولها الا باذن وبينها وبين طبرية لريعة وعشرون ميلا. قال العزيزي هي من عمل طبرية وهي جليلة وشرب اهلها من قناة تجري الي المدينة ولها مينا جليل واسع كانت الصناعة به ومنها الي مدينة صور اثنا عشر ميلا وهي الان خراب بعد ما استرجعها المسلمون من ايدي الفرنج في سنة تسعين وستماية وحضرت فتوحها وحصل لي فيه الغزاة *Dicit auctor Ellubabi, Urbs Acca magna est, e litoralibus Syriæ, intra quam fons est, cui Bovino nomen. Est quoque in ea Templum denominatum a Saliho propheta. Sjeriphus Idrisius ait, est magna urbs magno in sinu sita, cujus portus in mediam se urbem insinuat. Portus*

isti duæ sunt turres, ad catenam inter eas tendendam qua naves arceantur exitu ingressuque, nisi data venia. Inter eam & Tiberiadem viginti quatuor sunt milliaria. Alazizius dicit, eam pertinere ad jurisdictionem Tiberiadis; magnificam esse: oppidanos bibere ex aquæductibus in urbem derivatis. Porro habere eam magnificum amplumque portum, multa arte elaboratum, atque ab ea Tyrum usque duodecim esse milliaria. Illa autem nunc temporis vasta jacet, ex quo Musulmanni eam manibus Francorum iterum extorserunt, anno nonagesimo supra sexcentesimum. Ipse ego expugnationi interfui, contigitque mihi ibi honos belli sacri. In Compendio *Thes. Geogr.* traditur بن طولون *filium Toulouni* hunc magnificum munitissimumque, circumjecto muro, portum condidisse. Is est *Ahmedus Toulounides* أحمد بن طولون, *qui in Ægyptum Syriamque* dominationem obtinuit, anno circiter ducentesimo quinquagesimo *Hegiræ*, fato functus ejusdem seculi anno septuagesimo. Ibidem excidium Urbis sic enarratur في سنة تسعين وستماية فتحها الملك الاشرف بن الملك المنصور قلاوون ونقض بيوتها وابراجها وقتل من بها من الفرنج وكان ذلك من فتوح المسلمين العظيمة *Anno sexcentesimo nonagesimo expugnavit eam Almalichus Alasjraphus, filius Almalichi Almansouri Kelaüni, atque demolitus est domos turresque ejus, Francis omnibus trucidatis. Fuit hæc e maximis Musulmannorum victoriis.*

ACAPHA اكاف. Arx quam in *Arabia Deserta* sitam destruxisse narratur *Noureddinus part. sec. cap.* 3. ad initium. Nihil de ea reperio in Geographis meis.

ACARA vel *Accara* عكار. Arx *Syriæ*, quæ *p.* 36. *Vitæ* memoratur. Et hujus nulla in auctoribus meis mentio.

ADENUM عدن *Aden* in mappis. *Arabiæ Felicis* nobilissimum *Emporium*, quo nomine veteribus tantum innotuisse videtur, nam Ἄδανα cujus *Stephanus* meminit, mediterranea est. De qua mox. Alia est *Adena* vel *Adana*, urbs *Ciliciæ*, quæ *Arabibus* ادنة cum *Dzal*, & ادنة cum *Dal*. De ea vide Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 291. De *Adeno* autem *p.* 83. Videamus porro quid *Abulfeda* nobis reliquerit. Circa الاقليم الحقيقي *Clima verum* annotavit خارجة عن الاول الى الجنوب *Eam primum Clima egredi australem versus.* At الاقليم العرفي *Clima* ejus *notorium, in vulgus notum*, ait esse تهايم اليمن *Tractus maritimos Jemanæ.* الطول *Longitudo* dicitur درج *grad.* 70. دقايق ح *minut.* 8. *Latitudo* autem العرض ponitur in درج يا *graa* 11. دقايق م *minut.* 40. *Descriptionem* deinde hanc subserit ويقال لها عدن ابين وهي علي ساحل البحر وهي بلدة حط واقلاع لمراكب الهند وهي بلدة تجار وهي يابسة قشعة واما عدن لاعة فبلدة في جبل صبر باليمن ايضا ومنها اعني عدن لاعة كان ظهور دعاة الفاطميين خلفاء مصر وعدن من صنعاء ثمانية وستون فرسخا قال ابن حوقل بل بينهما ثلث مراحل قال العزيزي وهي مدينة جليلة علي ساحل البحر وبها مرسي مراكب الهند والصين وبها التجار وذوو اليسار المسافرين وعدن من مخلاف ابين وعن بعض المسافرين وعدن في ذيل جبل كالسور عليها وتمامه سور الي البحر ولها باب الي البحر وباب الي البر يعرف بباب السافيين والماء العذب ينقل اليها *Appellari solet Aden Abyan, estque sita ad litus Maris, in quam descendunt, & unde vela dant naves Indorum, quippe quæ floreat mercatura. Sicca est & solis æstu retorrida. At Aden Laah est civitas Jemanæ etiam, in monte Sabir, ex qua, nempe ista quæ Laah cognominatur, prodiere primitus qui vocarunt homines ad obedientiam Chalipharum Phatimidarum in Ægypto. Aden autem prius distat Sanaâ sexaginta & octo parasangis. Ibn Haukel ait, imo vero tres intercedunt stationes. Alazizi dicit, esse urbem splendidam in litore Maris, quæ tutum præbeat portum navigiis Indorum Sinensiumque, atque a mercatoribus, & opulentis hominibus frequentetur, eamque ad pagum, sive regionem Abyan pertinere. Retulerunt nonnulli peregrinatorum Aden adjacere laciniæ montis, qui eam ut murus ambiat, nisi quod arte perfectus sit ad mare murus. Habet portam quæ mare, portam item quæ terram spectet, appellatam Babel-Sakyine, ab aquæ gerulis. Nempe aqua dulcis est aliunde importanda.* In *Lexico Geographico* hæc invenio عدن بالتحريك واخره نون مدينة مشهورة علي ساحل بحر اليمن ردية لا ماء بها ولا مرعي وشربهم من عين بينها وبين عدن مسيرة نحو اليوم وهي مرقا مراكب الهند والحجاز

والحجاز والحبشة والتجار يجتمعون اليها كذلك يضاف
الي ابين وهو مخلاف عدن من جملته *Aden*, *aabicita vocali ante postremam Nun*, *est urbs celeberrima in litore maris Jemanensis; squalida, non aquis, non pascuis prædita. Bibunt e fonte, inter quem & Adenum diei ferme iter interjacet. Est scala*, portus, *navium Indiæ, Hisjazæ, Habassiæ. Similiter & mercatores illuc undique confluunt. Cognomento refertur ad Abyan, qui est major pagus sive nomus, ad quem Adenum pertinet.* Ceterum ad *Aden Laab* distinctius cognoscendum, quod videtur esse *Adana Stephani*, de *monte* صبر hæc habe ex eodem Lexico صبر بفتح اوله وكسر
ثانيه جبل شامخ عظيم مطل علي قلعة تعز فيه عدة حصون وقري باليمن *Sabir, phatata primâ, kesrata secunaa, est excelsus mons magnusque, imminens arci Taizzo in Jemana, arcibus & villis constitus.* Addantur quæ de *Taizzo* dat *Abulfeda*, في زماننا
هذا هي مقر ملوك اليمن وهي حصن في الجبال مطل التهايم واراضي زبيد *Est hac nostra ætate sedes Regum Jemanæ, eique arx in montibus, imminens maritimæ regioni, & terris Zabidi.*

ADSERBEISJANA. *Aderbigiana* اذربيجان occurrit in *Exc: p.* 39. &c. Provincia est partem *Mediæ*, partemque *Armeniæ* complexa, ut docet Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 35. addens ab اذر *Adser*, *Adsur*, antiqua linigua Persarum *Ignem* sonante, nomen habere, quod hic posterioribus etiam seculis illa idololatria maxime viguerit. Posteriorem partem compositionis pandit Clar. *Hyde Rel. Pers. p.* 415 اذربايجان contractum autumans ex اذربادكان *Adsurabadaghan*, *Ignis habitacula & Sedes.* Meminit etiam *Gol.* ad *Alfrag. p.* 226, 227. *Pyrei* آتشكاه *Adserbigianæ* ubi *Zoroaster* primam adspexit lucem, ibidemque *Mediam* esse insinuat. In *Lex. Geogr.* hi traduntur fines, hæ urbes ejus اذربيجان هو صقع حده من بردعه
الي ريحان مغربا وينصل حده من جهة الشمال ببلاد الديلم والجبل والطرم
ومن اشهر مدنه تبريز وهي اليوم قصبته وكانت قديما المغاره (المراغه) ومن مدنه
خوي وسلماس وارميه واردبيل ومرند وغير ذلك وفيه قلاع كثيرة وجغرافت واسعة
Adserbeisjan est Regio cujus fines a Berdaa orientem versus pertinet ad Rihan Occidentem versus. A septentrione attingit terras Deilem, & Parthiam, Termumque (est *Kazwinum* usque excurrens tractus montium.) *E nobilissimis ejus urbibus est Tebrizum*, Tauriz, *quæ nunc quidem metropolis est. Olim regia erat Maraga.* (Ita corrigo nam & *Maragam* accenseri *Aderbeisjanæ* infra suo reddetur loco) *Urbes quoque ejus sunt Chowai, Salmas, Urmia, Ardebyl, Marand, aliæque; habetque arces bene multas, atque planities cavas terrarum quam amplissimas.* Expromam quoque, quæ *Abulfeda* tradit *Tabula* 18. ubi percenset urbes *Armeniæ, Arani & Adserbeisjanæ* لما فرغ من بلاد الروم لنتقل الي ذكر ارمينية
واران واذربيجان وهذه ثلاثة اقاليم عظيمة قد جمعها لرباب هذه الفن في
الذكر والتصوير لتداخل بعضها بالبعض وتعسر افرادها بالذكر والذي
يحيط بهذه الاقاليم علي سبيل الاجمال من الغرب حدود بلاد الروم وشي
من حدود الجزيرة ويحيط بها من الجنوب بعض حدود الجزيرة وحدود
العراق ويحيط بها من الشرق بلاد الجبل والديلم الي بحر الخزر
ويحيط بها من جهة الشمال جبال العتيق واذربيجان علي الانفراد
حدها من جهة الشرق بلاد الجبل وتيلم الحد الشرقي بلاد الديلم
وبحدها من جهة الجنوب العراق عند ظهر حلوان وشي من حدود
الجزيرة قال ابن حوقل والغالب علي اذربيجان الجبال قال وبحد
لرمينية من جهة الغرب بلاد الارمن قال والغالب علي لرمينية الجبال قال
احمد بن ابي يعقوب ولرمينية علي ثلثة اقسام القسم الاول يشتمل
قلبغلا وخلاط وشمشاط وما بين ذلك والقسم الثاني يشتمل علي
خزران وتفليس ومدينة بباب اللان وما بين ذلك والقسم الثالث يشتمل
علي بردعه وهي مدينة الران وعلي البيلقان وباب الابواب وقال ياقوت
الحموي في المشترك ولرمينية اسم لربع قطع فيها بلاد متصلة الاولي من
بيلقان الي شروان وما بين ذلك والثانية تفليس وهي خزران وباب قبرج
قباد والكر والثالثة السفرجان والجبل ونشوي وهي نجوان والرابعة قرب حصن
زيان

بزياد وهو المسمي بخرت برت وخلاط وارزن الروم وما بين ذلك
قال ابن حوقل في تحديد هذه الاقاليم بعبارة اخري قال حد
ارمينية الروم وحد لها بردعه وحد لها الي الجزيرة قال والثغر الذي
يلي الروم من ارمينية هو قاليقلا قال وحد ارمان من الباب الي
تفليس الي قرب نهر الرس الي مكان يعرف بحجيران واذربيجان من
هناك اعني من حجيران الي ظهر الدينور ثم يدور الجد الي ظهر
حلوان وشهرزور حتي ينتهي الي قرب دجله ثم يطوف علي
حدود ارمينيه والغالب علي اذربيجان وارمينية الجبال

Abſolutis Rumææ regionibus, transgredior ad Armeniam, Arran & Adſerbeisjan, quæ tria Climata magna principes ſtudii Geographici ſimul ſolent enarrare & delineare, quod inter ſe commixtos habeant fines, & difficulter admodum ſeorſim queant percenſeri. Generatim ergo hæc Climata ambiunt, ab Occaſu fines Rumææ, atque etiam aliquid de Meſopotamiæ finibus: item ab auſtro nonnihil de finibus Meſopotamiæ atque Irakæ. Ab ortu ea cingunt regiones Parthiæ & Deilem, ad mare uſque Chozar, ſive Caſpium. A ſeptentrione ſunt montes Elatyk. Speciatim vero Adſerbeisjan finitur ab ortu Parthia, terminuſque ille orientalis abſolvitur per regiones Deilem. Ab auſtro eam terminat Iraka, circa Hulwanum, itemque aliquid de Meſopotamiæ finibus. Ibn Haucel auctor eſt, maximam partem Adſerbeisjanæ eſſe montoſam: idemque tradit Armeniam ab occaſu terminari Ciliciæ & Cappadociæ tractu, cui a Leonis filio Armeno nomen impoſitum. Addit Armeniam pleramque eſſe montoſam. Ahmed ibn Abi Jacob ait, Armeniam in tres dividi partes, quarum prima complectatur Kalikalam, Chalatam & Sjimsjatam, quæque inter eas jacent: altera comprehendat Chazeranum, Teſliſum & Civitatem Bab-Ellan, quæque interjacent: tertia ambitu ſuo contineat Berdaam, quæ eſt Civitas Erran, & Beilakanum, & Bab-Alabwab, portam portarum. At Jacutus Hamatenſis in ſuo Mosjtarec dicit Armeniæ nomen tribui quatuor tractibus, in quibus urbes perpetuæ. Primum a Beilakano protendi Sjirwanum uſque. Secundum continere Teſliſum, quod & Chazaranum, & portam Phiruzkobadi, & Cyrum. In tertio eſſe Sapherhanum, Aldebil, Nasjwi, quod & Naksjiwan. Quartum vicinum eſſe caſtro Zyad, quod vulgo Chartopurt vocatur, ubi Chalata & Arzenerroum, quæque iis interſita. Ibn Haukel horum climatum fines aliter digeſſit. Ait nempe Armeniæ, terminos eſſe hinc Rumæam, hinc Bardaam, atque ad Meſopotamiam protendi. Addit præſidium quo Armenia Rumæam contingit eſſe Kalikalam. Idem Arran definit a porta, Ferrea nempe, Teſliſum uſque, fluviumque Araxem, ad locum qui Hasjiran appellatur. Inde incipere Adſerbeisjanam, nempe ab Hasjiran, pervadereque ad Dinorum fere, atque circuire deinceps Hulwanum verſus, Sjahrezourumque, donec Tigrim ferme attingat. Tandem cingere fines Armeniæ. Eſſe autem tum Adſerbeisjanam tum Armeniam pleramque montoſam. Apparet ex hiſce omnibus *Adſerbeisjanam*, nunc latius ſumi, nunc ſtrictius, ſed præcipuam tamen ejus partem eſſe *Mediam*. Ejus urbes nobiliſſimas recenſet & deſcribit *Abulfeda* haſce. ميانه وهي ميانج *Majanih ſive Majanisj long.* 72. 35. *lat.* 36. مراغه *Maraga long.* 71. 20. *lat.* 36. 40. تبريز وهي توريز *Tebriz* ſive *Tauriz long.* 78. *lat.* 39. السلطانية وهي قنغرلان *Sultania* quæ & *Kunguzlan long.* 76. *lat.* 39. اوجان *Ausjan long.* 71. 35. *lat.* 36. 25. اردبيل *Ardebil long.* 72. 30. *lat.* 38. ارمية *Urmia long.* 69. 45. *lat.* 36. برزند *Berzend long.* 78. *lat.* 38. بردعه *Berdaa long.* 78. *lat.* 40. شروان *Sjerwan long.* 68. 56. *lat.* 41. 48. مرند *Marend long.* 78. *lat.* 38. سلماس *Selmas long.* 69. 15. *lat.* 36. 40. خوي *Chowajjo long.* 69. 40. *lat.* 36. 40.

Oppida porro *Armeniæ* præcipua hæc enotavit ارجيش *Arsjysh long.* 66. 5. *lat.* 38. 30. الدبيل *Dabyl* vel *Aldabyl long.* 70. 20. *lat.* 36. 25. دوين *Dawyn* unde *Jobus Saladini* pater oriundus. *long.* 72. *lat.* 38. وسطان *Weſtan long.* 66. 30. *lat.* 36. 50. ارزنجان *Arzengan long.* 68. *lat.* 39. موش *Mousj long.* 69. 30. *lat.* 39. 30. ارزن *Arzen*, quæ & ارزن الروم *Arzerroum*, *long.* 65. *lat.* 38. ملازجرد *Melazgerd*, *long.* 65. *lat.* 39. بدليس *Bidlys*, vel *Bedlys*, ſecundum alios, *long.* 65. 30. *lat.* 38. 45. خلاط *Chalat* aliis اخلاط *Achlat*, *long.* 65. 50. *lat.* 39. 20.

Poſtremo *Arrani* civitates hæ ponuntur. كنجه *Chenga*, *Kensja long.* 74. *lat.* 48. شمكور *Sjemchour long.* 78. *lat.* 41. تفليس *Teflys long.* 78. *lat.* 48. البيلقان *Beilakan long.* 78. 30. *lat.* 41. 20. موقان *Moukan long.* 78. *lat.* 38. مدينة باب الابواب *Civitas Brb-Elabwab*, portæ portarum, quæ & باب الحديد *porta Ferri*, *long.*

Digitized by Google

long. 75. *lat.* 45. نشوي وهي نخوان *Nasjwi* quæ & *Naksjiwan*, *long.* 71. 30. *lat.* 39. 8. Monet præterea quosdam & *Sjerwanum*, nec non *Berdaam*, *Arrani* finibus includere, quæ duo *Adſerbeisjanæ* ſuperius adſcripta.

ÆGYPTUS מצרים مصر. ديار مصر & بلاد مصر *ſedes*, *Regiones Ægypti* alias. Fines accurate fixit *Abulfeda* الحد الشمالي لديار مصر بحر الروم من رفح الي العريش ممتدا علي الجفار الي القرما الي الطينه الي دمياط اليد شاحل مشيد الي الاسكندرية الي ما بين الاسكندرية وبرقه علي الساحل اخذا جنوبا الي ظهر الواحات الي حدود النوبه والحد الجنوبي من حدود النوبه المذكورة اخذا مشرقا الي اسوان الي بحر القلزم والحد الشرقي من بحر القلزم قبالة اسوان الي عيذاب الي القصير الي القلزم الي تيه بني اسرايل ثم يعطف شمالا الي بحر الروم عند رفح حيث ابتدانا *Terminus borealis regionum Ægypti mare mediterraneum a Raphach uſque Elarysj, ſe per Elgiſar* (arenas ſeptem dierum ſpatio prætentas) *extendens uſque ad Pharmam, indeque Tinam, porro Damiatam, Roſettam, Alexandriam, locaque Alexandriam inter & Barcam ſita. Terminus occidentalis ab iiſdem locis, litori adjacentibus, ſe auſtrum verſus ſuper Elwahat dictos tractus porrigit ad Nubiæ fines. Terminus auſtralis a Nubiæ finibus prædictis ad orientem inclinatur Syenen uſque & mare Rubrum. Terminus Orientalis ab eodem mari e regione Syenes per Aidabum, per Koſairum, per Kolzumum pertinet ad deſertum Iſraëlitarum. Inde poſtremo ad Boream reflectitur & mare Mediterraneum apud Raphach, unde initium ſumſimus.* De illis الواحات *Elwahat*, *ſuperiore*, *media*, *inferiore*, *arenis*, ita dictis, diſtinctius agetur ubi ad *Thebaidem* me ſeries perduxerit. Nempe ما علا عن الفسطاط عائي جانبي النيل الصعيد وما سفل عنه الريف وطول الصعيد من اسوان الي الفسطاط فوق خمس وعشرين مرحلة وعرضه ما بين نصف يوم الي يوم واما الريف فعرضه من حدود الاسكندرية الي طرف الجوف الشرقي عند اول مفازة القلزم نحو ثمان مراحل قال ابن حوقل ويعرف شمال النيل اسفل من الفسطاط بالجوف وجنوبيه بالريف ومعظم رساتيق مصر وقراها في هذين الموضعين *Said* ſive *Thebais appellatur quod ſupra Fuſtatam gemino lateri Nili prætenditur. Quod infra eam eſt Ryf audit. Longitudo Thebaïdis a Syene ad Fuſtatam excedit quinque ac viginti ſtationes. Latitudo dimidium diem* alibi, alibi plus minuſve *ad integrum uſque diem occupat. Quod ad Ryf attinet, latitudo ejus a finibus Alexandriæ ad extremum Sjanf Orientale, ubi incipit deſertum Kolzumi circiter octo implet ſtationes. Ibn Haukal auctor eſt aquilonarem Nili tractum infra Fuſtatam vocari Sjanf:* (terram depreſſam) *auſtralem vero Ryf. Maxima pars Nomorum Ægypti, oppidorumque hiſce duobus in locis reperitur*, ut *Abulfeda* ibidem executus eſt. Teneatur & hoc generatim ex *Lex. Geogr.* ذكر بعض اهل العلم والدواوين ان قري مصر الفان وثلثماية وخمس وتسعون قرية منها الصعيد تسع مايه وسبعة وخمسون قرية وسفل الارض الف واربعماية وتسعة وثلثون قرية قالوا والصعيد عشرون كورة فاسفل الارض ثلث وثلثون كورة وحال مصر مشهور *Quidam docti exactique computatores memorant, oppida vicoſque majores Ægypti eſſe bis mille, trecenta, & nonaginta quinque. Inde Thebaidem continere nonaginta & quinquaginta ſeptem: inferiorem autem terram mille quadringenta & triginta novem. Addunt Thebaïdem habere κωρας præfecturas viginti: inferiorem terram triginta tres. Eſt autem ſtatus Ægypti apud omnes notus.*

AFRICA افريقية in *Excerpt. p.* 38. Diſtinguunt *Arabum* Geographi inter بلاد المغرب *Regiones occidentis*, & inter افريقية *Africam*, qua intelligunt ſtricte ſic dictam illam partem quæ *Carthaginenſium* imperio ſubfuit, atque in provinciam deinde *Romanam* conceſſit, que & *Africa propria* fuit appellata. *Lex. Geogr.* حد افريقية من طرابلس المغرب من جهة برقه والاسكندرية الي بجاية وقبل الي مليانه فيكون مسافة طولها نحو من شهرين ونصف وعرضها من البحر الي الرمال التي في اول بلاد السودان *Terminus Africæ a Tripoli Occidentis, quæ Bar-*

cæ & Alexandriæ contermina, porrigitur Bigajam usque; ut aliis placet ad Meljanam. Longitudo patet per duos ferme menses cum dimidio. Latitudo a mari pertinet ad Arenas quæ inchoant terras Nigritarum. Confer Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 105. & 161. ubi a *Bona* بونة, *Hippone* veterum ad *Barcen* fines figit. Nempe بونة docente *Abulfeda* علي اخر سلطنة بجاية واول سلطنة افريقية *sita est ad ultimum finem Regni Bigejæ, Regnumque inchoat Africæ.* De divisione بلاد المغرب *Regionum Occidentis*, hoc est *Africæ* latius sumtæ aliquid forte proferetur ad *Tripolin Occidentis.*

AIDABUM عيذاب & عيذاب. *Ægypti* portus ad *mare Rubrum* in *Exc. p.* 32. Ad *Alfrag.* 145. jam docuit ὁ πάνυ tres memorari stationes *Ægyptiacas* maris *Erythræi* ab *Arabibus*, inferiorem قلزم *Colzum*, *Clysma*, unde بحر قلزم *Mare Kolzumæ* sinus hicce appellatus: medium القصير *Kotsair*: superiorem denique *Aidab* nostrum: *Dioscoron*, ut autumat, veteribus. Idem observat *p.* 100. ab aliis accenseri *Ægypto*, ab aliis *Begiæ*, ab aliis *Habassiæ*, quæ sunt partes *Æthiopiæ*; atque imperii *Turcici* nunc extremum constituere terminum in illis oris. Hausta illa ex *Abulfeda*, qui in *Tabula* de *Ægypto* attribuit *Aidabo long.* 58. *lat.* 21. atque hæc annotat. قد اختلف في عيذاب فبعضهم يحد ديار مصر علي وجه يدخل فيه فهو الاشبه لان الولاية فيها من مصر وهي من اعمال مصر حقيقة وبعضهم يجعلها من بلاد البجا وبعضهم يجعلها من بلاد الحبشة وهي فرضة لتجار اليمن والحجاج الذين يتوجهون من مصر في البحر فيركبون من عيذاب الي جدة قال ابن سعيد وعرض البحر بين عيذاب وجدة درجتان وهي اشبه بالضيعة منها بالمدن

In Aidabo variatur. Nonnulli sic finiunt Ægyptum ut Aidabum includatur. Id vero est similius quoniam præfectus ab Ægypto imponitur, atque Ægyptiacæ est ditionis. Nonnulli regionibus Begiæ accensent; nonnulli Habassiæ. Est autem portus pro mercatoribus Jemanæ, nec non peregrinatoribus Meccanis, qui ex Ægypto accedunt, atque ab Aidabo mare trajiciunt Giuddam: Ait Ibn Sayd, inter Aidabum & Giuddam duos gradus latum est mare; & pago quam urbi similius est. In *Comp. Lex. Geogr.* nihil extat, quod ulteriorem ferat lucem. Sed *Geogr. Nubiens. part.* 5. *Clim.* 2. docere poterit argumentum *Abulfedæ* vacillare, a præfecto *Ægyptiaco* desumtum, quia duo præsides & actores hic versari solebant, alter pro regibus *Ægypti* ad vectigalia *Ægyptiorum*, alter pro Regibus *Begiæ* ad vectigalia *Habassinorum* exigenda. Videatur *p.* 44. In *Arabico* male editur عذاب, unde & versioni *Adhab* ubique inhæsit. Alia ibidem adhuc invenienda omitto: semelque hic insinuatum velim, me *Nubiensi*, ut pote jam typis exarato, Latineque converso, haud aliter usurum, quam ubi summa id necessitas postularit.

AILA ايلة *Ela. Elane. Ælane.* Ἐλάνα. Αἴλανα. Αἴλα. Unde Κόλπος Αἰλα apud *Steph.*, qui aliis Κόλπος Αἰλανίτης, Ἐλανίτης; prout in *Exc.* etiam *p.* 31. habemus بحر ايلة *Mare Ailæ.* Est אילת *Deut.* 2: 8, & 2 *Reg.* 14: 22. *Elath*, vel ut *Hieron.* effert *Ailath.* حصن ايلة *Hisn Aila*, vel *Ailat*, *Castrum Elæ p.* 32. in *Exc.* & *p.* 12. Ejus *long.* ab *Abulf.* traditur 55: 8. *lat.* 29. 8. annexa hac descriptiuncula وايلة كانت مدينة صغيرة وكان بها زرع يسير وهي مدينة اليهود الذين جعل منهم القردة والخنازير وهي علي ساحل بحر قلزم وعليها طريق حجاج مصر وهي في زماننا برج وبه وال من مصر وليس بها مزدرع وكان لها قليعة في البحر فابطلت ونقل الوالي الي البرج في الساحل

Aila parvum oppidulum fuit, exiguis quibusdam satis præditum: estque Urbs Judæorum illorum qui in simias & porcos transformati fuere. (secundum narratiunculum *Alcorani*). *Jacet in litore maris Kolzum, atque præter eam via se tendit peregrinatorum Meccanorum Ægypti. Nostra hac ætate Turris est sive arx, cui præfectus imponitur ex Ægypto. Sementi faciendæ nihil nunc suppetit loci. Habebat parvulam arcem in mari: sed deleta est, præfectusque in castrum litorale translatus.* Ad pleniorem notitiam perducent quæ idem *Abulfed.* ad vocem القلزم *Kolzum*, *Clysma* exhibet والقلزم بليدة كانت علي ساحل بحر اليمن من جهة مصر واليها ينسب البحر فيقال بحر القلزم وبالقرب منها غرق فرعون وهي

وهي علي اللسان الغربي لان بحر القلزم ياخذ من الجنوب الي الشمال
وتمتد منه ذراعان طاعنان في الشمال واحدهما شرقي الاخر غربي فعلي طرف
الشرقي ايلة وعلي طرف الغربي القلزم وعلي راس البر الداخل في
البحر بين القلزم وايلة الطور وهو داخل في البحر الي جهة الجنوب عنهما

Kolzum oppidulum in litore Maris Jemanenſis ab latere Ægypti, unde etiam totum hoc mare, Kolzumenſe appellatum. In vicinia ejus merſus fuit Pharao. Jacet ad Lingnam Occidentalem: nam Mare Kolzumenſe ab auſtro ad ſeptentrionem pergit; ex eoque ſe duo brachia extantia diffundunt ad ſeptentrionem, alterum Orientale, alterum Occidentale. Lateri brachii Orientalis aſſita eſt Aila, Occidentalis autem in latere poſita Kolzuma. In ſpatio porro quod inter Kolzumam & Ailam in mare excurrit eſt Tour, penetratque illud caput terræ in mare auſtrum verſus. Illud الطور *Tour* eſt *Prom. Pharan* apud veteres, ut ad *Alfrag.* p. 144. monetur; eoque nomine & montem *Sinai* complectuntur *Arabes*. Conferantur porro quæ *Geogr. Nubienſ.* de *Kolzum*, male *Calzem* in verſione, de *Tour*, de *Pharan Aaron*, & de *Aila* protulit *part.* 5. *Clim.* 3.

AIN-BASSA. عين بصة. Memoratur in *vita* pag. 98. Apparet ex ſerie, locum eſſe inter *Tyrum* & *Azzubum*, id eſt *Ecdippam*. Nihil de ea auctores mei.

AIN-ELMOBARECA. عين المباركة. Extat in *vita* p. 44. unde intelligitur eſſe agri *Halebenſis*.

AINELSJALUT. عين جالوت. عين الجالوت *Ainsjalut*, *Einsjalut*. Vide in *vita* p. 53. ubi etiam omiſſa prima parte, appellatur الجالوت. *Elsjalut Lex. Geogr.* عين الجالوت بلدة لطيفة بين نابلس وبيسان من اعمال فلسطين اليها انتهي عسكر المغل فلقيهم بها البندقدار فكسرهم وكان ذلك انتهاء فتوحهم

Ain-alsjalout oppidum elegans inter Neapolin & Baiſan, ſive *Scythopolin*, *ad quod exercitus Mogulenſis pervenit*; *ibique eos collata acie fregit Bundukdarus. Hæc ergo meta extitit iis victoriarum.* عين جالوت ex origine *Fontem Goliathi* videtur ſonare.

AINOTABUM عينتاب. In *Exc.* pag. 33. & alibi. Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 273. in tranſitu ejus mentionem facit, & vulgo *Aintab* pronunciari monet. In *Lex. Geogr.* hæc habeo عينتاب قلعة حصينة وبستان قرب حلب بستانها ذلوك

Aintab eſt arx munitiſſima, tractuſque pagorum ſic dictus prope Halebum; ad tractum ejus & Doluc pertinet. Apud *Abulfed.* in *Tabula Syriæ* datur ℓ *long.* 62. 30. *lat.* 36. 30. atque ita porro deſcribitur ومدينة عينتاب بلدة حسنة كبيرة وبها قلعة منقوبة في الصخر حصينة وهي كثيرة المياه وهي قاعدة ناحيتها وبها اسواق جليلة وهي مقصودة للتجار والمسافرين وهي عن حلب في جهة الشمال علي ثلث مراحل وبالقرب من عينتاب ذلوك وهو حصن خراب له ذكر في فتوح صلاح الدين ونور الدين

Urbs Ainotab eſt pulchra & magna, in qua arx in ſaxo exciſa multo munitiſſima. Aquis abundat. Eſt præcipua ſui tractus, in eaque nundinæ inſignes habentur. Aditur a mercatoribus viatoribuſque. Diſtat Septentrionem verſus Halebo tribus ſtationibus. In vicinia Ainotabi eſt Doluc, evaſtatum nunc munimentum, cujus mentio in victoriis Saladini & Noureddini.

AKSA اقصي. plene مسجد اقصي *Templum Extremum*, vel المسجد الاقصي quæ & الجامع الاقصي *Baſilica Alakſa*. Sic appellitant *Templum Hieroſolymitanum*, quod *Extremum* eſt illis, quibus المسجد الحرام *Templum Sacroſanctum Meccæ* domi eſt quaſi, atque intra fines patrios. Quanta religione *Muhammedani* locum illum proſequantur, aliaque curioſa congeſſit Cl. *Gol.* ad *Alfr. p.* 136. & ſeq. Conſulatur quoque luculentiſſima delineatio *Geogr. Nubienſ. p.* 113. & ſeq. Ejuſdem venerationis multa in noſtro veſtigia ut *pag.* 237. *vitæ.* 208. 268. &c. vide porro *Aſſachra*.

AKSARA اقصرا *Aclara* in *Exc. p.* 58. Urbs *Rumæa*, بلاد الروم, id eſt *Aſiæ Minoris* ſive *Anatoliæ*. Ejus fines in loco reddentur. Nunc tantum ex *Abulfeda* notitiam urbis non ignobilis pandamus. Is in *Tabula* de بلاد الروم *Rumæa long.* ponit 56. 8. *lat.* 40. 8. obſervatque primo اقسرا ſcribi ab aliis per *ſin*, بفتح الهمزة وسكون القاف وفتح السين

السين والراء المهملتين وبعدها الف *Eliph phatato*, *Kaf Sjesmato*, & *Sin ac Re*, *puncto superno vacantibus*, *phata instructis*, *sequente Eliph.* Hoc unum specimen produco accuratissimæ *Arabum* diligentiæ, in nominibus peregrinis, propriisque, Syllabatim per literas ac vocales exprimendis; estque in *Tabulis Abulfedæ* perpetuum latus, quod vocat ضبط الاسما *Syllabicam vocabulorum comprehensionem*, in qua omnium urbium nomina eadem accuratione consignantur. Subjungit deinde ويقال ان اصلها من اخ سراي *Dicitur in origine fuisse sejunctim Ach Serai.* Recte vero, nisi quod اق *Ak* vel *Ac* legendum, *Turcice* sonans *Album*, quasi dicas *Album Palatium.* Ejus porro descriptionem hancce apponit

هي ذات اشجار وفواكه كثيرة ولها نهر كبير داخل في وسط البلد ويدخل الماء الي بعض بيوتها من نهر اخر ولها قلعة كبيرة حصينة في وسط البلد وهي التي تعمل فيها البسط الملاح وهي في عرض اقشار واطول منها وهي كثيرة الفواكه تحمل منها الي قونية في بساط كلة مراع ولودية ويقول اهل تلك البلاد ان مسافة هذه الطريق ثمانية ولربعون فرسخا وكذلك من اقشرا الي مدينة قيسارية وبين اقصرا وقونية ثلث مراحل

Prædita est arboribus fructibusque copiosis. Gaudet magno flumine, qui per mediam urbem penetrat. Intrat quoque aqua in domos quasdam alio e fluvio. In medio urbis Arx est magna, munita. Tapetia elegantissima hic conficiuntur. Eandem cum Aksjara habet latitudinem, sed longitudinem majorem. Fructus, quibus abundat, exportantur Iconium per planitiem, qui totus pascuis constat & vallibus. Illarum regionum homines aiunt hanc viam per quadraginta & octo Parasangas se extendere. Ab Aksjaro ad Cæsaream similis ducit via. Inter Aksaram autem & Iconium tres sunt stationes. Cave confundas *Aksjarum* اقشار, cum nostra اقسرا *Aksara*; nam non tantum hic diserte distinxit *Abulfeda*, verum quoque inter urbes *Rumæ* اقشار *Aksjarum* recensens, *longit:* ei tribuit 58. *lat.* 39. aitque se a fidis certisque hominibus accepisse, verum nomen esse اق شهر *Ak-Sjahr*, *Alba urbs*, lingua *Turcica* videlicet, quasi *Leucopolin* dicas. Hujus autem postremæ situm hisce porro prosequitur

قال ابن سعيد واقشار اطول من قونيه بدرجة ونصف وقونية اعرض منها بربع درجة قال وهي من انزه المدن وبها بساتين كثيرة وفواكه مفضلة فعلي قوله يكون طولها ع وعرضها لط مه ولم اجد لها ذكرا في غير كتاب ابن سعيد الا ما نقلناه من كتاب الاطوال واخبر من راها قال وهي عن قونية مسيرة ثلثة ايام شمالا بغرب

Ibn Said auctor est Aksjarum sesqui altero gradu longitudinis superare Iconium, atque quadrante latitudinis; & esse ex oppidis amœnissimis, hortis fructibusque excellentibus abundans. Ex ejusdem sententia longitudo est 70. *latitudo* 39. 45. *Excepto libro Ibn Sayd nusquam mentionem ejus reperio, nisi quod transtuli huc e Libro Longitudinum. Testatus est nonnemo qui adiit hanc urbem, eam Iconio distare tridui iter, versus aquilonem occidentalem.* Vide jam aliquid huc pertinens apud Cl. *Hyde* in notis ad *Peritz. p.* 86. quæ nimis vereor esse confusiora. Sed rei illius discussio nimis nos diu detineret.

ALAMK. העמק العمق. *Vallem* dedi in *vit, p.* 168. *Lex.* nostrum *Geogr.* tradit. العمق كورة بنواحي حلب بالشام *Alamk*, *Vallis*, *dicitur regio quædam tractus Halebensis in Syria.* Ad *Asfrag. p.* 282. reperio *Alamk* dici amplum terræ tractum, in quem tres distincti fluvii labuntur, in quo *Lacus Antiochiæ.* Memoratur etiam in *Vit. Salad. p.* 25. ubi in versione desideratur *Donato ei Alamko*, &c. Pro *civitatibus* ibidem, forte melius nunc *Regionibus* substituetur. Vocabulum بلاد utrumque designat.

ALAIDUM. العيد *Alaid. vita p.* 83. Arx *Syriæ* ad principatum *Antiochenum* pertinens. In *Lex. Geog.* عيدون *Aidoun* vel *Idoun est* قلعة بنواحي حلب, *Arx in tractibus Halebi* & quidem بكسر الاول *Kesrata* prima litera. Apud *Ispahanensem* nostrum scribitur العيدوا *Alaidou.* Litem hanc dirimere nondum queo.

ALAZARIA العازرية bis occurrit *vit. p.* 265. Notitiam dabit *Lex. Geogr.* العازرية قرية بيت المقدس بها قبر العازر الذي احياه عيسي عليه السلام

Alazaria est vicus ubi sepultus est Lazarus quem ad vitam revocavit Jesus super quem pax sit. Hoc est *Propheta.* Etenim formulam illam annectunt, quum *Prophetas* laudant. *Lazarus* العازر *Elazarus*, *Elazarus* apud *Judæos* & *Arabes.*

AL-

Digitized by Google

ALBELKAA البلقاء in *Exc. p.* 53. &c. In *vit. p.* 227. omisso articulo posui *Belkaa*, prout talia promiscue solent enunciari. Egregie *Lex. Geogr.* البلقاء كورة من اعمال دمشق بين الشام ووادي القري قصبتها عمان وفيها قري كثيرة ومزارع واسعة *Albelkaa est regio pertinens ad ditionem Syriæ & Waldilkora, cujus primaria urbs est Amman*, Ammon; *suntque in ea multi vici, arvaque late patentia.* Accedat lumen ex *Abulfeda* in voce عمان *Ammon* وعمان مدينة اولية خراب من قبل الاسلام ولها ذكر في تواريخ الاسرائيليين وهي رسم كبير وبيمر تحتها نهر الزرقا التي علي درب حجاج الشام وهي غربي الزرقاء وشمالي بركة زيزا (زيرا) علي نحو مرحلة منها وعمان من البلقاء وبها اثار عظيمة وبها بطم وغيرها وقيد ضاع حوالي عمان مزارع وارضها زكية طيبة ومن كتاب الاطوال والعروض ان لوط النبي عليه السلم هو الذي تولي عمارة عمان

Ammon Civitas est vetustissima, evastata ante Islamismum. Ea in Chronicis Israelitarum memoratur. Nunc magna sunt rudera. Transit sub ea fluvius Zerkaa; Cæruleus, *qui peregrinatoribus Meccanis Syriæ hac via pergentibus occurrit. Sita est ad occasum illius fluvii; & ad aquilonem Lacus Zaira*, (sic emendavi ex *Lexicographo* nostro) *diei ferme itinere inde distans. Ammon autem pertinet ad Albelkaa, insignia vestigia* antiquitatis *servans; habetque terebinthos, aliasque arbores. Circa Ammon porro lata sunt sata, ejusque terra pura est & bona. In Libro longitudinum & latitudinum Lotus Propheta, super quem pax, dicitur hanc urbem condidisse.* Non nulla hic dicenda haberem, sed longo in curriculo omnis amputanda mora est.

ALEXANDRIA الاسكندرية *Exc. p.* 4. & alibi. الاسكندرية العظمي *Alexandria Magna* per excellentiam, ut notat *Lex. Geogr.* Sonant *Arabes Alisçandriam*, quia *Magnus* ille *Iscander* ipsis est, unde *Scanderbego* nomen partum, quasi *Alexandrum principem* dicas. Eam paucis sic descripsit *Abulfeda.* هي علي شط بحر الروم وبها المنارة المشهورة في وسط الماء والبحر محيط بها وهي من بناء الاسكندر ولذلك تنسب اليه وهي موضوعة علي صورة رقعة الشطرنج وهي من اجل المدن وانزهتها كالصليبان لا يضبع بها الغريب ولها جزيرة فيها بساتين ومنارة والحنطة تجلب الي الاسكندرية ولذلك لا تكون مرخصة لان ارضها سبخة

Litori maris Mediterranei adjacet: estque ibi Pharus illa nobilissima, aqua & mari circumcincta. Alexandri Conditoris gerit nomen. Dispositа est ad formam abaci latrunculorum, sive *Schacchiludii, splendidissimis sane urbibus accensenda: cujus plateæ crucibus similes, in quibus nemo peregrinus deerrarit. Insulam habet hortis amoenisque distinctam locis. Triticum Alexandriam advehitur; ac propterea non facili gaudet annona; terra quippe ejus salsuginosa.* Adeatur porro Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 159. & tentetur adhuc ex *Abulf. long.* 51. 51. *lat.* 30. 58. *Pharum* luculentissime depinxit *Geogr. Nubiens.* part. 3. Clim. 3. *p.* 94. 95.

ALEXANDRETTA. الاسكندرونه *Iscanderouna. Scanderona* vulgo. vide *p.* 97. *vit.* De ea ad *Alfrag. Gol. p.* 271. *Lexicographus* noster hæc profert. قال احمد بن الطيب مدينة اسكندرونه في شرقي انطاكية علي ساحل بحر الشام بينها وبين بغراس اربعة فراسخ وبينها وبين انطاكية ثمانية فراسخ قال ووجدت في بعض تواريخ الشام ان اسكندرونه بين عكا وصور

Ahmed Ibn Eltyb auctor est urbem Scanderonam ad orientem Antiochiæ sitam esse in litore maris Syriaci; inter eamque ac Pagras intercedere quatuor Parasangas: octo autem inter eam & Antiochiam. Addit se in quibusdam Annalibus Syriæ invenisse, Scanderonam esse inter Ptolemaidem & Tyrum. Confudit nempe cum *Scandalio*, arce quæ ab *Alexandro* condita creditur, cujus rudera inter *Tyrum* & *Accam* adspexit diligentissimus *Maundrellus*. Priorem illam, & veram, *Abulfeda* insignit titulo باب اسكندرونه *Portæ Scanderonæ.* Est nempe *via* in *Ciliciam.* Ejus conspectum hunc præbet *Abulf.* قال احمد الكاتب وباب اسكندرونه مدينة علي ساحل البحر الرومي بالغرب من انطاكية بناها ابن ابي داود الايادي في خلافة الواثق اقول هو في زماننا هذا درند بيس من جهة حلب وهو علي دون مرحلة من بغراس وليس هناك مدينة

السين والرا المهملتين وبعدها الف *Eliph phatato*, *Kaf Sjesmato*, & *Sin ac Re*, *puncto superno vacantibus*, *phata injtructis*, *sequente Eliph.* Hoc unum specimen produco accuratissimæ *Arabum* diligentiæ, in nominibus peregrinis, propriisque, Syllabatim per literas ac vocales exprimendis; estque in *Tabulis Abulfedæ* perpetuum latus, quod vocat ضبط الاسما *Syllabicam vocabulorum comprehensionem*, in qua omnium urbium nomina eadem accuratione consignantur. Subjungit deinde ويقال ان اصلها من اخ سراي *Dicitur in origine fuisse sejunctim Ach Serai.* Recte vero, nisi quod اق *Ak* vel *Ac* legendum, *Turcice* sonans *Album*, quasi dicas *Album Palatium.* Ejus porro descriptionem hancce apponit

هي ذات اشجار وفواكه كثيرة ولها نهر كبير داخل في وسط البلد ويدخل الماء الي بعض بيوتها من نهر اخر ولها قلعة كبيرة حصينة في وسط البلد وهي التي تعمل فيها البسط الملاح وهي في عرض اقشار واطول منها وهي كثيرة الفواكه تحمل منها الي قونية في بسيط كله مراع ولودية ويقول اهل تلك البلاد ان مسافة هذه الطريق ثمانية ولربعون فرسخا وكذلك من اقشرا الي مدينة قيسارية وبين اقصرا وقونية ثلث مراحل

Prædita est arboribus fructibusque copiosis. Gaudet magno flumine, qui per mediam urbem penetrat. Intrat quoque aqua in domos quasdam alio e fluvio. In medio urbis Arx est magna, munita. Tapetia elegantissima hic conficiuntur. Eandem cum Aksjara habet latitudinem, sed longitudinem majorem. Fructus, quibus abundat, exportantur Iconium per planitiem, qui totus pascuis constat & vallibus. Illarum regionum homines aiunt hanc viam per quadraginta & octo Parasangas se extendere. Ab Aksjaro ad Cæsaream similis ducit via. Inter Aksaram autem & Iconium tres sunt stationes. Cave confundas *Aksjarum* اقشار, cum nostra اقسرا *Aksara*; nam non tantum hic diserte distinxit *Abulfeda*, verum quoque inter urbes *Rumeæ* اقشار *Aksjarum* recensens, *longit:* ei tribuit 58. *lat.* 39. aitque se a fidis certisque hominibus accepisse, verum nomen esse اق شهر *Ak-Sjahr*, *Alba urbs*, lingua *Turcica* videlicet, quasi *Leucopolin* dicas. Hujus autem postremæ situm hisce porro prosequitur

قال ابن سعيد واقشار اطول من قونية بدرجة ونصف وقونية اعرض منها بربع درجة قال وهي من انزه المدن وبها بساتين كثيرة وفواكه مفضلة فعلي قوله يكون طولها ع وعرضها لط مه ولم اجد لها ذكرا في غير كتاب ابن سعيد الا ما نقلناه من كتاب الاطوال واخبر من راها قال وهي عن قونية مسيرة ثلثة ايام شمالا بغرب

Ibn Said auctor est Aksjarum sesqui altero gradu longitudinis superare Iconium, atque quadrante latitudinis; & esse ex oppidis amœnissimis, hortis fructibusque excellentibus abundans. Ex ejusdem sententia longitudo est 70. latitudo 39. 45. Excepto libro Ibn Sayd nusquam mentionem ejus reperio, nisi quod transtuli huc e Libro Longitudinum. Testatus est nonnemo qui adiit hanc urbem, eam Iconio distare tridui iter, versus aquilonem occidentalem. Vide jam aliquid huc pertinens apud Cl. *Hyde* in notis ad *Peritz. p.* 86. quæ nimis vereor esse confusiora. Sed rei illius discussio nimis nos diu detineret.

ALAMK. העמק العمق. *Vallem* dedi in *vit. p.* 168. *Lex.* nostrum *Geogr.* tradit. العمق كورة بنواحي حلب بالشام *Alamk*, *Vallis*, *dicitur regio quædam tractus Halebensis in Syria.* Ad *Asfrag. p.* 282. reperio *Alamk* dici amplum terræ tractum, in quem tres distincti fluvii labuntur, in quo *Lacus Antiochiæ.* Memoratur etiam in *Vit. Salad. p.* 25. ubi in versione desideratur *Donato ei Alamko*, &c. Pro *civitatibus* ibidem, forte melius nunc *Regionibus* substituetur. Vocabulum بلاد utrumque designat.

ALAIDUM. العيد *Alaid. vita p.* 83. Arx *Syriæ* ad principatum *Antiochenum* pertinens. In *Lex. Geog.* عيدون *Aidoun* vel *Idoun est* قلعة بنواحي حلب, *Arx in tractibus Halebi* & quidem بكسر الاول *Kesrata* prima litera. Apud *Ispahanensem* nostrum scribitur العيدوا *Alaidou.* Litem hanc dirimere nondum queo.

ALAZARIA العازرية bis occurrit *vit. p.* 265. Notitiam dabit *Lex. Geogr.* العازرية قرية بيت المقدس بها قبر العازر الذي احياه عيسي عليه السلام

Alazaria est vicus ubi sepultus est Lazarus quem ad vitam revocavit Jesus super quem pax sit. Hoc est *Propheta.* Etenim formulam illam annectunt, quum *Prophetas* laudant. *Lazarus* العازر *Elazarus*, *Elazarus* apud *Judæos* & *Arabes.*

AL-

Digitized by Google

ALBELKAA البلقاء in *Exc. p.* 53. &c. In *vit. p.* 227. omisso articulo posui *Belkaa*, prout talia promiscue solent enunciari. Egregie *Lex. Geogr.* البلقاء كورة من اعمال دمشق بين الشام ووادي القري قصبتها عمان وفيها قري كثيرة ومزارع واسعة *Albelkaa est regio pertinens ad ditionem Syriæ & Waldilkora, cujus primaria urbs est Amman*, Ammon; *suntque in ea multi vici, arvaque late patentia.* Acc dat lumen ex *Abulfeda* in voce عمان *Ammon* وعمان مدينة اولية خراب من قبل الاسلام ولها ذكر في تواريخ الاسرائيليين وهي رسم كبير ويمر تحتها نهر الزرقا التي علي درب حجاج الشام وهي غربي الزرقاء وشمالي بركة زيزا (زيرا) علي نحو مرحلة منها وعمان من البلقاء وبها اثار عظيمة وبها بطم وغيرها وقيد ميل حوالي عمان مزارع وارضها زكية طيبة ومن كتاب الاطوال والعروض ان لوط النبي عليه السلم هو الذي تولي عمارة عمان *Ammon Civitas est vetustissima, evastata ante Islamismum. Ed in Chronicis Israelitarum memoratur. Nunc magna sunt rudera. Transit sub ea fluvius Zerkaa*, Cæruleus, *qui peregrinatoribus Meccanis Syriæ hac via pergentibus occurrit. Sita est ad occasum ilius fluvii; & ad aquilonem Lacus Zaira*, (sic emendavi ex *Lexicographo* nostro) *diei ferme itinere inde distans. Ammon autem pertinet ad Albelkaa, insignia vestigia* antiquitatis *servans; habetque terebinthos, aliasque arbores. Circa Ammon porro lata sunt sata, ejusque terra pura est & bona. In Libro longitudinum & latitudinum Lotus Propheta, super quem pax, dicitur hanc urbem condidisse.* Non nulla hic dicenda haberem, sed longo in curriculo omnis amputanda mora est.

ALEXANDRIA الاسكندرية *Exc. p.* 4. & alibi. الاسكندرية العظمي *Alexandria Magna* per excellentiam, ut notat *Lex. Geogr.* Sonant *Arabes Alisscandriam*, quia *Magnus* ille *Iscander* ipsis est, unde *Scanderbego* nomen partum, quasi *Alexandrum principem* dicas. Eam paucis sic descripsit *Abulfeda.* هي علي شط بحر الروم وبها المنارة المشهورة في وسط الماء والبحر محيط بها وهي من بناء الاسكندر ولذلك تنسب اليه وهي موضوعة علي صورة رقعة الشطرنج وهي من اجل المدن وارفقها كالصليبان لا يضيع بها الغريب ولها جزيرة فيها بساتين ومنارة والحنطة تجلب الي الاسكندرية ولذلك لا تكون مرخصة لان ارضها سبخة *Litori maris Mediterranei adjacet: estque ibi Pharus illa nobilissima, aqua & mari circumcincta. Alexandri Conditoris gerit nomen. Dispositа est ad formam abaci latrunculorum*, sive *Schacchiludii, splendidissimis sane urbibus accensenda: cujus plateæ crucibus similes, in quibus nemo peregrinus deerrarit. Insulam habet hortis amoenisque distinctam locis. Triticum Alexandriam advehitur; ea propterea non facili gaudet annona; terra quippe ejus salsuginosa.* Adeatur porro Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 159. & teneatur adhuc ex *Abulf. long.* 51. 51. *lat.* 30. 58. *Pharum* luculentissime depinxit *Geogr. Nubiens.* part. 3. Clim. 3. *p.* 94. 95.

ALEXANDRETTA. الاسكندرونة *Iscanderouna. Scanderona* vulgo. vide *p.* 97. *vit.* De ea ad *Alfrag. Gol. p.* 271. *Lexicographus* noster hæc profert. قال احمد بن الطيب مدينة اسكندرونة في شرقي انطاكية علي ساحل بحر الشام بينها وبين بغراس اربعة فراسخ وبينها وبين انطاكية ثمانية فراسخ قال ووجدت في بعض تواريخ الشام ان اسكندرونة بين عكا وصور *Ahmed Ibn Eltyb auctor est urbem Scanderonam ad orientem Antiochiæ sitam esse in litore maris Syriaci; inter eamque ac Pagras intercedere quatuor Parasangas: octo autem inter eam & Antiochiam. Addit se in quibusdam Annalibus Syriæ invenisse, Scanderonam esse inter Ptolemaidem & Tyrum.* Confudit nempe cum *Scandalio*, arce quæ ab *Alexandro* condita creditur, cujus rudera inter *Tyrum* & *Accam* adspexit diligentissimus *Maundrellus.* Priorem illam, & veram, *Abulfeda* insignit titulo باب اسكندرونة *Portæ Scanderona.* Est nempe ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ in *Ciliciam.* Ejus conspectum hunc præbet *Abulf.* قال احمد الكاتب وباب اسكندرونة مدينة علي ساحل البحر الرومي بالغرب من انطاكية بناها ابن ابي داود الايادي في خلافة الواثق اقول هو في زماننا هذا درند بيس من جهة حلب وهو علي دون مرحلة من بغراس وليس هناك مدينة

مدينة ولا قرية وبين بغراس وبين باب اسكندرونة اثنا عشر ميلا

Ahmed tradit portam Scanderona esse urbem in litore maris Rumæi, prope Antiochiam, quam ædificavit *Ibn Abi David Alajadi sub Chaliphatu Alwathiki. Ego vero ajo, hocce nostro tempore esse tantum Derbend*, angustum inter montes transitum, *in regiones Sys*, Ciliciæ, *a parte Halebi, atque minus diei itinere Pagris distare: neque esse ibi nec urbem, nec vicum. Duodecim milliaria inter Pagras & portam Scanderona numerantur.* Datur ei *long.* 60. *lat.* 36. Apparet tempestate *Abulfedæ* dirutam fuisse & deletam. Ex *Bohaddini* quoque nostri contextu colligere est, apertum fuisse locum, quippe quem levi velitatione occuparint & insederint *Franci*; quamvis nunc malim sensum sic convertere, ut ipsi *Musulmanni* dicantur post *Velitationem*, *nonnullorumque eædem Francorum*, sedem istam præsidiarium retinuisse.

ALGAURUM الغور. In *vita* aliquoties, ut *p.* 222. & 221. ubi *Elgaurum*. Luculentum ejus conspectum dabit *Lex. Geograph.* الغور بالفتح واصله ما يداخل من الارض وانهبط منه غور تهامة والغور غور اردن بالشام بين بيت المقدس ودمشق وهو واد مسيرة ثلثة ايام وعرضه اقل من نصف يوم فيه نهر الاردن يسقيه في طوله من اوله وهو بحيرة طبرية الي اخره وهو البحيرة الميتة واشهر بلاده بيسان وهي علي جانبه *Algaur cum phata ad primam radicalem in origine sonat terram interius depressiorem, unde Gaurum Tehamæ, depressior tractus. Algaurum cum articulo designat depressiorem tractum Jordanis in Syria inter Hierosolymas & Damascum: est autem convallis trium dierum itinere porrecta, latitudine dimidium diem nondum explente. Algaurum perlabitur Jordanes, irrigatque in longitudine, inde ubi incipit, lacu nempe Tiberiadis, ad extremum usque finem, mare Mortuum. Nobilissima ejus urbium est Baisana*, Scythopolis, *quæ ad latus ejus posita.* Ipsam quoque *Tiberiada* في الغور *in Algauro* locat *Abulfeda*, علي ضفة بحيرة لها طولها اثنا عشر ميلا وعرضها ستة اميال *ad litus Lacus ab ea denominati, cujus longitudo* 12. *miliarium, latitudo sex.* Sic in Codice MS. Bibliothecæ, quo utor, planissime exaratum: quo conjectura *Cl. Reland.* in *Palæst.* 1041. omni dubitationi eximitur, mensuram hanc non ad *Algaurum*, ut volebat ipsius codex, sed ad *Lacum Tiberiadis* pertinere. Ex *Geogr. Nubiens.* quoque hocce *Algaurum* jam produxit, atque a *Celeb. Bocharti* errore vindicavit, ejusdem operis *p.* 365.

ALKAIMOUNUM القيمون *vit. p.* 148. De eo *Lex. Geog.* قيمون بالفتح ثم السكون حصن قرب الرملة من اعمال فلسطين *Kaimoun cum phata primæ literæ, sequente vocali curente, est arx prope Ramlam e ditione Palæstinæ.*

ALKAHIRA القاهرة *Alcairo. Cairo.* In *Exc.* 2. 4. 23. &c. Vita 30. &c. proprie *Victricem*, *Domitricem* valet illa vox, ominis ergo imposita ei, quæ in origine sua nomen gesserat فسطاط *Fustata*, quæ & مصر *Misra* nonnunquam, per excellentiam, & منف *Memphis*, *Babylonque Ægyptia.* Ad hæc rite distinguenda & digerenda prælucebit *Lexicographus* noster القاهرة مدينة بجنب الفسطاط يجمعها سور واحد وهي اليوم المدينة العظمي وبها دار الملك ومسكن الجند وقد اتصلت العمارة اليوم بينها وبين مصر وتعرف بالقاهرة المعزية لانها عمرت في ايام المعز ابي تميم العلوي احدثها جوهر غلامه كان انفذه في الجيوش من افريقية للاستيلاء علي الديار المصرية في سنة ثمان وخمسين وثلثماية بعد موت كافور فدخل الفسطاط ونزل تلقا الشام بموضع القاهرة وبني فيه قصرا لمولاه وبني الجند حوله وانعمر وصار مدينة اعظم من مصر

Alkahira est Civitas ad latus Fustatæ, utramque uno muro amplectente. Ea hodie maxima est urbs, Regiæ, & præsidiario militi sedem præbens. Eam quoque & Misram nunc temporis ædificatio conjunxit. Inclaruit nomine Alkahiræ Moëzziæ, quia ædificata est in diebus Almoëzzi Abi Temimi Alidæ; instituitque eam Gjauharus servus ejus, quem exercitibus instructum ex Africa emiserat ad regiones Ægyptiacas subjugandas anno trecentesimo quinquagesimo octavo; postquam decessisset Cafaurus. (rex Ægypti) *Is Fustatam ingressus, castra posuit contra Syriam eo in loco ubi nunc Alkahira, ibique arcem extruxit pro suo Domino, cujus circuitu milites quoque ædificarunt; quo pacto coli ac frequentari cœpta, supra Misram ipsam urbs hæc excrevit.* Ille *Moazzus*, unde *Moazzia* dicta nostra *Domitrix* civitas, quartus censetur *Alidarum*, sive *Chaliphatum Phatimidarum*, uti etiam videre est in *Exc. n. p.* 13. alias *Moazzus Lidinilla*, qui primus *Ægyptum* perdomuit, ibique *Chaliphatus* sui sedem fixit anno trecentesimo sexagesimo primo. Adeatur *Abulphar.* H. D. *pag.* 207. *versionis*; apud quem

p. 224.

Digitized by Google

p. 224. quoque legitur *Alkarira ab Al Moezzo extructa*, quum in *Arabico* tantum sit القاهرة المعزية *Moëzzia Kahira.* Aliquid distinctius & pressius adhuc ministrat *Abulfeda*

والي جانب الفسطاط من شمالیها مدینة القاهرة احدثها الخلفاء الفاطمیون الذین ظهروا بالغرب ثم ملکوا مصر وکان اول من ملک منهم بمصر المعز فلک دیار مصر واختط القاهرة في سنة تسع وخمسین وثلثمایة ورغب الناس فیها ونسوا الفسطاط وسمیت القاهرة للنغال اي لتقهر من خالف امرها والقاهرة لیست علي شط النیل بل في شرقیه والفسطاط علي حافة النیل وهو محط واقلاع للمراکب وبسبب ذلک صار الفسطاط اکثر رزقا ورخص اسعارا من القاهرة.

Ad latus Fustatæ, aquilonem versus, est Civitas Alkahira, quam condidere Chalyphæ Fatimidæ, qui in Africa exorti Ægyptum subegerunt. Primus eorum in Ægypto regnavit Almoazzus, qui sedibus hisce subjugatis Alkahiram designavit anno nono & quinquagesimo supra trecentesimum, cujus desiderio ducti homines Fustatam postposuere. Alkahiræ nomen ei inditum boni ominis ergo, quasi quæ domitura esset omnes adversarios. Alkahira non adjacet ripæ Nili, sed orientalior est: Fustata oram Nili occupante. Ibi descendunt naves, indeque vela dant; quam ob causam Fustata copiosiore commeatu & faciliore annona utitur quam Alkahira. Ex hisce liquido constat *Misram* esse eam Maximæ urbis partem, quæ *Nilo* prætenditur ad occidentem. *Fustatam*, partem quæ *Nili* lateri adjacet ad Orientem, eaque Orientaliorem partem, aquilonem versus porrectam, esse proprie dictam *Alkahiram.* Hæc accedant velim ad ea Cl. *Gol.* jam e divite penu produxit ad *Alfrag. p.* 154. ubi *seq. pag.* post شاور *Sjawor* tolle *Patruo Saladini*, quem fuisse شيرکوه *Sjyrchouhum*, a quo *Sjawarus* dominatione *Ægypti* depulsus, non equidem Vir magnus ignoravit. De nominibus ceteris *Misra*, *Memphi* & *Fustata*, infra ad مصر *Misram* plura recurrent.

ALLUBIA اللوبيا vicus agri *Tiberiadis*, in *vita p.* 68. De ea nihil habeo quod afferam ex meis auctoribus.

ALMAUZARUM الموزر in *Exc. p.* 50. series ostendit ad Mesopotamiam pertinere. Firmat hoc & illustrat *Lex. Geogr.* موزر کورة بالجزیرة فیها نصیبین الروم *Mauzar est regio in Mesopotamia in qua sita est Nisibis Rumæa.* De *Nisibi Rumæorum* inferius dicetur sub voce. Omisit Lexicographus ille articulum *Al*, atque موزّر *Mowazzar* potius sonandum esse docet.

ALPHAUWARUM الفوار in *vita p.* 53. 55. situm haud procul *Elkosairo*, & *Beisana*, quæ loca ad *Algaurum* pertinent, ut infra reddetur. فوار *Phauwar* Arabice *Bullientem*, *Scaturientem* signat. Forma in Lexicis non enotata, quæ ejus *fæmin:* tantum exhibent فوارة *Phauwara* pro *Scaturigine fontis.* Ergo *Masculinum* hoc habe ex *Diw. Hud.*

فتجلت ریحان الجنان وعجلوا
زمازیم فوار من النار شاهب

Et ego quidem propere emissus sum ad jucundas Paradisorum auras: at illi demissi, Ad undas fontis bullientis igne ardentissimo.

Et hæc potestas vocabuli زمازیم, quin ipsum vocabulum quoque, exulat apud Lexicographos. Ejus *Sing.* زمزوم dicitur de *omni rerum collectarum mole*, ut & زمزمة, quod apud *Golium* tantum est *caterva hominum*, pro *undis acervatis* usurpatur in illo Poëtæ.

هوم السفین ترکب الزمازما

Natatu navis per undas vectæ.

Hæc debentur *Tebrizio* ad *Hamasa.* An ergo locus ille a *Fonte* ibi *Ebulliente* nomen traxit?

AMIDA. امد. in *vita p.* 12. 51. *Exc. p.* 33. & alibi sæpe. Celebre apud *Ammianum* &

Procopium oppidum *Mesopotamiæ*. Adjacet *Tigri*, unde امد علي دجلة *Amida ad Tigrim* vocatur ab *Abulfeda*, qui ei tribuit *long.* 65. 50. *lat.* 36. 52. Orthographiam hanc apponit مس اللباب بمد الالف وكسر المسم وفي اخرها دال مهملة *Secundum Ellubabum Eiph instruitur Medda, Mim habet kesra, & ultima litera est Dal puncto carens diacritico.* Eo quoque ordine recensetur *Lex. Geogr.*, المد *Aamid*, qui appellat بلد قديم حصين ركين مبني بالحجارة السود على سور ودجلة محيطة باكثره مستديرة به كالهلال وهي تنشا من عيون بقربه

Oppidum vetustum, munitum, multo firmissimum, nigris structum lapidibus super umbilico terræ; *quod Tigris fluvius maxima sui parte cingat, circumfusus ei ad instar lunæ falcatæ, qui etiam e vicinis ei fontibus exoriatur.* Nempe *Tigris* ibi denuo emergit, ut observatum a Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 240. *Abulfeda* hæc nobis promsit واما مدينة امد اولية من ديار بكر وهي على غربي دجلة كثيرة الشجر والزرع قال ابن حوقل وهي مدينة عليها سور على غاية الحصانة كثيرة الخصب قال العزيزي وامد مدينة جليلة عليها حصن عظيم وسور من الحجارة السود التي لا يعمل فيها الحديد ولا تضربها النار والسور يشتمل عليها وعلي عيون ماء ولها بساتين ومزارع كثيرة

Quod ad Amidam, Civitas est antiqua Diarbecrensis tractus, sita in occidentali latere Tigris, copiosa arboribus satisque. Ibn Haukel ait eam moenibus multo firmissimis cinctam, uberi gaudere proventu. Alazizius tradit Amidam esse urbem splendidam, magna arce præditam, septamque muro e nigris structo lapidibus, in quos nec ferrum quicquam valeat, neque adeo ignis. Istum murum cum urbe fontes quoque aquarum amplecti. Esse ei præterea tum hortos, tum segetes bene multas. Manifestum ex hisce, cur قرا امد *Kara Amid*, id est *Nigra* hodiedum vocitetur a *Turcis*. *Geogr. Nub. p.* 207. ad tractum *Mesopotaniæ* qui *Diar Rabya* dicitur, retulit, & *pag.* 202. situm ejus finit.

ALMOKATTEMUS المقطم *Exc.* 23. & alibi. Mons *Ægypti*, ad orientem *Nilo* prætensus, atque ab illo latere *Thebaidem* includens; prout ab occidentali latere tenditur mons الطيلمون *Al Teilamoun* dictus, uterque a *Syene* ad *Memphin* usque procurrens. *Lex. Geogr.* المقطم بالضم وتشديد الطاء المفتوحة هو الجبل المشرف على مقبرة الفسطاط وهي الغرافة وهو جبل يمتد من اسوان وبلاد الحبش على شاطي النيل حتي ينقطع في طرف القاهرة ويسمي في كل موضع باسم وعليه مساجد ومواضع للنصاري ولكنه لا نبت فيه الا ماء البنة غير عين صغيرة تنز في دير للنصاري بالصعيد وقد ذكر قوم انه جبل الزبرجد

Almokattam, per Damma, & duplicationem literæ Ta, Phata instruendæ, est Mons ille qui immittit Appendices Fustatæ, quod Kerrafa vocatur. Mons hicce a Syene & regionibus Habassiorum porrigitur ad Nili latus, donec abrumpatur ad extremitatem Alkahiræ. Ubique locorum alio signatur nomine. Super eo Oratoria, & loca ad Christianos pertinentia. Sed nec herba gaudet, nec aqua omnino ulla; excepto fonticulo monasterii Christianorum in Thebaide. Nonnulli ajunt esse hunc montem Smaragdi. Apud veteres *mons Smaragdi* item Orientale hoc latus occupat, haud procul *Berenice*.

ANATARSUS انطرسوس *Exc. p.* 44. *vit. p.* 79. 80. ubi *Antrasus* expressi. *Alibi* etiam, ni fallit, *Antaradum* posui, unde corruptum est *Antrasus*, ansa ut conjicio, præbita per طرسوس *Tarsus*, ad cujus urbis sonum, omnibus notissimum, *Anatarsus*, vel *Antarsus* enunciari coepit, quum *Antaradum* sonare debuissent. *Lex. Geogr.* انطرسوس بلد من سواحل بحر الشام من عمل حمص وقيل من طرابلس

Antarsus est oppidum in tractu litoreo Maris Syriaci ditionis Emissenæ; alii dicunt Tripolitanæ. Posterius haud dubie verius; quamvis tempora potuerint variare.

ANTIOCHIA. انطاكية *Antachia* ut *Arabes* efferunt. In *vit. p.* 83. 86. 135. 278. & alibi sæpissime *Pulcher Orientis apex* ut *Marcel.* loquitur, in omni eminens Historia. *Abulfed.* dat ei *long.* 60. *lat.* 35. eamque ita describit وهي بلد كبيرة ذات اعين ومياه عظيم

عظيم داخله خمسة اجبل وقلعة ويمر بظاهرها نهر العاصي والنهر الاسود مجموعين وبها قبر حبيب النجار قال ابن حوقل انطاكية انزه بلد الشام بعد دمشق عليها سور من صخر يحيط بها وبجبل مشرف عليها ويجري مياههم في دورهم وسكنهم ومسجد جامعهم ولها ضياع وقري ونواحي خصبة جدا قال العزيزي ومساحة دور السور اثنا عشرا ميلا

Est Civitas magna, fontibus prædita, ingentique muro cincta, intra cujus ambitum quinque montes & arx. Extra eam prælabitur Orontes, itemque fluvius Niger, conjuncti, In ea Sepulchrum Habybi Alnassjari. Ibn Haukel ait Antiochiam esse amænissimam urbium Syriæ post Damascum, quam murus e saxo amplectatur, ut & montem ei præminentem. Defluere autem aquas ipsorum in domos, sedes, ipsamque Basilicam. Habere porro eam villas, vicos, tractus multo uberrimos. Alazizius tradit ambitum muri esse duodecim milliarium. In *Lex. Geogr.* hæc reperio.

انطاكية مدينة هي قصبة العواصم من الثغور الشامية من اعيان البلاد وامهاتها موصوفة بالنزاهة والطيب والحسن وطيب الهوا وعذوبة الماء وكثرة الفواكه واسعة الخير بينها وبين حلب يوم وليلة لها سور وفصيل ولسورها ثلثماية وستون برجا وله خمسة ابواب يصعد السور مع الجبل الي اعلاه ثم ينزل من الجهة الاخري ويحيط بها وبمزارعها وفي الجبل من داخل السور قلعة كبيرة والجبل يستر عنها الشمس فلا تطلع عليها الا في الساعة الثانية وبها كانت مملكة الروم وبها بيع كثيرة ومشهد حبيب النجار بها *Antiochia est urbs primaria provinciæ quæ Præsidiorum Syriæ vocatur; ex Ocellis civitatium & Metropolibus; cujus celebratur amoenitas, jucunditas, pulchritudo, temperies aëris, dulcedo aquæ, copia fructuum, omnis boni. Inter eam & Halebum diei noctisque iter est. Murum habet cum depressiore adhuc septo ei prætento. Is murus trecentis sexaginta turribus conspicuus, cui quinque portæ. Scandit hic murus cum monte ad fastigium ejus usque, atque ab altera parte iterum descendit, circumcingens eam cum suis sibi arvis. In monte moenibus incluso extat arx magna: idemque mons solem ab urbe abscondit, sic ut supra eam non oriatur nisi hora secunda. Regia fuit sedes Roumæorum: in eaque multa sunt templa Christianorum. Martyrium Habybi Alnassjari hic est.* Confer *pag.* 86. *vitæ*, ubi sacrum Martyris hujus tumulum se visitasse narrat noster *Bohaddinus*. Vide etiam quæ Cl. *Gol.* ad *Alfrag. pag.* 278. & seq. in medium dedit.

APHERBALA. عفربلا. In *vita pag.* 54. 76. Inde situs haud obscurus. *Lexicographus* noster hæc tantum habet عفربلا بلدة بقرب بيسان وطبرية بالاردن *Apherbala est opidum vicinum Belsanæ & Tiberiadi in tractu Jordanis.* Monet idem legendum potius *Aphrabala.* Apud *Wilh: Tyr. l.* 22. 18. est *Forbelet.*

ARABANUM عربان. sic cum duplici *Phata* scribere jubet *Lex. Geogr.* quod *Arbanum.* extuli *Exc. p.* 31. vide mox infra.

ARABIA. جزيرة العرب *Insula Arabum*, seu potius *Peninsula* inquit Cl. *Gol.* ad *Alfr. p.* 78. Sane جزيرة etiam *peninsulam* exprimit, ut quum *Hispaniam* appellant جزيرة الاندلس *Insulam Andalusiæ.* Ad eam rationem primitus جزيرة العرب *Insula Arabum* videtur dicta Regio quæ *Sinubus Persico Arabicoque*, ac *Mari Oceano* inclusa, *Isthmo* ab *Ela* ad *Cufensis* territorii finem porrecto terminatur. Postea latius extendi cœpit, complectique quicquid terrarum ab *Arabibus* denominatur, *Felicem* nempe, *Petræam* & *Desertam Arabiam*; quam ipsi appellitant براري الشام *Deserta Syriæ*, quo fundamento تدمر *Tadmor, Palmyra*, urbibus جزيرة العرب *Insulæ Arabum* quoque annumeratur ab *Abulfeda*, terminusque borealis figitur ad *Euphraten*, eique adjacentem urbem *Balisum.* Quum autem late porrectæ hujus *Insulæ Arabicæ* accuratissima descriptio per *Abulfedam* nostrum, dias luminis oras jam adspexerit in *Geogr: Minor.* Cl. *Hudsoni*, atque etiam in Gallicum sermonem translata sit, otiosis nobis esse, atque illuc curiosos ablegare, liceat.

ARAFATA عرفات *Exc. p.* 44. & in *vita.* Est *Mons Locusque Sacer* prope *Meccam*, ubi a peregrinatoribus *Meccanis* celebratur Festum solenne in memoriam *Abrahami*, quem hic sacrificasse tradunt. Templum quoque ab *Abrahamo* nomen gerens ibi conspicitur. *Solennitas* quæ in 10. vel 9. potius, *Dsulhassjæ* incidit, vocatur يوم عرفة *Dies Arafæ, Arafatæorum Sacrorum*, ut verti in *vita.* Videatur *Bobovius* de *Peregr. Mecc.* & Cl. *Reland.* de *Rel. Muhamm.*

Digitized by Google

hamm. Fabellam Orientalem reperies apud *Herbelot.* in *Biblioth. Adamum* nempe & *Evam* poſt diſcidium 120. annorum hic necexpectato ſeſe invicem obvios habuiſſe, ſeque mutuo recognoviſſe, عرف nempe eſt *Cognovit.* Illuc alluſit *Hariri*us Conſ. 30. لا يسعد بعرفة غير اهل معرفة *Non proſperi erunt in Arafata alii, quam populus cognitionis. Docti piique.*

ARANIA. لرانية in *Exc. p.* 39. haud dubie eſt لران *Arran*, Regio jam ſuperius adducta & illuſtrata ſub *Aderbeisjana.* Redeatur illuc.

ARBANUM عربان *Exc.* 31. Oppidum *Meſopotamiæ.* In *Lex. Geogr.* عربان بفتح اوله وفانيه بليدة على الخابور من ارض الجزيرة *Arabanum phata aa primam & ſecundam addita, eſt oppidulum ad Chaboram* fluvium, *in Meſopotamia.* Adi quoque *ad Alfrag. p.* 244.

ARBELA. لربل *Exc.* 20. &c. &c. Τὰ Ἄρβηλα *Ptolemæo* & *Straboni*, & χώρα Ἀρβηλίτις; prout & *Plinio* pars *Adiabenæ* eſt *Arbelitis.* Corrupte *Irbil* nunc effertur. *Lex. Geogr.* اربل بالكسر ثم السكون والباء موحدة مكسورة بوزن ائمد ولا يجوز فتح الهمزة فيه مدينة كبيرة في فضا من الارض واسع لها قلعة حصينة ذات خندق عميق في طرف المدينة ينقطع سور المدينة في نصفها وهي على تل عال عظيم من تراب وفيها اسواق ومنازل للرعية وهي شبيهة بقلعة حلب الا انها اكبر واوسع ولربل ايضا اسم لمدينة صيدا التي بالساحل من ارض الشام على ما قيل

Irbil prima keſrata ſequente Gieſm, & Be uno puncto iterum keſrata, ad formam Ithmid, neque fas eſt Arbil proferre. Eſt Civitas magna, ſita in late patenti planitie, cui arx eſt munitiſſima, ad extremitatem urbis, quæ profundiſſimam habet foſſam, cujus in medio murus urbis abrumpitur. Ea poſita eſt in colle celſo magnoque e terra. Fora & ſedes in ea pro populo. Similis eſt arci Halebenſi, niſi quod magnitudine amplitudineque eam ſuperet. Irbil etiam nomen eſt Urbis Seidæ, Sidonis, quæ in litore Syriæ jacet, quemadmodum a nonnullis dicitur. Ad *Irakam Perſicam* عراق العجم id eſt *Aſſyriam* refertur ab *Abulfeda*, vocaturque قاعدة بلاد شهرزور *Metropolis Sjabrezouritidis, long.* 69. 5. *lat.* 38. 20. cum hac delineatione قال ابن سعيد ولربل مدينة محدثة وهي قاعدة بلاد شهرزور وقال ياقوت في المشترك ولربل مدينة بين الزابين ومنها الي الموصل يومان خفيفان ولربل ايضا اسم لمدينة صيدا من سواحل الشام *Ibn Said tradit Arbelam eſſe urbem noviciam, quæ Metropolis ſit Sjabrezouritidis Regionis. Jacutus in Moshtarec Urbem eſſe ait quæ inter utrumque ſita ſit Zabum, indeque ad Moſulam duos exiguos eſſe dies; Arbela etiam nomen civitatis Seidæ e litoralibus Syriæ.* Quod ad poſterius illud, reperio *Arbelam* oppidum *Galilææ* apud *Joſephum.* Video etiam ab aliis plures *Arbelas* in hoc tractu nominari. Sed *Sidoniam Arbelam* non invenio. Diſpiciant Viri Docti.

ARCA عرقا *Arcaa.* In *Vita p.* 38. Idoneam lucem adferet *Abulfeda*, qui eam recenſet ſub *Tabula Syriæ, long.* 60. *lat.* 34. atque ſic deſcribit عرقة بليدة صغيرة ذات قلعة صغيرة ولها بساتين ونهر صغير قال العزيزي ومن اعمال دمشق مدينة عرقة وهي اخر عملها من حد الشمال على ساحل البحر وبين عرقة وبين طرابلس على ست الجنوب اثنا عشر ميلا وبين عرقة وبين بعلبك سنة وستون ميلا وهي من البحر على نحو فرسخ

Arka eſt oppidulum parvulum, parvula præditum arce; hortis gaudens amniculoque. Alazizius ait ad ditionem Damaſcenam pertinere civitatem Arka, eſſeque extremam ejusdem a termino boreali, ad litus maris. Arca Tripoli auſtralior eſt duodecim milliaribus. Baalbecho abeſt ſexaginta miliaria. paraſangæ ſpatio diſtat a mari. Hæc confirmata invenies in *Geogr. Nub. 5. Part. Clim.* 3. *p.* 118. ubi *Arqua* ſcribitur. Vera tamen pronuntiatio, prout ea in ضبط الاسماء *Syllabica comprehenſione nominum* figitur ab *Abulf.* eſt بكسر العين وسكون الرا *cum keſra primæ & Giezm ſecundæ literæ*, nempe *Irka.* Similiter *Lex. Geogr.* ubi *Arka* per *Phata* dicitur eſſe oppidum *Rumæe.* Hoc *Arca Rumæum, parvum* quidem ſed *populoſum copioſumque* reperies in *Nubienſi. p.* 239.

AR-

Digitized by Google

ARMENIA ارمينية. *Irminia* ſecundum pronuntiationem vulgarem Orientis بكسر اوله وكسر الميم *Prima & tertia litera Keſratis*, ut præſcribitur in *Lex. Geogr.* ubi additur وهي صغري وكبري فالصغري تغلبس ونواحيها والكبري خلاط ونواحيها *Eſt Parva & Magna, Parvam conſtituit Teflisum, ejuſque regiones. Magnam Chalata, regionesque ejus.* Ibidem quoque laudatur altera illa diviſio in quatuor partes majores, quam ſupra ex *Abulfeda* protuli ad *Adſerbeisjan.* Illuc redeatur, ut & ad *Nubienſem. pag.* 241. 242.

ARMENIORUM *regiones* بلاد الارمن. itemque بلاد ابن لاون الارمني in *Exc. pag.* 27. *Provinciæ filii Leonis*, in *vita p.* 123. atque alibi. Has terras cave confundas cum *Armenia*, de qua modo. Eſt *Cilicia* Veterum cum parte *Cappadociæ*. Præcipuæ urbes apud *Abulfed.* hae exſignantur ايـاس *Ajas*, *Iſſus* veterum *long.* 50. *lat.* 36. 40. *Tarſus long.* 58. 40. *lat.* 36. 50. *Adana long.* 59. *lat.* 36. 50. *Maſiſa long.* 59. 15. *lat.* 36. 45. *Tel Hamdoun long.* 59. 30. *lat.* 36. 20. *Ainzarba*, Anazarbus, *Naverza* apud plebem *long.* 59. 30. *lat.* 37. سيس *Sys long.* 60. *lat.* 36. *Sirphendcar* aliis *Sirwendcar long.* 60. *lat.* 36. 20. بيرس بيرت *Bers-Birt long.* 59. 20. *lat.* 36. Unde hi tractus appellationem hanc invenerint, indicat quoque ex *Allubab.* الارمن بفتح الالف والميم طايفة من الروم ويقال لبلادهم بلاد الارمن *Armen, Eliph & Mim phatatis, gens quædam Rumæa; cujus terræ Armenorum terræ vocitantur,* Tempeſtate *Abulfedæ* Regnum hocce, a primaria Civitate, ſub nomine *Sys* inclaruit. Confer quæ a Cl. *Gol.* prolata ad *Alfrag. p.* 278. 285. 281. 302.

ARSOPHUM ارسوف. *in vit.* 192. & 194. ubi *Prælium Arſophenſe.* من فلسطين *Palæſtinæ* civitas apud *Abulf.* in litore poſita, *long.* 56. 50. *lat.* 32. 45. qui & *Orſouf* potius ſonare jubet بضم الهمزة *Dammata Eliph.* Addit eſſe بلدة ذات قلعة بينها وبين الرملة اثنا عشر ميلا وبينها وبين يافا ستة اميال ومن قيسارية الى ارسوف ثمانية عشر ميلا وهي الان خراب ليس بها ساكن *Oppidum arce firmatum, quod inter & Ramlam* 12. *milliaria ſint*, 6. *milliaribus Joppa diſtans. A Cæſarea autem ad Arſophum eſſe* 18. *mill. ſed nunc deſolatum jacere, nullo plane ibi habitante.* In *Lex. Geogr.* tamen *Arſouf* legendum eſſe dicitur, بالفتح prima. Reliqua nil lucis uberioris ferunt. Apud *Sanut.* eſt *Arzuffum.* Vitioſe *Tyrius*, *Arzur.* Forte *Arzuf* ab ipſius fuit manu. Cl. *Gol.* exiſtimat eſſe *Antipatrida*, ad *Alfr. p.* 135.

ARZENCHANUM ارزنكان in *Exc. p.* 58. ارزنجان *Arzengian* exarat *Lex. Geogr.* cui eſt بلدة مشهورة طيبة نزهة كثيرة الخيرات والاهل من بلاد ارمينية بين بلاد الروم وخلاط قريبة من ارزن الروم وغالب اهلها ارمن *Oppidum Celeberrimum, elegans, amœnum, oppioſum bonis rebus, incoliſque: pertinens ad Armeniam: inter Rumæas provincias & Chalatam ſitum, haud procul Arzerroumo: eſſeque incolas ejus maximam partem Armenios.* Ex *Abulfeda* adjicio, قال ابن سعيد وارزنكان بين ارزن الروم وبين سيواس وبين ارزنكان وبين كل واحدة منهما اربعون فرسخا والطريق التي بين ارزن وارزنكان كلها مروج ومراعي *Auctore Ibn Said Arzenchanum eſt inter Arzerroumum & Seiwaſum*; (Sebaſtiam) *interque prius illud & duo poſteriora intercedunt utrimque quadraginta paraſangæ. Via porro quæ ab Arzen fert Arzenchanum tota pratis & paſcuis conſtat.* Adi ſupra *Aderbeisjanam* ubi ſub *Armeniæ* urbibus cenſetur; & ubi *long.* & *lat.* definita.

ARZEROUMUM ارزن الروم *Arzenerroum*, *Arzerroum. Arzeroum. Erzerum.* Etiam abſolute ارزن *Arzen.* Memoratur principis *Erzeroumi* legatio ad *Saladinum* in *Vita* 260. cum officii ſervitiique adeo delatione. Obiter laudatur ad *Alfrag. p.* 246. 247. In *Lex. Geogr.* ارزن مدينة مشهورة قرب خلاط لها قلعة حصينة كانت من امهات نواحي ارمينية وارزن الروم بلدة اخري من بلاد ارمينية ايضا *Arzen Civitas nobilis prope Chalatam, cui egregie munita arx eſt. Populoſiſſima eadem regionum Armeniæ. Arzenerroum vero alia adhuc Civitas eſt Armeniæ.* Hæc non deſtruunt, quod modo ponebam, *Arzen* abſolute frequentari pro *Arzeroum*, ſed tantum inſinuant eſſe adhuc alterum *Arzen* a priori noſtro diverſum. *Abulfeda* ارزن الروم اخر حد بلاد الروم من جهة الشرق وفي شرقيها وشماليها منبع الفرات قال ياقوت الحموي في المشترك وارزن

Digitized by Google

ولرزن مدينة في صقع لرمينية وتعرف بارزن الروم ولرزن ايضا بلد قرب خلاط من لرمينيه ايضا وعن ابن خلكان ان لرزن الروم هي قاليقلا

Arzerroum eſt extremus finis Regionum Rumæarum ab oriente. In ejus Orientali & ſeptentrionali latere eſt fons Euphratis. Jacuthus Hamatenſis in ſuo Mosjtarec ait, Arzen Civitas eſt in tractu Armeniæ, quæ Arzerroumi nota nomine. Arzen quoque oppidum prope Chalatam, ejusdem Armeniæ. Secundum Ibn Chalican Arzerroum eſt Kalikala. Conf. ad *Alfrag. pag.* 246. & redi ad oppida *Armeniæ* ſub *Adſerbeisjan* expoſita ubi illud *Arzen*, cui datur *long.* 65. *lat.* 38. opinabar eſſe *Arzerroum* noſtrum; quia ab *Armenia* illud divelli non poſſe videbatur. Atqui ſub بلاد الروم *Regionibus Rumæis* digeſſerat *Abulfeda* hocce noſtrum *Long.* 69. *lat.* 41.

ASCALON عسقلان. Eam a *Saladino* receptam ait noſter *p.* 72. anno *Hegiræ* 583. triginta quinque annos poſt, quam a *Francis* capta fuiſſet. Nempe anno *Epochæ Muhamm.* 548 eam expugnarant, ut *Abulfeda* in *Opere Chronologico* annotavit. Gravitatem dignitatemque urbis attingit noſter *Bohaddinus p.* 199. ubi enarrat miſerabilem ejus evaſtationem poſt Cladem *Arſufenſem* &c. &c. *Abulfeda* nobiliſſimam *Palæſtinæ* Civitatem hiſce pinxit lineis هي بلدة بها اثار قديمة علي جانب البحر بينها وبين غزة نحو ثلثة فراسخ وهي من جملة ثغور الاسلام الشامية وهي في زماننا خراب ليس بها ساكن *Magna præfert veſtigia antiquitatis, ſita ad latus maris; diſtans Gaza tribus paraſangis; habita inter Iſlamiſmi præſidia & propugnacula Syriaca. Noſtra nunc ætate plane deſolata jacet ſuis ſub ruinis.* Idem *long.* præfinit 58. 30. *lat.* 32. 55. prout Cl. *Rel.* in *Palæſt. p.* 510. jam oſtendit in *Tabula* quam ex *Abulfeda* noſtro excepſit: qui & *p.* 586. & ſeq. notitiam ejus fuſe docteque exequitur. Ex *Lex. Geogr.* tantum ſubjungo hocce, يقال لها عروس الشام *Appellabatur Sponſa Syriæ*, cujus ſplendidi tituli mentio quoque extat ad *Alfrag.* 141. *Damaſco* etiam circumdari ſoliti.

ASSACHRA الصخرة. Id eſt *Saxum. Lapis Sacer.* in vita *pag.* 235. 243. 265. 268. Plenius قبة الصخرة *Templum SacriLapidis*, ut in *Exc. p.* 42. *Baſilica petræ* in *vita pag.* 74. *Templum Tſachra pag.* 222. Cl. *Col.* ad *Alfrag.* 137. dat *Fornicatum Petræ Fanum*, ibidemque docet eſſe *Sacellum* المسجد الاقصي *Templi Akſa, Extremi*, de quo ſupra: ubi viſitur *Sacer Lapis cancellato incluſus ſepto*; cui tum *precibus ad eum fundendis*, tum *juris jurandi verbis ſolennioribus concipiendis* religioſus honos habetur. Anſam & *Originem* ibi quoque reperies. In *Iſpahanenſi* noſtro integrum extat caput, inſcriptum وصف الصخرة المعظمة *Deſcriptio Aſſachræ honoratiſſimæ*, ubi Heros ille Pegaſæiæ grandiloquentiæ, miro flumine & lumine ſuæ Orationis, Majeſtatem ſacroſanctam hujus Oratorii proſequitur. Impetus fuerat id caput huc transferre, ſed mole abſterreor.

ASTARA *Asjtara* عشترا. *Vita pag.* 67. Et *Iſpahanens: Exc.* ad initium. Nimis parce *Lex. Geogr.* vocat موضع من اعمال دمشق *Locum ditionis Damaſtenæ*, ubi ſine *Eliph* ad finem ſcribitur عشتر *Asjtar*. An eſt עשתרות קרנים ſive עשתרות *Asjtaroth Karnaim* in Sacris, *Tribus Manaſſicæ*, cujus *Sing.* fuit עשתרה?

ASSELTUM الصلت *Exc* 53. & alibi. In *vita* 227. &c. Urbs *Jordanitidis* apud *Abulf. long.* 56. 30. *lat.* 32. 50. Subnectit dein وهي بليدة وقلعة من جند الاردن وهي في جبل الغور المشرقي في جنوبي عجلون علي مرحلة عنها وهي تقابل لريحا مشرفة علي الغور وينبع من تحت قلعة الصلت عين كبيرة ويجري ماوها ويدخل في بلدة الصلت وللصلت بساتين كثيرة وحب الرمان المجلوب منها مشهور في البلاد وهي بلد عامر اهل بالناس

Aſſeltum eſt Jordanenſis præfecturæ, arce præditum; in monte Orientali Algauri, ad auſtrale latus Esjlouni, diei inde itinere diſſitum. Jacet e regione Jerichuntis, imminens Algauro; planitiei Jordanenſi; *ſub cujus arce ſcaturiunt multi fontes, quorum aqua perlabitur in urbem. Aſſeltum multis gaudet hortis. Granatum malum avide inde diſtractum per Provincias eſt nobilitatum. Oppidum eſt cultum populoſumque.*

AURANITIS حوران. *Ituræa.* Vide infra in vocalo *Hauran.*

AUSJA العوجا in *vita pag.* 197. ſeries demonſtrat ſitum inter *Arſophum* & *Ramlam*, videturque eſſe *fluvius Ramæ* in *Geſt. Dei per Francos.*

AZAZA. *Azzaza* عزاز. Arx agri *Halebenſis.* Infra ſub *Ezzaza* reddetur.

AZZYBUM *Azzibum* الزيب. *Vita* 98. Ejus notitiam præſtabit *Lex. Geogr.* الزيب بالكسر

Digitized by Google

بالكسر قرية كبيرة علي ساحل بحر الشام قرب عكا قال هو بالفتح لاغير

Azzybum, per Kesra, est vicus major ad litus maris Syriaci prope Ptolemaidem. Est qui Azzayb sonandum dicat, non aliter. Accuratissimus *Maundrellus* meminit *Zyb*, omisso articulo, quod vocat oppidum vetus, monti acclinatum; suspicans esse אכזיב Jos. 19. 29. Apud *Geogr. Nub. p.* 116. extat *Arx Zait, pulchra mari apposita*, 12. *milliaria distans Ptolemaide.* Omnino legendum videtur *Zayb* الزيب, proclivi in Arabica scriptione errore, nam & mihi pendebat animus in meo Codice, essetne *Azzait* legendum. In *Itinerario Hierosolymitano* habes item 12. miliarium distantiam ab *Acco Tyrum* versus, quamvis 9. tantum numerent *Euseb.* & *Hieron.* Cl. *Reland.* in *Palæst. pag.* 544. cum hisce contendendus, ubi *Ecdippam* veterum esse cum *Maundrello* statuit. Præivit *Hieron.* in *Loc. Hebr.* de *Achziba Aseritidis* monens, *Hæc est Dippa in nono milliario Ptolemaidis pergentibus Tyrum.* Cl. *Cell.* G. A. L. 3. 13. haud dubie *Ecdippa* scripsisse *Hieron.* pronunciat. Sed quid ni *Dippam* appellarit, quam *Dsibam* etiamnum appellitant, articulo neglecto.

B.

BAALBECHUM. *Baalbec* بعلبك. *Exc.* 32. & omni ferme pagina. *Vita* 123. ubi scripsi *Balbecum* &c. &c. *Syriæ* splendida urbs, de qua *Lex. Geogr.* بعلبك مدينة بينها وبين دمشق ثلثة ايام بها ابنية عجيبة واثار عظيمة وقصور علي اساطين الرخام لا نظير لها في الدنيا *Civitas est tres dies distans Damasco; in qua substructiones sunt admirabiles, & vestigia antiquitatis magnifica; Palatiaque columnis marmoreis suffulta; quibus nihil in orbe visitur par aut simile.* Apud *Abulfed.* dicitur esse من اعمال دمشق في الجبل *Ditionis Damascenæ in montibus.* Ejus *long.* 60. *lat.* 38. 50. subjungit porro هي بلدة قديمة ذات اسوار ولها قلعة حصينة عظيمة البناء وهي ذات اشجار وانهار واعين وهي كثيرة الخير وهي علي جبل وعامة ابنيتها من حجارة وبها قصور من حجارة قد بنيت علي اساطين شاهقة ليس بارض الشام ابنية حجارة اعجب ولا اكبر منها قال في العزيزي وهي مدينة جليلة قديمة بها مذبح يقول الصابية انه بيت من بيوتهم عظيم عندهم جدا ومن بعلبك الي الزبداني ثمانية عشر ميلا والزبداني مدينة ليس لها اسوار وهي علي طرف وادي بردي والبساتين متصلة من هناك الي دمشق وهي بلد حسنة كثيرة المنازة والخصب ومنه الي دمشق ثمانية عشر ميلا

Est oppidum antiquum muris cinctum, cui arx munita, ingentis structuræ. Gaudet arboribus, fluviis, fontibus, bonarumque ubertate rerum. Monti impositum est, & ædificia maximam partem lapidibus sunt structa. Palatia ibi e lapide cæso, præcelsis columnis innixa, in totaque terra Syria nihil admirabilius magnificentiusque structum e lapide occurrit. Azizius refert, esse Civitatem splendidam, vetustam, in qua extat sacellum, quam Sabii ajunt unam esse ex Ædibus ipsorum; in maximo apud eos honore. Baalbecho Zabdanium pergitur 18. *milliar. Est autem Zabdanium civitas muro carens, ad extremitatem fluvii Bardyi; unde continua ad Damascum sunt Tempe. Ab eoque oppido amoenissimo, copiosissimoque,* 18. *milliar. quoque Damascum pervenitur.* Hæc luculentissima lineamenta vivis coloribus depingunt nobis *Heliopolin* ad *Libanum*, *Soli* Sacram, qui *Syris Baal*, ut dubium non sit *Baalbech* genuinum repræsentare & *Syriacum* Civitatis nomen, quod in *Heliopolin* commutatum ivere *Græci.* Radix بك *Beccha* apud *Arabes* valet *confluxit, compressitque se populus* in sacris obeundis. *Beccha* inde etiam dicta *Meccha* per alliterationem. *Wilh. Tyr.* corrupto vulgi sono *Malbec* extulit, atque *Heliopolin* esse submonuit.

BABEIN البابين in *vita pag.* 31. Locus in *Ægypto*, unde *Prælium Babein* inclaruit. *Portas* sonat propric. Atque sic recte exposuit jam *Tyrius* 19. 24. *Beben* scribens, ore & more *Ægyptiorum.*

BABEZAGA *Bab Bezaga* باب بزاغة *Exc. pag.* 4. *Abulf.* in *Syriæ Tabula* exhibet الباب وبزاعة *Bab*, & *Bezaga*, من جند قنسرين *E præfectura Kinnisryna*, sub *lon.* 62. *lat.* 36. Additur الباب بلدة صغيرة ذات سوق وحمام ومسجد جامع ولها بساتين كثيرة نزهة واما بزاغا وضويعة من اعمال الباب وبظاهرها مشهد به قبر هقبل بن ابي طالب وهي علي مرحلة من حلب في جهة الشمالة الشرقية

Bab est oppidulum parvulum, nundinis gaudens & balineis, ut & Templo majore: itemque hortis bene multis, iisque amoenissimis. Bezaga vero est viculus sub ditione Bab, extra quem extat

Martyrium, in eoque ſepulcrum Okaili, filii Abi Talibi. Halebo abeſt diei iter ad latus ſeptentrionale Orientaleque. Nos infra quoque *Bezagam* ſeparatim proferemus. *Bab-bezaga* noſtra eſt, quam abſolute *Abulfeda* appellabat *Bab.*

BACASUM بكاس. in *vita* 83. dicitur *Prævalida arx ad Orontem fluvium, cui annexa arx alia minor, ſed plane inacceſſa, Elsjugrum* appellata. Lucem iſtam augeat adhuc *Abulf.* qui utramque junctim proponit, الشغر وبكاس من جند قنسرين *Elsjugrum & Becaſum præfecturæ Kinneſrinæ.* Earum *long.* 61. *lat.* 35. 30. Deſcriptio hæc. وهما قلعتان حصينتان بينهما رمية سهم علي جبل مستطيل وتحتهما نهر يجري ولهما بساتين وفواكه كثيرة ولهما مسجد جامع ومنبر ورستاق وهما بين ابطاكية وفامية علي قريب منتصف الطريق وفي شرقيهما علي شوط فرس جسر اشفهان وهو جسر علي النهر وهو مشهور وله سوق يجتمع الناس فيه في كل اسبوع *Geminæ ſunt arces munitiſſimæ, jactu teli diſtantes, ſuper monte excelſiſſimo. Subter eas labitur fluvius. Hortis fructibuſque abundant. Baſilicam habent & ſuggeſtum ſacrum: itemque tractum pagorum ipſis contributorum. Jacent inter Antiochiam & Apameam media ferme via. Ad orientale latus ipſarum, ad equi curriculum, eſt pons, Isbpheban vocatur, quo fluvius jungitur, multo celeberrimus, in quo frequentes ſingulis hebdomadibus nundinæ exercentur.*

BAGRASUM بغراس. Aliquando & بغراص. *Pagræ.* Vide infra ſub illo Elemento.

BAHNESA بهنسا. In *Vita p.* 39. *Bahneſia* بهنسي. In *Exc. p.* 15. Apud *Abulf.* in *Tab Syriæ, long.* 61: 20. *lat.* 36. 50. diciturque eſſe من حصون الشام الشمالية *Ex arcibus Syriæ ſeptentrionalibus*, & quidem قلعة حصينة مرتفعة لها بساتين ونهر صغير واسواق ورستاق متسع وبها مسجد جامع ومنبر وهي بلدة واسعة الخير والخصب وبينها وبين سيواس نحو ستة ايام وهي من الحصون التي لا ترام وهي الي الشمالي من عينتاب وبينهما مسيرة يومين *Firmiſſima, præcelſa, hortis prædita, amniculoque, & amplo pagorum tractu: templo quoque majore & ſuggeſtu inſtructa: oppidulum copioſiſſimum bonis rebus, proventuque; a quo ad Saiwaſum ſex fere ſunt dies. Inter inexpugnabiles omnino arces eam reputari poſtremo, atque ad ſeptentrionale latus Ainotabi vergere interſtitio bidui.*

BAGDADUM بغداد, itemque بغدان, ultima *Dſal*, quæ ſcriptio commendatur ab *Abulfed.* Eſt celebratiſſima illa *Iracæ Arabum* Metropolis, cujus mentio in *vita p.* 50. & alibi ſæpe. De ea *Lex. Geogr.* كانت لم الدنيا وسيدة البلاد وفيها سبع لغات بغداد وبغدان وبعذاد ومغداد ومغداد ومغدان وبعدان وهي في اللغات كلها تذكر وتونث *Fuit Mater mundi, & Regina regionum ſeptem autem modis ſonatur, Bagdad, & Bagdan, & Bagdſad, & Magdad, & Madad & Madan, & Badan, quibus formis omnibus tum maſculine, tum fœminine profertur.* Recte *Fuit:* nam eam primo inteſtina ſeditio, deinde *Tataricum* diluvium ita delevit, ut nihil omnino de priſca forma retinuerit. *Abulfeda* ei in *Tabula Irakæ* dat *long.* 70. *lat.* 38. 25. Docet idem primum ei nomen datum الزوراء *Zauraa Obliqua*, وسميت بذلك لان ابواب المدينة الداخلة مزورة عن الابواب الخارجة *Eo quod portæ urbis interioris obliquarent ſeſe & deflecterent a portis exterioribus.* Partes dein ejus præcipuas annotat الكرخ *Alcarchum* in latere occidentali *Tigris* fluvii, عسكر مهدي *Caſtra Mahdii*, in latere Orientali. *Ruſafam* رصافة, & *Attakum*, item ad Orientem fluminis. Illa ſtrictius confuſiuſque adeo, quam par erat, ibi poſita, ex *Lexico* noſtro *Geographico* multa luce perfundere poſſem. Sed, niſi me fallit, gratiæ apponetur, ſi non nimis accurata *Bagdadenſis* urbis delineatione Lectorem meum fatigaro. Conſulatur Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* quibus hæc tantum nunc adjici velim: appellationem مدينة المنصور *Civitas Manſouri* occurrere *Hiſt. Sarac. p.* 129. a Conditore *Abu Sjafar Almanſour*, ſecundo *Abbaſidarum Chalypha.* A مدينة السلام *Civitate pacis*, alio ejus indigitamento, eſſe gentile سلامي *Bagdadenſis. Bagdadum* poſtremo monachum induci in *Ann. Alexandr. t.* 2. *p.* 398. qui ibi ſacellum olim habuiſſet, indeque nomen loco hæſiſſe; in quo equidem, ut ſæpe alias, ſtrenue nugatur bonus *Eutychius.* Non pœnitebit *Geogr. Nubienſ. p.* 204. inſpexiſſe.

BA-

BAHOUTHA الباعوثة. Alicubi memorata in *Exc.* de qua vide infra in voce *Esjlounum*

BAISANA. *Beisana.* بيسان. In *vita* 53. &c. &c. בית שאן *Bethscheam* in Sacris. *Jud.* 1: 27. *Scythopolis* postea, de qua videatur Cl. *Reland. pag.* 992. & seq. *Abulfeda* situm ei assignat sub *long.* 58. *lat.* 32. 50. atque *Fordunensis* eam *tractus* esse postquam monuisset, ita pergit بيسان مدينة صغيرة بلا سور ذات بساتين وانهار وهي علي الجانب الغربي من الغور وهي كثيرة الخصب ويليها من جهة الجنوب والي الغرب جبل وهي في الحفه ولها من جملة انهرها نهر صغير من عين يشق المدينة وبينها وبين طبرية ثمانية عشر ميلا

Baisan est civitas parva, sine muro; gaudans hortis amnibusque. Situm obtinet ad latus Occidentale Algauri. Uberi est proventu. Contingit eam ab austro & occasu mons, cujus illa radicibus est acclinata. Inter reliquos amnes suos parvulum quendam habet e fonte vicino ortum, qui urbem perlabitur. Inter eam & Tiberiadem 18. *mill. numerantur.* Vide etiam huc pertinens aliquid in *Algaurum.*

BARCA *Barka* برقة in *Exc.* 39. &c. *Vit. p.* 65. *Lex. Geogr.* اسم صقع كبير يشتمل علي مدن وقري بين الاسكندرية وافريقية واسم مدينتها انطابلس وتفسيرها الخمس مدن

Barca nomen est magnæ regionis, quæ urbes & pagos complectitur, Alexandriam inter & Africam. (Propriam nempe illam de qua supra) *Ejus civitas Entapolis vocitatur, quod interpretatum quinque urbes sonat.* Aliquid de *Pentapoli* sive *Cyrenaica* inaudiverat scilicet, quod confusius & corruptius redditur. *Abulfed.* in *Tabula* بلاد المغرب *Regionum Occidentis*, id est *Africæ* laxius sumtæ, برقه *Barcam* ut urbem percenset, *long.* 42. 45. *lat.* 32. Nota veterum *Barce*, unde & *Barcæi* apud Poëtam. Eam sic describit وبرقه علي دخلة من البر قد دخلت شمالا في البحر وغالب بلاد برقه براري مقفرة وبها اثار مدينة عظيمة كانت عامرة في القديم وليس في بلاد برقه غير نهر واحد يقال له نهر درنا قال ابن حوقل وبرقه بلدة متوسطة وهي في مستو من الارض وحوالبها كور عامرة وهي بوسط البوادي قال ابن سعيد وليس فيها مدينة مصرة لاستيلاء العرب عليها

Barca jacet in angulo interiore terræ, ad boream in mare se penetrantis. Barcæ autem regiones maximam partem solitudines sunt vastæ. Præfert vestigia magnæ Civitatis, & florentissimæ antiquis temporibus. Nullus est hisce in terris Barcæis fluvius, præter fluvium qui Durna dicitur. Ibn Hawkel tradit Barcam esse urbem mediocrem in plano terræ tractu, circa quam regio sit culta in mediis desertis. Ibn Sayd auctor est non esse ibi quicquam quod habitatæ civitatis formam habeat. Attexuit hisce ad marginem *Princeps* noster *Geographus* وكانت بلاد برقه تسمي في ايام الروم انطابلس قسمتها العرب لما فتحتها في صدر الاسلام برقه لكثرة حجارتها المختلطة بالرمل وليس بها في زماننا مدينة جليلة مصرة

Regiones Barcææ tempestatibus Rumæorum Entapolis vocabantur. Arabes quum eas in initio Islamismi subjugassent, Barcæ nomen indiderunt, ob multitudinem lapidum arenis mixtorum. Non est in iis hac tempestate civitas insignis, aut omnino urbis formam gerens. Nempe a برق ברק *Splenduit, fulguravit,* برقة *Barka* signat *terram arenis lapidibusve respledentem.* An & hæc origo priscæ appellationis? Adi & *Geogr. Nub. Clim* 3. *part.* 3.

BARGILOUUM *Bargilon* برغلى *Exc. p.* 58. ubi *Gijathoddinus Kaichosroës* filius Sultani *Iconiensis*, *Kelisji Arslani*, principatum *Bargiloui* tenuisse dicitur. Est ergo من بلاد الروم *Regionis Rumææ* oppidum atque præfectura. Altum de eo silentium apud auctores meos. *Bargylia* veterum & *Bargyla*, ut *Steph.* effert, nota in libris, in nummis, nec sono nec situ dissona, unde *Bargyletæ* apud *Cicer.* & *Bargyliatæ.* Fuit oppidum *Cariæ* in sinu *Jasio.* Consulatur iterum *Cell. l.* 3: 3.

BARINUM بارين. *Vita* 43. 123. *Exc.* 20. ubi distinguuntur *Barinum*, & قلعة بارين *Arx Barini.* Est apud *Abulf.* in *Tab. Syr.* من عمل حماة *ditionis Hamatensis*, *long.* 60: 45. *lat.* 34: 20. وهي بلدة صغيرة ذات قلعة قد دثرت ولها اعين وبساتين وهي علي مرحلة من حماة وهي غربي حماة بسبلة يسيرة الي الجنوب فيها اثار عمارة قديمة تسمي الرفنية لها ذكر شهير وذكر في كتاب الاطوال

ان طول الرفنيبة سن والعرض لد ك وحصن باربين احدثه الفرنج في سنة بضع وثمانين ولربع ماية وملكه المسلمون وبقي مدة ثم اخربوه

Eſt oppidum exiguum, cum arce nunc deleta, Fontibus & hortis lætum, una ſtatione remotum Hamata, ad latus occidentale, cum levicula inclinatione ad auſtrum. Extant in eo veſtigia antiquæ ædificationis, Raphania nomen iis, nobiliſque iiſdem fama eſt. In Libro Longitudinum Raphania habet long. 60: 50. lat. 34: 20. Arx Barini a Francis condita fuit anno octogeſimo præter propter ſupra quadringenteſimum. Muſulmannis ea potitis aliquamdiu ſupermanſit, ſed dein evaſtata fuit. Non injucundum acciderit viris Doctis hiſce in veſtigiis *Raphaneas* veterum, quæ *Raphanæa* eſt apud *Joſephum*, recognoviſſe. Vid. Cl. *Cell.* G. A. L. 3: 12.

BASJARUM باشر *Vita* 51. Plenius تل باشر *Tel-Basjarum. Collis Basjar* in *Exc.* 56. Ei lucem fero ex *Lex. Geogr.* تل باشر قلعة حصينة وكورة واسعة في شمالي حلب وبينها وبين حلب يومان *Tel-Basjar eſt arx firmiſſima, & præfectura late patens ad aquilonem Halebi, diſtantiamque inde duorum dierum.* Apud *Abulfed.* hæc proſtant ومن الاماكن المشهورة حصن تل باشر قال ابن سعيد هو على مرحلتين من حلب فيه المياه والبساتين

E locis nobiliſſimis quoque Caſtrum Tel-Basjar. Ibn Sayd id gemina ſtatione diſtare ait Halebo: atque aquis hortiſque vigere.

BASRA البصرة. Vulgo *Baſora.* In *Exc. p.* 60. attingitur. Eſt notiſſimum illud ſinus *Perſici* Emporium. Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* humani quid paſſus eſt, quum noſtram *Baſram* inſignitam ait eſſe titulo عراق العجم *Irakæ Perſarum*; ut *Cufa* appellata fuit عراق العرب *Iraka Arabum.* Hæc toto cœlo, quod dicitur, devia abeunt. *Irakas* haſce extricabimus ſuo loco. De *Baſra*, quam in *Tab.* العراق *Iracæ Arabicæ Abulf.* recenſuit, hæc habe مدينة بصرة اسلامية بنيت في ايام عمر بن الخطاب وفي غربي البصرة وجنوبيها جبل يقال له سنام وفي جنوبيها وغربيها البرية ليس فيها مزدرع على المطر اصلا ومربد البصرة هو محلة عظيمة من جهة البرية كان يجتمع فيها العرب من الاقطار ويتناشدون الاشعار ويبيعون ويشترون

Civitas Baſra eſt Iſlamitica. Condita ea diebus Omari Ibn Elchettabi. (Chalyphæ ſecundi.) *Ad occaſum Baſræ auſtrum verſus mons, cui Senam*, Gibbo, *nomen. Ab eodem latere auſtrali occidentem verſus deſertum tenditur, in quo nihil omnino conſeri poteſt ad pluviam. Mirbad Baſræ autem* (id eſt, *Stabulatio Camelorum*) *eſt vicus ad quem Arabes undique conſluunt, carminibus inter ſe decertaturi, commerciumque exercituri.*

BAZOURUM بازور *Bazura Vit. p.* 24. & 254. & alibi. Quum ignotus mihi eſſet locus, edidi quod MSS. præferebant. Nunc ex *Lexico Geogr.* didici يازور *Jazour* eſſe legendum; ubi ſub Lit. *Je* repperi يازور بلدة بساحل الرملة من اعمال فلسطين بالشام *Jazour eſt oppidulum in litorali tractu Ramlæ, ſub ditione Palæſtinæ in Syria.* Hic eſt ille pagus, quem Cl. *Relando* indicavit incolæ *Ramlenſis*, inter *Ramlam* ſive *Ramam* & *Joppen.* In *Palæſt p.* 867.

BELKAA. Vide Superius *Albelkaa.*

BERYTUS بيروت *Beirout. Bairout* pronunciatione *Arabica.* Expugnatur a *Saladino p.* 72. *Vitæ*; & creberrime recurſat. Βηρυτος πόλις της Φοινίκης Veteribus etiam celebratur; *Felixque* illa *Julia*, quod nomen poſt Coloniam illuc deductam recepit, ſcientiis ſcholiſque floruit diutiſſime. *Abulfeda* locat in ساحل دمشق *Litorali tractu Damaſci* ad *long.* 59. 30. *lat.* 34. ita pergens وهي على ساحل البحر وهي ذات برجين ولها بساتين ونهر وهي خصبة قال ابن سعيد هي فرضة دمشق قال العزيزي وبين بيروت وبعلبك على عقبة المغيثة ستة وثلثون ميلا وبينهما مدينة عرجموس على لربعة وعشرين ميلا من بيروت قال وبيروت مدينة جليلة شرب اهلها من قناة تجر اليها ولها مينا جليل وبينها وبين مدينة جبيل ثمانية عشر ميلا وجبيل لها مينا وسوق وجامع

Injuncta eſt litori marino, duabus minans turribus. Habet hortos, amnem, ubertatem. Ibn Sayd ait eſſe portum Damaſci. Alazizius inter Berytum & Baalbechum ſuper colle Almogytha poſitum numerat triginta ſex milliaria. Inter eas jacet civitas Argiamonſum dicta, ad diſtantiam 24. mill. a Beryto. Idem tradit eſſe Berytum ſplendidam, cum ſplendido portu, incolaſque ex aquæ ductibus illinc derivatis bibere. Inter eam &

Gio-

Giobeilam ſunt 18. *millaria. Giobeila portu, foro, templo cathedrali gaudet.*

BEIT-SJEBRINUM بيت جبرين *Vita p.* 72. 229. *Beigeberin* in notitia vetere Patriarchatuum apud Cl. *Rel. p.* 222. Vide eundem *p.* 628. ubi ex *Itiner. Benjam.* etiam adducit בית גברין. E *Lex. Geogr.* adfulget mihi بيت جبرين لغة في جبريل بلد بين بيت المقدس وغزة *Beitsjebrinum*, ſive *Beit-Gebrinum diverſum tantum eſt pronuntratione a Betsjebryl, Beitgebryl, Bet Gabriele. Eſt parvum oppidum inter Hieroſolymas & Gazam.* In *Exc. p.* 42. ſcribitur بيت جبريل *Beit-Giebryl*, ubi *Bet-Gabrielem* expreſſi. *Wilh. Tyr.* exarat *Betgabril, Domumque Gabrielis* rite exponit, vocans *Urbem veterem & dirutam*, ſed quæ illis temporibus fuerit reædificata, putanſque, cum aliis Belli Sacri ſcriptoribus, eſſe illam in Sacris notiſſimam *Beerſaben*, in extremo fine Judææ ad auſtrum. Adi Cl. *Reland. p.* 620. Diverſum hinc eſt, literis quamvis, ſonoque, vicinum *Beit-Hebrounum*, ubi viſitur Sepulcrum *Abrahami*. Id eſt חברון *Hebron* in Bibliis, cujus hanc nobis memoriam conſervavit *Abulfed.* قال ابن حوقل ومن بيت لحم علي ستة في الجنوب مدينة صغيرة شبيهة في الكبر بقرية تعرف بمسجد ابرهيم الخليل صلوات الله عليه وفي بيت حبرون قبر ابرهيم واسحق ويعقوب صلوات الله عليهم صفا وقبور نسايهم صفا *Ibn Haukel auctor eſt a Bethlehemo ad auſtralem ejuſdem verticem cœli eſſe civitatulam, quæ vicum magnitudine æquet; atque Oratorium Abrahami, Amici Dei, omnibus benedictionibus cumulatiſſimi appellari. Beit-Hebron nempe continet ſepulcra Abrahami, Iſaci & Jacobi uno ordine: itemque ſepulcra uxorum eorum altero ordine.*

BEIT-JACOB بيت يعقوب *Domus Jacobi* in *Exc. p.* 26. Locus prope *Paneadem.*

BEIT-NUBA بيت نوبة In *Vita* 203. & 230. ubi ſitus ejus quoque indicatur. Addo ex *Lex. Geogr.* بيت نوبا بلد من نواحي فلسطين *Beit-nuba eſt oppidulum in tractibus Palæſtinæ.*

BETHLEHEMUM بيت لحم in *Exc.* & in *Vita* ſæpicule. *Lex. Geogr.* بيت لحم بلد قريب البيت المقدس المشهور ان عيسي عليه السلام ولد به *Betlehem eſt oppidulum prope Hieroſolymas natalibus Jeſu, ſuper quem pax, nobilitatum.* In *Abulf.* ſimiliter هي قرية بها مولد عيسي صلوات الله عليه علي ستة اميال من بيت المقدس ويقال ان الكنيسة بها قطعة من النخلة التي اكلت منها مريم وهي مرفوعة عندهم ويحجون اليها. *Eſt vicus ubi Jeſus, benedictionibus cumulandus, natus eſt, ſex mill. diſtans Hieroſolymis. In Templo ejus dicitur eſſe fruſtum Palmæ de qua Maria guſtavit*, quum pareret nempe, *ſummo apud ipſos in pretio, & ſacris cultum peregrinationibus.*

BEZAGA بزاعة *Exc.* 22. Supra ſub *Bab-bezaga* produxi jam hanc *Bezagam* ex *Abulfeda.* Subtexam hic adhuc diſtinctius quid ex *Lex. Geogr.* ubi per *Phata, Damma*, & *Keſra* primæ, id eſt per omnes vocales ſonari poſſe indicat. *Eſt autem*, inquit بلدة من اعمال حلب في وادي بطنان بين منبج وحلب وبين كل واحدة منهما مرحلة وفيها عيون جارية واسواق حسنة *Oppidum ditionis Halebenſis in Valle Bethnan, inter Manbegium & Halebum, ad diſtantiam hinc & hinc unius diætæ. Fontibus exuberat perennibus, & nundinis pulcherrimis.*

BIRA البيرة. In *Vita pag.* 44. 60. & alibi crebro. Loca palam faciunt eſſe *Trajectum* ad *Euphratem.* Apud *Abulfed.* in *Tab. Syriæ* accenſetur جند قنسرين *Præfidiariæ Provinciæ Kinneſryn*, & quidem *long.* 62: 30. *lat.* 36: 50. annexa hac delineatiuncula والبيرة قلعة حصينة مرتفعة علي حافة الفرات في البر الشرقي الشمالي لا ترام ولها واد يعرف بوادي الزيتون به اشجار واعين وهي بلدة ذات سوق وعمل قال ابن سعيد وقلعتها علي صخرة وهي الان ثغر الاسلام في وجوه التتر وهي فرضة علي الفرات *Bira eſt arx munita, celſa, oræ Euphratis præminens ad latus orientale in aquilonem inclinatum; plane inexpugnabilis. Vallem habet, Olivarum appellatam, in qua arbores fonteſque. Eſt oppidulum nundinis & præfectura ornatum. Ibn Sayd dicit arcem ejus ſaxo eſſe impoſitam: eamque nunc eſſe præſidium Iſlamiſmi Tataris objectum: eſſeque Portum*

ſive Trajectum ad Euphraten. Ad *Alfrag.* 249. *Byr* vocatur *caſtellum Meſopotamiæ*, & *Trajectum in Syriam.* Nempe ſitus ad Orientem fluminis eam *Meſopotamiæ* vindicat. Audiendus & *Lexicographus* noſter, qui faculam ad plura prælucebit. البيرة في عدة مواضع منها بلدة قرب سميساط بين حلب والثغور الرومية وهي قلعة حصينة ولها رستاق واسع قلت والبيرة المشهورة وهي على شط الفرات من بلد الجزيرة فوق منبج منها الي سروج ولها رستاق وقري كانها هي التي لرادها والبيرة من بين المقدس ونابلس خربها الملك صلاح الدين حيث استنقذها من الفرنج

Bira pluribus in locis extat: una eſt oppidulum Samoſatis vicinum inter Halebum & præſidia Rumæa: eſtque arx bene firma amplo pagorum tractu prædita. Ajo ego Biram Illam nobiliſſimam ad Euphratis litus eſſe aſſitam, Meſopotamiæ in ditione ſupra Manbegium, Serujum verſus, cui annexa Præfectura multorum pagorum: quam intendiſſe exiſtimarim auctorem meum, unde Scil. hæc contraho & excerpo. *Eſt & Bira ad Hieroſolymas pertinens & Neapolin, quam diruit Saladinus Rex, Francis ereptam.* Hanc poſtremam *Biram*, inter *Hieroſolymas* & *Neapolin*, invenies *pag.* 267. in *vita.* Prior ad *Euphraten* videtur eſſe celebratiſſimum veterum *Zeugma.*

BILBEISUM بلبيس. *Ægypti* nobilis civitas; *Belbiſum* apud Belli ſacri auctores, qui & *Peluſium* eſſe ſubinnuunt, quos ſecutus fui. *Exc. p.* 3. & alibi. Non immerito tamen dubitat Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 146. Ad *Peluſium* diſcutietur infra.

BOSRA بسري vita 148. Melius بصري in *Exc.* 63. ubi *Baſra* irrepſit, quum *Boſra* exaraſſem. *Lex. Geogr.* بصري بالشام هي التي وصل اليها النبي صلعم للتجارة وهي المشهورة عند العرب قال هي قصبة كورة حوران وبصري ايضا من قري بغداد *Botſra Syriæ eſt illa ad quam devenit Propheta noſter mercaturam exercens. Hæc eſt celebratiſſima inter Arabes. Ait* auctor meus *eam eſſe primariam Præfecturæ Hauran*, Auranitidis. *Alia eſt Boſra, e vicis Bagdadi.* Penes *Abulfed.* quoque بصري قاعدة حوران *Auranitidis metropolis* eſſe dicitur, *long.* 60. *lat.* 32. Subditurque قال العزيزي وبصري مدينة كورة حوران وهي مدينة لزلية مبنية بالحجارة السود مسقفة بها وبها سوق ومنبر ولها قلعة ذات بنا منين وبساتين وبنا قلعتها شبيه ببنا قلعة دمشق وبصري على لربع مراحل من دمشق وفي شرقيها صرخد علي نحو ستة عشر ميلا

Auctor eſt Alazizius Boſra eſſe Civitatem primariam *Præfecturæ Hauran: eſſeque urbem multo antiquiſſimam, ſtructam nigris lapidibus, iſque tectam quoque. Gaudere foro & ſuggeſtu. Habere arcem firmiſſimæ ſubſtructionis, ædificatam ad inſtar arcis Damaſcenæ. Diſſidet quatuor diætis Damaſco; atque ad Orientem ejus Sarchadum, ſexdecim milliaribus inde diſtans circiter.* Eſt veterum *Boſtra*, molliore flexu ortum, ut videtur, ex *Botſra*, quod clarius adhuc pateſcet ex iis, quæ ad *Hauran* ſum daturus. Vid. *Gell. l.* 3. 14. *Rel. p.* 665. 666.

BURZIA برزية *Vita* 84. *Arcis* hujus in principatu *Antiocheno* narratur expugnatio, ejuſque inacceſſa firmitas proverbio etiam nobilitata dicitur. Idem annotavit & *Lexicographus* noſter, qui in ſcriptura diverſus abit, برزوية *Berzonja* ſcribendum inſinuans, pro quo vulgus بورزية *Bourzia* reſonet. Dein graphice eam expingit, حصن قرب السواحل الشامية علي سن جبل شاهق يضربها الامثال في جميع البلاد الفرنج بالحصانة تحيط بها الاودية من جميع جوانبها وذراع علو قلعتها خمس مائة وسبعون ذراعا كانت للافرنج وفتحها الملك صلاح الدين

Eſt munimentum litoralibus Syriæ imminens, impoſitum denti montis excelſiſſimi; cujus firmitatem concelebrant Proverbia per omnes Francorum Provincias. Eam circumcingunt valles ab omnibus lateribus. Menſura celſitatis ejus quingentorum ſeptuaginta eſt cubitorum. Tenuere eam Franci, ſed expugnata eſt per Regem Saladinum. Ab *Abulfeda* appellatur حصن برزية *Propugnaculum Burzia* بضم الباء *Prima Be Dammata*, contribuiturque قنسرين جند *Kinneſrynæ Provinciæ præfidiali, long.* 61. *lat.* 35. eamque ſic delineat وحصن برزية قلعة صغيرة مستطيلة لها منعة في ذيل الجبل المعروف بالخيط من شرقيه على بحيرات شامية وتتصل مياه البحيرات المياه والاقصاب الي تحت برزيه وليس بها ساكن الا المرتبون لحفظ القلعة ويعتصم بها اهل البلاد في ايام الجفلية

Eſt

Est autem propugnaculum Burzia arx parvula præcelsa, inaccessæ munitionis, in lacinia montis nomine Alchait cogniti, a latere ejus orientali: imminensque lacubus Apameæ, quorum aquæ attingunt aquas & eluvies sub Burzia collectas. Nemo ibi habitat, nisi qui impositi sunt ad arcis tutamen. Huc incolæ istarum regionum, quum tumultus increpuit, se suaque subducunt.

C.

CÆSAREA قيسارية. In *vita p.* 71. & *Exc. p.* 41. atque aliis locis bene multis per utrumque opus. Est *Cæsarea Palæstina* quæ dicitur, olim *Turris Stratonis*, distincta a *Cæsarea Philippi*, quæ *Arabibus* semper بانياس *Paneas*, ut infra monebitur. De ea *Lexicographus* noster قيسارية بلد علي ساحل بحر الشام تعد في فلسطين بينها وبين طبرية ثلثة ايام *Cæsarea est oppidum litori maris Syriaci injunctum, Palæstinæ contributum: Inter eam & Tiberiadem tres dies sunt.* Ex *Abulfed.* varias circa *long.* & *lat.* dimensiones jam excerpsit Cl. *Reland* & *Palæstinæ* suæ inseruit *pag.* 510. qui etiam *pag.* 670. ejus luculentam descriptionem exhibet. Ex *Alazizio* circa situm adducitur ab *Abulfed. inter eam & Ramlam esse triginta duo mill. ut ab altera parte inter eam & Ptolemaidem numerantur triginta sex mill.* Ex *Mosjtarec*, وكانت من امهات المدن العظام وهي اليوم خراب *Fuit ex Matribus urbium magnarum; sed nunc vastata jacet.*

CÆSAREA قيسارية in *Exc. pag.* 58. quæ & قيسارية الروم *Cæsarea Rumæorum*, ut dignoscatur a præcedenti, quæ قيسارية الشام *Cæsarea Syriæ* insignitur. *Lex. Geogr.* وقيسارية مدينة كبيرة عظيمة في بلاد الروم كانت كرسي ملك بني سلجوق *Cæsarea quoque est Civitas magna, magnifica, in regionibus Rumæis, quæ Regia fuit sedes Selsjukidarum.* In *Tab.* بلاد الروم *Regionum Rumæarum* apud *Abulf.* comparet قيسارية, & قيصارية cum *Sad*, *long.* & *lat.* non satis fixis, quum alii ponant *long.* 60. *lat.* 40. alii *long.* 56. 30. *lat.* 42. 30. subdit porro, وهي بلدة كبيرة ذات اشجار وبساتين وفواكه وعيون تدخل اليها وداخلها قلعة حصينة وبها دار السلطنة وهي منسوبة الي قيصر وهي مدينة جليلة يحلها سلطان البلاد وينتقل منها الي قونية وفي شرقيها مدينة سيواس وبين قيصارية واقصرا لربعة مراحل *Estque Civitas magna, arboribus, hortis, fructibus, fontibus in eam defluentibus, insignis. In medio ejus firma arx est. Sedem præbet Sultanatui. Nomen traxit a Cæsare. Splendidissima est, residente in ea Sultano, quemadmodum & in Urbe Iconiensi. Ad Orientem ejus Saiwasum est. Inter Cæsareum & Aksaram sunt quatuor diætæ.* Ex hisce coloribus *Cæsarea Cappadociæ* facile agnoscitur, quæ olim *Mazaca*, unde & *Cæsarea Mazaca*, a *Tiberio*, vel ut alii tradidere, ab *Augusto* cognominata. Vide *Coll. l.* 3. *cap.* 6.

CAIPHA كيفا Plenius حصن كيفا, *Castrum Caiphæ* vel *Chaiphæ*, ut scribitur in *Exc. p.* 22. 31. 33. Ejus notitiam aliquam pandat *Abulfeda* in *Tab. Mesopotamiæ*, quam vocat الجزيرة بين دجلة والفرات *Insulam inter Tigrim & Euphraten.* Ibi حصن كيفا comparet ad *long.* 64: 35. *lat.* 37: 35. adjecto قال في المشترك حصن كيفا علي دجلة بين جزيرة ابن عمر وبين ميافارقين قال في اللباب الحصنكفي هذه النسبة الي حصن كيفا وهي مدينة من ديار بكر *In Moshtarec* Exit Jacutus, *Hisn Caipha Tigri adjacet, inter Insulam Ibn Omar & Myapharekinam. In Ellubab extat, Hisncaphium esse Gentile nomen ab Hisn-Caipha: eamque esse civitatem tractus Diar-Becrensis.* Accedat & *Lexicon Geogr.* in voce حصن, ubi monetur scribi etiam حصن كيبا *Hisn-Caiba* esseque بلدة وقلعة عظيمة مشرفة علي دجلة بين آمد وجزيرة ابن عمر من ديار بكر وكانت ذات جانبين وعلي دجلتها قنطرة عظيمة طاق كبير يكتنفه طاقان صغيران *Oppidum, & arcem magnam Tigri imminentem, inter Amidam, & insulam Filii Omar, tractus Diarbecrensis: quæ utrumque fluminis latus occupet: Tigrim jungente ingenti ponte, opere arcuato, uno nempe magno duobus minoribus arcubus hinc & hinc stipato.* Prodigiosum profecto opus, tantum flumen, maximam sui partem saltem, uno perpetuo arcu fornicari! Vide nonnihil huc pertinens ad *Alfrag. p.* 240. ubi *Hasn Keef* vulgo sonari dicitur.

Digitized by Google

CAPHERLATHA كفرلاثا. In *Vita* 51. 151. ubi vocatur حصن *caſtellum*, *caſtrum*, *munimentum*. Quid ſit, declarat *Lex. Geogr.* كفرلاثا قرية ذات جامع ومنبر في سفح جبل عاملة من نواحي حلب بينهما يوم واحد ذات بساتين ومياه جارية *Capherlata eſt vicus Baſilica Cathedraque præditus, ad radicem montis Amsia, in tractu Halebi; utroque loco unum diſtante diem. Hortis gaudet, fluentiſque.*

CAPHARTABUM كفرطاب. In *Vita* 43. 123. *Exc.* 39. Quod ordo rerum ibi dictat, firmatur per *Lex. Geogr.* كفرطاب بلدة بين المعرة وحلب *Caphertabum oppidum eſt inter Maarram & Halebum.* Preſſius *Abulf.* in *Tab. Syr.* adſcribit جند حمص *Emiſſenæ Provinciæ*, ſub *long.* 61. 32. *lat.* 36. 45. adjiciens هي بلدة صغيرة قليلة الماء يعمل فيها القدور الخزف وتجلب الى غيرها وهي قاعدة ذات ولاية ولها عمل وهي على الطريق بين المعرة وشيزر قال في العزيزي ومدينة كفرطاب اهلها اخلاط من اليمن وبينها وبين شيزر اثنا عشر ميلا وكذلك بينها وبين المعرة *Eſt oppidum exiguum, aqua tenuiter præditum; ubi conficiuntur ollæ teſtaceæ, quæ in alias oras diſtrahuntur. Eſt quoque ſedes primaria præfecturæ, habetque jurisdictionem. Jacet in via ipſa inter Maarram & Sjaizarum. In Azizio dicitur, Civitatis Caphertabenſis incolas eſſe miſcellam e Jemana turbam: atque inter eam Sjaizarumque 12. mill. totidemque ab ea Maarram uſque numerari.*

CARACHA الكرك Eſt validiſſimum Caſtrum & propugnaculum in *Arabia Petræa*, quod apud Bellī ſacri ſcriptores *Crach* exaratur. Ita *Gul. Tyr.* l. 22. c. 2. & 5. qui *Arabiæ Secundæ*, id eſt *Petracenſis* caput eſſe innuit, atque a *Monte Regali* diſtinguit. Ejusdem *libr. cap.* 28. *Petram* deſerti ait eſſe hodiernum *Crach*, ibique deſcriptionem ejus ſubnectit haud pœnitendam; cujus princeps *Rainaldus*, apud *Bohadinum* noſtrum perpetuo *Arnaldus*: quæ pronunciandi tantum modo differunt. *Bern. Theſaurarius* de *Acquiſ. Ter. Sanct.* confundit *Krach* cum *Monte Regali*. Vide eum *Cap.* 140. 140. & confer quæ dicturi ſumus infra ad *Sjaubecham*. Hujus *Caraché* mentio per totum opus ſparſa. *Vita p.* 35. 36. 38. 55. *Exc.* 15. 63. &c. &c. &c. In *Lex. Geogr.* docetur كرك بفتحين قلعة حصينة جدا في طرف الشام من نواحي البلقا في جبالها بين ايلة وبحر القلزم وبيت المقدس وهي على جبل عال *Carach, duabus Phata ſonandum, eſt arx multo firmiſſima in extrema Syriæ ora in tractibus Albelkaæ, montaniſque ejus; & quidem medium tenens ſitum inter Elam Rubrumque mare & inter Hieroſolymas.* Submonetur *ibid.* كرك بسكون الرا *Carch*, litera *Re* nexa cum præcedente vocali, eſſe قرية في اصل جبل لبنان *vicum adradicem montis Libani.* De *Caracha* etiam annotavit *Abulfed.* ejus اقليم عرفي *Climain vulgus notum* eſſe البلقا *Belkaam*, obtinereque *long.* 56. 50. *lat.* 31. 30. وهو بلد مسور وله حصن عالي المكان وهو احد المعاقل بالشام التي لا ترام وله واد فيه ماء وبساتين وبين ماب والكرك قريب من اثني عشر ميلا

Atque eſſe oppidum muratum, cum arce eminentiſſima: quæ ſit una illarum Syriæ arcium, quas ne voto quidem licet accedere. Habere vallem aquis gaudentem hortiſque. Inter Mabam (Mobam) *autem Carachamque ferme duodecim eſſe milliaria.* Hæc poſterior tamen periodus inducta eſt in noſtro Codice, quod menſura nempe eſſet ſuſpecta, eidemque alia manu adſcriptum, هو على اطراف الشام من جهة الحجاز وبين الكرك والشوبك ثلث مراحل *Sita eſt Caracha ad extremos fines Syriæ a parte Hisjazæ: inter eam & Sjaubecham ſunt tres diætæ.* Id inferius ad *Sjaubecham* incudi reddam. Nunc *Mobam* iſtam reſumam ſub manus, quam ſtatim recognoſces ex *Abulfedæ* noſtri rubrica in *Tab. Syriæ* ماب وهي الربة *Moba, quæ eſt Rabba.* Ejus *long.* 56. 30. *lat.* 31. 30. ſecundum *Librum* اطوال *Longitudinum*, ſed ſecundum القياس *Elkyas*, aliud ita dictum opus; *long.* 37. 30. *lat.* 31. 38. Non potui hoc diſcrimen omittere ob ſequentem diſcuſſionem Geographi principis. وماب مدينة قديمة اولية قد بادت وصارت قرية تسمي الربة وهي من معاملة الكرك وهي عن الكرك على اقل من نصف مرحلة في جهة الشمال فعلي هذا في طولهما وعرضهما المذكورين نظر والاقرب ما اثبتنا

من

من القباس في الجدول وبالغرب من الربة رابية مرتفعة الي الغاية وعليها بناية تسمي سبحان تظهر من بعد ولباب ذكر شهير في تواريخ الاسرايليين قال في العزيزي وبينها وبين عمان علي طريق الموجب ثمانية ولربعون ميلا *Moba autem eſt Civitas perantiqua, Primæva; quæ interiit, in vicum converſa, & Rabbat appellata nunc. Sub ditione eſt Caracha, atque a Caracha minus dimidia abeſt diæta, ad plagam borealem. Id ſi verum, de longitudine & latitudine quas poſui conſiderandum: vero proximum quod ex Elkijas præfinivimus in Tabula. Haud procul a Rabba eſt collis longe eminentiſſimus, ſuper quo ſtructura, Sichon dicta, e longinquo conſpicitur. Mobæ hujus celebris eſt mentio in Chronicis Iſraelitarum. In Azizio dicitur, inter eam & Ammon, in via Mansjibi, eſſe, octo & quadraginta milliaria.* Hoc *Ammon* ſupra, ſub *Aſſeltum*, produxi. De *Mansjibo* habeatur ex *Lex. Geogr.* eſſe بلد بالشام بين القدس والبلقاء *Oppidum Syriæ inter Hieroſolymas & Belkaam.* Non diſplicebunt Eruditis hæc vetuſtatis monumenta, & rudera iſtius *Rabbat Moabitarum*, quæ Ῥαββάθμωβ, cum levicula mutatione elementi, apud *Stephanum*, ſive *Areopolis*. Alias *Moba*; & incolæ *Mobeni*.

CARKISIA قرقيسية. *Circeſium, Circeſſus, Cercuſium.* In *Exc.* 31. Nobile oppidum *Meſopotamiæ*, angulo iſti impoſitum, quem efficit *Chaboras* cum *Euphrate* in confluenti. *Amm. Marcell. l.* 23. 11. vocat *munimentum tutiſſimum & fabre politum, cujus moenia Abora & Euphrates ambientes, velut ſpatium inſulare fingunt.* In *Lex. Geogr.* قرقيسيا ſcribitur, atque ſic deſcribitur. بلد علي الخابور عند مصبة وهي علي الفرات جانب منها علي الخابور وجانب علي الفرات فوق رحبة مالك بن طوق *Oppidum eſt ad Chaboram, ubi ſe effundit in Euphratem. Ejus una pars Chaboræ prætenditur, altera Euphrati adjacet, ſupra Rahabam Malichi Ibn Tauki.* Adſcribitur ab *Abulfed.* iſti tractui *Meſopotamienſi* qui ديار مضر *Dyar Modar* appellatur, *long.* 64: 40. *lat.* 36. hiſce ſubtextis قال في اللباب وقرقيسيا مدينة علي الفرات والخابور بالغرب من الرقة وينسب اليها القرقيسياني وقد يحذف النون ويجعل عوضها الياء قال في العزيزي وقرقيسيا مدينة شرقي الفرات والخابور الذي يخرج من راس العين فيصب الي الفرات قريبا منها وهي مدينة الزبا صاحبة جديمة الابرش وبها عمارة *In Ellubab eſt, Karkiſiam eſſe Civitatem Euphrati & Chaboræ aſſitam, haud procul Rakka. Ejus gentile eſt Carkiſianus, pro quo & Carkiſiæus effertur, extrito Nun. Alazizio Carkiſia eſt Civitas ad Orientem Euphratis & Chaboræ, qui oritur ad Raſolainam, atque ſe evolvit in Euphraten prope Carkiſiam. Hæc erat Regia Urbs Zenobiæ, Uxoris Sjadimæ ſparſo ore. In ea extat Xenodochium.* Magno jam conſenſu tenetur a Viris Doctis eſſe *Cercuſium* illud in ſacris nobilitatum *Carcemiſch.* Vid. *Boch. Phal. L.* 4. *c.* 21. *Vitr.* ad *Eſai.* 10: 9.

CARRÆ حران. Vide mox *Charræ.*

CASTRUM *Curdorum* حصن الاكراد. Vide infra ſub voce *Curdi.*

CASTRUM *Chaipha* حصن كيفا. Redi ad *Caipha* ſupra.

CAUCHEBA. *Chaucheba.* كوكب. Arx percelebris in hac *Hiſtoria.* Vid. *p.* 76. *Vit.* & 88. Ejus conſpectum præbet *Lex. Geogr.* كوكب اسم قلعة علي الجبل المطل علي طبرية حصينة تشرف علي الاردن من فتوح صلاح الدين وخربت بعد *Caucheb eſt nomen arcis ſuper monte, qui impendet Tiberiadi, multo munitiſſimæ, imminentiſque Jordani. Expugnavit eam Saladinus, atque poſtmodum vaſtata fuit.* Vocabulum كوكب כוכב *Stellam* denotat. Non poteſt ergo eſſe Καχάβη, vel Καπάβη *Epiphanii* ultra *Adraam* in *Baſanitide*; multo minus Χαβὰ ad ſiniſtram *Damaſci*, uti ſuſpicabatur Cl. *Rel. p.* 727. 728.

CHABORAS الخابور Eſt fluvius *Meſopotamiæ*, cum oppido cognomini, in *Euphraten* ſeſe effundens ad *Carkiſiam, Cercuſium*, ut paulo ante vidimus. In *Exc. p.* 31. utrumque ſe offert, ubi quum *Saladinus*, ad *Chaboram* progreſſus, dicitur ſubegiſſe *Karkiſiam, Machefinum, Arbanum & Chaboram*, prius *fluvium*, poſterius *oppidum* conſignat; hæc enim quatuor loca fluvio iſti adjacent. *Lex. Geog.* الخابور اسم لنهر لبير مخرجه من راس العين يصب الي الفرات من ارض الجزيرة عليه ولاية واسعة وبلدان جمة منها عرابان وماكسين وقرقيسيا والخابور خابور الحسنية من اعمال الموصل

Digitized by Google

في شرقي دجله وهو نهر من جبال لرض السدوران عليه ميل ولسع وقمري في شمالي الموصل قبل مخرجه من لرمينيه ويصب في دجله

Alchabour est tamen magni flaminis ad Rasolainam egorti atque in Euphratem defluentis, ad Mesopotamiamque pertinentis. Amplissima præfectura, cum oppidis bene multis, ei præteditur, e quibus Arabanum, Machesinum, Carkisia. Est quoque Alchabour hinc diversus, qui alias Chaboras Hesenensis, ditionis Mosulitiæ; ad orientem Tigris. Hic fluvius e montibus terræ Douran existit, etiam ampla ditione pagisque insignis, ad aquilonare latus Mosulæ. Alii dicunt exire eum e montibus Armeniæ, atque in Tigrim evolvi. En tibi, in posteriore hocce, חבור *Chabor Scripturarum*, 2 *Reg.* 17. 6. nondum satis cognitus, nisi quod *Ptolemæo* χαβωρας est *Assyriæ* pars montosa, quæ *Mediam* contingit. Prior χαβωρας cum suo sibi oppido, sive *Aborensium castello cognomini* notissimus, qui *Amm. Marcell.* est *Aboras* ut *Strab.* Ἀβόρρας.

CHAIPHA حيفا *Haipha* in *vita*. Est oppidulum ad radices *Carmeli*, cujus mentio *injicitur* ad *Alfrag.* 132. In *Lex. Geogr.* حيفا حصن على ساحل بحر الشام قرب يافا قال واحسبه قصر حيفا *Haipha est castellum ad litus maris Syriaci prope Jaffam. Existimo autem esse quod Casr-Haipha alias vocatur.* At sub isto elemento قصر حيفا *Kasr-Haipha* est موضع بين حيفا وقيسارية *Locus inter Haipham & Cæsareum.* Hæc videntur confassora. Apud Cl. *Rel: Palæst. p.* 699. occurrit *Hepha*, *Kepha*, *Caiphas*, in *Notit. Vet.* Et *pag.* 819. iterum ex *Nubiensi* in clariore lumine collocatur, moneturque *Tyrio* visum, esse veterum *Porfiria*, Πορφυρεων apud *Steph.* Ipse *Reland.* suspicatur esse *Gabam* sic dictam apud *Josephum*, indeque nata nomina *Hephæ*, *Kephæ* כיפים *Caiphas* in *Itin. Benj.* quum tamen apud *Thalmudicos* scribatur longe diversis literis הֵיפָה *Hipha*. Iisdem elementis reperio etiam apud *Bohadinum* nostrum هيفا *Haipha. Hipha. vita. p.* 71. & in *Exc. p.* 41. quam diversam autumo ab حيفا *Chaipha*. Habes & *pag.* 821. *Palæst. Rel.* בית הֵיפָה & *Thalmudis*, & gentile הֵיפָנִי *Hipponensis*, ab *Hippos* cujus frequens apud *Josephum* mentio. Id crediderim esse هيفا *Hipha*, *Haipha*, ut infra reddetur, diversum ab حيفا *Caipha* ad *Carmeli* pedem.

CHALATA خلاط, itemque اخلاط *Achlat*, in *vita* 61. &c. &c. *Exc.* 35. 36. 37. &c. &c. *Armeniæ* minoris Metropolis, ut insinuatum sub voce *Armenia*. Vide & sub *Adserbeisjana* ubi *long.* & *lat.* expressa. *Lex. Geogr.* jubet legere *Chilata*, per *Kesra* primæ; sed *Abulfeda* tenet, per *Phata*, *Achlat* vel *Chalat*; atque hanc brevem delineationem apponit عن بعض اهلها واخلاط في مستو من الارض ولها بساتين كثيرة ولها عدة انهر تاتيها علي شبه انهر دمشق وليس يدخل المدينة منها الا الشي اليسير ولها سور خراب وهي علي قدر دمشق وبردها شديد والجبال عنها علي اكثر من مسيرة يوم قال ابن السعيد واجل مدينة بارمينية مدينة خلاط وذكرها جليل الشهرة قال في العزيزي وبينها وبين ملازجرد سبعة فراسخ

Habeo a quibusdam incolarum ejus, Chalatam jacere in planitie terræ; atque hortis abundare. Abundare & annibus, ad ipsam decurrentibus similitudine amnium Damasci: sed exiguam tantum partem inde in urbem penetrare. Murum ejus dirutum esse. Magnitudine Damascum æquare. Intensum ibi frigus regnare. Montes inde diei amplius iter abstare. Ibn Sayd tradit, splendidissimam Armeniæ urbium esse Chalatam, ejusque nobilitatem esse memoriam. In Azizio notatur inter eam atque Melazgierdam intercedere septem parasangas. Lexicographo nostro est بلدة مشهورة كثيرة الخيرات وهي قصبة لرمينية الوسطي يضرب ببردها في الشتا المثل وبحيرتها يجلب منها السمك الطريخ ليس في غيرها يحمل الي سائر البلاد البعيدة وهي من العجب فانها عشرة اشهر لا يوجد فيها حيوان لا سمك ولا غيره ثم يظهر بها السمك مدة شهرين فيصاد ويكبس

Oppidum percelebre, copiosissimumque: Metropolis Armeniæ mediæ: cujus hyemale frigus in proverbium abierit. Habere autem lacum, cujus piscis Ταριχος, *muria conditus, usquam alibi inventus, distrahatur, atque in remotissimas oras exportetur. Miraculi quid etiam subesse hic, quod per decem nempe menses nullum animans reperiatur* in illo lacu, *non piscis, non aliud. Inde bimestri spatio comparere pisces, capi, condiri.*

CHAPHER-*Zimarum* كفر زمار *Exc.* 37. In *Vita* 61. dedi *Cupher-Zammarum*, quod rectius, nam in *Lexic. Geogr.* effertur *Capher-Zammar*, additurque esse من قرى الموصل

الموصل وقبل ناحية واسعة من عمل قردي *E vicis Moſulæ; dici etiam eſſe tractum amplum ditionis Kardienſis.* Eſt autem قردي *Kardi* eidem قرية من جبل الجودي التي لرست سفينة نوح عندها *Vicus montis Gordiæi, ubi Arca Noæ ſtationem repperit.* Frequentiſſimum eſt in compoſitione vocabulum כפר *Chapher, Capher*, quod eſt כפר *pagus, vicus*, & viginti amplius hinc incipientia loca enotavit *Lex. Geogr.* Habuimus paulo ante *Capher-tahum* & *Capher-latham.*

CHARRÆ حران *Carræ.* In Vita *p.* 60. 61. 123. & paſſim. In *Exc. p.* 37. 50. 60. 61. atque alibi ſæpe. *Lex. Geogr.* حران بتشديد الراء مدينة قديمة قصبة ديار مضر بينها وبين الرها يوم وبين الرقة يومان قيل هي اول مدينة بنيت بعد الطوفان ونزلت منازل الصابية الحرانيين الذين يذكرهم مصنفو الملل والنحل وهي مهاجر الخليل عليه السلام وحران ايضا من قرى حلب وحران الصغرى وحران الصغرى قريتان بالبحرين لبني عامر وحران ايضا قرية بغوطة دمشق *Charran, duplicata Re, eſt Civitas antiqua, Primaria Diar-Modareuſis* in Meſopotamia *regionis; inter quam & Edeſſam unus, Raccam vero duo dies ſunt diſtantiæ. Dicitur hanc primam poſt diluvium conditam eſſe urbem, ibique ſedes ſuas tenuiſſe Sabios Charranenſes, quos commemorant qui de Religionibus & Sectis conſcripſerunt. Amicus Dei,* (Ita *Abrahamum* vocitant, nota etiam Scripturæ phraſi,) *ſuper quem pax, huc fuga religioſa ſe contulit. Charran quoque e vicis eſt Halebenſis agri. Exſtat & Charran Major, Charranque minor, in provincia Bahrein, ad Amiritas pertinentes. Denique* Charran *eſt vicus etiam in Damaſcenis Tempe.* Non pœnitebit & *Abulfedam* audiviſſe; qui item *Diar-modarenſi* tractui attribuit, *long.* 68. *lat.* 37. 50. atque ita pergit وكانت حران مدينة عظيمة واما اليوم فخراب قال ابن حوقل وهي مدينة الصابيين وبها سدنتهم السبعة عشر وبها تل عليه مصلي للصابيين يعظمونه وتنسب الي ابرهيم وهي قليلة الماء والشجر قال في العزيزي والجبل منها في سمت الجنوب والمشرق علي فرسخين وتربتها حمراء وشرب اهلها من قناة تجري من عيون خارج المدينة ومن الابار *Charran Civitas fuit magna, ſed nunc devaſtata jacet. Auctor eſt Ibn Haukel, eam eſſe Urbem Sabiorum, ubi ſint Æditui eorum ſeptem & decem. Eſſe quoque in ea collem cum oratorio impoſito, quod magno in honore habeant Sabii, atque ab Abrahamo nomen trahere. Non multa ibi nec aqua, nec arbor. Alazizius dicit, mons inde eodem coeli vertice diſtat, ad auſtrum & Orientem, duabus paraſangis. Terra ejus rubra. Potus incolarum, per aquæ ductus e fontibus extra urbem, & putèis, derivatos.* Hæc celebre illud in Sacris חרן *Charran, Haran Abrahami* multa luce perfundunt. Adi inſuper Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 249. 250. &c.

CHERUBA الخروبة Locus haud procul *Ptolemaide*, ut ipſe Auctor in *vit. p.* 109. indicat. *pag.* 18. *Cherubba* præferebat MS. الخرنوبة, ſed deinceps conſtanter prius retentum. Non tamen vitioſum illud *Chernuba*, nam *Arabibus* خروب *Cherroub* & خرنوب *Chernoub* ex æquo *ſiliquam dulcem* conſignant. Hinc autem nomen fluxiſſe docet noſter *Lexicographus*; cui porro الخروبة حصن بساحل بحر الشام مشرف علي عكا *Alcherrouba* eſt *Arx in litoralibus Syriæ immineus Ptolemaidi.* Credo eſſe tractum montoſum, in quo arx eminet.

CHIPA الخيف in *vita* 77. ubi مسجد الخيف *Chiphæ templum* habes. Eſt *Clivus* prope *Meccam*, in quo *delubrum* extat; quod frequentare per 4. *conj.* لخيف exprimunt. Nomen tractum a خيف *Chaiph* & *Chyf*, quod proprie *colliculum* ſonat *ad radices montis altioris, aquis e ſuperiore loco defluentibus aggeſtum.* ſic ad *Conſ.* 14. *Harir. Teblebius.* Aliter tamen *Tebrizius* ad *Hamaſa.* Sed faceſſat nunc hæc criſis, & *Lexicographi* noſtri auctoritas quoque hoc ipſum firmet خيف هو المنحدر من غلظ الجبل قد لرتفع عن مسيل الماء فليس شرفا ولا حضيضا وخيف مني هو الموضع الذي بنسب اليه مسجد الخيف *Chayf eſt quo deſcenditur e majore monte locus, fluxu aquæ congeſtus, qui nec eminedt nec plane ſubſidat. Eſt autem Chayf Minæ, locus a quo Templum Chyphæ cognominatur.* Confer infra *Mina.*

CHORZEMUM خرزم. in *vita pag.* 51. Locus inter *Chalatam* & *Moſulam*, cujus nullam

repperi mentionem in fontibus meis. Forte ſubeſt quid vitii in MS.

CHORZINUM كرزين in *vita p.* 51. ad finem. Rectius *Charzinum*, monente *Lexicographo*, cui eſt قلعة من نواحي حلب بين نهر الجوز والبيرة *Arx ditionis Halebenſis, inter fluvium Alsjauz & Biram.*

CHOWAILEPHA. الخويلفة in *vita p.* 231. ad finem. *Aqua* ſic dicta, in *Palæſtinæ* finibus *Ægypto* contiguis. *Lex. Geogr.* ſimpliciter خويلفه موضع بنواحي فلسطين *Chowailepha locus eſt in tractibus Palæſtinæ.*

CONIA قونية. *Iconium.* Vide ad iſtam vocem.

CONSTANTINOPOLIS القسطنطينية in *vita* 110. & 129. 130. ubi narratur legatio *Conſtantinopolitana* ad *Sultanum.* In *Exc. p.* 59. *Lexicographus* noſter de ea annotavit قسطنطينية ويقال قسطنطينه باسقاط يا النسبة كان اسمها برنطيه فنزلها قسطنطين الاكبر وبني عليها سورا وسماها باسمه وصارت دار ملك الروم الى الان واسمها اسطنبول ايضا والحكاية عن عظمها وكبرها وحسنها كبيرة ولها خليج من البحر يطيف بها من وجهين مما يلي المشرق والشمال وجانباها الغربي والجنوبي في البر وسمك سورها احد وعشرون ذراعا وسمك الفصيل مما يلي البحر خمسة بينها وبين البحر فرجة نحو خمسين ذراعا وذكر ان لها ابوابا كثيرة نحو ماية باب منها باب الذهب وهو حديد مموه بالذهب

Conſtantinia, quæ & Conſtantina, ejecto je derivationis, ante vocabatur Byzantium. Conſedit ibi Conſtantinus ille Magnus, muroque circumdatæ indidit ſuum nomen, evaſitque ſedes Imperii Roumæi uſque ad hoc tempus. Appellatur quoque Iſtanbol. De ejus magnitudine, magnificentia, pulchritudine, nimia mira narrantur. Sinu maris præcingitur a duobus lateribus, quæ orientem ſpectat & qua ſeptentrionem. Latera Occidentale & Auſtrale terræ continentia ſunt. Altitudo muri majoris viginti & unum aquat cubitos. Minoris muri, qua mare attingit, quinque; (hic exiguus in MS. eſt hiatus) *inter quem & mare ſpatium intercedit cubitorum quinquaginta. Plurimas habere portas traditur, ad centum. Ex iis quæ vocatur Aurea, ferro conſtat, cui aurum eſt inductum.* Apud *Abulfed.* producitur in ultima operis *Tabula*, viceſima octava, quam ſignat titulo الجانب الشمالي ويشتمل على بلاد امم مختلفة *Lateris Septentrionalis, quod complectitur regiones gentium diverſarum.* Ibi obtinet *Long.* 49. 50, *lat.* 45. Reliqua, quæ ſubtexit, nihil novæ lucis ferunt. De hodierno nomine اصطنبول *Iſtanbol*, cujus meminit *Lex. Geogr.* videatur *Hyde* ad *Peritz. p.* 52. qui oſtendit a Turcis id corruptum, qui *Stinopol* contraxerint, & mox *Iſtinbol*, *Stinbol*, *Stanbol* cœperint ſonare. vulgare illud Εις την πολιν *Is Tin pol* acutius eſt, quam verius.

CURDI اكراد *Acrâd*, in *Plur. Fr.* a ſing. كرد *Curd*, prout اتراك *Atrâc* eadem forma *Turcas* deſignat, a ترك *Turc.* Utrumque proſtat in *Exc. Iſpahanens.* الكرد والترك *ſing. collectivo.* In *plur.* legitur, *vitæ p.* 63. In *not.* ad *Alfrag. p.* 227. ſignatur a Cl. *Gol.* ut *Gens dura, valida, barbara, latrociniis & prædationi dedita, & jugi impatiens ab omni ævo, qui ſuum ſemper habuerint ducem ſive dynaſtam hæreditarium.* Eorum potiſſima ſedes *Sjabrezour*, quæ eſt urbs & regio ab aliis *Adſerbeisjanæ*, id eſt *Mediæ*, ab aliis *Parthiæ*, ab aliis *Irakæ Perſicæ* attributa, id eſt *Aſſyriæ.* In mappis hodiernis *Turcica* pronuntiatione *Sjabrezoul* comparet fere, gloriæque ſibi deputat Imperator *Turciæ*, titulis domitarum regionum *Sjabrezoul* quoque inſertare, ut ſe *Curdici nominis* victorem ferat; quod *ibid. p.* 229. annotatum eſt. *Curdiſtan* quidem nemini incognita eſt plaga; ſed unde *Curdorum* tum gens tum appellatio emerſerit, haud adeo compertum. Cl. *Gol. p.* 17. ad *Alfrag.* autumat reliquias eſſe *Chaldæorum*, ut ex كلدانيون *Chaldæis*, non tantum كسدانيون *Chaſdæi*, ſed & كردانيون *Chardæi*, *Churdæi* ſint conformati, iidem cum veterum quoque *Gordyæis.* Hæc mihi quidem non magnopere rident. *Gordyæi*, & Γορδυαῖα ὄρη in *Armenia* fuere, qua *Meſopotamiam* attingit. Mons *Ararat*, in quo Arca reſedit, creditur eſſe *Gordyæus*, traditione antiqua, qua ductus *Onkelos Gen.* 8. 4. מורי קרדו *Montes Kardon*, vel *Kordon* induxit. Illi apud Arabum *Geographos* male pertinaci errore ſunt جبل جودي *Montes Giondi* pro *Giordi* ي & و, جردي facile confuſis. Neve exiſtimet aliquis eſſe hæc a manu erante librariorum, en *Lexicographum* meum, qui ordini literarum alligatus, dedit الجودي جبل مطل على جزيرة بن عمر في شرقي دجلة من اعمال الموصل استوت عليه سفينة نوح لما نضب الماء *Gioudy Mons eſt imminens Inſulæ Filii Omar ad latus Orientale Tigris, ditionis Moſuliticæ, ſuper quo conſedit Arca Noæ, quum ſubſederunt aquæ.* Sed & ecce tibi aliud ex hoc *Lex. Geogr.* veſtigium vetuſtatis venerandum قردي وبانريدي قريتان من جبل الجودي

الجودي بالجزيرة بقرب قرية ثمانين التي لرسن سفينة نوح
عندها قبل قردي في شرقي دجلة يقابل الجزيرة ينتسب اليها
ولاية كبيرة نحو مائة قرية منها الجودي وثمانين وغيرها

Kardy & Bazydy sunt duo viri montis Gioudy in Mesopotamia, prope vicum Thsemanyn, ubi Arca Noe resedit. Dicitur etiam Kardy ad Orientem Tigris, e regione Mesopotamiæ, jacere, atque inde nomen trahere magnam Præfecturam circiter centum vicorum, ad quam & Gioudy & Thsemanyn & alia pertineant. Expressi *Kardy*, non *Kordy*, quia diserte بالفتح per *Phata* sonandum esse monetur: prout & *Xiphilinus* extulit τὸ Κάρδυης ὄρος, pro Κάρδυον. In *Ann. Alexandr. Eutych. t. 1. p. 41.* habes quoque *Ararat esse montem Al Gioudi, in Mosuliticaque Provincia Diar-Rabya consedisse Arcam*, ad vicum *Korda*, Kardy, *eamque terram hodie* vocari *Thamanyn, insulamque Bani Omar.* Istud *Thamanyn*, *Thsemanyn* productum ex ثمان vel ثمانية *Thsemani* vel *Thsemania*, שמנה, *Octo*, ut conjicio, ad memoriam numeri ex Arca egressi semper recentandam. Jam vero nimis a كسداني *Chaldæis* deflectit قردي *Kardyæus. Gordiæus*, quam ut inde postremum hocce tractum esse adduci queam. Unde ergo اكراد *Curdi* nostri? A *Gordyæo* hoc monte & tractu dicerem, si اقراد scriberetur. Nec tamen iste scrupulus tanti forte censebitur. Utique non moratus est cum *Herbelotius*, qui hisce in literis regnavit; sub voce *Curd* insinuans, gentem oriundam esse e *montibus Gordyæis*, si *Arabum* Philologos audiamus اكراد *Curdi* appellati sunt a *rad.* كرد *Carada, exulit, patriis sedibus exegit*, narrantque *Curaos* esse *miscellam hominum turbam* qui sub sævissima tyrannide *Zohaki*, Quinti *Pischdadiensium* Regnatoris in *Persia*, relictis Laribus se in asperrimos montes fuga subduxerint, *Curdistaniæ* nomine deinceps celebratos. Extat Orientalium hac de re fabula apud *Herbel.* in *Dhohak.* Mihi & hæc parum firma fidaque reputantur; *Curdosque* cum sua sibi origine in medium relictos malim: quando enim in domesticis vix talium constare potest ratio, quanto minus in toto cœlo orbeque remotis? Recurratur ad vocem *Sjahrezour* infra recensendam.

CURDI *Rawadiæi* الاكراد الروادية. In *Exc. p. 8.* ubi ex *Ibn Elathyro* dicitur *Sjyrchouhum* & *Jobum*, patruum patremque *Saladini*, *Sjadiadas*, originem traxisse a *Curdis Rawadiæis.* Cl. *Herbel.* in voce *Aiub Ben Sjadi*, ex eodem *Ben Athir* profert, *Rawadiah* nominatam fuisse *Curdorum tribum* non admodum inter eos honoratam. Nimis vereor aliquid vitii insedisse in codicem, quo usus fuit Vir Doctiss. nam in *Bibliotheca Humanioris doctrinæ Arabum*, ingenti opere, 15. voluminibus digesto per *Nœweirium*, splendido *Bibliothecæ Academicæ* ornamento, in *tom.* 26. diserte contrarium reperio sub ejusdem *Ibn Athyri* auctoritate. Traduntur ibi tres sententiæ circa originem & stirpem *Jobidarum* principum, quarum prima est ما قاله عز الدين علي بن الاثير المورخ ان نجم الدين ايوب من
بلد دوين من اذربيجان واصله من الاكراد الروادية وهذا القبيل هم اشراف
الاكراد *Quam refert Ezzoddinus Ali Ibn Elathyrus, Chronologus, Nesjmoddinum Jobum Dawyno, oppido Adserbeisjanæ, fuisse oriundum; stirpem autem ejus ductam esse ex Curdis Rawadiæis; quæ quidem tribus notilissima sit Curdorum.* Subjungitur dein Epicrisis hæc قال
الملك الامجد وهذا شي يجري علي السنة كثير من الناس ولم ار احدا
من ادركته من مشايخ بيتنا يعرف هذا النسب لكنهم لا ينكرون ان
نجم الدين كان بدوين قال والمشهور عندنا ان جدنا نزل
علي الاكراد وتزوج منهم فصارت بيننا وبينهم خوولة لا غير

Almalichus Alamsjadus dixit, Res hæc multorum quidem sermone concelebratur, perque ora volitat hominum, sed neminem vidi e senioribus Domus nostræ, quos mihi atate attingere licuit, qui hanc agnosceret genealogiam, quamvis non negarint Dawini habitasse Nesjmoddinum. Quod autem in nostra celebratur familia, ait idem, est, Avum nostrum descendisse ad Curdos, uxoremque ex iis sumsisse, quo pacto inter nos illosque conflata fuerit affinitas materna, nihil amplius. Reliquas sententias persequendi nunc non est locus. Historica est cura hæc, & patentiorem desiderat campum. De *Rawadiæis* præterea tenendum, sectam quoque quandam hæreticorum hoc titulo notari, qui *Metempsychosin* statuerint, indeque *Curdos* hosce sic fuisse denominatos, observante *Herbelotio* in voce *Revadiah*, ut & *Ravendiah.*

CURDORUM *Castrum.* حصن الاكراد. In vita aliquoties. In *Exc. p. 44. Curdorum arx.* Ejus mentio injicitur ad *Alfrag. 214.* ubi dicitur *Castrum* hoc super monte, *Libano* adhærenti, constructum, medio inter *Emesam* & *Tripolin* situ, unius diei intervallo utrimque distans: Nomenque impositum sive quod *Aiobitæ*, origine *Curdi*, structores fuissent, vel possiderent, sive quod a milite *Curdo*, præ ceteris bellicoso, insideretur. Hausta hæc ex *Abul-*

fed. qui in *Tab. Syr.* حصن الاكراد locat in *Provincia Emiſſenæ tractu montoſo, long.* 60. 30. *lat.* 34. additis hiſce lineamentis قال في المشترك وحصن الاكراد قلعة حصينة مقابل حمص من غربيها على الجبل المتصل بجبل لبنان ولها ريض وكانت مقر ولاية السلطانة قبل فتح طرابلس وهي على مرحلة من حمص وكذلك من طرابلس وهي بين حمص وطرابلس *Mosjtarechi auctor ait, Caſtrum Curdorum eſſe arcem munitiſſimam e regione Emiſſæ, ad Occidentale latus, in monte qui monti Libano annectitur, atque habere ſuburbium: fuiſſe etiam ſedem præfecturæ Sultanatus ante, quam Tripolis expugnaretur. Diſtat diei iter Emiſſa, ſimiliterque Tripoli; medium inter utramque civitatem ſitum obtinens.* De ratione appellationis nihil tamen apud *Abulfedam*; ut nec apud *Lexicographum*, qui ſimplicitur ait حصن الاكراد حصن منيع على الجبل المقابل لحمص وهو جبل الخليل المتصل بجبل لبنان بين بعلبك وحمص *Caſtrum Curdorum eſt propugnaculum firmiſſimum ſuper monte Emiſſæ objacenti, qui Mons Elchalyl*, Abrahami, *vocatur, contiguus Libano inter Baalbechum & Emiſſam. A Jobidis* nomen imponi non potuit, nec *Poſſeſſoribus*, nec *Strictotibus*, quia ante eorum exortum reperio in *Hiſtoricis*. Altera quoque ratio a Cl. *Golio* adducta, nimis eſt vaga. Talia ignorare non nefas, ubi monumenta ſilent.

CYPRUS قبرص. *Vita p.* 161. Inſulæ illius ſubjugatio per Regem *Angliæ* attingitur, & *p.* 165. Scribitur & قبرس In *Lex. Geogr.* ubi hæc tantum proſtant جزيرة في بحر الروم دورها مسيرة ستة عشر يوما وهي الان بيد الفرنج *Inſula eſt maris Rumæi circuitum explens ſexdecim dierum. Nunc tempeſtatis in manu eſt Francorum.* Quæ *Abulfeda* habet, jam adduxit illuſtravitque Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 302. Ibi non incurioſa reperies ad hodiernam ejus faciem ſpectantia.

D.

DAIR-ERRAHIB. دير الراهب *Cœnobium Religioſi.* Vicus ſic dictus in tractu *Arſefi Palæſtinæ. vita. p.* 192. *Lexicographus* noſter ferme ducenta enumerat loca, quorum nomen a دير *Dair* incipit, ſed hujus noſtri nullam fecit mentionem.

DAMASCUS دمشق. *Dimesjk* pronuntiatione *Arabica*, vel *Dimaſc.* Eſt *Sponſa Syriæ*, & *Paradiſus.* Priorem titulum ad *Aſcalon* reperies. Poſteriorem deprendes in hiſce *Lexicogr.* دمشق البلدة المشهورة قصبة الشام وهي جنة الشام لحسن عمارتها ونضرتها وكثرة اشجارها وفواكهها ومياهها المندفقة في مساكنها واسواقها وجامعها ومدارسها قيل سميت بذلك لانهم دمشقوا في بنايها اي اسرعوا وقيل هو اسم واضعها وهو دمشق بن كنعان وقيل غير ذلك وهي مشهورة *Damaſcus percelebrata illa Civitas, Syriæ eſt Metropolis ſimul, ſimul Paradiſus, ob pulchritudinem opportunitatemque ædificationis, atque abundantiam arborum, fructuum, aquarum ſeſe diffundentium per domos, per fora, per templa, per Gymnaſia ejus. Nomen hoc indoctis dicitur, quod in ea exædificanda celeritas adhibita, (celerare* ſcil. *Arab.* eſt *Damſchak*, & *Dimeſck* ſonat *expeditum.*) *Alii volunt a Conditore ejus Damaſco, filio Canaanis, appellationem duſtam. Alii alia adhuc produnt. Eſt autem civitas nemini non cognita.* Videamus & quid *Abulfeda* in medium ſit daturus. *Long.* ponit 60. *lat.* 38. 30. atque ſubnectit اما طول دمشق فلم يختلف فيه انه من الجزاير الخالدات سبعون فقط وعن الساحل ستون فقط من غير كسر واما عرضها فقد اختلف فيه واثبتنا في الجدول ما صح عندنا ودمشق مدينة اولية مشهورة وهي قاعدة الشام وغوطتها احدى الجنان الاربع المفضلة على سائر متنزهات الارض وهي غوطة دمشق وشعب بوان ونهر الابلة وصقد سرقند وقد فضلت غوطة دمشق على الثلثة المذكورات وفي شمالها جبل يعرف بجبل قاسيون يقال ان عنده قتل قابيل اخاه هابيل ومن متنزهاتها المشهورة الربوة وهي كهف في فم وادبها الغربي الذي عنده ينقسم مياهها يقال ان به مهد عيسى عليه

Digitized by Google

عليه السلم *Quod attinet ad longitud. Damasci, de ea dubium non est, quin ab Insulis Fortunatis præcise sint 70. grad. Ut a Litore 60. item præcise, absque ulla fractione minut. At circa latitud. variatur; signavimus in Tabula, quod nobis verius visum. Est autem Damascus Civitas antiqua, nobilitata, Syriæ Metropolis. Ejus Gouta quæ dicitur, inter quatuor Paradisos numerantur, qui præcellunt omnibus amœnissimis orbis terrarum locis. Sunt hi, Gouta Damascena; Rivus montibus interlabens Banuamiterum; Awoins Obolla; & Sogdius Samarcandæ; quibus tamen omnibus Palmam aufert Gouta. Ad septentrionem invenitur mons Kasiorum appellatus, apud quem fertur Kain fratrem Habelem occidisse. E celebratissimis ejus Tempe est Robwa, specus ad introitum vallis ejus occidentalis, ubi aquæ sese dividunt. Traditur hic incunabula invenisse Jesum, super quo pax sit.* Exspatiari jucunde possem per hosce quatuor *Paradisos terrestres*: sed cursum mihi magisque ac magis corripiendum sentio. Aliquem prospectum dedit Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 120. 121. 174. 178. De *Gouta* etiam *Damascena*, ipsaque urbe, eundem consuluisse haud pœnitebit *p.* 128. & *seq.* ubi etiam subnectitur, قاسيون *Kasiorum* esse forsan *Strabonis* Τάφρους. Nempe *Durus*, *Asperos* sonat illa vox. De montibus illis aliquid reperies in *Palæst. Kel. p.* 314. 324. Ceterum occupati per *Saladinum* regni subiique *Papenheimii* narrationem habes *vita p.* 41. *Exc. p.* 19. &c. &c.

DAMIATA دمياط. *Dimjat.* in *vita* 36. & alibi. Urbis *Ægyptiacæ*, multo famosissimæ, nomen, cum quo consonat Ταμιάθις *Stephani*, monitore Cl. *Gol. p.* 148. qui & Biblicum תחפנחס *Tampnis* huc confert. Sane & LXX. Τάφνας substituunt pro תחפנחס, notæque sunt hoc in tractu *Daphnæ Pelusiæ*; sed jam nec vacat, nec lubet talia accuratius discutere, atque sub examen vocare. Aperiemus tantum fontes nostros. *Lex. Geogr.*

دمياط مدينة قديمة بين تنيس ومصر على زاوية بين بحر الروم والنيل مخصوصة بالهواء الطيب وعمل الشرب الفايق وهي ثغر من ثغور الاسلام ومن شمالي دمياط يصب ماء النيل الى البحر الملح في موضع يقال له الاستوم عرض النيل هناك نحو مايتي ذراع وعليه من جانبيه برجان بينهما سلسلة حديد عليها حرس لا يخرج مركب الى البحر الملح ولا يدخل الا باذن *Damiata est Civitas vetusta inter Tanis & Misr*, Memphin, *sita in angulo inter Mare Rumæum & Nilum. Præpollet aëris bonitate, & confectione byssi præstantissimæ. Inter Islamismi numeratur præsidia ac claustra. Ad latus septentrionale Damiatæ evolvitur aqua Nili in mare salsum, loco qui ostium, ثغر, dicitur. Latitudo Nili ferme centum ubi æquat cubita; eique hinc & hinc injunctæ geminæ turres, inter quas ferrea tenditur catena, appositæ custodiæ, ita ut nulla navis nec egredi possit ad mare salsum, nec ingredi, nisi data venia.* Perrupta illa Catena, expugnataque *Damiata* Anno *Hegiræ* 616, *Harlemensibus* immortalia peperit decora simul, atque insignia. *Abulfeda* ponit *long.* 58. 50. *lat.* 31. 25. pergitque

دمياط كانت مدينة مسورة الى البحر عند مصب النيل الشرقي ثم خربت وبني بالقرب منها بلدة تسمى المنشية هي مدينة ذات اسواق وحمامات وخربت دمياط في سنة ثمان ولربعين وستماية وكانت اسوارها من عمارة المتوكل الخليفة العباسي وكان سبب تخريبها ما قاساه المسلمون عليها من الشدة مرة بعد اخرى بسبب قصد الفرنج اياها بجموعهم مرة بعد اخرى

Damiata fuit Civitas mœnibus cincta ad mare, atque ad ostium Nili Orientale. Sed destructa est, in ejusque vicinia exædificatum oppidulum Mansyia dictum; quod foris balneisque pulcre est instructum. Damiata fuit diruta anno octavo & quadragesimo supra sexcentesimum. Mœnia ejus condita fuerant ab Almutewacchelo, Chalypha Abbasida. (Regnavit ab æ. *Heg.* 232. ad 247.) *Causam præbuit urbi huic demoliendæ durus Musulmannorum perpetuusque circa eam labor, quum identidem a Francorum copiis impeteretur.*

DAROUNUM. الدارون *Daron.* in *vita* 72. 227. &c. &c. vera tamen Scriptio est دارم *Daroum* apud *Abuiphar. p.* 277. versionis: ut & in *Exc.* nostris *p.* 42. atque ita *Wilh. Tyr. Lib.* 20. 20. *Darum* exarat, declaratque *Domum Græcorum.* Nempe constatum esse videri potest ex دار *Dar domus*, & روم *Rumæi*, *Græci*: traditionemque affert *Tyrius* incolarum, priscis ibi temporibus fuisse *Græcorum Monasterium.* Describitur ab eodem ut *Castrum modicæ quantitatis, forma quadrata, quatuor habens turres angulares. A mari distans quasi stadiis quinque; a Gaza milliaribus quatuor, trans Torrentem illum qui dicitur Ægypti.* Meminit ejus *Lex. Geogr.* ubi etiam الدارم *Daroum* pronunciatur, dicturque esse بعد

غزة للقاصد الى مصر بينها وبين البحر مقدار فرسخ بها صلاح الدين لما ملك الساحل

Ara ultra Gazam, tendenti in Ægyptum; inter quam & mare sit spatium parasangæ: quamque Saladinus, quum Palæstinam subegit — — Hinc oratio, & excidit

verbum aliquod, *expugnavit*, videlicet, aut simile quid. Liquet autem ex comparatione mensuræ, locum *Tyri* in mendo cubare, nam quum *Parasanga* complectatur *stadia triginta*, illa *quinque* nihili sunt, & major numerus a mala manu omissus credi debet; ut a manu auctoris fuerit vel *quasi quinque & viginti*, vel & *quasi triginta quinque stadia*, prout *quasi* istud in utramque se partem potest accommodare. Suspicor quoque دارم a דָּרוֹם *Darom*, *Plaga australis*, quæ *Daromas* signate dicta, nomen invenisse, quum ejus extremum constituat terminum.

DAWINUM دويين. Urbs unde *Jobus Saladini* pater oriundus. *p.* 3. *Exc. p.* 8. ubi illa terrarum exstet docebit *Lexicogr.* دويين بلدة من نواحي لران في اخر حدود اذربيجان تعرف بتغليس *Dawyn est oppidum in tractibus Araniæ, ad extremos fines Adserbeisjanæ. Vocatur & Teflys.* Postremum illud mendo haud carere putem, omninoque legendum تغرب بتغليس vel بقرب تفليس *haud procul Teflyso*, ductibus literarum similibus, præsertim in MSS. Dubitare non patietur *Abulfeda*, qui ut *Teflysum* tribuit *Araniæ*, ita *Dawinum* vindicat *Armeniæ*, secundum generaliorem illum conspectum, quem aperui sub *Adserbeisjan* supra. Nunc speciatim eodem ex fonte adjungo قال ياقوت في المشترك ودويين بلدة من نواحي لرمينية بقرب تفليس والبها ينسب الملوك بنو ايوب وقال في اللباب انها من اذربيجان والظاهر انها من لرمينية حكى ذلك ياقوت *Jacutus in Almosjtarec ait Dawinum esse Oppidum Armeniæ, haud procul Teflso: atque inde originem ducere Reges Jobidas. Eilubabi auctor dicit ad Adserbeisjanam pertinere Dawyn. Sed manifestum, Armeniæ potius accensendum esse, ut Jacutus tradidit.* Nil mirum inter *Adserbeisjanam*, *Armeniam*, & *Araniam* sese dividere sententias *Geographorum*, quum ne fines quidem harum regionum dividi regique posse dicant, ut sub *Adserbeisjan* ex *Abulfeda* est adductum.

DERBESACUM. دربساك. Arx prævalida, *Antiochiæ* vicina, in *vita p.* 85. ubi ejus expugnatio narratur: & in *Exc p.* 45. Apud *Abulfed.* accensetur جند قنسرين *Provinciæ Kinnesrynæ*, *long.* 61. *lat.* 36. وهي ذات قلعة مرتفعة لها عين وبساتين وهي خصبة ولها مسجد جامع ومنبر ولها من شرقيها مروج متسعة حسنة كثيرة العشب يمر بينها النهر الاسود وهي عن بغراس في الشمال بمسيرة الى الشرق وبينهما نحو عشرة اميال

Est locus arce præditus præcelsa, fontibus hortisque uber. Habet templum Cathedrale & suggestum. Ab orientali latere præcingitur pratis spatiosissimis, pulcherrimis, herba copiosissimis; quæ secat fluvius Niger. Pagris ad aquilonem est, cum inclinatione quadam ad ortum. Distantia est 10. *admodum mill.*

DIAR-BECR ديار بكر, indeque *Diarbecrenses* الديار بكرية *vita* 44. 104. 105. &c. Quære sis infra sub *Mesopotamia*.

DUNEISIRA دنيسر *Duneisirum*, in *vita p.* 60. Obiter tangitur ad *Alfrag.* 242. In *Lex. Geogr.* دنيسر بلدة مشهورة من نواحي الجزيرة تحت جبل ماردين لرضها حرة وهواوها صحيح والله اعلم *Duneisir est oppidum celebre in tractibus Mesopotamiæ, sub monte Merdyni. Ejus terrenum adustum; aër Salubris. Deus novit.* Non extat in *Tabulis Abulfedæ*.

E.

EDESSA. الرها *vita p.* 50. 60. &c. &c. *Exc.* 39. 50. &c. &c. Oppidum *Mesopotamiæ* apud *Græcos Latinosque* etiam prænobile, *Callirrhoe* alias, *a fonte* inquit *Plinius*. Inde *Arabes* arripuere sonum الرها *Errohe*, ut observatum a Celeb. *Gol.* ad *Alfrag.* 244. cujus gentile الرهاوي *Errohensis*. Situm indicat *Lex. Geogr.* الرها مدينة بالجزيرة فوق حران بينهما ستة فراسخ قبالة لبيها بالرومية اداسا *Errohe est Civitas Mesopotamiæ supra Charras, ad intercapedinem sex Parasangarum. Fertur nomen ejus Romæum fuisse Edessa.* Contribuitur ab *Abulfeda* in *Tab. Mesop.* ديار مضر *Diar-Modarensi tractui*, *long.* 62. 50. *lat.* 37. atque ita delineatur. كانت الرها مدينة كبيرة وبها كنيسة عظيمة وفيها اكثر من ثلثمائة دير للنصارى وهي اليوم

اليوم خراب قال في العزيزي والرها مدينة رومية عظيمة فيها اثار عجيبة وهي بالقرب من قلعة الروم من الجانب الشرقي الشمالي عن الفرات

fuit Errohe Civitas ampla; Templo insignis Christianorum, qui & in ea trecenta amplius habuere monasteria. Nunc temporis in ruinis jacet. In Elazizio est, fuisse urbem Rumæam, grandem, admirandis spectabilem vestigiis. Haud longe abest ab Arce Rumæorum a latere Orientali septentrionem versus inclinato Euphratis. Hanc arcem mox infra reperies in *Erroumum.*

ELA ايله. Adi *Aila.*

ELCHAURA الخورا *Exc. p.* 32. Ubi quum princeps *Carachanus* in *Hisjazam* se penetrare, *Meccamque* ac *Medinam* infesto petere agmine destinasset, oppressus narratur a prætore *Ægyptiacæ* classis in *litore Elchauræ.* Inde situs quodammodo perspicitur; sed ecce clariorem lucem ex *Lex. Geogr.* qui حشورا *Haura* exarat, aitque esse قبلية بمصر تكور في اخر حدودها من جهة الحجاز علي البحر شرقي القلزم وقبل الخورا مرقا لسفن البحر التي المدينة *Plagam Ægyptiacæ ditionis australem ad Orientale latus maris Rubri. Quin & stationem ibi pro navibus mare trajicientibus Medinam versus sic vocari.* Confer *Geogr. Nub. p.* 109. cui *Haura*, eadem scriptione per ح, est *oppidum ultra Ailam populosum, nobilibus incolis cultum* &c. &c.

ELGAURUM. Redeatur ad *Algaurum.*

ELHISNUM الحصن. *Vita p.* 104. Vide *Hisnum.*

ELKOSAIRUM. *Elkosair.* القصير *vita p.* 53. & 57. ubi non potest idem locus intelligi Nodum resolvet *Lex. Geogr.* القصير تصغير قصر في عدة مواضع منها قصير معين الدين بالغور من عمل الاردن والقصير ضيعة هي اول منزل لمن يريد حمص من دمشق *Elkosair diminutivum a Kasr*, Palatium, *multis extat in locis. Eorum e numero est Kosair Moynoddini in Algauro, ditionis Jordanensis. Est & Kosair pagus, qui primam præbet stationem Emissam Damasco pergentibus.* Habes jam utrumque locum sub conspectu positum; & cernis prius priori, posterius posteriori contextui convenire.

ELSJALOUTUM الجالوت *Vita p.* 53. Extat sub *Aineltjalut* supra.

ELSJUGRUM الشغر. Arx *Syriæ* cum gemella sibi sorore jam illustrata in *Becasum.*

ELSJYB الجيب *Elgyb. Vita* 243. bis vocatur ibi منزلة *statio*; haud procul *Hierosolymis.* Silet *Lexicographus* meus. *Gibea Benjaminis*, quæ &*Saulis*, nec sono, nec situ forte multum diffidet, nam *Josephus* eam 20. stadiis, alio tamen in loco 30; abesse ab *Hierosolymis* tradidit. Vid. Cl. *Rel. p.* 810.

ELWALIHUM الوالنه *Vita p.* 59. bis. Locus in tractu *Carachano*, haud satis mihi exploratus.

EMISSA *Emisa. Emessa. Emesa.* حمص *Hims*, ut sonant *Arabes.* In *Vita p.* 42. 43. &c. *Exc.* 20. 38. 44. &c. &c. *Elagabali* natalibus famosa urbs *Syriæ.* In *Lex. Geogr.* حمص بلد مشهور كبير مسور في طرفه الشمالي قلعة حصينة علي تل عال كبيرة بينه ودمشق وحلب في نصف الطريق

Hims est oppidum percelebre, magnum, moenitum, cujus in australi latere conspicitur Arx firma atque ingens super colle excelso. Mediam inter Damascum & Halebum viam occupat. Plura ibi subnectuntur de *Hims Amalekita*, unde nomen inveniisset; deque sacris ibi tumulis illustrium virorum, quæ me longius abducerent. Accedo ad *Abulfed.* qui *long.* 61. *lat.* 34. 20. præfigit; subscritque وحمص مدينة اولية وهي احد قواعد الشام وهي ذات بساتين شربها من نهر العاصي قال ابن حوقل وهي في مستوى من الارض خصبة جدا اصح بلدان الشام تربة وفي اهلها جمال مفرط ولبس بها عقارب ولا حيات واكثر زروع رساتيقها اعذا قال العزيزي هي قصبة الجند وبظاهر حمص علي بعض ميل بجري النهر المقلوب وهو الارنط ولهم عليه اجنة حسنة وكروم ويقال انه اذا غسل بماء حمص ثوب لم يضر لابسه حية ولا عقرب الي ان يغسل الثوب بغير ماء حمص وبشرة اهلها من احسن بشرة

Est autem Hims Civitas antiqua, una Regiarum Syriæ: hortis florens. Bibitur ex fluvio Elasi.

Ibn Haukel dicit eam positam esse in plano terreno, uberique admodum, atque esse saluberrimi omnium Syriæ urbium agri: incolisque ejus inesse pulchritudinem incomparabilem. Non reperiri quoque hic scorpiones, non serpentes: atque maximam partem arvorum ejus per universam regionem dulces tantum, sine mixtura amararum, fovere plantas. Alazizius ait eam esse Caput Provinciæ Emesenæ Præsidiariæ; atque extra eam, ad milliaria aliquot, præfluere Fluvium Inversum, qui est Orontes, qui hortis pulcherrimis, vineisque eorum, prætexitur. Fertur quum lotum fuerit aqua Emesena vestimentum, non scorpionem, non serpentem, nocere posse ei qui id gestarit: donec alia iterum aqua eluatur. Cutis incolarum ejus speciosissime renidet. De vocabulis العاصي *Elasi*, & النهر المقلوب *Fluvii inversi* tenendum, prius, quod *Refractarium* & *Immorigerum* sonat, *Oronti* esse inditum, quia non nisi vi rotarum, machinarumque, aquarum suarum præbet copiam. Posterius, quod contra atque reliqui *Asiæ* fluvii ab Austro feratur in septemtrionem: uti jam submonitum a Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 127. De *Emeseno agro*, venenatas bestias non patiente, velim inspiciatur quoque *Geogr. Nub. p.* 118.

ERRAKIMUM الرقيم *Exc. p.* 15. notatur esse *Locum Carachæ vicinum*. Aliquid lucis pandit *Lex. Geogr.* الرقيم المذكور في القران المجيد قيل هو لوح رصاص فيه مكتوب اسما اهل الكهف وقصتهم وبقرب البلقاء موضع يقال له الرقيم يزعم بعضهم ان اهل الكهف كانوا به والصحيح انه ببلاد الروم *Errakym memoratum in Alcorano præcellenti secundum quosdam est tabula plumbea, in qua perscripta nomina Sociorum Speluncæ & eorum Historia. Est in vicinia Albelkaæ locus qui Errakym vocitatur, in quo nonnulli interpretum contendunt socios istos fuisse. Sed verius est Alcoranum respicere ad locum in terris Rumæis.* Nempe in *Surata* 18. quæ الكهف inscribitur, *vs.* 8. cum اصحاب الكهف *Sociis speluncæ*, illis qui tam longum dormisse narrantur, jungitur الرقيم *Errakym*, Crux *Muhammedanorum* Aliis enim est *Variegatus* nempe *Canis*, cui proprium nomen قطمير *Kitmyr*, a verbo رقم רקם *Punctis variegavit*. Aliis *Pagus*, *vallis*, *terræ tractus*, sive jam in *Rumæorum* Provinciis, ubi fabulatores Christianorum eos locant; sive in *Palæstina*, locoque illo *Albelkaam* contingenti; quem nos nunc præ manibus habemus. Majus adhuc lumen feret *Abulfeda* in additamentis, margini *Tabularum* attextis, ubi hæc lego ومن الاماكن المشهورة بالشام الرقيم وهو بليدة صغيرة بقرب البلقاء وبيوتها كلها منحوتة من صخر كانها حجر واحد *Ex locis etiam celebratissimis in Syria est Errakymum, quod est oppidulum parvum in vicinia Albelkaæ; cujus omnes domus e petra sunt excisæ, tanquam si unum tantum forent Saxum.* Egregium enimvero monumentum, in quo haud ingratum fore Reio viris Eruditis Ἀρεκέμην illam *Josephi Antiq. l.* 4. *c.* 7. clarissimis characteribus deprendisse, quæ Φέκεμη رقيم *Rekim*, sine articulo, cum eodem prolata الرقيم Ἀρεκέμη exhibet, quæ *Petra* est, Metropolis *Petræa Arabiæ* a *Recemo* principe, ut *Josephus* autumat, tracta appellatione. Idem cap. 4. illius *Lib.* 4. *Ant.* eandem *Petram* Ἀρκη vocari dicit, pro quo Ἀρκὴμ vel Ἀρκὲμ rectissime restituitur, quod vel contractum est ex *Arrekem* الرقيم *Arrakim* meo; vel alia forma, *Arabibus* haud sane incognita, directe ارقم *Arkem*, *variegatus albo nigroque*, idem in origine cum رقيم *Rakim*, prout *Fabulosus* ille *canis*, de quo paulo ante, a *Variegato colore* sic nonnullis *Arabum* dictus videbatur. Liceat adhuc planius & plenius rem traloqui. رقيم & ارقم *Rekim* & *Arkem* proprie sonant Ἀρκάσκιον, estque radix رقم *Rakama*, eadem cum *Hebr.* רקם *acupinxit* atque *Variegavit*; unde jam elucere coeptat, רקם *Rekam* vel *Rekem*, quod paraphrastæ pro *Petra Arabiæ* substituunt, liquido cum الرقيم conspirare. Manum de hac tabula tollenti, novæ sese lineæ ducendæ offerunt ex *Abulfedæ Arabia*, ubi الحجر *Petra*, urbs *Hisjazæ*; ad *long.* 60. 30. *lat.* 28. 30. hisce pingitur coloribus قال ابن حوقل الحجر بين جبال على يوم من وادي القرى اقول لم يحصل ذلك فان بينهما اكثر من خمسة ايام قال وكانت ديار ثمود الذين قال الله عنهم وثمود الذين جابوا الصخر بالوادي قال ورايت تلك الجبال وما فحش منها كما اخبر الله تعالى وينحتون من الجبال بيوتا فوهين وتسمى تلك الجبال الانالب وهي التي ينزلها حجاج الشام وهي عن العلي على نحو نصف مرحلة من جهة الشام *Haukelides ait, Higr (Hagar vulgo) jacet inter montes ad distantiam diei a Wadilkora. Ego ajo, id neutiquam convenire, nam duo hæc quinque amplius inter se distant dies. Addit porro idem,*

idem, Haukelides, *hæ fuere ſedes Themouditarum, de quibus Deus dixit*, in Alcorano, *Themouditæque qui ſecuerunt petras in valle. Adfirmat quoque ſe vidiſſe iſtos montes, exciſasque in iis ſedes, de quibus iterum Deus ter O. M.* in Alcorano, *qui excavant e montibus domos duplici ore præditas: Illoſque montes appellari Elathalib. Ajo ego hos eſſe, ad quos caſtra metantur Sacri peregrinatores Syriaci, eoſdemque mediam ferme diætam diſtare ab Alaly, a parte Syriæ.* Prior ille *Alcorani* locus extat *Surat.* 89. 8. minus dextre converſus a Cl. *Gravio*, *Quibus ſaxa vallis reſponſum reddebant*, prout & in *Gallica* verſione expreſſum a doctiſſ. *De la Roquio.* Revera *Alcoranus* complurimis in *Suratis* tale quid tradit, quod nempe Camelus, per miraculum, e petra percuſſa ingenti cum barritu proſiluerit, ad mandatum Prophetæ *Salichi*, ut *Themouditis* miſſionis ſuæ veritatem confignaret. Sed hoc nihil ad rem præſentem, ubi agitur de *Saxis exciſis & excavatis in domos & habitacula*; quemadmodum Commentatores etiam omnes monent, *Vallem* iſtam *Wadilkora* eſſe infinuantes, *Vallem Pagorum*, quæ inter *Syriam Medinamque* protenditur, pagis tota obſita ac referta. *Geogr. Nubienſ. Clim.* 3. *Sect.* 5. omnino cum hiſce contendendus, quem *Latine* tantum dabo. *At vero Hagiar diſtat a Wadilkora ſtatione una, eſtque munimentum affabre factum inter montes, in quibus ſedes obtinuere Themouditæ; ſuntque in iis domus exciſæ in petris, quas incolæ Hagiar eorumque tractuum vocitant Elathalib.* (id eſt, *exciſas cavaturas*, a ثلب *rupit, fregit, incidit.*) *Hi montes procul apparent inter ſe conjuncti, ſed ſi propius quis acceſſerit, per medioſque eoſdem ſe penetrarit, deprendit quodlibet ſegmentum per ſe ſtare, ita ut unumquodque poſſit circuiri, abſque ut inter ſe commiſceantur aut confundantur.* Idem hoc, nec aliud quicquam, annotavit *Lexicographus* noſter

الاثالب جبال في الحجر ديار ثمود يراها الناظر من بعد فيظنها قطعة
واحدة فاذا توسطها وجدها متفرقة يطوف بكل واحد منها الطايف

Elathalib ſunt montes in Higr; *ſedes* olim *Themouditarum. Qui eos procul conſpicit, opinatur unam eſſe molem; ſed ſi interius penetrarit, deprehendit ſeparatos eoſdem ſigillatimque eos poſſe circuiri.* Hoc jam *Higr*, ſive *Hagar*, *Geogr. Nubienſ.* video a ſummo *Boch. l.* 1. *G. S. cap.* 44. citra ullam hæſitationem referri ad *Petram*, *Arabiæ Petrææ* Metropolin, atque in unum conflari cum præcedenti *Rakim*, *Errakim*, *Arecemе*, quantumvis *Jonathan* & *Onkelos* diſtinxerint רקם *Rekam* & הגרא *Hagra*; quod æque abſurdum pronunciat, ac diſtinguere inter *Jebus* & *Jeruſalem*: inter *Spartam*, & *Lacedæmonem*. Hæc tamen neutiquam tam liquida. Vel ſeries, in qua verſatur *Nubienſis*, admonere potuiſſet ✝ *mivo*, quæ longe auſtralius eſſe *Higr* hocce, ex mente illius Geographi, demonſtrat, interiuſque in *Arabiam* reductum. Accedit diſſenſio *Abulfedæ*, *Haukelidem* caſtigantis, ut ſupra viſum. *Caracham* eſſe potius *Petram* illam celebratiſſimam, ex *Tyrii* ſententia dictum in voce illa. Jam vero *long.* & *lat. Higri* & *Caraché* multum diſcrepant, prout expoſuimus. *Errakimum* haud procul diſtat *Caracha*, ait *Bohadinus* noſter, e *Syria* deſcendenti prius tamen attingitur, quam *Caracha*. Ordinantur etiam *Caracha*, & vicinum ei *Errakimum*, ſub *Tabula Syriæ*: quum *Higrum* in *Tabula Inſulæ Arabum* proponatur, ſitu longius in auſtrum retracto. Ut ergo ex hoc fluctu tandem, erroreque, emergamus, dixerim *Errakim*, *Arecemen*, eſſe genuinam & antiquam *Petram*, cum qua facile a *Tyrio* confundi potuit *Caracha*, tam prope affita; recentioris tamen originis; niſi quod vetuſtæ gloriam *Petræ* invicta ſua munitione & renovarit, & proclivi ratione ſibi vindicarit. Quod autem ad *Higrum* attinet. ejuſque الاثالب *Inciſuras illas rupium*, ex *Alcorani Surat.* 89. liquet priſcos *Amalekitas*, vel proſeminatores eorum, illos *Petris inciſos nidos* tenuiſſe, nam uno tenore nectuntur ibi *Aditæ*, *Iramitæ columnas referentes*, viri Coloſſici, *quibus nil ſimile creatum in terris*, & *Themiditæ cavatores rupium in valle.* Ab his originem traxerunt *Amalekitæ*, quorum antiquiſſimæ ſedes magis in Auſtrum receſſerunt. Ex longo curſu jam portum capio, & *Erracimum ab Higro Themuditarum* rite diſtinctum, habeo pro *Petra*, conjicioque non tam a *Rekemo* principe id nomen inditum, quia ſerius demum videtur exortum, quam ab *inciſuris rupium*, *cavaturiſque*, in quem uſum ſeſe verba ثلب, רקם, ערקם, porrigunt & explicant, nam ut in initio ſubmonebam *Rakim* ערקם *Errakim* propric eſt *mutatur*.

ERROUM قلعة الروم *Arx Rumæorum.* In *vita p.* 120. Locatur ab *Abulfed.* in *Tab. Syriæ*, من جند قنسرين & *Provinciæ Kinniſrinæ* accenſetur. Deſcriptio hæc

وقلعة الروم لها ربض وبساتين وفواكه ونهر يعرف بمرزبان يجي
من ناحية الجبل ويصب في الفرات تحت قلعة الروم والفرات تمر
بذيل القلعة وهي من القلاع الحصينة التي لا ترام انتقذها من الارمن
السلطان الملك الاشرف بن السلطان الملك المنصور قلاون وهي في البر الغربي
الجنوبي من الفرات *Arx Erroum habet ſuburbium, hortos, fructus, fluvium, qui Marzibam vocatur, e montibus veniens, decurrenſque in Euphraten ſub hac Arce, cujus lacinium quoque præfluit ipſe Euphrates. Eſt inter eas arces quæ ne voto quidem oppugnantur. Armenis* (id eſt *Ciliciibus*) *eam eripuit Sultanus Almalichus Alasiraphus, Manſouri Kelaounni filius* (Rex Æ-

gypti & Syriæ.) Obtinet latus Euphratis occidentale in auſtrum vergens. Fluvii tamen iſtius nomen præſtare nequeo, quia tres literæ MSS. extritæ ſunt. Proximum videtur quod poſui vel & *Marzyan.* In *Lex. Geogr.* proſtat aliquid, quod aliam adhuc in partem juvabit. قلعة الروم قلعة حصينة في غربي الفرات مقابل البيرة فوقها بينها وبين سميساط وكان بها مقام بطرك (leg. بطرق) الارمن ويسمي بالارمينية كياعيكوس قلت وهذه القلعة اليوم في بلد المسلمين والحمد لله

Arx Erroum eſt firmiſſimum ad occidentale latus Euphratis munimentum, e regione Biræ, ſupra eam, inter eam nempe & Samoſata. in ea ſedem tenebat Patricius Armenorum (ſic emendavi pro *Patriarcha*, qui hic minus quadrat,) *iſta lingua Kajaykous appellitatus. Nunc Arx hæc Muſulmannorum ditioni eſt ſubjuncta. Laus Deo.* Habes ibi genuinam ſcripturam vocabuli iſtius peregrini, quod *p.* 120--122. *vitæ* tribus modis eſt exaratum طاعيكوس, & كاكغوس, كايغكوس, *Taykous*, *Kaykous*, *Kaichigous*, ex *Græco* aliquo, ut putem, ſic contortum, nam *Armeni* hice *Græci* ſunt. Redi ad *Armenorum Provincias* ſupra: & diſce ex hac Epiſtola Patricii *Armeni*, *Ciliciam* & *Cappadociam* obnoxias habuiſſe *Saladinum.*

ERZERROUMUM لرزن الروم Viſum ſub *Arzeroum.*

ESJLOUNUM عجلون. *Exc. p.* 63. ubi *Ezzoddinus Sama* poſt mortem *Sultani* dicitur obtinuiſſe *Camhebam* & *Esjlounum.* Prior jam nota: poſteriorem cognoſce ex *Abulf.* in *Tab. Syr.* ubi rubrica in *Provincia Jordanenſi* exhibet عجلون والباعوثة *Esjlounum*, (Eglounum) & *Baouthan*, *long.* 58. *lat.* 32. cum hac expoſitione وعجلون حصن وربضه تسمي الباعوثه والحصن عن البلد علي شوط فرسن وهما في جبل الغور الشرقي قبالة بيسان وحصن عجلون حصن منيع مشهور ويظهر من بيسان وله بساتين ومياه جارية وهو شرقي بيسان

Esjloun autem munimentum eſt, cujus ſuburbium appellatur Baoutha. Oppidum ab arce abeſt equi curriculum. Utrumque monti Orientali Algauri adjacet, ex adverſum Beiſanæ. Eſt propugnaculum firmitudine nobilitatum; quod a Beiſana poteſt conſpici, ad Orientem ei oppoſitum. Hortis fluentiſque lætum eſt. Diverſa adhuc manu hæc appicta. وهو حصن محدث بناه عز الدين اسامه الكبير امراء السلطان صلاح الدين

Eſt munimentum noviter ſtructum, quod ædificavit Ezzoddinus Oſama, inter maximos ducum Sultani Saladini. Id verum Viri nomen *Oſama*, *Leonem* ſonans; pro quo librariorum errore *Sama* irrepſit.

EZZAZA. *Azaza.* اعزاز *Vita p.* 51. عزاز *Exc.* 22. 23. & *Exc.* 34. iterum اعزاز *Azazum.* Mentionem ejus facit *Abulfeda* in additamentis, ad *Tabulam Syriæ* ومن الاماكن المشهورة اعزاز وهو حصن مشهور وعمل قال في كتاب الاطوال ان موضوعه حيث الطول سانه والعرض لو وهو في شمالي حلب بمسافة الي الغرب قال ابن سعيد ولهذه المدينة اعني اعزاز جهات في نهاية الحسن والطيبة والخصب وهي من انزه الاماكن التي في جهاتها

E locis celebribus eſt Azazum, munimentum præmobile cum juriſdictione. In Libro Longitud. ejus ſitus dicitur eſſe quod ad long. 61. 55. *quoad lat.* 36. *Eſt autem ad ſeptentrionem Halebi cum inclinatione ad occaſum. Ibn Sayd refert urbem hanc, Azazum nempe, poſitam eſſe in tractibus multo pulcherrimis, præſtantiſſimis, ac uberrimis, atque eſſe amoeniſſimam Halebenſis ditionis plagam.* Ex *Ellubabo* adducit alteram quoque ſcriptionem عزاز, *Ezzazum:* utramque & *Lexicographus* noſter exhibet عزاز بفتح اوله وتشديد الزاء وربما قلبت بالالف في اوله بلدة فيها قلعة ولها رستاق شمالي حلب بينهما يوم طيبة الهواء عذبة الماء صحيحة البرية لا يوجد بها عقرب واذا ترك قربها علي عقرب ماتت وقيل وعزاز بالقرب

Ezaza, Phatha primo, & repetita litera Ze, nonnunquam & Eliph præmiſſa, eſt oppidulum arce præditum, cui contributa longa pagorum ſeries, ad latus ſeptentrionale Halebi, biduo ſpatio interveniente: præſtanti aere, aqua prædulci; terreno ſalubertimo, ubi nullus reperitur ſcorpio. Quin & terra ejus injecta, emoritur Scorpio. Dicitur & Ezazam extare ad Raccam. Hocce poſtremum me ſcrupulo, quo tenebar, exſolvit: nam rerum in *vita p.* 51. ordo ſuggerebat *Azazam* diverſam ab altera illa, quæ in *Exc. p.* 22. &c. memoratur. Duplex ergo munimentum, hoc affectum nomine, alterum in *Meſopotamia* prope *Raccam*, de quo prior locus agit, alterum in *Syria* haud procul *Halebo*, de quo *Exc.* loquuntur.

F.

Digitized by Google

F.

FLUVIUS ARUNDINIS نهر القصب. *Vita p.* 191. 193. Inter *Cæsaream* & *Arsophum*, diversus ab eo qui mox *Cæsareæ* vocabitur.

FLUVIUS AUSJA. نهر العوجا. *Vita* 197. Vide supra sub elemento.

FLUVIUS CÆRULEUS النهر الازرق *Vita* 47. inter *Bahnesam* & *Arcem Mansour*. Idem reperio apud Lexicographum, qui tantummodo addit من جهة حلب *A parte Halebi*. Ex *Abulfeda* cognoscetur quoque infra ad *Mansour*.

FLUVIUS CÆSAREÆ *p.* 190. *vit.* Male ergo negatum a nonnullis circa *Cæsaream* extitisse fluvium, quem Nummi ei vindicant: vide Cl, *Rel. p.* 675. & 1089.

FLUVIUS CHABORAS. Supra indicatus, illustratusque.

FLUVIUS DULCIS النهر الحلو *vita p.* 99. ad *Ptolemaidem*. Videtur esse *Belus* duobus inde stadiis tantum distans secundum veteres. Adi Geographos.

FLUVII EUPHRATIS, الفراة, passim in hoc opere occurrentis, accuratissimam delineationem præbet *Lexicon* nostrum *Geogr.*, eum inde a fontibus suis ad mare deducens; sed longior est contextus, & fusiorem requirit explanationem quam ut *Indici*, sub manus nimium sane succrescenti, queat inseri. Idem de *Nilo*, *Tigrique* monitum esto. Quibus si adjungerem quæ *Abulfeda* quoque diligentissime executus est, appositis mensuris *long.* & *lat.* ad præcipuos horum fluminum flexus, ambitus, excursus, decursusque; torrentibus velut undis abreptus, portum, ad quem velis remisque contendo, non nisi post longinquam adhuc jactationem tenere daretur.

FLUVIUS HAIPHÆ. نهر حيفا. *vita* 185. videtur esse *Kischon* in sacris notus; quem doctiss. *Maundr.* attigit, præter *Caipham*, ad pedem *Carmeli*, mare petentem. Adi etiam *Palæst.* Cl. *Rel. p.* 289.

FLUVIUS JORDANES الاردن *Elurdunno* ut resonant *Arabes*: *Vita p.* 69. &c. *Exc.* 34. &c. Nobilissimum *Judææ* flumen & Veteres & Recentiores illustri in luce certatim collocarunt. E Fontibus proinde nostris paucula tantum libabo. *Abulfeda* نهر الاردن وهو نهر الغور ويسمي الشريعة ايضا واصله من انهار تصب من جبل الثلج الي بحيرة بانياس ويخرج منها نهر الشريعة المذكور ويسير ويصب في الشريعة بعد انفصالها عن بحيرة طبرية نهر اليرموك بين القصير وبين بحيرة طبرية وتسير الشريعة وهي الاردن في وسط الغور جنوبا ويتجاوز بيسان عند طول ثمان وخمسين وعرض اثنتي وثلثين وخمسين دقيقة ويتجاوزها ويسير جنوبا الي ريحا عند طول ست وخمسين وثلث وعرض احدي وثلثين وكسر ثم يسير جنوبا ويصب في البحيرة المنتنة وهي بحيرة زغر وزغر حيث الطول سبع وخمسون درجة وعشر دقايق وعرض ثلثين وكسر *Fluvius Jordanes, qui Algauri fluvius, nec non Sjarya dicitur, originem habet ex amnibus, qui e Monte Nivis effluunt in Lacum Paneadis. Inde fluvius Sjarya emergens pergit, & delabitur in Lacum Tiberiadis: unde iterum egressus, austrum versus recta fertur: in eumque, postquam sejunxit sese a Lacu Tiberiadis, effunditur fluvius Jarmouch, inter Alkosairum & Lacum Tiberiadis. Tum pergit Sjarya, alias Jordanes, per Algaurum in austrum, præterfluitque Beisanam ad long.* 58. *lat.* 32. & 50. *min. Eodem porro australi cursu Hierichuntem devenit sub long.* 56. *cum triente, lat.* 31. *fracturaque min. aliqua. Inde australem pergens viam defunditur in Lacum Fœtidum, qui & Lacus Zogar. Zogar obtinet Long.* 57. *gr.* & 20. *min. Lat.* 30. *cum fractura.* In *Lex. Geogr.* traditur الاردن *Elurdunno* etiam vocitari كورة واسعة منها الغور وطبرية وعكا وصور وما بين ذلك *Regionem sive præfecturam spatiosam, in qua Algaurum, Tiberias, Ptolemais, Tyrus, & loca intersita.* Profert deinde ex *Ibn Attyb* circa *fluvium* ipsum هما اردنان كبير وصغير *Duos esse Jordanes, Majorem alterum, alterum Minorem.* Et *Majorem* quidem dici eum, qui delabitur in *Lacum Tiberiadis*, tumens aquis, quas e montibus fontibusque undique contraxit. *Minorem* appellari, qui e *Lacu Tiberiadis* defluit in *Mare Mortuum*, mediam secans *Algauri* regionem. *Josephus* quoque *Minorem Majoremque Jordanem* induxit, sed diverso aspectu. Quæstionem hanc discutere haud vacat. Consule Cl. *Rel. Palæst.* 272. 273. &c.

FLUVIUS NIGER. النهر الاسود *vita p.* 47. في طرف بلاد المصيصة وطرسوس *Ad extremitatem Regionum Maſiſa & Tarſi*, ait *Lex. Geogr.* Eoſdem fines notat *Bohadinus* nomine بلاد بن لاون *Provinciarum filii Leonis.* Ejus mentio injicitur ab *Abulfed.* in voce *Derbeſacum* ſupra. Adde *Gol.* ad *Alfrag.* 282.

FLUVIUS ORONTES. الارنط Alias العاصي *Rebellis*, & النهر المقلوب *Fluvius inverſus Exc. p.* 45. Ejus mentio illata jam ſub *Emiſſa*, ubi & expoſitæ hæ appellationes. *Lexicographus* tamen ait, العاصي اسم نهر حماة وحمص يعرف بالمياس مخرجه من بحيرة قدس فيصب في البحر قرب انطاكية وسمي بالعاصي لانه يرجع من جهة الجنوب فيصب في جهة الشمال

Elaſy, Rebellis *appellatur fluvius Hamatæ & Emiſſæ, qui & Almeimas. Egreſſus ex lacu Kadas ſe evolvit in mare prope Antiochiam. Rebellis nomen gerit, quod recurrat ab auſtro, atque ad ſeptentrionem ſe in mare effundat.* Sed confudit, quæ diſtinguenda rite, *Rebellem* atque *Inverſum Fluvium.* Audiendus omnino, qui id Unus omnium optime ſcire potuit, *Hamatenſis Princeps Abulfeda*, *Orontem* vocitans *Hamatæ fluvium*, atque hunc luculentum ejus conſpectum pandens, in *introductione ſua* ad *Tab. Geogr.* ubi Maria, Montes, Lacus, Flumina, aliaque curioſe exequitur. نهر حماة ويسمي نهر الارنط والنهر المقلوب لجريه من الجنوب الي الشمال ويسمي العاصي لان غالب الانهر تسقي الاراضي بغير دوالب ولا نواعير بل بانفسها تركب البلاد ونهر حماة لا يسقي الا بنواعير تنزع منه الماء وهو يجري بكلفته من الجنوب الي الشمال واوله نهر صغير من ضيعة قريبة من بعلبك تسمي الراس في الشمال عن بعلبك علي نحو مرحلة عنها ويسير من الراس شمالا حتي يصل الي مكان يقال له قايم الهرمل بين جوسيه والراس ويمر في واد هناك وينبع هناك غالب النهر المذكور من موضع يقال له مغارة الراهب ويسير شمالا حتي يتجاوز جوسيه ويصب في بحيرة قدس في غربي حمص ويخرج من البحيرة ويتجاوز حمص الي الرستن ثم الي حماة ثم الي شيزر ثم الي بحيرة افامية ثم يخرج من بحيرة افامية ويمر علي دركوش ثم الي جسر الحديد وذلك جنبه في شرقي جبل اللكام فاذا وصل الي جسر الحديد ينقطع الجبل المذكور هناك ويستدير النهر المذكور ويرجع ويسير جنوبا ومغربا ويمر الي سور انطاكية حتي يصب في بحر الروم عند السويديه عند طول احدي وستين وعرض ست وثلاثين

Fluvius Hamatæ, qui & Orontes, nec non Fluvius Inverſus, quod ab Auſtro feratur in Septentrionem; itemque Rebellis, quod pleraque flumina rigent terras ſine rotis aquariis, moliſque; quum Hamatæ fluvius ope molarum tantum aquam extrahentium rigationem præſtet. Totus currit ab Auſtro in Boream. Initium ejus facit amniculus vici prope Baalbechum, cui Raſo nomen, ad dietæ ferme diſtantiam ab illa urbe Septentrionem verſus ſiti. Inde in boream pergit, donec perveniat ad locum qui Kajimal Hirmel dicitur, inter Gioufiam & Raſum, ubi vallem ſecat; ibique maxima hujus fluvii pars ſcaturit e loco cui ſpelunca Religioſi nomen. Deinde in Lacum Kades ſe effundit ad occaſum Emiſſæ; atque e Lacu iſto emergens præterlabitur Emiſſam pergens ad Kaſtenum, ad Hamatam, ad Lacum Apameæ, unde exiens iterum Dercouſium præterit ad Pontem ferri procedens, hactenus tenens Orientale latus Ellocami, Amani montis, *Delatus autem ad Pontem ferri, abruptoque ibi monte prædicto, reflectitur fluvius noſter, in auſtrumque & occaſum ſe convertens, mœnia Antiochiæ prævehitur, donec in Mare Roumæum ſeſe exoneret, apud Suweidiam:* (a *Seleucia* eſſe detortam vocem ſuſpicatur Cl. *Gol.* ad *Alfr.* 228.) *idque ad longit.* 61. *latit.* 36. Subnectit deinde princeps noſter, in *Orontem* defluere انهر *Multos fluvios*, e quibus recenſet نهر منبعه *Menbaam*, النهر الاسود *Flumen Nigrum*, نهر يغرا *Jagram*; & نهر عفرين *Ifrynum*; quibus jam ulterius immorari nec licet, nec lubet.

FLUVIUS SENSJA. *Sengia.* نهر سنجه ut emendavi vita *p.* 47. In *Euphraten* ſe exonerare eum *ibid.* ſubmonetur. Apparet eſſe *Singam Ptolemæi*, de quo vid. *Cell. l.* 3: 12. Eum paulo propius cognoſcendum dabit *Lex. Geogr.* سنجه بالفتح نهر عظيم لا ينتهيا

ينتهيا خوضه لان قرارة رمل سيال كلما وطيه الانسان برجله سال به فغرقه
الجري بين حصن منصور وكيسوم وهما من ديار مضر وعلي هذا النهر قنطرة
عجيبة من احدي عجايب الدنيا طاق واحد من الشط الي الشط والطاق
يشتمل علي ماييتي خطوة من حجر مهندم طول الحجر منه عشرة اذرع في
ارتفاع خمسة اذرع *Sengia, Sangia, prima phatata, fluvius eſt magnus, qui plane nequit intrari, quoniam fundus ejus fluxa eſt arena, quam quoties quis pede preſſerit, ſubterlabitur, hominemque mergit. Defluit inter Caſtrum Manſour & Caiſoum; quæ duo loca Provinciæ ſunt Diar-Modarenſis. Fluvio huic injunctus pons ſtupendus, Miraculis orbis terrarum accenſendus, uno conſtans fornice ab una ad alteram pertinente ripam, & ducentos paſſus complectente, qui e cæſo arcuatus eſt lapide, longitudine cujuſque lapidis decem cubita æquante, cum altitudine quinque cubitorum.* Caſtrum *Manſour* infra proſtabit. *Caiſoum* eſt قرية من اعمال
سميساط فيها سوق ودكاكين وافرة وفيها حصن كبير علي تلعة
Vicus ditionis Samoſatenæ in quo forum, tabernæque copioſæ. Munimentum quoque ingens ſuper tumulo.

FLUVIUS ZABUS الزاب *Exc. 57. Zabas* apud veteres, unde præcipua *Aſſyriæ* pars *Adiabene* nomen invenit, ſita nempe ad الزابين *Azzabain*, duos *Zabos*, quos ſub conſpectum dabit *Abulfeda*, in *introduct.* ubi *Tigrim* deſcribens *Fluminaque* in eum confluentia, *Zabum Superiorem* & *Inferiorem* memorat, cum hac deſcriptione مخرجه من
الزاب الاعلي بين موصل واربل من اول حدود اذربيجان ويسير حتي يصب في
دجلة قرب السن حديث الطول ثمان وستون والعرض خمس وثلثون وخمس
عشرة دقيقة ويقال له الزاب المجنون لحدته وشدة جريه والزاب الاصغر
مخرجه من جبال شهرزور ويمر بين اربل ودقوقا *Zabus ſuperior oritur inter Muſulam Arbelamque, inae a primis finibus Adſerbeisjanæ, ſeque in Tigrim exonerat prope Aſſen, ubi long. exſtat 68. lat 35. 15. min. Appellatur Zabus furibundus, ob acrem vehementemque currendi impetum, Zabus minor exit e montibus Sjahrezouri, atque inter Arbelam & Dakouka defluit.* Nonnihil hinc diſſidet *Lex. Geogr.* الزاب الاعلي بين الموصل واربل
مخرجة من حد اذربيجان من عين في راس جبل يخرج منها شديد
الحمرة كلما انحدر صفا حتي يصير الي باشري من قري الموصل فيصفو
اخذا حتي يخرج في كورة المرج من كور الموصل ثم يمتد حتي يفيض في
دجلة علي فرسخ من الحديثة وهذا يسمي بالزاب المجنون لشدة جريه والزاب
الاسفل فمخرجه من جبال تسمي جبال السلق بين شهرزور واذربيجان
حتي يفيض في دجلة عند السن فوق تكريت *Zabus ſuperior Moſulam & Arbelam interfluens exit e finibus Adſerbeisjanæ, fonteque invertice ibi montis. Exit autem intenſiſſime rubens; quam magis deſcendit, tam magis clareſcens, donec ad Basjiri perveniat, vicum agri Moſulenſis: & uſque ac uſque limpidior fit, donec emenſa regione Moſulitica, quæ Marsj vocatur, auctior inflatiorque factus ſeſe evolvat in Tigrim, ad Paraſangæ diſtantiam ab El Haditha. Hinc nomen inditum Zabi Furentis, ob vehementem curſum. Zabus inferior oritur e montibus, quos Silek nomine dicunt, inter Sjahrezourum & Adſerbeisjanam, ſeſe itidem devolvens in Tigrim ad Aſſen, ſupra Tecritam.* Addit deinde *Zaborum* aliud par, *Superioris* quoque & *Inferioris* appellatione diſtinctum, inveniri inter *Bagdadum* & *Waſitum*; quos ulterius perſequi nil attinet. *Lexicographo* rationem in hiſce conſtare præ *Abulfeda* liquet ex collatione *Geogr. Nub.* ubi *pag.* 200. invenies ad oppidum *Sen*, *Aſſen*, ſeſe in *Tigrim* effundere *Zabum* minorem, majorem vero ad *Haditham*, 36. mill. altius ſitam quam *Aſſen*, exonerari. Subditur ibidem aliquid a *Nubienſi* quod ſe capere negat ſummus *Boch. p.* 243. *Cæterum duo Zabi, ſunt duo magna flumina, quæ quando in unum coaleſcunt, æquant, imo ſuperant dimidiam partem Tigris.* Nec mirum ſane; nam dare debuiſſent interpretes *quæ quando in unum coaleſcerent, æquarent, imo ſuperarent.* Supponitur, quod nunquam factum: ut fruſtra ſe ad aliquem inde ſenſum exſculpendum tanta illa acies intenderit. Cum hiſce jam porro contendantur velim quæ *olim* de *Adiabene* copioſe proſecutus eſt *L.* 4. *c.* 19. deque *Zaba* & *Anzaba*, *Diava* item & *Adiava*, ex הדייב *Chaldaico* deflexis; rite monens *Diava* vel *Deva* דיבא *Chaldæis* eſſe *Lupum*, qui *Hebræis* זאב *Zeëb.* atque hinc *Lycum Amnem* quoque a veteribus eſſe dictum noſtrum *Zabum*. Id & الزلب *Azzab* planiſſume reſonat, *Lupus*, idem cum הזאב הזניב *Hazzeeb*, vel *Hadſeeb*. Confuſione tamen non caret, quod ex *Thalmude* affertur ibi, חבור זו הדייב *Chabor eſt Adiabene*,

beine, ut quæ ad *Chaboras* protuli ſupra declarant. Defino in *Plinio* qui *l. 6. 86. Lycum ex Armenia ferri* ait *per Silicos*. Legitur & *Silcos*. *Montanos* quoque *Silices* habes ibidem. Hi ſunt haud dubie, qui جبال السلق *Montes Silek* tenent inter *Adſerbeisjanam* & *Sjahrezourum*, de quibus noſter *Lexicogr.* qui & ſub ipſa voce hæc annotavit السلق جبل عال مشرف على الزاب متصل بشهرزور ويعرف بسلك بني الحسن *Silek*, *Selek*, *mons eſt celſus*, *eminens*, *ad Zabum*, *pertingenſque Sjahrezourum*; *nomine Selek Banil-Haſan celebratus*.

FONS PONTIS عين الجسر occurrit *Vitæ p.* 58. qui locus بالبقاع in *Convallibus* eſſe dicitur, haud procul *Damaſco*, ut ordo rerum indicat. Lucem præpandit *Lex. Geogr.* عين الجسر موضع معروف بالبقاع بين بعلبك ودمشق *Ain Elsjer*, (Fons pedis montis) *locus eſt notiſſimus in plano campo Baalbechum inter & Damaſcum*. Ambigi nequit quin unus idemque locus deſignetur: ſuntque ſono ac ſcriptione vicina جسر *Sjeſr*, & جر *Sjer*, *Pons*, & *Pes montis*. Viciniora adhuc *Elbikao* & *Elkao*, *convalles* & *planities*. Prætulerim ego lectionem quam *Lexicograph.* miniſtrat.

G.

GABABUM. vide ſub *Keſwa*.

GAUR. *Gour. Gor.* الغور. Inde *Gaurita* in *Exc. p.* 59. ubi *Sjehaboddinus Gaurita* dicitur *Indiam* perpopulatus eſſe. الغور *Gour*, per *Damma* primæ, in *Lex. Geogr.* جبال وولاية بين هراة وغزنة وهي بلاد باردة موحشة واسعة وهي مع ذلك لا تنطوي على مدينة مشهورة واكثر ما يقال لها قلعة فيروزكوه فيها تسكن ملوكهم *Montana eſt regio inter Heratam & Gaznam*, *perquam frigida*, *vaſta*, *late patens*: *quæ tamen nullam civitatem nobiliorem ſinu ſuo comprehendat*. *Celebratur tantum Arx*, *Phirouzcoura dicta*, *in qua Reges ejus reſident*. Veterum *Aria* in *Herat* recognoſcatur. *Gazna* eſt Primaria civitas *Zabeliſtanæ*, زابلستان, *Zabeliſtan* autem & *Gour* conſtituunt fere *Paropaniſum*, eſtque *Garæis* ruῳῖ῀ *fluvius* & *populus* notus ex *Arriano*, & regio ῥαφσαία ex *Ptolomæo*. Adi ad *Alfrag.* 109. Pro فيروزكوه *Phirouzcoura* legendum فيروزكوه *Phirouzcouba*, vel *Phirouzcouhum*, quæ Metropolis eſt ſive قاعدة جبال الغور *Sedes Regia montium Gouræorum* apud *Abulfed.* in *Tab.* 23. quæ *Zabeliſtanam* exhibet; niſi quod بيروزكوه *Birouſcouh* ibi ſcribatur, pro *Perſico* پيروزكوه *Pirouzcouh* quod eſt *Cæruleus mons*. Hæc ipſe mihi *Abulf.* ſuggerit in hiſce قال في المشترك معني بيروزكوه الجبل الازرق وهي قلعة حصينة دار مملكة جبال الغور قال والغور بلاد بين هراة وغزنة بها كان مستقر ال سام ملوك الغور *Mosjtarechi auctor ait ſignificationem Birouzcouhi eſſe*, *mons cæruleus*. *Eſt autem Arx munitiſſima*, *ſedes Regni montium Gouræorum*. *Addit Gour appellari regiones inter Heratam & Gaznam*: *eaque in arce reſedisſe Samidas*. *Reges Gouri*. Hoſce jam *Samidas*, Regeſque Dynaſtiæ *Gauritarum*, curioſiores reperire poterunt apud *Herbelotium* in voce *Gaurian*, ubi hicce *Sjehaboddinus Gaurita* Quartus ponitur e domo Regnatrice *Samidarum*. Ceterum *Cærulei Montis* appellatio haud dubie fluxit a *Topaziis*, quorum hic copia & vena: nam gemmam hanc پيروز *Pirouzi* nomine inſigniunt Orientales.

GAZA غزة *vita p.* 72. & ſæpe alibi. *Exc.* 42. &c. &c. *Arabes* pronunciant *Gazza*, duplicata media; ut *Hebræi* quoque עזה *Azza* ſonuerunt. *Abulf.* duplicem proponit menſuram *long.* & *lat.* primam in 56. 10. *long.* & 32. præciſe *lat.* alteram in 57 *long.* & 32 *lat.* iterum præciſe. *Tab. Relandiana* nonnihil in numeris hiſce deerravit. Epicriſin hanc ſubjecit princeps *Hamatenſis* قد اختلف في طول غزة والاقوي انه ستن وخمسين على ما ذكره صاحب كتاب الاطوال *Diſſidetur quidem in longitudine Gazæ ſtatuenda*. *Sed præponderat ſententia prima auctoris Libri Longitudinum*, *eſſe graduum* 56. Reliqua quæ ibidem annotata ſunt, quum jam produxerint *Gol.* ad *Alfr.* 142. & *Rel. Paleſt. p.* 772. liceat mihi Lectorem illuc ablegare.

GEHINNOM وادي جهنم memoratur *vita p.* 73. Verbulum non addo. Tantum obſervare jubeo ſitum iſtic loci haud obſcure elucentem.

GEORGIÆ rex offert *Saladino* pro *vera cruce* ducena millia aureorum *vita*: 226. legationemque alia quoque de cauſa ad eundem dirigit: *vita* 260. الكرج *Georgianos* deſcriptos repe-

جبل

rio in *Lex. Geogr.* جبل من الناس نصاري كانوا يسكنون جبال الغيف وبلد السرير فتقويت شوكتهم حتي ملكوا مدينة تغلبس ولهم ولاية تنسب اليهم ولهم شوكة وكثرة عدد *Gentem hominum Christianorum, qui habitabant montes Eipoyk & urbem Solsi*; Portam portarum; *quorum Spina*, potentia, *eo usque invaluerit ut Teflisum subjugarint: regione quoque ab ipsis denominata: atque iis spinam esse*, formidabilem potentiam, *spissumque numerum*. Similiter *Abulfed.* تفليس *Teflisum*, supra sub *Adserbeisjana* jam recensitum, ait esse قصبة كرجستان *Metropolin Curgistanæ*, sive *Georgiæ* nostræ, quæ probe discernenda a جرجان vel جورجان *Giurgiana* quæ est ampla ad Mare *Caspium* Provincia, *Chorasanæ* contributa ab aliis, ab aliis *Chowarismiæ*, ab aliis denique *Taberistanæ*, de qua consulas Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 190.

GIAURUM جور *Sjaurum*. Unde *Exc.* 37. جبل جور *montana Sjauri*. Adi sis vocem istam infra recensendam.

GIBLA جبلة *Sjibla. Sjabla. Gabla.* Nam Arabum *Gym* cum sibilo pronunciatum efficit *Sjm.* Reddetur infra sub *Sjibla.*

GIOBEILA. *Sjobeila.* Reperietur sub *Hobeila.*

GIUDDA جدة *Sjudda.* Eadem sub serie tractabitur.

GIZA جيزة *vita p.* 227. *Sjiza* scripsi *Exc. p.* 3. Et illuc ergo remitto.

GOUTA *Damascena* الغوطة. Recurratur ad *Damascum* supra.

H.

HACARITÆ الهكارية. *Hacarei. Hacarienses.* In *Vita p.* 108. *Exc. p.* 9. vel potius *Haccaritæ* بالفتح والتشديد *Adhibita, cum Phata, duplicatione*, est monente meo *Lexicogr.* نسبة بلدة وناحية وقري فوق الموصل في بلد جزيرة بن عمر سكنها اكراد ويقال لهم الهكارية *Gentile oppidi, tractus, pagorum supra Mojulam, in regione Insulæ filii Omar, ubi consederunt Curdi, quibus Haccaritarum nomen inditum.* هكار *Heccar* ad *Alfrag.* 234. obiter tangitur.

HAIPHA حيفا. Redi & *Chaipha.*

HAIPHA. *Hipha* هيفا. *Vita* 71. *Exc.* 41. Haud dubie diversa a præcedenti: estque hæc illa בית היפה & היפה *Hipha* & *Beth-Hipha* cujus mentio in *Thalmude*, & unde היפני ובישני *Hipponensis & Beisumensis* sive *Scythopolita* conjunguntur in *Cod. Megill.* Circa *Jordanem* situs uterque locus, trans & cis eum, haud procul lacu *Tiberiadis.* Apud *Joseph.* sæpe *Hippos* & *Gadara* junctim incedunt; *Hippenique* & *Gadareni* vicini. Vid. *Rel. Pal.* 821. *Cell. l.* 3. 13. *Lexicographum* meum omisisse miror.

HALEBUM حلب. *Halapia. Alapia. Aleppo.* Obtinet in *Abulf. long.* 62. 10. *lat.* 35. 50. insigniturque مدن قواعد الشام العظام في جند قنسرين *Una maximarum Syriæ Regiarum in provincia Kinnesryna.* Subjungitur وحلب بلدة عظيمة قديمة ذات قلعة مرتفعة حصينة وبها مقام ابرهيم الخليل صلوات الله عليه ولها بساتين قليل ويمر بها نهر قويق وهي علي مدرج طريق العراق الي الثغور وساير الشامات وبين حلب وبين قنسرين اثنا عشر ميلا قال في العزيزي وهي مدينة جليلة عامرة حسنة المنازل عليها سور من حجر وفي وسطها قلعة علي تل لا ترام وبينها وبين معرة النعمان ستة وثلثون ميلا وبينها وبين مدينة بالس خمسة عشر فرسخا *Est autem Halebum Civitas magna, antiqua, cum arce excelsa & munita. In ea locus est ab Abrahamo, Amico Dei benedictionibus prosequendo, religionem habens. Paucis viget hortis. Præfluit eam Fluvius Kowwaik.* (aquarum) *Imposita est divergio viæ Irakensis ad præsidiaria, & reliqua Syriarum loca. Inter Halebum & Kinnesrynam* 12. *mill. In Elazizio vocatur Civitas splendida, populosa, pulcris culta ædificiis, quam lapideus cingat murus, in medio arcem inexpugnabilem plane super colle ostentans: ad distantiam* 36. *mill. a Maarra Nomani; &* 15. *parasang. a Baliso.* Quæ in *Lex. Geogr.* latius adhuc deducta prostant, omittere cogor, quod vela mihi magis magisque contrahenda sint. Luculentissimum *Halebi* conspectum etiam reperies ad *Alfrag. p.* 270. & seq. Illius in opere hocce per omnem paginam sparsa mentio: ut *Vit.* 42, 43, 44, 45, 48, 49, 52, 53, 55, 56, 63, 64, 85. ubi notetur *Halebum* ut *Regni Syriaci fundamentum, radicem*

ac ſedem conſideratam a *Saladino*. In *Exc. p.* 20, 21, 28, 29, 33. Ubi dictum illud aculeatum. *Heus Aſine, Halebum Singiara vendidiſti*, pendet a duplici ſignificatu vocum, atque ab origine quoque Civitatis, quam in *Halebi*, i. e. *lactis recens mulſi* nomen deveniſſe tradunt لان ابرهيم كان نازلا بها يحلب غنمه في الجمعات وينصدق به

quod Abrahamus ibi diverſatus, pecus ſuum mulgere ſolebat in cœtibus, atque lac dilargiri.

HAMATA حماة. *Vita p.* 43, 44, 66, 67. &c. &c. *Exc.* 30, 40, 63. &c. *Tyrio* minus accurate *Hamum* & *Hama*. In Bibliis חמת *Chamath*. Urbs *Syriæ* celebratiſſima, cujus principatum tenuit noſter *Abulfeda*, tranſmiſſum ab atavo *Tacoddino*, cui aliis cum poſſeſſionibus *Hamatam* quoque attribuit *Saladinus*. Collocatur a Principe Geographo ad *long.* 61. 15. *lat.* 34. 45. qui parca nimis manu hæc tantum annexuit. حماة مدينة اولية ولها ذكر في كتب الاسرائيليين وهي من لنزه البلاد الشامية والعاصي يستدير عليها من شرقيها وشماليها ولها قلعة حسنة البنا وفي داخلها الارحية علي الماء وبها نواعير علي العاصي تسقي اكثر بساتينها ويدخل منها الماء الي كثير من دورها *Eſt autem Hamata Civitas antiqua, commemorata in Libris Iſraëlitarum. Amœniſſima eſt urbium Syriacarum. Orontes circuit eam a latere orientali & ſeptentrionali. Pulcherrimæ conſtructam, præceſſamque, habet Arcem. Intra eam molendinæ ſunt ad aquam circumactæ. Machinæ aquariæ ſuper Oronte rigant pleroſque hortos ejus: aquæque in domos quam plurimas derivata.* Multo luculentiorem deſcriptionem reperio apud *Lexicographum* meum, quam tamen huc transferre creſcentis moles materiæ vetat. Is duas arces memorat, alteram intra moenia, alteram extra, ſitas; hiſce concludens وهي مدينة قديمة جاهلية الا لم تكن من العظمة كما هي اليوم وانما كانت من مل حمص وبينهما يوم وبين شيزر نصف يوم *Eſtque Civitas pervetuſta, inde a temporibus Gentiliſmi: niſi quod tunc hodiernam magnitudinem nondum obtineret. Ad Provinciam Emiſenam pertinet; diei itinere utramque urbem dirimente: Sjaizaro dimidium tantum diei diſtat.* Non fallit *Abulfeda* quum in Libris *Iſraëlitarum* eam celebrari monet; nam *Jerem.* 49. 23. cum *Damaſco* nectitur vicina חמת *Chamatha*; quæ *Amos.* 6. 2. חמת רבה *Magna Chamatha*, quamvis *Antiochiam* potius *Magnæ Chamathæ* titulo intelligat *Hieron.* diſtinctam a *Chamatha* altera, quæ Græcis *Epiphania*. Adiſis *Boch. p.* 307. *Rel. p.* 119. 120. 121. *Epiphaneam* ab *Oronte* allui, ut *Hamatam* noſtram, habes apud *Cell. L.* 3. 12. Reſtat tamen anquirendum aliquid, quod ſpatium liberius poſtulat.

HAMEDANUM همذان. *Exc. p.* 39 Vel potius per *Dſal* همذان, *Hamedſan*, prout *Lexicogr.* & *Abulfed.* ſcribere jubent. Circa *long.* & *lat.* ſententiis variatur, nam in *Canone long.* eſt 75. 20. *lat.* 34. 40. quum alii ponant 76. *long.* cum 35. *lat.* alii alias adhuc menſuras exhibeant apud *Abulf.* in *Tab.* 19. quæ بلاد الجبل *Parthiam* ſiſtit, inter cujus urbes noſtra hæc eminet; nam ut ibidem additur مدن الجبال الكبار همذان والديلم واصبهان وقم *E maximis Parthiæ civitatibus ſunt Hamedſanum, Dinorum, Iſpahanum & Komum.* In *Lex. Geogr.* dicitur هي اكبر مدن الجبال قبل كانت لربيع فراسخ في مثلها وانما خربها بختنصر ولم تزل بعد ذلك خرابا الي ان عمرها دارا بن دارا وحصنها ونقل امواله اليها وما زالت محل للملوك ومعدنا لاهل الدين والفضل الا ان شتاها مفرط البرد حتي قد قيل فيه اشعار كثيرة وافرحت فيه كتب الا انها مع ذلك كثيرة الزهر والرياحين في الربيع *Maxima urbium Parthiæ, quæ fertur quatuor paraſangas in longum, totidemque in latum patuiſſe; ſed evaſtatam a Nebucadnezare, in ruinis ſuis jacuiſſe, donec reædificaret eam Dara filius Daræ emuniveritque, & illuc opes ſuas tranſtulerit; a quo tempore Regibus ſedem præbere haud ceſſarit, Viriſque religione ac virtute excellentibus abundare; quantumvis immodicis per hyemem frigoribus ntatur, quæ frigora multorum carminibus libriſque concelebrata: vel ſic tamen adventu veris floribus herbiſque odoratis magna copia emicantibus.* Cel. *Gol.* ad *Alfr.* 220. ſuſpicatur eſſe *Ecbatana* Caput *Mediæ*. Sed quum *Plin. L.* 6. 26. alia *Ecbatana* etiam locet altius ad Orientem, oppidumque vocet *Magorum*, tranſlatum a *Dario* ad montes, illuc potius inclinarem, tum alias ob rationes, tum ob ea quæ modo præceſſere.

HANIUM الحاني *Exc. p.* En notitiam ejus ex *Lex. Geogr.* حاني مدينة معروفة بديار بكر فيها معدن الحديد يجلب منها الي ساير البلاد *Hanium eſt oppidum notum ditionis Diarbecrenſis; ubi fodina eſt ferri, quod inde per omnes terras diſtrahitur.*

HAS-

Digitized by Google

IN VITAM SALADINI.

HASBON حسبان. *Vitæ p.* 59. *Vicus* præferens vetuſtum *Hesbon*; vel potius *oppidulum*, nam vox قرية pro *oppidis* etiam *minoribus* frequentatur. *Abulfeda* in additamentis ad *Tab. Syriæ* pronunciat *Hosban*, vocatque قاعدة البلقا *Primariam ſedem Albelkaæ*, additis & hiſce وهي بلدة صغيرة ولها واد به اشجار وارحية وبساتين وزروع وينفصل هذا الوادي بغور زغر *Oppidum eſt parvum, habens vallem diſtinctam arboribus mulenainis, hortis, ſatis: quæ vallis pertinet ad planitiem Zogor.* Conſ. *Rel.* 719.

HAREMUM حارم *Exc. p.* 3. Eſt *Caſtrum* & *præfectura Halebenſis agri.* Audi *Lexicogr.* حارم حصن حصين وكورة جليلة تجاه انطاكية من اعمال حلب *Harem eſt caſtrum multo munitiſſimum, & regio* ſive *Præfectura inſignis ex adverſo Antiochiæ, ſub ditione Halebi.* Apud *Tyrium l.* 19. 9. eadem hæc expeditio *Noradini* fuſius denarratur, appellaturque *Harenc*, ſi ſana lectio, *Oppidum in finibus Antiochenis.* In *Abulfedæ Tab. Syriæ* comparet quoque ad *long.* 60. 30. *lat.* 35. 50. hiſce lineis ſubnexis وهي بلدة صغيرة ذات قلعة واشجار واعين ونهر صغير قال ابن سعيد هو حصن كثير الارزاق وقد خص بالرمان الذي يظهر باطنه من ظاهره مع عظم العجم وكثرة المياه وهو علي مرحلة جيدة من حلب في وجهه الغربي وبين حارم وانطاكية مرحلة *Exiguum eſt oppidum, arce præditum, itemque arboribus, fontibus, amniculoque. Ibn Sayd refert eſſe caſtrum copioſiſſimum, quod gaudeat ſingulari genere mali punici, cujus interiora extus transparent, ſine granis: nec non abundantia aquarum. Bonam diætam diſtat Halebo occaſum verſus. Diæta quoque intercedit ad Antiochiam.*

HAULA الحولة *Vita p.* 98. Lucem adfundet *Lexicogr.* الحولة بالضم اسم لناحيتين بالشام احدهما من اعمال حمص بنازين بين حمص وطرابلس والاخري كورة بين بانياس وصور من اعمال دمشق ذات قري *Houla, per Damma potius, deſignat duos tractus in Syria; alterum ditionis Emiſſenæ in Tazino, inter Emiſſam & Tripolin: alterum inter Paneadem & Tyrum, ditionis Damaſcenæ, quæ eſt regio vicatim habitata.* De poſtrema illa loquitur noſter *Bohadinus.*

HAURAN. حوران. *Vit. p.* 70. *Auranitis.* In *Lex. Geogr.* حوران بالفتح كورة واسعة من اعمال دمشق في القبلة ذات قري كبيرة ومزارع قصبتها بصري ومنها اذرعات وزرع وغيرها *Hauran, per Phata, eſt regio ampla, ditionis Damaſcenæ ad auſtrum: in qua vici magni, & urva læta; ejus Metropolis eſt Boſra*, Boſtra, *ad eamque pertinent Edraata, & Zarum, aliaque loca.* Habes hic quoque *Adraam* & *Zaram* veteribus memoratas. Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 133. Provinciam, cui accenſetur *Tiberias*, حوران *Hauran* vocari obſervat, quæ apud *Ezech.* 47. 16. 18. חורן. *Tyrius* ſimiliter *Auranitiden* appellari ait *Regionem quæ ſecus mare Tiberiadis eſt.* Cl. *Rel. Pal. p.* 107. hæc nihil commune habere autumat inter ſe. Crediderim ego *Auranitidem* ditionis *Damaſcenæ*, cujus caput *Boſtra*, eſſe *Transjordaninam* illam regionem, quæ porrigitur ab ortu iſtius fluvii ad extremum finem *Lacus Tiberiadis*; id quod locus *Bohadini* noſtri egregie firmare poteſt.

HIEROSOLYMA. القدس הקדש *Elkuds* ſive *Sanctuarium* & بيت المقدس בית המקדש *Domus Sanctuarii.* Inſignitur & titulo الشريف *Elsjeryf*, quo *Sacroſanctam* & *Auguſtam majeſtatem* ſolent ſignare. *Vita p.* 73. Iſtius Sanctiſſimæ venerationis, qua *Muhammedani* etiam urbem hanc proſequuntur, indicium extat luculentiſſimum *p.* 208. ad quæ verba commentanda haberemus ea, quæ indicis hujus fines anguſtos longe ſupergrederentur. In *Lex. Geogr.* abſolute المقدس המקדש *Sanctuarium* ſcribitur, ſubnexa egregia delineatione, quæ produci mereretur, niſi & iſta curriculi hujus metas tranſcenderet. Brevitatis itaque ſtudio ex *Abulf.* tantum apponam *long.* 56. 30. *lat.* 31. 50. Reliqua in aliud tempus ſeponuntur. Adeatur interim ad *Alfrag.* 137. & ſeq.

HIPPODROMUS *Viridis.* الميدان الاخضر *Vit. p.* 52. prope *Halebum.* Campus ita dictus.

HISNUM. *Elbiſnum* الحصن *vita* 104. Non ſatis liquet mihi de hoc *Caſtro*, id enim *Hiſnum* ſonat, niſi quod quum ἐπ' ἐξοχὴν ita appelletur, occurrerit mihi حصن زياد *Hiſn Zyad*, alias حرت برت *Charto-Birt*, vulgo *Charpurt*, *munimentum prævalidum* Provinciæ *Diarbecrenſis*, cujus mentio extat ad *Alfrag.* 248. Pro quo in mappis *Charput* vel *Carput* fere exaratur. *Lexicographus* aliquid præfert luminis حصن خرتبرت يعرف بحصن زياد في اقصي ديار بكر من بلاد الروم بينه وبين ملطيه

Digitized by Google

ملطية مسبرة يومين وبينهما الفرات *Chartobirt est Castrum quod Zyadi cognomento inclaruit, situm in extremis finibus Diarbecrensis præfecturæ: ditionis Rumææ. Duorum dierum itinere distat Malatia, interveniente Euphrate.* Clariorem adhuc faculam accendet *Abulfeda*, qui recensens fluvios in *Euphraten* decurrentes, incipit a نهر شمشاط *Sjimsjati fluvio* وهو نهر يمر على شمشاط ثم يمر على حصن زياد وهو خرت مرت ثم يصب في الفرات فوق ملطية *Est autem fluvius qui Sjimsjatum prælambens, mox Husn Zyad, quod est Chartovirtum, præterlabitur, indeque in Euphraten exoneratur supra Malatiam.* Favet conjecturæ quod *Diarbecrenses* copiæ ducem haberent principem *Elbisni p.* 104. *Lexicographus* tamen exhibet الحصن *Elbisnum* absolute موضع بين حلب والرقة ويقال له حصن عديس *Locum inter Halebum & Raccam, qui & Castrum Adaisi alias.* Vix putem illum posse intendi.

HISJAZA الحجاز *Exc. p.* 32. Provincia *Arabiæ*, quæ *Meccam* & *Medinam* sinu suo complectitur, ut ibid. videre est. Quæ *Lexicographus* promsit, prolixiora sunt quam ut nunc proferri queant. Consulatur Doctiss. *Alfragani* Commentator *p.* 98. Recurratur quoque ad *Jemana*.

HITTINUM حطين unde prælium *Hittinense p.* 67. *Vit.* & 69. ubi dicitur esse *vicus & collis*, ad quem *Sjoaibus* Propheta tumulatus. *Lex. Geogr.* حطين قرية بين طبرية وعكا بينها وبين طبرية فرسخين وبالغرب منها قرية يقال لها حباريه وبها قبر شعيب *Hittyn est vicus inter Tiberiadem & Ptolemaidem, ad distantiam duarum a Tiberiade Parasangarum. Prope eum alius vicus, Hajara dictus, ad quem extat sepulcrum Sjoaibi.* Iste *Sjoaibus* est *Jethro*, socer *Mosis*, quem *Muhammedani* catalogo inserunt Prophetarum, & ad *Midianitas* legatum fuisse dictitant.

HOBEILA حبيل *vita p.* 72. *Exc.* 41. & alibi. Sed rescribendum *Sjobeila* vel *Giobeila*, per *Sjim*, جبيل. Id ex *Lex. Geogr.* percepi, ubi sic illustratur الجبيل تصغير الجبل وجبيل بلد من سواحل دمشق مشهور في شرقي بيروت على ثمانية فراسخ من بيروت *Giobeil est diminut. a Giebel, mons: estque oppidum in litoralibus Damasci percelebre, ad Orientem Beryti, distantia octo parasangarum.* Quæ *Abulfeda* obiter tetigit, prostant supra in *Berytus*. In *Geogr. Nub. p.* 108. 118. scribitur *Gebail*. Rectius *Gobail*. Est *Gibelet* in mappis, distinctum a جبلة *Gabla*; de qua sub *Sjibla*.

HONAINUM هونين *Vita* 75. *Exc.* 43. *Houneinum*, prout ibi *Houbeinum* quod in MS. erat correxi. Situm indicat *Lex. Geogr.* هونين بالضم بلد في جبال عامله مطل على نواحي مصريين *Houneïn, per Damma; est oppidum in montibus Amila, imminens tractibus Mesryn.* De *Amila* annotatum reperio ab *Abulf.* ad *Tab. Syr.* ومن الاماكن المشهورة بالشام جبل عاملة وهو ممتد في شرقي الساحل وجنوبيه حتى يقرب من صور وعليه الشقيف *E locis nobilioribus Syriæ est mons Amila, qui ab ortu & austro litorali Palæstinæ prætenditur, Tyrum prope accedens: in eo situm est Sjakyfum.* Quære *Mesryn* in *Maarra*.

I.

JAFFA. Mox sub *Joppe*.

JAFNA *Jabna* يبنا *vita p.* 72. 199. 202. &c. Memoratur & 2 *Chron.* 26. 6. יבנה *Jabne*, urbs *Philistæorum*. In *Lex. Geogr.* يبنى بالضم *Jubne, per Damma*, sonandum monetur. Sed rectius esse *Phata*, *Jamnia* Ἰάμνια Veterum declarat. Additur ibidem, esse جليد قرب الرملة *oppidulum prope Ramalam*. Huc magnum Synedrium demigrasse traditur; *Hierosolymis* deletis. Academia quoque *Jabnensis* celebratur. Conferatur *Palæst.* Cl. *Rel. p.* 823. & alibi.

JARUKITÆ. *Jarukidæ. Jarukienses* الياروقية, quorum haud infrequens fit mentio, ut *Exc.* 9. *vita* 51. nomen traxere ab الياروقية *Jaruka*, محلة كبيرة بظاهر حلب تنسب الى ياروق احد امراء التركمان احد امراء نور الدين محمود كان نزلها ومر بها دورا لبه الاصحابه

Vico majore extra Halebum, sic appellato a Jaruka, Duce Turcomannorum, qui militavit Nouradino

dino Mahmoudo; *ibique fixa ſede ſibi ſociiſque ſuis domos conſtruxit*; ut *Lexicogr.* habet.

ICONIUM قونية *Counia. Exc. p.* 58. *Vita* 121. Nobilitatum apud Veteres quoque *Lycaoniæ* oppidum. Ab *Abulfeda* recenſetur *Tab.* 17. ſub بلاد الروم *Regionibus Rumæis*, in *Clim.* 5. ad *long.* 56. 37. *lat.* 41. præciſe. Subditur dein قال ابن سعيد وهي مدينة مشهورة ولها جبل في جنوبيها ينزل منه نهر ويدخل الي قونية من غربيها فلها بساتين من جهة الجبل بقرب من ثلثة فراسخ وقلعتها قريبة افلاطن الحكيم وبها دار السلطنة *Ait Ibn Sayd*, *Civitas eſt celeberrima*, *cui ad auſtrum adjacet mons*, *unde fluvius deſcendit*, *Iconiumque intrat ab occaſu. Montem verſus hortos habet*, *ad tres ferme paraſangas. In ejus arce tumulus extat Platonis Philoſophi. Eſt Regia Sultanorum ſedes.* Confer quæ ſub *Akſara* extant.

JEMANA اليمن *Jemen. Jaman. Arabia Felix* ſtrictius ſic dicta, nam uſus *Græcorum* & *Latinorum* in *Eudæmone Arabia* ſignanda latius funditur, ſeſe extendens ad univerſam illam peninſulam quæ maribus *Perſico*, *Arabico*, *Oceanoque* circumcingitur. Eam *Arabes* in quinque partes ſecuerunt majores, quæ ſunt اليمن والحجاز وتهامه ونجد والعروض *Jemana*, *Hisjaza*, *Tehama*, *Nesjda* vel *Negda* & *Arouda*, quæ & *Jemama* ad *Bahreinam* uſque procurrens. Harum regionum facile princeps eſt *Jemana* noſtra, cui Cl. *Golius* id nominis inditum putat *p.* 83. ad *Alfr.* ab اليمن *Jemen* quatenus *benedictionem* & *felicitatem* exprimit, *d'Herbelot.* Verius putem quod *Lexicogr.* etiam tetigit اليمن سميت لتيامنهم اليها لما تفرقت العرب من مكه كما سميت الشام لاخذهم الشمال والبحر محيط بارض اليمن من المشرق الي الجنوب ثم راجعا الي الغرب يفصل بينها وبين باقي جزيرة العرب خط ياخذ من بحر الهند الي بحر اليمن عرضا في البرية من الشرق الي جهة الغرب ولليمن اخبار ولبلادها اقاصيص *Jemana nomen invenit ex eo*, *quod Dextram petendo illuc perrexerint Arabes*, *quum e Mecca diſpergerentur*; *pront Sjam dicta fuit Syria quod illuc ad ſiniſtram pergeretur. Jemanenſem regionem cingit mare ab oriente*, *per auſtrum*, *ſeſe ad occaſum reflectens. Inter Eam*, *reliquamque Inſulam Arabum diſcriminat linea*, *quæ a mari Indico ad mare Rubrum tranſverſa per terram ducitur*, *quam late tenditur*, *ab ortu in occaſum. Jemana ejuſque oppida Hiſtoricis ſubminiſtrant materiem.* Apparet *Jemanam* eſſe quicquid in *dextram*, *interioremque auſtrum* reducitur, atque ad oceanum uſque ſe porrigit: lateribus ad utrumque ſinum, tanquam alis, ſemet expandentibus, quos tractus litorales *Abulfeda* appellat تهايم اليمن *Regiones Jemanæ ad mare vergentes*; per *Jemanam* ipſam *Mediterranea* intelligens. Ad *Tehajim* ſive *oras Maritimas* pertinent apud Eundem عدن *Aden*; ظفار *Dafar*; زبيد *Zebyd*; مهجم *Mehsjam*. Ad *Mediterranea* ſive اليمن Metropolis صنعاء *Sanaa*, جبله *Sjubla*; حصن تعز *Caſtrum Tiz*; حصن الدملوة *Caſtrum Dimlouh*; الجند *Sjind*; نجران *Nesjran*; صعده *Saada*; مارب ويقال لها سبا *Maraba quæ & Saba*; جرش *Giursj*; الشرجه *Sjergja*. حلي *Helj*; مرباط *Mirbat*; مهرة *Mehra*; السريسر *Sirrain*; ذمار *Dſimar*; شبام *Sjibam Metropolis Hadramuttidis*; denique بلاد خيوان *Chaiwanitis*, *regiones Chaiwan*. Hæ civitates terræque, ab *Abulfeda* illuſtratæ, quum reperiri poſſint in *Geogr. Minoribus*, vel & in verſione inde *Gallice* concinnata per eruditiſſ. *La Rocquium*, illuc dimiſſum Lectorem, mihique laborem remiſſum velim. Cetenum *Jemanenſe* hoc *Regnum* per Fratrem *Saladini* occupatum fuiſſe narratur in *vita p.* 39. addita quoque ratione. Idem reperies in *Exc. p.* 16. atque ex *p.* 16. perſpicies *Tauranſjahum*, in *Arabia Felice*, ut *Saladinum* in *Ægypto*, hactenus *Nouroddino*, Regi *Syriæ*, ſupremi imperii titulos honoreſque detuliſſe. Altera alterius Fratris *Saiphol-Iſlami* expeditio, ad nutantes ibi res firmandas, extat *Exc. p.* 30. Diu Regnum iſtud in *Jobidarum* domo remanſit.

INDIA الهند. A *Sjehaboddino Gaurita* cædendo, prædando, pervaſtatur in *Exc. p.* 59. السند والهند *Sindos* & *Indos* ita diſtinguunt Arabum Geographi, ut tamen intima eoſdem cognatione atque origine conjungant. Utriuſque populi fines regere, atque oppida percenſere, ex *Abulfeda*, eſſet extra oleas divagari.

INSULA *Filii Omar*. جزيرة بن عمر. *Exc. p.* 27. Attingitur ad *Alfrag.* 234. 240. Proſtat apud *Abulf.* in *Tab. Meſopotamiæ* ad *long.* 65. 30. *lat.* 37. 30. cum hac expoſitione وجزيرة بن عمر مدينة صغيرة على دجلة من غربيها ذات بساتين كثيرة وقال ياقوت في المشترك هي بلدة في شمالي الموصل ويحيط بها دجلة مثل هلال *Eſt autem Inſula Filii Omar*, *parvula civitas ad Tigrim*, *ab occidentali ejus*

latere; hortis læte florens. Jacutbus in Almosjtarec fitam esse ad septentrionem Mosulæ, atque Tigrim corniculatæ ad instar lunæ eam cingere, tradit. Plenius paulo *Lex. Geogr.* جزيرة بن عمر بلد فوق الموصل بينهما ثلاثة ايام ولها رستاق مخصب يحيط بها دجله الا من ناحية واحدة شبه الهلال فعمل له خندق لجري فيه الما فاحاط الماء بها *Insula Filii Omar est oppidulum supra Mosulam, ad distantiam trium dierum. Gaudet annexa sibi regione præfertili. Eam Tigris præcingit, uno latere excepto, ad instar corniculatæ lunæ. In fossam ei additam immissa aqua undique circumluitur.* Originem nominis, magno silentio tramissam ab auctoribus meis, si non reddidero, excusatus, credo, abibo. In mappis *Gezirè*, hoc est *Insula* absolute.

JOPPE يافا *Jafa. Jaffa* vulgo. *Exc. p.* 41. & alibi sæpe. in *vita* 198. 200. 233. Notabilis ejus obsessio per *Saladinum* narratur *p.* 244. Expugnatio, 246. Liberatio per Regem *Angliæ* 251. Ubi reperies facinus immortali dignum memoria, neglectum tamen a Scriptoribus Christianis, quos *Saltum* illum nobilem transsiluisse est cur miremur. Antiquum quoque nomen ei יפו *Jafo*, de quo aliisque ad uberiorem notitiam pertinentibus consulatur in primis *Palæst.* Cl. *Rel p.* 864. &c. Descriptio ejus apud *Abulfed.* sub *long.* 56. 40. *lat.* 32. 20. hæc est ومدينة يافا بلد صغير ساحلية من الغرض المشهور ومدينة يافا كانت حصنا كبيرا فيه اسواق عامرة وكلاء التجار ومينا كبير فيه مرسي المراكب الواردة الي فلسطين والمقلعة منها الي كل بلد وبينها وبين الرملة ستة اميال وهي في الغرب عن الرمله

Jaffa exile nunc est oppidulum, litorale, inter stationes navium prænobiles. Fuit antea Civitas egregie munita, florens foris frequentissimis; procuratoribus Mercatorum; portu ingenti, ubi fida statio navibus ad Palæstinam accedentibus. Vela quoque inde dabantur in annem regionem. Inter eam & Ramlam sex sunt mill. jacetque ad occasum Ramlæ. Ad mensuram hanc vide quæ notata sunt in *Palæst. Rel.* 867.

IRAKA العراق *Exc. p.* 36. Unde *Irakensis* عراقي *p.* 44. &c. &c. Ea duplex est apud Geographos Orientis عراق العرب *Iraka Arabum*, & عراق العجم *Iraka Persarum*, sive *Asjem.* Absolute posita العراق *Iraka*, semper *Arabicam* illam designat. Hanc *Abulf. Tab. octava*, manu artifice expinxit, sic incipiens لما فرغ ذكر الجزيرة انتقل الي العراق والذي يحيط بالعراق من جهة الغرب الجزيرة والبادية ومن الجنوب البادية وبحر فارس وحدود خوزستان ومن الشرق حدود بلاد الجبل علي حلوان ومن الشمال الي الجزيرة حين ابتدانا والعراق علي ضفتي دجله مثلها بلاد مصر علي ضفتي النهل ويجري دجله من الشمال بميلة الي الغرب الي الجنوب بميلة الي الشرق وامتداد العراق طولا شمالا وجنوبا من الحديثه علي دجله الي عبادان علي مصب دجله في بحر فارس واما امتداده عرضا غربا وشرقا من القادسية الي حلوان فالحديثة في وسط الحد الشمالي بميلة الي الغرب والقادسية في وسط الحد الغربي بميلة الي الجنوب وعبادان في وسط الحد الجنوبي بميلة الي الشرق وحلوان في وسط الحد الشرقي بميلة الي الشمال ووسط العراق الذي من القادسية الي حلوان وهو اعرض ما في العراق واما راس العراق الذي عند عبادان فبعد عن ذلك

Absoluta Mesopotamia, ad Irakam pergo. Irakam ab occasu cingit Mesopotamia & Arabia Deserta. Ab austro eadem Deserta Arabia & Mare Persicum, finesque Choristanæ, Choziſtanæ. *Ab Oriente fines Parthiæ Hulwanum usque. A Septentrione isdem* fines *ab Hulwano ad Mesopotamiam ubi initium feceramus. Iraka protenditur ad ambas Tigris ripas, prout sese Ægyptus ad utrumque Nili latus extendit. Currit autem Tigris a septentrione nonnihil inclinatus ad occasum, austrum versus cum inclinatione quadam ad orientem. Iraka in longum porrigitur a septentrione in austrum, inde ab Haditha injuncta Tigri usque ad Abadanum, situm in ostio Tigris ad Mare Persicum: in latum eadem se expandit, ab occasu in ortum inde ab Elkadisia Hulwanum usque. In medio termini borealis, cum declinatione ad occasum jacet Haditha: Elkadisia in medio termino occidentali, cum declinatiuncula ad austrum: Abadanum positum est in medio termini australis nonnihil inclinatum ad orientem: Hulwanum denique medium terminum orientalem obtinet, aliquantulum ad septentrionem declinans. Ab Elkadisia ad Hulwanum latissime panditur Iraka; Capite ejusdem ad Abadanum sese attenuante & contrahente.* Graphice enim vero, sic ut nunquam

Digitized by Google

quam quicquam preſſius expreſſiuſque hoc in genere pingi queat. Urbes ejus enumerantur, هيت *Hyt long.* 68. 20. *lat.* 38. 15. الحلة *Hilla long.* 69. *lat.* 32. القدسية *Elkadiſia long.* 69. 25. *lat.* 31. 10. الحيرة *Hira long.* 69. 37. *lat.* 31. 30, الكوفه *Cupha long.* 69. 30. *lat.* 31. 50. الانبار *Anbar long.* 69. 30. *lat.* 38. 15. عكبرا *Acbara* vel *Ochbara* potius *long.* 69. 40. *lat.* 38. 35. البردان *Bardan long.* 69. 50. *lat.* 38. 30. بابل *Babel long.* 70. *lat.* 32. المدايين *Madayin long.* 70. *lat.* 38. كلواذا *Kalwaza long.* 70. *lat.* 38. 16. بغداذ *Bagdads long.* 70. *lat.* 38. 25. صرصر *Sarſar long.* 69. 55. *lat.* 38. 20. النعمانية *Nomania long.* 70. 20. *lat.* 38. النهروان *Nahrowan long.* 70. 20. *lat.* 38. 15. قصر ابن هبيرة *Kaſr. Ibn Hobeira long.* 70. 30. *lat.* 32. 45. جرجرايا *Giergiaraja long.* 70. 30. *lat.* 32. فم الصلح *Phumaſſilch long.* 72. 50. *lat.* 32. 50. نهر الملك *Nahrelmelikh long.* 69. 50. *lat.* 38. 55. الدسكرة *Daſcura long.* 71. *lat.* 38. 40. جلولا *Giuloula long.* 71. 10. *lat.* 38. 50. واسط *Waſit long.* 71. 30. *lat.* 32. 25. خانقين *Chanikyn long.* 71. 35. *lat.* 38. 50. سرمن راي *Sermanraja quæ & Samarra long.* 69. 45. *lat.* 34. 50. حلوان *Hulwan long.* 71. 55. *lat.* 34. البصرة *Baſra*, Baſora vulgo, *long.* 74. 31. *lat.* 31. الابلة *Obolla long.* 74. *lat.* 31. عبادان *Abadan long.* 74. 30. *lat.* 29. 20. Omiſſa, quæ principem locum tenere debuiſſet, الحديثة *Hadytha*, cujus paulo clarior adhuc conſpectus deſideratur ad fines utriuſque *Irakæ* tanto accuratius figendos. In *Tab. Meſopot.* ponitur ab *Abulf.* الحديثه على الفرات والحديثه موضعان احدهما *Haditha ad Euphratem*, adjectis hiſce هذه التي من بلاد الجزيرة ويقال لها حديثة النورة والثانية حديثة الموصل فتذكر مع العراق *Hadithæ duæ extant. Altera hæcce ad Meſopotamiam pertinens, quæ Haditha Nourea vocatur, altera Haditha Moſulitica, quæ ſub Iraka memorabitur.* Sed mox in eadem *Tabula* ſubſumitur الحديثة على دجلة *Haditha ad Tigrim*, cum hac explanatione هذه الحديثه يقال لها حديثه الموصل وهي بليدة على شاطي دجلة بالجانب الشرقي قرب الزاب الاعلي وقيل انها كانت قاعدة بلاد الموصل بينها وبين الموصل اربعة عشر فرسخا *Poſterior hæc Haditha Moſulitica nuncupatur. Oppidulum eſt ad ripam Tigris, a latere Orientali; haud procul a Zabo ſuperiore. Dicitur fuiſſe Metropolis Regionum Moſuliticarum. Inter eam Moſulamque* 14. *paraſangæ.*

Hinc jam proclivis nobis gradus, tranſituſque, ad *Irakam Perſicam* juſtis finibus comprehendendam. بلاد الجبل *Regionem montoſam* uſitatius vocitant, quæ amplectitur veterum *Aſſyriam Parthiamque.* Clariſſimis iterum lineis id præpingam ex *Abulfeda*, quia mirifice turbatum eſt in hiſce *Iracis*, non tantum a *Mapparii*s dicam an *Patellariis* Geographis, verum etiam a Viris literatura orientali pertinctis. Is *Tabulam* 19. quæ inſcribitur بلاد الجبل *Bilad Elgiebel*, *Regiones montium*, ſic exoſculatur انتقل الي ذكر بلاد الجبل وهي البلاد المعروفة عند العامة بعراق العجم ويحيط بها من جهة الغرب اذربيجان ومن جهة الجنوب شي من بلاد العراق وخوزستان ويحيط بها من جهة الشرق مفازة خراسان وفارس ويحيط بها من جهة الشمال بلاد الديلم وقزوين والري عند من يخرجهما عن الجبل ويضمهما الي الديلم لان بلاد الديلم تحف بهما *Tranſgredior ad Regiones montium exponendas, quæ ſunt Terræ apud vulgum cognitæ nomine Irakæ Agiemicæ* ſive *Perſicæ. Haſce præcingit ab Occaſu Adſerbeisjana; ab auſtro pars Irakæ Arabicæ & Choriſtanæ: ab oriente deſertum Choraſanæ & Perſidis: ab aquilone Deilem; itemque Kazwyn & Ray apud eos* Geographos, *qui duo hæcce disjuncta a Montoſis regionibus Deilemo contribuunt, quod illæ terræ ea radant.* Luſtrantur deinde ſigillatim civitates vaſtis his regionibus contentæ, quarum *longitudines latitudineſque* non apponam, *Sjabrezour; Irbil*, Arbela; *Kirmiſyn*, alias *Chermanſjah*; *Dinawar* vulgo *Dinor*; *Kaſr Elloſous*, caſtrum Latronum; *Kaſr Sjyryn*; *Sobræwerd*; *Saimara*; *Talkan*; *Syrwan* quæ & *Maſabadan*; *Aſdabads*; *Zengian*; *Nohawend*; *Hamadſan*; *Boroujjird*; *Abbar*; *Sawa*; *Chowar*; *Kazwyn*; *Abah* quæ & *Awah*; *Gierbadskan*; *Kom*; *Kaſjan*; *Ray*; *Iſpahan*; *Ardeſtan*; *Caragj*; *Mons Danjæwend*, vulgo *Dumawend.*

Habent jam, qui Regna Orientis delineant, ubi *Irakæ* utriuſque nomina conſignent: quæ citra opem lucemque a *Principe* noſtro *Hamatenſi* tam ſplendide præſtitam, longum adhuc in mappis oberrarent. Ante autem quam finiam, videndum de *portento erroris* quod Clar.

Hyde in *not.* ad *Peritz. p.* 65. commiſſum autumat a magno noſtro *Golio*, quum in *Indice* ad *Alfrag.* notatur, *Iraca tractus late patens, eadem cum Babylonia, quæ & diſtinctius Iraca Perſarum.* Item; *Iraca Arabum*, id eſt *Aſſyria.* Nil pote perverſius; ſed hoc ipſum monere potuiſſet, nonne a Viro in *Abulfedæ* lectione contrito errorem hunc profectum, verum a Confectore *Indicis* ad opus poſt mortem Auctoris publicatum. Ne illum quidem tam portentoſe erraſſe crediderim; eſtque omnino ordo invertendus ut *Iracam* primam, ſive *Babylonicam*, diſtinctius *Iracam Arabum* vocari indicetur; *Iracam Perſarum* vero appellari *Aſſyriam*, quod eſt veriſſimum ſi modo *Parthia* adjungatur, quin & pars *Mediæ.* Adhuc confuſius egiſſe *Golium* pronunciat *Hydius*, quod العراقان *duas Iraas* aliquando ab *Arabibus* appellari monens per urbium nobiliſſimarum, *Cufam* & *Baſram*, priorem quidem *Iracam Arabum*, poſteriorem *Iracam Perſarum*, dici tradat; quod nempe *Cufa* magis ab *Arabibus*, *Baſra* magis a *Perſis* frequentetur. Habeo & hic quo labeculam iſtam diluam; ſuoſque auctores ſecutum eſſe *Golium* dubitare nequeo. *Lexicographus* noſter indicio erit. العراق المشهور هو ما بين حديثة الموصل الي عبادان طولا وما بين عذيب القادسية الي حلوان عرضا ويسمي بالعراقين الكوفة والبصرة لانهما محال بجند المسلمين بالعراق ولكل واحد منهما وال يختص به

Irak illud celebre eſt quod inter Haditham Moſuliticam protenditur in longum, uſque ad Abadanum: quodque in latum ſe pandit ab Odaib Kadiſiæ, (Aqua eſt ad dextram illius urbis) *uſque ad Hulwanum. Duæ Iraka etiam vocitantur Cufa & Baſra, quia, ambæ ſedem præbent Præſidio militari Muſulmannorum in Provincia Irakenſi; habentque ſingulæ ſuum ſibi proprium Præfectum.* An jam non facile fieri potuit, imo debuit, ut a nonnullis ſcriptoribus *Iraka* illa, ad *Perſas* magis devergens, ab iis quoque denominata fuerit, ut diſtingueretur ab *Iraka*, *Arabibus* propiore; ac proinde *Haſtam* hoc poſteriore uſu, vel abuſu, *Golius* noſter عراق العجم *Irakam Perſicam* nonnunquam appellitari, *Cufam* vero عراق العجم. *Iracam Arabicam*, citra errorem ac confuſionem obſervare potuit. Non curat mos, & os loquentium, aliquid erroris; ad minus peritos e talibus abuſibus redundans.

IRMIA. لرمية *vit.* 213. Innoteſcet ex *Lex. Geogr.* لرمية بالضم مدينة عظيمة قديمة بازربيجان بينها وبين البحيرة ثلثة اميال او لربع وهي فيما يزعون مدينة زرادشت بني (نبي) المجوس *Urmia, per Damma potius, eſt Civitas magna, vetuſta, Adſerbeisjanæ: inter quam & Lacum tria ſunt mill. aut quatuor: ajunt eſſe Patriam Zerdasjti, Zoroaſtri, prophetæ Magorum.* Uberius adhuc per *Abulfedam* cognoſcetur in *Tab. Adſerbeiſ.* unde *long.* & *lat.* ſupra jam enotavi. Nunc hæc habe. ولرمية بالقرب من بحيرة تلا التي تقدم ذكرها مع البحيرات في صدر الكتاب واما قلعة تلا فهي علي جبل في جزيرة هذه البحيرة كان قد جعل هلاكو امواله فيها لحصانتها ولرمية كثيرة الخير نزهة قال المهلبي ولرمية مدينة جليلة ويقال ان زرادشت نبي المجوس منها قال وهي اخر حد اذربيجان من جهة الغرب ولرمية غربي سلماس علي ستة عشر فرسخا قال والموصل في سمت الغرب عن لرمية وبينهما اربعون فرسخا

Urmia non procul abeſt a Lacu Tela, cujus mentio præceſſit in Lacubus ad initium Libri. Arx Tela tollit ſeſe in monte Inſulæ, hoc in Lacu ſitæ, in quam Hulacon Tatarus opes ſuas recondidit ob ejus inſignem firmitatem. Urmia bonis rebus uberat, & per eſt amœna. Mehleb auctor eſt, Urmiam eſſe civitatem ſplendidam, atque Zoroaſtrum Prophetam Magorum inde ferri oriundum. Idem ait, in extremo fine Adſerbeisjanæ, qua occaſum ſpectat, eam eſſe poſitam ad 16. paraſangas in occidentem a Salmaſa. Addit, Moſulam, in occaſum, eundem cum Urmia verticem coeli tenere, ſub diſtantia 40. Paraſangarum. Deſcriptio *Lacus* hujus, quam tangit *Abulfeda*, per ſane digna eſſet, quæ huc adferretur; ſed magnitudine materiæ abſterreor.

ISMAILANUM الاسماعيلان. *Vita p.* 60, dicitur eſſe *Locus* prope *Moſulam*, omnibus *notus.* Mihi tamen, quod Auctores mei ſileant, ignotus. Incertis conjecturarum me credere non amo.

ISPAHANUM اصبهان *Exc.* 89. Metropolis Regni Perſici nemini non percognita. Ordinatur ſub بلاد الجبل *Parthia* ab *Abulf.* ad *long.* 76. 50. *lat.* 38. 30 في نهاية الجبال من جهة الجنوب *In extremitate Parthiæ qua auſtrum ſpectat.* Reliqua præcido, ne ſoli faculam accendam: remittoque ad Cl. *Golium* in *Alfrag. p.* 214.

K.

Digitized by Google

K.

KAHIRA. Cairo. *Alkahira* ſupra.

KAIMOUNUM. Exſtat in *Alkaimounum* ſupra.

KAJOUNUM. القايون Non reperio ullum ejus veſtigium. Suſpicor eſſe *Kaimounum*, nam in MS. obſcurius erat exaratum.

KARABALENSIS Præfectura ولاية القرابلي *Exc.* 37. In *Aſſyria*, ejuſque parte *Curdiſtania* videtur eſſe ponenda. Geſſant & hic mei rontes. Saltem *Lexicographus*. In *Abulfeda* ſine ſpe inveniendi quæritare non eſt otium. Forte *Karaylenſis* legendum قرايلي nam ايلي *Ily* ſonat *Juriſdictionem* apud *Turcas*, vel regionem. Ut in بوسنه ايلي *Boſna Ily*. & aliis bene multis.

KARA HISAR قرا حصار *Vita p.* 47. 52. *Lex. Geogr.* قرا حصار مرج كبير من شمالي حلب *Kara Hiſar eſt magnum pratum a parte ſeptentrionali Halebi.* Eſt & *Kara Hiſar*, quod *Nigrum Caſtrum* ſonat *Turcice*, arx ditionis *Rumææ*. In *Phrygia*. itemque *Cilicia*, quæ tamen Arabibus كرك *Curic.* i. e. *Corycus*. Iſtud *Kara. Nigrum* etiam videtur intrare in compoſitionem vocabuli قرايلي, de quo modo, quaſi *Nigram* dicas *regionem*, qua ratione complurima apud *Turcas* per *Kara* appoſitum ſignantur. Videatur *Herbelotius* in voce *Cara* & ſeq.

KARKISIA. Redi ad *Carkiſia*.

KELLASA الكلاسة Nobile *Damaſci* templum, & Gymnaſium. *vita p.* 276. In *Guliſtan* memoratur *p.* 161. ubi *Gentii* notas velim conſuli.

KERRAFA القرافة *Exc.* 23. Illuſtratam dabit *Lexicogr.* هي اليوم مقبرة اهل مصر وفيها ابنية جليلة ومحال واسعة وسوق قايم ومشاهد للصالحين وتربة الاكابر كابن طولون وبها قبر الامام الشافعي رضي الله عنه وهي مستفرجات اهل مصر والقرافة ايضا موضع بالاسكندرية

Eſt nunc temporis Sepulchretum populi Memphitici: in quo ſplendida viſuntur ædificia; ampli vici; forum frequentiſſimum; Martyria religioſorum; Mauſolæa Magnatum; ut Tonlunidæ, Regis Ægypti; Sepulchrum quoque Antiſtitis Sjaphæi beatiſſ. mem. ibidem extat. Exſpatiantur illuc Memphitæ. Eſt & Kerrafa Alexandriæ. In deſcriptione *Altaini* apud *Leon. African.* reperies *Suburbium Carafa, ad oppiduli ſimilitudinem factu lapidis diſtans a Muccatim monte, Almakattamum* ſupra expoſitum intellige, *ubi plurimæ ſepulturæ, elegantiſſimis altiſſimiſque fornicibus extructæ, variiſque tum emblematis, tum coloribus exornatæ, muris ac pavimento ſumtuoſis tapetibus obducto, quas ſtolida plebs ut monumenta Sanctorum colat*, &c. &c.

KESWA. *Alkeſwa.* الكسوة *Vita* 269. *Cheſwa.* Tangitur in *Lex. Geogr.* الكسوة قرية هي اول المنازل الحاج او لمن يريد مصر اذا خرجوا من دمشق

Cheſwa, Keſwa, vicus qui primam præbet ſtationem peregrinatoribus ſacris, iiſque qui Ægyptum petunt, Damaſco egreſſis. Ibidem *Vit. p.* 269. *Gababum* me ferme fugiſſet, غباب pro quo غباغب *Gabageb*, vel *Gabagib* reponendum, ſecundum Seriem diſertam literarum in *Lex. Geogr.* ubi eſt قرية في اول عمل حوران من نواحي دمشق بينهما ستة فراسخ *Vicus in primo limite Auranitidis, tractus Damaſcehi, ad diſtantiam ſex a Damaſco paraſangarum.* Confer quæ ſub *Hauran* in medium edita.

KUDSUM القدس. Nomen *Lacus Exc.* 44. *Lex. Geogr.* القدس بحيرة بالشام قرب حمص يضاف اليه بحيرة القدس *Kadaſum, motis per vocalem primis radicalibus, in Syria extat, prope Emiſſam, unde Lacus Kadas denominatur.* In *Introd. Abulf.* vocatur etiam *Lacus Kadas*, & *Lacus Emiſſæ tridui itinere ſe diffundens a ſeptentrione in Auſtrum; ad latus occidentale Emiſſæ.* Alia ibidem ſubnotata amputare cogor. Vid. aliquid ad *Alfr.* 281. & ſupra in *Fluv. Orontes.*

KURCHANII الكرخاني *vita* 213. Ordo rerum aliquid quidem lucis præfert; nec tamen ubi *Kurchanios* locem, ſatis mihi exploratum. Videtur huc facere quod *Lexic. Geogr.* promit ſub voce كرخيني *Kirchyni*, قلعة في وطاء من الارض حصينة بين دقوقا ولربل علي تل عال ولها ربض *Arx in depreſſiore terra, inter Dakoukam & Arbelam,*

lam, prævalida, collique celso imposita, cum suburbio. Docetur ibidem in voce كرخ *Carch*, esse *dictionem Nabatæam*, كلمة نبطية, a *radice* كرخ *Caracha* in *aquis unum ad locum derivatis ac deductis*, من قولهم كرخت الماء وغيره اذا جمعته الي موضع Hinc in *App. Gol.* habes كارخ *Aquæductor*. Multa autem subseruntur loca quæ a كرخ *Carch*, *Kirch*, *Kurch* incipiunt. Quod protuli proxime ad filum historiæ sese accommodare visum.

KUS. *Kous. Kusani tractus. Kusanæ Præfecturæ* قوس واعمالها *vita p.* 40. Est Caput *Thebaidis Ægyptiacæ*, a *Chami* filio, ut Cl. *Gol.* ad *Alfr. p.* 101. observat, ducto nomine. *Stephani* κῶς ibi quoque adductum. & ipsas esse *Thebas* conjectum. *In Lex. Geogr.* قوص per *Sad* exaratur, مدينة كبيرة عظيمة واسعة هي قصبة صعيد مصر بينها وبين الفسطاط اثنا عشر يوما بينها وبين قفط فرسخ *Quæ Civitas est magna, magnifica, amplissima; Metropolis Ægypti Superioris: inter quam & Phustatam duodecim dierum distantia: Copto unam tantum parasangam inde recedente.* Apud *Abulf.* in *Tab. Ægypti* obtinet *long.* 51. 30. *lat.* 24. 30. subjunctis hisce وقوص مدينة بالصعيد وليس بارض مصر بعد الفسطاط اعظم منها وهي فرضة التجار من عدن وهي علي حافة النيل من البر الشرقي *Est autem Kus Civitas primaria Thebaidis; nullaque major, post Phustatam, in tota extat Ægypto. Emporium præbet Mercatoribus Adenensibus. Oræ Nili assidet a parte Orientali.*

L.

LAODICÆA اللاذقية. *vita* 81. ubi levis descriptiuncula additur. *Exc.* 44. 45. &c. &c. *Ladikia* ore *Arabum*. Est *Laodicæa* πρὸς θάλασσαν *ad mare*, urbs *Syriæ* haud confundenda cum *Laodicæa ad Libanum*, sive *Cabiosa*; quod factum tamen ad *Alfrag. p.* 299. Priorem tantum *Laodicæam* agnoscunt mei *Geographi*; quæ in *Abulfed.* tenet *long.* 60. 40. *lat.* 35. 15. وهي بلدة ذات صهاريج وهي علي ساحل البحر وبها مينا حسنة مفضلة علي غيرها وبها دير مسكون يعرف بالفاروس حسن البنا قال العزيزي ومدينة اللاذقية جليلة من اعمال حمص منها الي جبلة اثنا عشر ميلا ومنها الي انطاكية ثمانية واربعون ميلا وقال ايضا هي اجل مدينة بالساحل منعة وعمارة *Oppidum multis præditum cisternis; litori maris injunctum, portu pulcro & multo præstantissimo commendabile. In eo monasterium, cui Pharonso nomen; frequentissimum, structuraque cultissimum. Alazizius ait Laodicæam esse urbem splendidam, præfecturæ Emissenæ; unde ad Sjeblam* 12. *mill. numerentur, ad Antiochiam autem* 48. *mill. Addit idem esse excellentissimam Litoralis regionis Urbem tum quoad munitionem, tum quoad cultum & frequentiam.*

LEONIS *Filii Regiones.* بلاد ابن لاوون *Exc.* 27. & alibi. Expositæ supra in *Armenorum Regiones.*

LYDDA لد. *Vita* 202. ubi post cladem *Arsofensem* vastatur a *Saladino*. Adde 259. 281. In Sacris לד & Λύδδη vide *Rel.* 877. *Lexicogr.* لد قرية قرب بيت المقدس من نواحي فلسطين يقتل عيسي بن مريم الدجال ببابها *Lydda est vicus* vel *oppidulum haud procul Hierosolymis, cujus in porta Jesus Mariæ filius Antichristum occidet.* Quæ de دجال *Impostore* & *Antichristo* fabulantur *Muhammedani* hujus non sunt loci. Vide aliquid apud *Herbel.* in *Daggial.* Eandem rem tangit *Abulfed.* in additamentis ad *Tab. Syriæ* ومن بلاد فلسطين لد بضم اللام وتشديد الدال وهو موضع بالشام وبه يقتل الدجال وهناك الان بليدة صغيرة ذات خصب ولد علي شوط فرس من الرملة *Ex oppidis Palæstinæ est Lydda; prima dammata, secunda duplicata; Syriæ locus ille ubi Antichristus occidetur. Est nunc ibi urbecula parvula admodum copiosa. Curriculo equi distat a Ramla.*

M.

Digitized by Google

IN VITAM SALADINI.

M.

MAAINA ماعين *Vita p.* 59. *Aqua fontis.* Non reperio in meis in fontibus. Situs non obſcurus.

MAALTHA معلثا *Exc.* 41. Reponendum videtur ex *Lex. Geogr.* معليا *Maalja*, من نواحي الاردن بالشام *E tractibus Jordanitidis in Syria.* Id tamen non multum juvat. *Maaltha* ibidem ad *Inſulam filii Omar* refertur. *Malatha* arx *Idumææ*, in interiore *Daroma*, longius recedit a ſerie. Adi *Rel. p.* 885.

MAARRA المعرة *Exc.* 39. 50. Attingitur ad *Alfrag. p.* 276. Ex *Abulfeda* lux orietur. Dicitur eſſe من جند حمص *Provinciæ Emiſenæ*, ad *long.* 61. 45. *lat.* 35. atque ita porro illuſtratur معرة النعمان مدينة جليلة عامرة كثيرة الفواكه والثمار والخصب وشرب اهلها من الابار وبها معرتان معرة النعمان ومعرة نسرين فالنسبة الي الاولي معرتمي والي الثانية معرنسي غير ان اكثر اهل العلم لا يعرف ذلك *Maarra Nomani eſt civitas præluſtris, copioſa fructibus omne genus, proventuque. Incolæ e puteis bibunt. Duæ autem Maarræ dantur, Maarra Nomani, & Maarra Neſrini. Gentile prioris eſt Maarnomienſis: poſterioris, Maarneſienſis. Plerique tamen Docti id ignorant.* Similiter in *Lex. Geogr.* المعرة موضعان بالشام احدهما معرة مصرين بليدة وكورة بنواحي حلب بينهما خمسة فراسخ ومعرة النعمان تنسب الي النعمن بن بشير الصحابي في قبلبها قبر يقال انه قبر يوشع بن نون والصحيح انه بنابلس وهي مدينة كبيرة بين حلب وحماة بها زيتون وتين وفستق كثير ولها عمل واسع *Maarræ nomen duobus competit locis; quorum alter Maarra Meſryn dicta oppidulum eſt, & regio, in tractibus Halebi ad interſtitium inde quinque Paraſangarum. Maarra Nomani refertur ad Noman Ibn Basjyr Sahabienſem. Ad ejus latus auſtrale ſepulcrum eſt, quod fertur eſſe Joſuæ filii Nun. Sed verior eſt traditio eum Neapoli ſitum. Eſt autem Civitas magna, Halebum inter & Hamatam, quæ oliva, ficu, piſtacio, abundat. Ampliſſima gaudet ditione.* Illud *Meſryn*, quod ſupra etiam alicubi comparet, pro *Neſryn* ex uſu vulgi videtur invaluiſſe.

MACHESINUM ماكسين *Exc.* 31. oppidum *Meſopotamiæ. Lex. Geogr.* ماكسين بكسر الكاف بلدة بالخابور قريبة من رحبة مالك بن طوق *Machiſinum, per Keſra ad literam Caf,* eſt *oppidum ad Chaboram, vicinum Rahabæ Malich Ibn Tauk.* In *Abulf.* obtinet *long.* 65. *lat.* 35. atque ex *Azizio* affertur بينها وبين قرقيسيا سبعة فراسخ وبينها وبين سنجار اثنان وعشرون فرسخا *Inter eam Carkiſiamque intercedere ſeptem paraſangas: ut inter eam Sinjaramque viginti duas paraſ.*

MALATIA ملطية in *Exc. p.* 54. *Meletia* poteſt etiam exiliore ſono reddi, quæ eſt ipſiſſima *Melitene* Veterum, Μελιτηνη *Provincia & Civitas*, quam alii cenſent in *Cappadocia*, alii in *Armenia minore.* Hæc jam a Cl. *Gol.* ad *Alfr.* 264. obſervata, qui luculenter executus eſt Urbis hujus, in Hiſtoria orientali multo famigeratiſſimæ, deſcriptionem, fontibus *Abulfedæ* quoque recluſis: unde ne actum agam, excerpo tantum *long.* 61. *lat.* 37. ſecundum alios 39. *Lexicogr.* ait eſſe من بناء الاسكندر *ædificationem Alexandri.* Fallitur, & recentior eſt origo. Aliquid adhuc invenies ad *Rumæas Provincias* infra.

MALLAHA الملاحة *Vita* 186. 187. Locus inter *Haipham* & *Cæſaream.* Omiſſum in *Lex. Geogr.* vocabulum proprie *Salinas* exprimit, quo nomine & locus *Provinciæ Kinneſrinæ* indicatur ad *Alfrag.* 275.

MALLUHUM الملوح *Exc.* 4. ditionis *Halebenſis.* In *Lex. Geogr.* ſcribitur الملوحة *Malluha*, diciturque eſſe قرية كبيرة من قرى حلب *Majorem vicum e vicis Halebenſibus.*

MANBESJUM منبج *Manbesja. Vita* 45. *Exc.* 39. 50. &c. &c. *Menba. Manba. Bambyx. Bambyce. Hierapolis.* Celebratiſſimum illud *Deæ Syriæ* Sacrarium. Obtinet apud *Abulf. long.* 62. 50. *lat.* 36. 35. in جند قنسرين *Provincia Kinneſryna.* Attexitur dein قال في الانساب ومنبج احدي بلاد الشام بناها بعض الاكاسرة الذي غلب علي الشام

lam, prævalida, collique celso imposita, cum suburbio. Docetur ibidem in voce كرخ *Carch*, esse *dictionem Nabataeam*, كلمة نبطية, a *radice* كرخ *Caracha* in *aquis unum ad locum derivatis ac deductis*, من قولهم كرخت الماء وغيره اذا جمعته الي موضع Hinc in *App. Gol.* habes كارخ *Aquæductor*. Multa autem subseruntur loca quæ a كرخ *Carch*, *Kirch*, *Kurch* incipiunt. Quod protuli proxime ad filum historiæ sese accommodare visum.

KUS. *Kous. Kusani tractus. Kusanæ Præfecturæ* قوس واعمالها *vita p.* 40. Est Caput *Thebaidis Ægyptiacæ*, a *Chami* filio, ut Cl. *Gol.* ad *Alfr. p.* 101. observat, ducto nomine. *Stephani nãe* ibi quoque adductum. & ipsas esse *Thebas* conjectum. *In Lex. Geogr.* قوص per *Sad* exaretur, مدينة كبيرة عظيمة واسعة هي قصبة صعيد مصر بينها وبين الفسطاط اثنا عشر يوما بينها وبين قفط فرسخ *Quæ Civitas est magna, magnifica, amplissima; Metropolis Ægypti Superioris: inter quam & Phustatam duodecim dierum distantia: Copto unam tantum parasangam inde recedente.* Apud *Abulf.* in *Tab. Ægypti* obtinet *long.* 51. 30. *lat.* 24. 30. subjunctis hisce وقوص مدينة بالصعيد وليس بمصر بعد الفسطاط اعظم منها وهي فرضة التجار من عدن وهي علي حافة النيل من البر الشرقي *Est autem Kus Civitas primaria Thebaidis; nullaque major, post Phustatam, in tota extat Ægypto. Emporium præbet Mercatoribus Adenensibus. Ore Nili assidet a parte Orientali.*

L.

LAODICEA اللاذقية. *vita* 81. ubi levis descriptiuncula additur. *Exc.* 44. 45. &c. &c. *Ladikia* ore *Arabum*. Est *Laodicea* ἐπὶ θαλάσσῃ *ad mare*, urbs *Syriæ* haud confundenda cum *Laodicea ad Libanum*, sive *Cabiosa*; quod factum tamen ad *Alfrag. p.* 299. Priorem tantum *Laodiceam* agnoscunt mei *Geographi*; quæ in *Abulfed.* tenet *long.* 60. 40. *lat.* 35. 15. وهي بلدة ذات صهاريج وهي علي ساحل البحر وبها مينا حسنة مفضلة علي غيرها وبها دير مسكون يعرف بالفاروس حسن البنا قال العزيزي ومدينة اللاذقية جليلة من اعمال حمص منها الي جبلة اثنا عشر ميلا ومنها الي انطاكية ثمانية ولربعون ميلا وقال ايضا هي اجل مدينة بالساحل وعامرة منعة *Oppidum nullis præditum cisternis; litori maris injunctum, portu pulcro & multo præstantissimo commendabile. In eo monasterium, cui Pharonso nomen; frequentissimum, structuraque cultissimum. Alazizius ait Laodiceam esse urbem splendidam, præfecturæ Emissenæ; unde ad Sjeblam* 12. *mill. numerentur, ad Antiochiam autem* 48. *mill. Addit idem esse excellentissimam Litoralis regionis Urbem tum quoad munitionem, tum quoad cultum & frequentiam.*

LEONIS *Filii Regiones.* بلاد ابن لاوون *Exc.* 27. & alibi. Expositæ supra in *Armenorum Regiones.*

LYDDA لد. *Vita* 202. ubi post cladem *Arsofensem* vastatur a *Saladino*. Adde 259. 281. In Sacris לד & Lydda vide *Rel.* 877. *Lexicogr.* لد قرية قرب بيت المقدس من نواحي فلسطين يقتل عيسي بن مريم الدجال ببابها *Lydda est vicus* vel *oppidulum haud procul Hierosolymis, cujus in porta Jesus Mariæ filius Antichristum occidet.* Quæ de دجال *Impostore* & *Antichristo* fabulantur *Muhammedani* hujus non sunt loci. Vide aliquid apud *Herbel.* in *Daggial.* Eandem rem tangit *Abulfed.* in additamentis ad *Tab. Syriæ* ومن بلاد فلسطين لد بضم اللام وتشديد الدال وهو موضع بالشام وبه يقتل الدجال وهناك الان بلدة صغيرة ذات خصب ولد علي هبوط فرس من الرملة *Ex oppidis Palæstinæ est Lydda; prima dammata, secunda duplicata; Syriæ locus ille ubi Antichristus occidetur. Est nunc ibi urbecula parvula admodum copiosa. Curriculo equi distat a Ramla.*

Digitized by Google

IN VITAM SALADINI.

M.

MAAINA ماعين *Vita p.* 59. *Aqua fontis.* Non reperio in meis in fontibus. Situs non obſcurus.

MAALTHA معلثا *Exc.* 41. Reponendum videtur ex *Lex. Geogr.* معليا *Maalja*, من نواحي الاردن بالشام *E tractibus Jordanitidis in Syria.* Id tamen non multum juvat. *Maaltha* ibidem ad *Inſulam filii Omar* refertur. *Malatha* arx *Idumææ*, in interiore *Daroma*, longius recedit a ſerie. Adi *Rel. p.* 885.

MAARRA المعرة *Exc.* 39. 50. Attingitur ad *Alfrag. p.* 276. Ex *Abulfeda* lux orietur. Dicitur eſſe من جند حمص *Provinciæ Emiſenæ*, ad *long.* 61. 45. *lat.* 35. atque ita porro illuſtratur معرة النعمان مدينة جليلة عامرة كثيرة الفواكه والثمار والخصب وشرب اهلها من الابار وبها معرتان معرة النعمان ومعرة نسرين فالنسبة الي الاولي معرنمي والي الثانية معرنسي غير ان اكثر اهل العلم لا يعرف ذلك *Maarra Nomani eſt civitas præluſtris, copioſa fructibus omne genus, proventuque. Incolæ e puteis bibunt. Duæ autem Maarræ dantur, Maarra Nomani, & Maarra Neſrini. Gentile prioris eſt Maarnomienſis: poſterioris, Maarneſienſis. Plerique tamen Docti id ignorant.* Similiter in *Lex. Geogr.* المعرة موضعان بالشام احدهما معرة مصرين بليدة وكورة بنواحي حلب بينهما خمسة فراسخ ومعرة النعمان تنسب الي النعمن بن بشير الصحابي في قبلبها قبر يقال انه قبر يوشع بن نون والصحيح انه بنابلبس وهي مدينة كبيرة بين حلب وحماة بها زيتون وتين وفستق كثير ولها عمل واسع *Maarræ nomen duobus competit locis; quorum alter Maarra Meſryn dicta oppidulum eſt, & regio, in tractibus Halebi ad interſtitium inde quinque Paraſangarum. Maarra Nomani refertur ad Noman Ibn Baſyr Sahabienſem. Ad ejus latus auſtrale ſepulcrum eſt, quod fertur eſſe Joſuæ filii Nun. Sed verior eſt traditio eum Neapoli ſitum. Eſt autem Civitas magna, Halebum inter & Hamatam, quæ oliva, ficu, piſtacio, abundat. Ampliſſima gaudet ditione.* Illud *Meſryn*, quod ſupra etiam alicubi comparet, pro *Neſryn* ex uſu vulgi videtur invaluiſſe.

MACHESINUM ماكسين *Exc.* 31. oppidum *Meſopotamiæ. Lex. Geogr.* ماكسين بكسر الكاف بلدة بالخابور قريبة من رحبة مالك بن طوق *Machiſinum, per Keſra ad literam Caf*, eſt *oppidum ad Chaboram, vicinum Rahabæ Malich Ibn Tauk.* In *Abulf.* obtinet *long.* 65. *lat.* 35. atque ex *Azizio* affertur بينها وبين قرقيسيا سبعة فراسخ وبينها وبين سنجار اثنان وعشرون فرسخا *Inter eam Carkiſiamque intercedere ſeptem paraſangas: ut inter eam Sinsjaramque viginti duas paraſ.*

MALATIA ملطية in *Exc. p.* 54. *Meletia* poteſt etiam exiliore ſono reddi, quæ eſt ipſiſſima *Melitene* Veterum, Μελιτηνη *Provincia & Civitas*, quam alii cenſent in *Cappadocia*, alii in *Armenia minore.* Hæc jam a Cl. *Gol.* ad *Alfr.* 264. obſervata, qui luculenter executus eſt Urbis hujus, in Hiſtoria orientali multo famigeratiſſimæ, deſcriptionem, fontibus *Abulfedæ* quoque reclusis: unde ne actum agam, excerpo tantum *long.* 61. *lat.* 37. ſecundum alios 39. *Lexicogr.* ait eſſe من بناء الاسكندر *ædificationem Alexandri.* Fallitur, & recentior eſt origo. Aliquid adhuc invenies ad *Rumæas Provincias* infra.

MALLAHA الملاحة *Vita* 186. 187. Locus inter *Haipham* & *Cæſaream.* Omiſſum in *Lex. Geogr.* vocabulum proprie *Salinas* exprimit, quo nomine & locus *Provinciæ Kinneſrinæ* indicatur ad *Alfrag.* 275.

MALLUHUM الملوح *Exc.* 4. ditionis *Halebenſis.* In *Lex. Geogr.* ſcribitur الملوحة *Malluha*, diciturque eſſe قرية كبيرة من قري حلب *Majorem vicum e vicis Halebenſibus.*

MANBESJUM منبج *Manbesja. Vita* 45. *Exc.* 39. 50. &c. &c. *Menba. Manba. Bambyx. Bambyce. Hierapolis.* Celebratiſſimum illud *Deæ Syriæ* Sacrarium. Obtinet apud *Abulf. long.* 62. 50. *lat.* 36. 35. in جند قنسرين *Provincia Kinneſryna.* Attexitur dein قال في الانساب ومنبج احدي بلاد الشام بناها بعض الاكاسرة الذي غلب علي الشام

الشام وسماها منبه وبنا بها بيت نار ووكل به رجلا يسمي ابن
دينار من ولد اردشير بن بابك وهو جد سليمان بن مجالد الفقيه
فربت منبه وقيل منبج قال ويقال انما سمي بيت النار منبه فغلب
علي اسم المدينة قال ابن حوقل وهي في بريه القالب علي
مزارعها الاعذاء وهي خصب اقول وهي كثيرة القني
السارحة والبساتين وغالب شجرها التوت لاخذ القز
ودور سورها متسع كثير وغالب السور والبلد خراب

Auctor Libri Genealogiarum ait, Manbig unam esse earum Syriæ Urbium, quas aliquis Choſroûm, Regum *Perſiæ, condidit, qui Syriam ſubjugavit; atque Manbe ab ipſa esse appellatam extructam ibi Ædem ignis, cui præpoſuerit quendam Ibn Dinar, ex ſtirpe Ardsjyri Ibn Balech, avum Solymanni Mogalid Juris conſulti. Ex Manbe autem Arabica pronunciatione conformatum esse Manbeg. Addit, dici quoque, nomen Ædis illius Igni Sacræ extitisse Manbe, quod mox nomen priſcum urbis oppreſſerit. Hankelides ait eam ſitam esse in campo patente, cujus arva maximam partem pluviis tantum rigata, nihil ferant noxii aridique: at pronde copia ubertateque gaudere. Addo ego, habere eam multos aquæ ductus huc illuc derivatos, hortosque: atque plurimam ejus arborem esse morum, ad capiendam bombycem ſive lanuginem ſericeam. Ambitus ejus muri eſt multo ſpatioſiſſimus; ſed maxima illius, ut & oppidi, pars, vaſta jacet.* Admirabile hinc lumen ad bene multa præpanditur. Primo evidentiſſime hinc liquet *Bambycen* vetuſto nomine dictam fuiſſe *Hierapolin* a copia *bombycis*, ſive *lanuginis bombycinæ*, quæ *Perſis* eſt ڤنبه *Panbe*, *Penbe*, *Pembe*. βάμβυξ hanc credo originem agnoſcere non dedignabitur; eſtque hoc *Perſicum* ڤ *Pe*, genuinum ڤ *Be* preſſiore labro redditum. Ergo *Banbe*, *Bambe*, βάμβυξ, βόμβυξ, limpidæ jam *Orientis* fonte manant. Secundo pro ڤنبه *Panbe*, quod *Arabice* بنبه *Banbe* ſcribendum & ſonandum foret, ſponte ſubſumi cœpit منبه *Manbe*, magiſque adhuc *Arabizatum* منبج *Manbisj* vel *Manbig*, *Manbug*; plane ut *Baalgech* apud *Tyrium* pronunciatur *Malbec*: & مكة *Mecca* appellitata, quæ in ortu erat بكه *Becca*; quod genus, nulli Literato ignarum, pleno modio aut trimodio adferre nihil attinet. Tertio obſervandum, pro מנבג *Manbug* aliquando efferri, extrito *Nun* ad finem Syllabæ, *Mabbog*, &, quia *Syri* duplicationem ferme negligunt, *Mabog*, ut patet ex Lexico *Isa Bar Ali* qui *Hierapolin* מבוג *Mabog* vocitari annotavit, feliciter productus in lucem a Cl. *Hydio* ad *Peritz*: *p.* 43. ad profligandum illum *Magog*, qui hactenus *Plinii* inſignem locum maculoſiſſime infedit, atque magnos viros deluſit, *Lib. 5. cap.* 23. *Bambyce, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog.* Eſt hæc Capitalis emendatio, qua *Magog* in ſuam rem abire juſſo, reponit *Mabog*; plauſu publico condecoranda. Quarto monendum mihi eſt, quod de *Manbe* a quodam *Choſroum* ædificata prolatum ab *Abulfeda*, intelligendum tantum esſe de reſtauratione, aliaque novatione, quam victor introduxit, quum *Hierapolin* ademiſſet *Romanis*, revocato etiam priſco nomine Orientali, ut externæ dominationis omnia veſtigia quaſi delerentur; quæ haud dubie præcipua cauſa eſt, cur plurimæ urbes orientis in priſcum obliteratumque diu nomen remigrarint, & *Ptolemais* iterum ad *Acco*, *Heliopolis* ad *Baalbech*, *Epiphania* ad *Hamatam* redierint. Et nomen & oppidum *Choſroûm Saſanidarum*, qui ab *Ardsjyro Babechanida* originem trahunt, tempeſtates longiſſime ſuperat. Finio cum *Lexicographo* noſtro. منبج بلد قديم كبير واسع بينه وبين الفرات
ثلث فراسخ والي حلب عشرة فراسخ شربهم من قني تسيح علي وجه
الارض ومن ابار كثيرة في دورهم عذبة صحيحة *Manbeg eſt oppidum antiquiſſimum, & multo ampliſſimum; ad intercapedinem trium ab Euphrate paraſangarum. Ad Halebum decem ſunt paraſangæ. Bibunt ex canalibus, qui quaquaverſum per faciem terræ ſe diffundunt; atque e puteis quam pluribus intra ipſas ædes dulcibus ſalubribuſque.* Infra ſub voce *Neſimum* exhibebitur *Pons Manbeſſi* ad *Euphraten*.

MANSOURUM. حصن منصور *Arx Manſour. vit.* 47. In *Lex. Geogr.* حصن
منصور من اعمال ديار مضر لكنه في غربي الفرات قرب سميساط وكانت
مدينة عليها سور وخندق وثلاثة ابواب في وسطها حصن وقلعة وعليها
سوران وبينها وبين زيطرة مرحلة *Manſour pertinet ad Provinciam* Meſopotamiæ *Diarbekarenſem, quamvis occidentali lateri Euphratis ſit impoſitum prope Samoſata. Fuit civitas muro & foſſa circumjecta, tribus prædita portis; in cujus medio propugnaculum & arx cum duplici muro. Zibatra*, Zapetra, *diſtat iter unius diei.* Cenſetur ab *Abulf.* in *Tab. Syr.* ad *long.* 62. 25. *lat.* 37. addita hac illuſtratione قال في المشترك وحصن
منصور

منصور بالقرب من سميساط وهو منسوب الي منصور بن جعونه العامري وكان قد تولي عمارتها في ايام مروان الحمار اخر خلفا بني امية وهو حصن صغير فيه منبر وزرعه عذي اقول وهو الان خراب ولكن به مزدرع وهو في مستو من الارض شمالي النهر الازرق وجنوبي الفراة وغربيها قريب من كل منهما والجبل واقع في غربي حصن منصور بينه وبين ملطية وفيه الدربند الي ملطية *Almosjtarechi auctor ait Hisn Mansour esse vicinum Samosatis; nomenque ejus referri ad Mansour Ibn Sjaouna Ameritam, qui condi curavit diebus Merwani Asini, ultimi Chalypharum Ommiadarum. Parvum autem esse munimentum, cathedra auctum: cujus arva saluberrima. Addo ego, nunc temporis evastatum jacere, manentibus tamen sementi faciundæ arvis. Est in plano terreno ad Septentrionem fluvii Cærulei, Euphratisque australe ac occidentale latus, utrique vicinum. Mons sese ad Occidentem Arcis Mansour objicit, inter eam Malatiamque, estque in eo angustus ad Malatiam transitus* sive *Derbend.* Πόλη.

MARAGA مراغه. *Exc.* 54. Nobile oppidum *Adserbeisjanæ*, cujus ibi jam *long.* & *lat.* exposita. Ex *Abulf.* hæc porro descriptio teneatur قال ابن حوقل ومراغه من قواعد اذربيجان وهي خصبة نزهة جدا وهي كثيرة البساتين والرساتيق قال المهلبي ومراغة غربي تبريز وبينهما سبعة عشر فرسخا ومراغه محدثة كانت قرية فنزل بها مروان بن محمد وكان هناك سرجين فرغ الناس فيه دوابهم ثم بناها مدينة فسميت مراغة وبالتل الذي هو خارجها رصد خواجا نصير الدين لهلاكو الكواكب واستعان في ذلك بمويد الدين العرضي ومحي الدين المغربي *Haukelides tradit, Maragam esse ex Metropolibus Adserbeisjanæ, eamque summe copiosam, amœnam, hortis pagisque consita regione. Mehlebius ait Maragam a Tebrizo occasum versus abesse 17. parasangas; atque esse urbem recens conditam; fuisseque antea vicum ubi Merwan Ibn Muhammed (Armeniæ* præfectus) *castra tenebat. Adfuisse ibidem volutabrum, in quod homines jumenta sua ad volutandum deducebant; qua occasione civitatem ibi ædificarit Maraga,* à volutatione scil.; *dictam. In colle extra eam sito sidera observavit Nasyroddinus pro Hulachou,* Imperatore *Tatarorum, adscitis hoc ad opus Moujidoddino Ardio, & Muhjoddino Megrebensi.* Vocabulum سرجين comparet etiam in *Lex. Geogr.* sed refingendum in سرجين, quod *Append. Goliani Lexici* per *fimum* declarat, e *Persico* سركين *Serchyn* vel *Sergyn*, quo notatur *fimus arefactus, & ad volutationem complanatus: fimetum: volutabrum.* Floruit *Maraga* scientiis, atque officina exstitit illustrium ingeniorum.

MARAKIA مرقية *Exc.* 44. Videtur intendi locus, quem *Lex. Geogr.* exhibet مرقية بفتحتين واليا مشددة نسبة الي مرق قلعة في سواحل حمص *Marakya per phata duplex, & Je geminatum, a Marak derivatione facta, est Arx in litoralibus Emesæ.*

MARASJUM مرعش *Exc.* 15. *Marasja Vit.* 39. *Lexic. Geogr.* id oculis subjiciat. مرعش بالفتح مدينة بالثغور بين الشام وبلاد الروم احدثها الرشيد لها سوران وفي وسطها حصن يسمي المرواني كان بناه مروان الحمار ولها ربض يعرف بالهارونية *Marasjum, Phatata prima, est Civitas in Collimitaneis præsidiis inter Syriam & Regiones Rumæas, recens structa ab Rasjydo,* Chalypha, *duplicique muro instructa. In medio propugnaculum quod Merwanicum vocant, conditum a Merwano Asino. Suburbium habet, quod Harounia appellatur.* Prostat quoque apud *Abulf.* in *Tab. Syriæ* ad *long.* 62. *lat.* 37. diciturque esse في حصون الشام الشمالية *Inter munimenta Syriæ septentrionalia,* ab *Antiochia* recedens 78. mill.

MARKABUM مرقب *Mercab.* In *Exc. p.* 44. *Speculam Hospitalariorum* dedi. Id proprie sonat vox, a رقب *Speculatus est erecto collo.* Hanc *Speculam* elegantur pinxit *Lexicographus.* المرقب قلعة حصينة تشرف علي ساحل بحر الشام وعلي مدينة بانياس وهو علي ساحل جبله يحدث كل ما راءه انه لم ير مثله *Merkab est Arx munitissima imminens litori maris Syriaci, nec non civitati Banias. Occupat litus Sjablæ. Quicumque eam viderunt testantur nunquam quicquam simile ab ipsis conspectum esse.* Pessime huc infertum *Banias*, Paneas, a mala nempe manu hallucinantis librarii, qui بلنياس *Balineas* exarare debuisset. Itinerarium *Antonini* sistit hoc in tractu *Gabalam, Balanea, An-*

turadon. Utrumque locum una rubrica complexus *Abulfeda*, المرقب وبلنباس *Mercabum & Balaneas*, ad *long.* 60. *lat.* 34. 45. hocce lumine perfundit المرقب اسم للقلعة وهي قلعة حصينة حسنة البناء مشرفة علي البحر وبلنباس اسم لبلدتها وبينهما قريب من فرسخ وهي ذات اشجار وفواكه وحمض كثير وتزرع بها قصب السكر وبها اعين كثير قال العزيزي ومدينة بلنباس دون مدينة جبله وبينها وبين انطرسوس اثنا عشر ميلا

Merkab eſt nomen Arcis multo validiſſimæ, pulcherrimæque ſubſtructionis; quæ imminet mari. Balaneas vocant ejuſdem oppidum. Diſtantia utriuſque eſt quaſi paraſangæ. Gaudet arboribus, fructibus, oxygalaque plurima: nec non ſegetibus eanna ſacchari conſitis. Habet & plurimos fontes. Azizius ait Balaneas eſſe infra Gablam: atque diſtare Antarado duodecim milliaria.

MARSJ-ELOJOUN مرج العيون in *vita. Lex. Geogr.* ſimpliciter notat eſſe locum سولحل الشام *In litoralibus Syriæ.* Proprie *Pratum fontium* deſignat.

MARSJ-BORGOUTHUM مرج برغوث *vita* 89. Significat *Pratum pulicum.* برغوث eſt פרעש *Hebræum.* Nil monet *Lexicogr.* Accedit *Pharatho* Φαραθὼ apud *Joſephum*, quod eſſet פרעת, & penes eundem *Pharatos* Φαραὼς פרעתן *Piraton*, de quibus vide *Kel. p.* 952. 956. Non liquet.

MARTYRIUM *Zachariæ* مشهد ذكريا *Exc. p.* 36. Ad *Sebaſtiam* extare monetur.

MASIATA Arx *Iſmaëlitarum.* قلعة مصياث *Exc.* 23. Situm indicat *Lexic. Geogr.* مصياث حصن حصين مشهور للاسماعيلية بالساحل قرب طرابلس

Maſiatha eſt Arx firmiſſima, multo celebratiſſima, ad Iſmaelitas pertinens, in Litore Syriæ prope Tripolin. In additamentis *Abulfedæ* ad *Tab. Syriæ* etiam producitur, poſita in جبل السكين الذي فيه دعوة الاسماعيلية وفيه من حصونهم مصياث والكهف والخوابي

Monte Aſſicchyn, in quo ſecta nidulatur Iſmaëlitarum; quorum ibi munimenta exiſtunt Maſiata, Chebſum, Chawabium. Pergit porro ومدينة حماة ومصياث وحمص علي شكل مثلث الشرقي حماة والغربي الشمالي مصياث والغربي الجنوبي حمص وبين كل واحدة منهن من الاخريين قريب من يوم ومدينة مصياث بلدة جليلة وبها انهر صغار ولها بساتين ولها قلعة حصينة وهي مركز دعوة الاسماعيلية

Hamatha, Maſiatha, & Emiſſa, triangularem conſtituunt formam. Latus Orientale tenet Hamata; Maſiata occidentale Boream verſus: Auſtrale Emiſſa. Diſtantia earum inter ſe eſt ferme diei. Urbs Maſiata eſt inſignis, amniculis prædita hortiſque: nec non arce munitiſſima. Eſt centrum ſectæ Iſmaëliticæ. De iſtis *Iſmaëlitis*, qui & *Batinitæ*, nec non famoſiſſimi *Aſſaſſini*, liberiore in campo agendum.

MASJDELJABA. *Migdaljafa* مجدل يافا *Turris Joppes*, ut expreſſum in *vita* 187. Alibi in unum confiato vocabulo مجدلبابا, ut in *Lex. Geogr.* quoque ſcribitur; ubi eſt قرية قرب الرملة فيها حصن محكم *Vicus prope Ramlam in quo prævalidum propugnaculum.* Apud *Hebræos* quoque מגדל *Migdal* conſimilem intrat compoſitionem.

MASISA. المصيصه *vita* 121. ubi cum *Tarſo* conjuncta, continuo ſeſe præbet cognoſcendam pro urbe *Ciliciæ.* Hinc etiam apud *Abulf.* in *Tab. Syriæ* cenſetur ſub بلاد الارمن *Provinciis Armenorum*, quas conſtare partim *Cilicia*, partim *Cappadocia*, partim *Armenia minore* ſupra dictum; ubi quoque *long.* & *lat.* jam exſignata. Eſt *Mopſueſtia* veterum. *Abulfedæa* quæ hic producenda haberem, excerpſit Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* 295. In *Lex. Geogr.* traditur esse من ثغور الشام بين انطاكية وبلاد الروم وكانت من الاماكن التي يرابط بها المسلمون قديما *Ex limitaneis præſidiis Syriæ inter Antiochiam & Provincias Romæas: atque ex iis locis ubi Muſulmanni antiquitus pro ſtudio belli ſacri excubabant.* Hoc poſtetrius quoque plenius planiuſque intelligetur, ſi ad *pag.* 287. ibidem recurratur.

MAUZARUM. Dedi ſupra in *Almauzarum.*

MAZENDERANA مازندران *vita* 168. Regio ad mare *Caſpium*, reſpondens ferme priſcæ *Hyrcaniæ.* Recenſetur ab *Abulfeda* in *Tab.* 21. طبرستان ومازندران وقومس *Tabariſtana, Mazenderana, & Koumis*, vel *Coumus*, atque ſpeciatim *Mazanderanæ* attribuuntur oppida امل *Amol long.* 76. 20. *lat.* 36. 35. ساريه *Saria long.* 77. 50. *lat.* 38. استرابان *Eſtirabads long.* 79. 35. *lat.* 36, 50. ابسكون *Abiſcoun long.* 79. 45. *lat.* 37. 10.

Digitized by Google

Mazenderanam & *Taberiſtanam* nonnunquam confundunt Geographi orientales : quatenus *Taberiſtana* eſt nomen generale, complectens ſub ſe *Mazenderanam*, quæ eſt proprie Regio *Taberiſtanæ* infra montes exporrecta ad mare *Caſpium*, quod & *Taberiſtanicum* vocatur. Hoc docte & copioſe demonſtratur ad *Alfrag. p*, 193. & ſeq.

MECCA مكة *Exc. p.* 32. ubi memoratur expeditio *Carachani* Principis *Arnoldi*, ſuſcepta adverſus *Meccam Medinamque*. Eſt *Muhammedaniſmi* illud celeberrimum centrum, quod a nonnullis locatur in Provincia *Tehama*; a pleriſque *Hisjazæ*, una cum gemella ejus *Medina*, vindicatur. *Abulfed.* dat ei *long.* 67. 31. *lat.* 21. 20. licet nonnihil varient auctores. Dein paucula hæc ſubtexit ومكة في واد من جبال غير ذي زرع وبها الكعبة في المسجد الحرام ولشهرة ذلك تركنا وصفه ويقال لبطن مكة بكة قال في صحاح الجوهري وسمي بطن مكة ببكة لازدحام الناس فيه لانه من بكه اي زحمه ويحيط به سور *Mecca ſita eſt in valle inter montes; nullis plane gaudens ſegetibus. In ea eſt Caaba cincta Templo ſacroſancto. Hæc quia omnibus nota, deſcribere ſupersedemus. Interior Mecca & Becca appellatur. Gjauharius in ſuo Sehah* (*Lexico* illo ſcil. quod Cl. *Gol.* edidit, non *Commentario Alcorani*) *auctor eſt interiorem partem hanc*, ſive *mediam Meccam*, *Becca vocari*, *quod homines ibi ſeſe invicem premant: quia deſcendit a Beccaho*, quod eſt *preſſit & eliſit eum. Meccam murus circumcingit.* In *Lex. Geogr.* idem hocce tangitur etymon مكة بيت الله الحرام بلده فيها الكعبة القبلة التي يتوجه المسلمون اليها في صلاتهم من سايير الافاق سميت مكة لانها تمك اعناق الجبابرة اي تذهب مخوخهم وتذلهم ويسمي بكة ايضا لازدحام الناس ويقال مكة اسم المدينة وبكة اسم للبيت وقيل هي بكة بالباء بدل الميم وفيه اقوال اخر وقصة اسمعيل وسكناه مع امه مكة حتي عمرت مشهورة *Mecca, Domus Dei Sacroſancta, Oppidum eſt, in quo Caaba, Commune illud Muſulmannorum Centrum, ad quod inter precandum vultus ſuos convertunt undique regionum. Meccæ nomen ei inditum, quod colla ſuperborum emedullata quaſi conterat, a radice* מבך מך *Macas iſtam vim exerente. Indigitatur & Becca, a mutuo compreſſu turbæ. Sunt qui Meccam urbis, Beccam templi nomen eſſe velint. Alii veram appellationem ſtatuunt Beccam, unde mutato elemento Mecca extiterit. Dantur adhuc aliæ opiniones. Hiſtoria Iſmaëlis, ejuſque huic loci commoratio cum Matre, unde anſa data frequentandæ Meccæ, pervagata eſt.* Præplacet ſententia quæ *Beccam* tranſiiſſe ſtatuit in *Meccam*: nam ſic *Balbec* in *Malbec*, & *Banbe* in *Manbe*, corrupta reperies ſub *Manbesjum*. Rite diſtinguenda ſunt حرم مكة *Haram Meccæ*, ſive *ſacro ſanctum ejus territorium*, extra urbem ad aliquot mill. ſe extendens, & المسجد الحرام *Templum Harâm*, quod in media Urbe magnificentiſſime ſe attollit, *trecentos ſeptuaginta cubitos longum*, *latum trecentos ac quindecim*, *quadringentis triginta quatuor columnis ſuffultum.* Hoc ſplendidum ædificium circumjectum eſt *Caabæ*, quam ut *cœlo demiſſam Ædiculam* venerantur, & in omnibus ſuis precibus ſalutant. Hæc & alia quæ ad notitiam uberiorem *Meccæ* pertinent egregie executus eſt Auctor qui *Veſtigia* conſcripſit *Regionum*, a quo etiam figura *Caabæ*, rudiuſcule tamen delineata, exhibetur. Extat inter MSS. *Bibliothecæ Batavæ*; quo ex fonte multa præclara talium curioſis promitterem, niſi id genus promiſſa in ventos plerumque abirent. Effigies *Caabæ* cum *Templo* ei circumdato viſitur in Libello *Cl. Reland.* de *Rel. Muh.*

MEDINA مدينة *Exc. p.* 32. Rubrica *Abulf.* præfert المدينة النبوية *Medinam Propheticam*, vulgo مدينة النبي *Medinatalnaby*, i. e. *Civitas Prophetæ*. Tribuitur ei *long.* 67. 30. quamvis aliæ tres ſententiæ ſtent pro 65. 20. *lat.* autem 24. tribus aliis auctoribus 25. ponentibus. Addita eſt hæc deſcriptiuncula وهي في مستو من الارض وفي شماليها جبل احد وفي جنوبيها جبل عير ولها نخيل كثير والغالب علي ارضها السباخ وبها قبر رسول الله صلعم ومسجده وعليها سور من لبن *Sita eſt in planitie. Ad auſtrum mons Air. Ad ſeptentrionem objacet mons Obud. Habet plurimam palmam. Terra ejus maximam partem ſalſuginoſa eſt. Extat in ea ſepulchrum Legati Dei, ejuſque templum. Latericius murus urbem amplectitur.* Hæc tantum protuli, circumciſis reliquis, ut inde quæ edita ſunt in *Geogr. Min.* paululum refingerentur. Mons *Thabir* eſt in vicinia *Meccæ*: ſed *Medinam* adjacet *Air.* Confer ad *Alfr.* 97. ubi etiam de vetuſto nomine يثرب *Lathrippa. Jathrippa.*

MELAZGERDA. *Melazcherda* ملازجرد, & ملازكرد. *Exc. p.* 52. Eſt *Armeniæ* oppidum, cujus *long.* & *lat.* jam enotata ſub *Adſerbeisjan.* Deſcribitur ab *Abulfed.*

وهي

Digitized by Google

وهي بلد صغير وبناوها بالحجر الاسود وبها اعين وليس لها اشجار قال ابن حوقل تقارب خلاط ونشوي في القدر خصبة كثيرة الخير وهي قريبة من لرزن بينهما يومان او ثلاثة تقع لرزن جنوبيها وفي جنوبيها وشرقيها بدليس وبينهما قريب من يوم ونصف

Est oppidum exiguum, nigro structum lapide: scatens quidem fonticulis, sed arboribus carens. Haukelides ait magnitudine Chalatam & Nasjwi ferme æquare, esseque latum proventu, copiosum bonis rebus. Haud procul distat Arzeno, duorum nempe vel trium dierum intervallo; jacetque ei Arzenum ad latus australe. Ad austrum quoque ei & orientem situm est Bedlys sub distantia diei cum dimidio.

MEMPHIS. Unde *Memphiticum* templum dedi *Exc.* 14. Nempe مصر *Misr* & منف *Memphis* idem Caput *Egypti* confignant. Quære sub *Misr*.

MERDINUM ماردين *Maridynum* melius foret, sed usui recepto indulsi. *Vita p.* 60. 67. &c. *Exc.* 37. &c. Comparet apud *Abulfed. Tab.* 7. من ديار ربيعة contributum Præfecturæ *Dyar-Rabyensi Mesopotamiæ*; sub *long.* 64. *lat.* 37. 55. Adjectum ibidem وقلعة ماردين علي جبل من الارض الي ذروته نحو فرسخين قال اللباب وماردين حصن من بلاد الجزيرة قال ابن حوقل بالقرب من نصيبين جبل ماردين من الارض الي ذروته نحو من فرسخين وبه قلعة منيعة لا يستطاع فتحها عنوة وبها حيات موصوفة تفوت الحيات بسرعة القتل وهو جبل به جواهر الزجاج

Arx Maridyni imposita est ejusdem monti, ad cujus verticem a terra duæ ferme parasangæ sunt. Ellum Maridynum vocatur munimentum in Regionibus Mesopotamiæ. Ibn Haukel ait, in vicinia Nisibis mons Maridyni eminet, ad cujus fastigium quasi duabus parasangis a terra pervenitur. In eo sita est arx validissima, quæ vi expugnari nequit. Extant ibi serpentes singulares, qui reliquos serpentes celeritate recedendi multum superant. E monte illo gemma Crystallina eruitur. In *Lex. Geogr.* haud pœnitenda quoque proftant ماردين بكسر الرا قلعة مشهورة علي قبة جبل الجزيرة مشرفة علي دنيسر ودارا ونصيبين وذاك الفضا الواسع تحتها ربض عظيم فيه اسواق ومدلهين وربط ودورهم فيه كالدرج كل درب يشرف علي ما تحته من الدور وليس دون سطوحهم مانع والماء عندهم قليل واكثر شربهم من صهاريج معدة في بيوتهم

Maridynum, cum Kesra ad lit. Re, est prænobilis arx in culmine montis Mesopotamiæ, imminens Duneisiro, Daræ, Nisibi, campoque isti late patenti. Subjacet ei suburbium ingens, ubi Fora, Gymnasia, Collegia, visuntur. Domus eorum per gradus attolluntur, quolibet ordine iis quæ subjecta sunt superimminente, absque ut quicquam se objiciat, idque prohibere queat. Exili utuntur aqua. Pleruſque iis potus e cisternis domi præparatis. In Hist. Tamerl. multa hujus arcis mentio; &, ni memoria ludit, luculenta quoque descriptio.

MESOPOTAMIA الجزيرة *Algiezyra, Insula*, per excellentiam. *Vita* 57. 118. Cujus gentile non جزيري sed جزري, ut *p.* 58. العسكر الجزري *Exercitus Mesopotamienſis*. Apud *Abulpharag.* sæpe الديار الجزرية *Regiones Mesopotamienses*. Ea a Geographis Orientis dispertiuntur in quatuor partes majores, *Nomos, præfecturas*, quas signant nominibus ديار بكر *Dyar-Becr*, ديار مضر *Dyar-Modar*, ديار ربيعة *Dyar-Rabya*, & ديار الجزيرة *Dyar-Elgiezyra*, vel الجزيرة *Elgiezyra* absolute, quæ postrema appellatio laxiore quidem usu sæpe totam *Mesopotamiam*, tresque adeo priores illas Regiones complectitur: sed strictius nonnunquam illas oras civitatesque exprimit, quæ præcedentibus non accensentur. Animus mihi fuerat sigillatim hasce præfecturas circumlustrare, & sua cuilibet oppida assignare: nunc me consilium hoc minuere cogit longitudo itineris: veniantque, spero, solutiora tempora, quibus *Septimam Abulfedæ Tabulam*, quæ الجزيرة بين دجلة والفرات *Insula inter Tigrim & Euphraten* inscribitur, ex aliis quoque *Geographis* copiosius adhuc instructam illuminatamque, provulgare licebit. Non pœnitebit interim consuluisse Cl. *Golium* ad *Alfrag. p.* 232. & seq.

MERZABANUM مرزبان *Exc.* 15. Series id non plane incognitum linquit. Aliquid præterea juvabit locus *Abulfed.* in *Errounum* adductus, ubi illud præsidium alluitur a fluvio *Marzibam* ibi in *Euphratem* defluente. *Euphrates* autem *Arzerounum* haud procul a fontibus præterlapsus, postquam *Melatiam* & *Samosata* prævectus est, cum inclinatione ad Orientem delabitur *Errounum*, ibique *Marzibanum* sinu suo excipit. Hinc vix ambigendum, quin

quin sit locus qui a fluvio isto nomen traxit, vel & vicibus inversis. Dedi quod potui, quum fulcra me mea destituerent.

MIAFAREKINA. Mox dabitur sub *Myapharekina*.

MINA منى *Exo.* 32. & 44. *Giauharius* exponit *Vallem Meccæ ubi Sacrificia mactantur.* Alias quoque Cerimonias religionesque, quas hac in valle obeunt *Muhammedani* indicabit *Bobov.* de *Peregr. Mecc.* & *Reland* de *Rel. Muhamm.* Sunt qui *Mona* vel *Muna* pronuncient.

MISR. *Misra.* مصر. Sæpius quidem *Ægyptum*, non raro tamen *Veterem Ægypti Metropolin* denotat, prout dedi in *Exc. p.* 5. *Memphin* nempe; unde مسجد بمصر *Templum in Misra* per *Memphiticum* exposui. *Abulfed. Tab.* 2. quæ *Ægyptum* delineat, in rubrica ponit منف *Menf*, vel potius بكسر الميم *Kesrata lit. M. Minph* ad *long.* 58. 20. *lat.* 30. 20. his subnexis هي مصر القديمة وهي من غربي النيل ولما فتحها عمرو بن العاصي خربها وبني الفسطاط من البر الاخر الشرقي بامر عمر بن الخطاب وبمنف اثار عظيمة مذهلة من الصخور المنحوتة المصورة وعليها دهان اخضر وغيره باق الي يومنا هذا لم يتغير من الشمس وغيره علي طول هذه المدة ومنف عن مصر علي مرحلة قريبة *Est Memphis Misra antiqua, injuncta lateri occidentali Nili. Eam expugnatam evastavit Amrou Ibn Elasi, atque Phustatam condidit ab altero latere Orientali; mandatu Omari Ibn Elchettabi* Chalyphæ. *Extant Memphitica in urbe vestigia ingentia, oblitterata tamen, saxorum exsculptorum, figurisque variegatorum: super quibus oleum viride, aliaque, reliqua, ad hunc usque diem, sole aliisque injuriis aëris nihil immutata longinquo isto intervallo. Minf abest a Misra brevem diætam.* Hæc postrema turbant, atque semet videntur destruere. Consimilem turbelam dedit *Geogr. Nubiens. p.* 97. *Urbs Fustat est ipsamet Misr a Misram Chami filio. Eadem Urbs Misr, etiam antea Ain-sjemes vocabatur* &c. &c. Ecce tibi tamen *p.* 98. *Ex parte Meridionali Fustat jacet oppidum Menf: & ad plagam ejus septentrionalem Urbs Ain-sjemes dicta; suntque ambæ quasi rura;* (imo *vici majores*) *& dicitur ambabus fuisse usum Pharaonem ad animum relaxandum.* Hæc directis pugnant frontibus. *Ain-sjemes* est *Heliopolis.* Eam a *Memphi* omnis distinxit antiquitas. Sed culpa penes interpretes. *Nubiensis* scripsit وكانت مدينة مصر اولا عين شمس *Metropolis Ægypti antiquitus fuit Heliopolis.* Per excellentiam مدينة *Civitas* alicujus regionis valet *Regiam. Ain-sjemes* proprie *Fontem Solis* vel & *Oculum Solis* resonat, quam urbem ipse quoque *Abulfed.* pa[illegible] ante *Minf* collocavit ad *long.* 58. 30. *lat.* 30. 20. atque hac auxit luce وعين شمس في زماننا رسم وليس بها ديار ويقال انها كانت مدينة فرعون وبها اثار قديمة عظيمة مذهلة من الصخور العظيمة وبها عمود عدسي مربع يسمي مسلة فرعون طوله نحو ثلثين ذراعا وهي عن القاهرة علي نصف مرحلة وعندها ضيعة تسمي مطريه وهي من القاهرة في جهة الشمال علي درب الشام *Ain-sjemes nostro tempore nil nisi rudera. Nullæ ibi extant domus. Dicitur fuisse Pharaonis Civitas,* (Regia) *existuntque in ea vetusta, magnifica, obliterata tamen, vestigia saxorum ingentium, monumentorumve. Est ibidem Columna acuminata, quadrata, quæ vocatur Acus Pharaonis, longa circiter triginta cubitos. Dimidiam diætam ab Alkahira abest: adjacente ei viculo, cui Mataria nomen. Latus Septentrionale, cum inclinatione ad Orientem, ab Alkahira obtinet, ad angustum in Syriam transitum.* Dignus quoque qui producatur *Lexicographus* عين شمس مدينة فرعون بمصر بينها وبين الفسطاط ثلاثة فراسخ من جهة بلبس (بلبيس) من ناحية الشام وهي قصبة كورة ابريت بها اثار قديمة وعواميد سود طوال تسميها العامة مسال فرعون وبها عمودان طولهما في السماء خمسون ذراعا وعلي روسهما شبه الصومعتين من نحاس مبنيان علي وجه الارض بغير اساس وبها يزرع البلسان ويستخرج دهنه وبالصعيد قرية اخري اسمها عين شمس *Ain-Sjems Civitas Pharaonis in Ægypto a Phustata discedit, qua Belbeisum itur, in Syriamque, tres parasangas. Est Metropolis Nomi Ibryt.* (qui *Aphroditopolites* Veteribus) *In ea extant vestigia & monumenta perantiqua, columnæque nigræ, oblongæ; quas plebs nomine Acuum Pharaonis afficit: interminent duæ quinquaginta cubitos altæ, quarum Capitibus impositæ duæ veluti turriculæ æneæ. Structæ sunt in superficie terræ absque ullo fundamento. In ea conseritur Balsamum, unde opobalsamum educitur.* In *Thebaide* sive *Ægypto Superiore, alius adhuc vicus Ain-*

Digitized by Google

Sjemes vocitatur. Ex hisce omnibus elucet *Abulfedam*, quum *Misr a Misra distare ait brevem diætam* intendere *Ain-Sjemes*, *Heliopolin*, aliam quoque antiquam *Metropolin*, quæ *Esaj.* 19. est עיר החרס pro החרם *Civitas solis*, alias און *On Gen.* 41. 45. 50. nec non *Aven Ezech.* 30. 17. Habes & *Jer.* 43. 13. בית שמש *Beth-Sjemes Domum Solis*, vel *Templum Heliopolitanum*, vel *Sedem Civitatemque ipsam Solis.*

MOKATTEMUS mons *Ægypti*, jam visus supra, ubi *Almokattemus.*

MONAIDERA المنيظرة *Exc.* 5. ubi dicitur esse *Munimentum in Syria.* Adde *vit. p.* 32. Inde tamen situs pernosci nequit. *Lexicogr.* eum monstrabit المنيطرة تصغير المنطرة بالطاء المهملة حصن بالشام قريب من طرابلس *Monaitera*, *Diminutivum a Mintara*, *per Ta punctо haud affectum*, *est Munimentum in Syria prope Tripolin.* Vocabulum istud *Mintara*, *Mantara*, منطرة a نطر *Custodem egit* horti, נטר, omissum in Lexicis, reperitur *Esaj.* 24. 20. pro *tugurio hortulani.* Sic foret *Tuguriolum.* Commodior appellatio منيظرة *Monaidera dim.* a منظرة *Mendara*, *Specula.* Hæc tamen duo non origine, sed usu tantum, diffident, quum & *Custodem egit* horti, a *Speculando* fluxerit. Ergo sive *Monaidera* legatur, sive *Monaitera*, exibit nobis *parva Custodia Specularve.*

MONS ABRAHAMI جبل الخليل *vita* 228. Videtur ad *Hebronem* quærendus, ubi medio ævo *Sanctum Abrahamium* cœpit celebrari. Regredere & ad *Beit-Sjebrinum.*

MOSULA الموصل *Elmausel*, *Mausil.* Creberrima ejus mentio utroque in Au[illegible]. *Vit. p.* 43. 43. *p.* 47. ubi notetur forma المواصلة *Mauasila* pro *Mosulensibus*, quæ et alibi recurrit. Porro *p.* 48. *p.* 50. ubi a *Saladino* obsidetur *p.* 56. 57. 59. 60. 62. ubi pacem *Mosulitis* donat victor. Conditiones legesque victis impositas, quas haud satis ad *talia* attentus *Bohadinus* prætermisit, princeps scriptor neutiquam neglexit *Exc. p.* 37. Unde liquet supremum Dominium penes *Saladinum*, umbram imperii penes *Mosulæ* principem fuisse. Vid. etiam *Exc.* 21. 22. 27. 28. 29. 31. 36. Hæc totius *Mesopotamiæ*, quin & *Assyriæ* Metropolis, ab *Abulfed.* locatur ad *long.* 67. *lat.* 36. 30. atque hisce mox lineis, vivisque adeo lineamentis, conspicienda præbetur. الموصل قاعدة ديار الجزيرة وهي على دجلة في جانبها الغربي وقبالة الموصل من البر الاخر الشرقي مدينة نينوي الخراب وفي جنوبي الموصل يصب الزاب الاصغر الي دجلة عند مدينة نينوى الخراب وعن بعض اهلها الموصل في مسنو من الارض ولها سوران قد خرب بعضهما وسورها اكبر من سور دمشق والعامر في زماننا نحو ثلثيها ولها قلعة من جملة الخراب ومدينة نينوي هذه هي البلدة التي لرسل اليها يونس عليه السلم

Mausil (ea genuina est Ortographia) *Metropolis est Regionum Mesopotamiæ. Imposita est Tigri a latere ejus occiduo. Ex adversum a latere Eoo est civitas Ninive ruinis sepulta. Ad australem Mosulæ effundit sese Zabus minor in Tigrim, apud Urbem Atur, Assur, itidem ruinis deletam. Ex quibusdam incolarum ejus intellexi, Mosulam jacere in planitie; atque duos habere muros, quorum pars diruta; atque ambitum mœnium superare circuitum muri Damascени: tertiam tamen partem ejus nostro tempore tantum habitari: ipsamque arcem ejus ruinis esse involutam. Ninive hæc eadem illa est, ad quam missus fuit Jonas Propheta.* Splendida profecto vestigia antiquitatis: quæ ulterius adhuc illustrata dabo e *Lex. Geogr.* الموصل المدينة المشهورة العظيمة احدي قواعد بلاد الاسلام قليلة النظير كبرا وعظما كثرة خلق وسعة رقعة باب العراق ومفتاح خراسان منها يقصد اذربيجان قال وكثيرا ما سمعت ان بلاد الدنيا العظام ثلثة نيسابور لانها باب المشرق ودمشق لانها باب المغرب والموصل لان القاصد الي الجهتين فلا لا يمر بها وسميت الموصل لانها وصلت بين الجزيرة والعراق وقيل ان الملك الذي احدثها كان يسمي الموصل وهي مدينة قديمة الاسن علي طرف دجلة ومقابلها من الجانب الشرقي نينوي وفي وسط مدينة الموصل قبر جرجيس النبي وبينها وبين بغداد لربعة وسبعون فرسخا

El Mausil est Celebratissima illa, atque ingens, civitas, quæ una est Metropolium Iſamiticarum regionum; quæque, sive magnificentiam spectes, sive magnitudinem, pancissimas habet æquales, utpote quæ & frequentia incolarum, & amplitudine areæ emineat. Eadem Irakæ porta, Clavis Chorasanæ; perque eam Adserbeisjana aditur. Ait auctor meus; *sæpe numero audivi urbes orbis terrarum illustres tres esse, Nisabourum, quod porta sit orientis; Damascum, quod porta sit occidentis: Mosulam, quod qui vel hanc illam in plagam tendat, non possit non eam adire.*

Max-

Mausila est appellata quod conjungat Mesopotamiam cum Iraka. Alii dicunt Regem qui eam condidit Mausili gessisse nomen. Est autem Civitas vetustæ fundationis ad latus Tigris, in cujus opposito latere Orientali Ninive est. In media Mosula extat sepulcrum Georgii Prophetæ. Inter Mosulam Bagdadumque 74. Parasangæ intercedunt. Observetur hic *Bohadini* nostri iter; *Mosula Bagdadum* secundo flumine devecti *duobus diebus, duabusque horis*, in *vit. p.* 50. Non possum quin submoneam adhuc, *Lexicographum* nostrum in voce اثور *Athur* annotasse, esse اسم الموصل *nomen Mosulæ*; ut & كانت مسماة بها الكور خراب وكان بلدة *Oppidum in ruinis jacentis, unde olim tota Regio denominabatur.* In *Græcis Latinisque* etiam cognitam appellationem *Aturiæ* vel *Atyriæ*, de qua, ut & de *Ninivitanis* ruderibus, ulterius anquirendi, scriniaque Orientis excutiendi, ansam hanc porrexisse sufficiat.

MOTSABERA مصابرة In *Vita p.* 19. a me accepta pro nomine proprio *vici*, prout series narrationis videbatur exigere. Sed quum ad *pag.* 149. devenissem, ubi eadem Historia fusius exponitur, errasse me deprendi; dicitur enim ibi وتراجعت العساكر الي مواطن المصابرة ومواقف الحراسة *Legiones nostræ sese retro tulerunt, ad loca hosti observando, & stationes custodiæ accommodatas.* Idem per عادت الي محل المصابرة nunc brevius expressum, vertendumque, *Rediere ad loca hosti observando aptissima.*

MUNAIA المنيه. Memoratur bis in *Vit. p.* 98. Arent hic fontes mei. Ne lectionem quidem meam præstare ausim: nam & aliter vocales addi possent.

MYAPHAREKINA. *Miafarekina* ميافارقين *Vita* 61. & 213. *Exc.* 35. 37. 39. 50. Illustre oppidum, *Mesopotamiæ* contributum ab aliis, ab aliis *Armeniæ*. Tangitur in *not.* ad *Alfrag.* diciturque esse *Cedreni* & *Zonaræ Martyropolis*. Apud *Geogr. Nub. p.* 241. est *Majasarekin*, & *p.* 202. proprie ad *Armeniam* pertinere monetur, quamvis nonnulli eam *Mesopotamiæ* accensent. Posteriores hosce secutus est *Abulfed.* in *Tab. Mesop.* ei assignans rubricam, *long.* 65. 30. *lat.* 38. 15. quamvis & aliæ adhuc dimensiones apponantur. *Orthographia* ex *Allubabo* figitur بفتح الميم وتشديد الياء *per Phata primæ, & duplicationem secundæ*, ut fiat *Maijapharekina*. Subditur porro قال ابن سعيد وميافارقين قاعدة ديار بكر قال وهي مثل نصيبين في احداق المياة والبساتين بها قال وبها قبر سيف الدولة بن حمدان قال ابن حوقل وميافارقين بين الجزيرة وبين ارمينية وبعضهم يجعلها من الجزيرة قال في اللباب وميافارقين مدينة الجزيرة من ديار بكر ولكثرة حروفها اسقطوا بعضها في النسب فقالوا فارقي وطريق الموصل من ميافارقين علي حصن كيفا مسيرة ستة ايام ولها طريق اخري ابعد علي ماردين وهي ثمانية ايام وهي مدينة بسور حجر وهي دون حماة ولها جبل في شماليها وهي في ذيله ولها نهر صغير علي شوط فرس عنها من عين بين الغرب والشمال عنها يسقي بساتينها ويخرق دورها *Ibn Sayd tradit Maija Pharekinam esse Metropolin Diar-Becrensis Provinciæ; additque eam Nisibi supparem esse, in aquis hortisque eandem ambientibus: moneus præterea sepulchrum ibi extare Saiphoddaulæ filii Hamdani. Haukelides ait, Maiapharekinam inter Mesopotamiam Armeniamque esse positam, nonnullosque eam Mesopotamiæ accensere. In Ellubabo dicitur, Maijapharekinam esse Mesopotamiæ Diarbecrensis, atque ob multitudinem literarum in nomine Gentili inde conformando ejectas esse nonnullas, dictumque Pharikiensem inde oriundum. A Maijapharekina Mosulam tenditur, præter Castrum Chaipha, itinere sex dierum. Habet & aliam longiorem viam, præter Merdinum, quæ octo est dierum. Est civitas saxeo cincta muro, infra Hamatam magnitudine. Ad septentrionem objacet ei mons, cujus laciniam occupat. Gaudet rivulo inde dissito ad curriculum equi; qui scaturit e fonte ad occasum septentrionemque ejus, atque tum hortos ejus rigat, tum domos quoque penetrat.*

N.

NAITARA نيطرة *Vita p.* 66. In MS. puncta diacritica literarum proniora sunt ad legendum *Jantara*. Nihil invenio in meis auctoribus. Nihil quoque ipse queo extricare.

NAWAKIRUM نواقير *Vit. p.* 97. Lucem hauries idoneam ex *Lex. Geogr.* النواقير بلفظ

Digitized by Google

بلفظ جمع النقيرة فرجة في جبل بين عكا وصور علي ساحل بحر الشام كان الاسكندر قبل له ان الجبل بهنك وبين الطريق فامر بنقرة حتي عبر

Nawakyr voce plurali a Nakyra, (quod *Pertuſum* ſonat) *eſt fiſſura in monte inter Ptolemaidem & Tyrum, in litore maris Syriaci. Alexander monitus montem illum viam ipſi præſepire, eum juſſit perfodi, atque iſtac pertranſiit.* Apud *Geogr. Nubienſ. p.* 116. reperies quoque *Navacquir, tres montes albos, ſublimes & oris maritimis imminentes, fere* 18. *mill.* In *Arabico* eſt مطلة علي ضفة البحر *litori mari imminentes*, quod clarius preſſiuſque. *Caput Album* vocatur in mappis, *Scala Tyriorum*, de qua *Joſeph.* de *B. J. L.* 2. *c.* 17. *Septa eſt Ptolemais prealto, a Septentrione, monte, quem inquilini* Καλουμενον Τυριων *appellant; ad diſtantiam inde* 100 *Stadiorum.* Doctiſſ. *Maundr. Scalam* hanc tranſcendit, eamque in monte exciſam pertuſamque ait ſex pedum latitudine; quam horæ ferme quadrante detur emetiri. *Alexandro* id opus tranſcribi ſimiliter notavit.

NAZARETA الناصرة *Vit.* 71. *Exc.* 41. Notiſſimus auribus Chriſtianis ſonus. *Lex. Geogr.* الناصرة قرية بينها وبين طبرية ثلثة عشر ميلا منها اشتق اسم النصارى لان المسيح سكنها فينسب اليها *Nazaret eſt vicus a Tiberiade diſſidens* 13. *mill. Inde derivatum eſt nomen Nazarænorum, quia Meſſias eam habitavit: indeque nomen tulit.*

NEAPOLIS نابلس *Nabolus, Napluſa. Vit. p.* 71--27. *Exc.* 41. ubi arx ei datur. Eſt *Sichem* in ſacris nobile, vel potius proximam *Sicimis* deletis ſedem obtinet. Adi *Reland. Palæſt. p.* 1004. *Lexicographus* hæcce nobis reliquit نابلس مدينة مشهورة بارض فلسطين بين جبلين مستطيلة لا عرض لها كثيرة الماء نظيفة بينها وبين بيت المقدس عشرة فراسخ لها كورة واسعة وعمل جليل كله في جبل القدس وللبهود اعتقاد عظيم في هذا الجبل واسمه عندهم كريزم وهي مدينة السمرة والسمرة طايفة من البهود لهم بنابلس مسجد كبير يزعمون انه القدس وان بيت المقدس المعروف ملعون حتي لذا اختار احدهم عليه اخذ حجرا فرجمه

Neapolis eſt civitas Illuſtris in Palæſtina terra, inter duos montes in longum exporrecta, nulla ferme latitudine. Abundat aquis: eſtque nitida. Tredecim Paraſangis diſtat Hieroſolymis. Præfecturam habet amplam, ditionemque ſplendidam, quæ per montana Hieroſolymorum ſe extendit. Judæi magna religione tenentur erga hunc montem, qui apud eos Gerizim appellatur. Eſt nempe Civitas Samaritanorum. Sunt autem Samaritani Judæorum quædam natio, qui Neapoli templum habebant ingens, quod Sanctuarium eſſe genuinum, Hieroſolymitanum vero maledictum eſſe, contendebant; tam acriter ut ſi quis poſterius illud præponeret, lapidibus eum obruerent. Hæc meliora ſunt *Abulfedæ*, qui ex *Arizio* adfert a *Jeroboamo* templum fuiſſe conditum ſuper monte *Neapolitano*, atque juſſiſſe ut illuc, miſſis *Hieroſolymis*, cultum ſuum dirigerent, atque hoc eſſe exordium *Samaritaniſmi* السمرة دين. Confuſa tempora; confuſæ Cerimoniæ, multum diverſæ; quod in *Muhammedano* extra Sphæram ſuam exeunte haud mirandum. Attribuitur *Neapoli long.* 57. 30. *lat.* 32. 20.

NESJMUM قلعة نجم *Exc. p.* 50. & 63. *Arx Nesjmum.* Claro in die collocatur a *Lexicogr.* قلعة نجم بلفظ النجم من الكواكب قلعة حصينة مطلة علي شرقي الفرات علي جبل وتحتها ربض كان عندها جسر ويقال لها جسر منبج يعبر عليه الي منبج وبينهما اربع فراسخ *Arx Nesjmum, a voce Nesjm proſtellis, eſt arx munitiſſima; præminens lateri Eoo Euphratis ſuper monte: ſubjacet ei ſuburbium, eique adjacet pons, qui pons Manbesji vocatur; per quem ad Manbegium trajicitur, intervallo quatuor Paraſangarum.* Sic *Cochabam* ſupra quoque a *Stella* nomen traxiſſe viſum. Audiamus & *Abulfed.* in additamentis ad *Tab. Syr.* قال ابن سعيد وبين الفرات حيث قلعة نجم والجسر اعني جسر منبج (وبين منبج) خمسة وعشرون ميلا وهذه القلعة في السحاب وقد وصفت باللوصف البديع وكان يقال لذلك المكان حصن منبج فصار يعرف بقلعة نجم وهو من بناء السلطان محمود بن زنكي وكان كثيرا ما يرابط بها ويغزوا منها الفرنج الذين تسلطوا بالغلبة علي ثغور الشام والجزيرة وهذا الجسر جزنا عليه الي حران وفوقه بمرحلة جيدة حصن تمدايا يجاز عليه الي سروج قال في كتاب الاطوال ان موضوع جسر منبج حيث الطول سبعل والعرض لو ك

Ita

Ibn Sayd ait, inter Euphraten, ubi arx Nesjm & Pons, Pons inquam Manbegii, & inter Manbegium sunt 25. milliaria. Hæc arx in nubes usque se tollit; atque mirifico plane modo nobis describitur. Appellatur quoque Munimentum Manbegii, sed nobilius est nomen Arx Nesjm. Est ex iis quas struxit Sultanus Mahmudus Zenchiades, qui ibi sæpissime excubabat; indeque in Francos expeditiones movebat, quum per tumultum præsidia Syriæ & Mesopotamiæ oppressa tenerent. Hunc Pontem nos trajecimus Charras petituri. Supra eum, ad bonam dictam est Propugnaculum Tedaja (non præsto lectionem hanc) *ubi Serujum versus sit trajectus. In Libro Longitudinum traditur situs Pontis Manbegii ad long. 62. 30. lat. 36. 30.* Non feliciter calculos posuit Cl. *Hyde* ad *Peritz. p.* 43. quum *Zeugma Strabonis* aliorumque in *Commagena*, ad *Pontem* huncce transfert. Nimis audax ille saltus. Eum & Editor *Alfr.* commisit *p.* 261. *Zeugma* Verum est *Birà*, ut supra in voce indicavi.

NETROUNUM. *Nitron.* النطرون *Vita p.* 72. 208. Ubi dicitur esse *Arx* multo *Validissima, & in famam missa.* Situs quoque indidem percipitur. Fontes mei nil subministrant. Vide etiam *Exc.* 42. 51. Belli Sacri scriptores multam ejus mentionem movent.

NISABOUR نيسابور unde النيسابوري *Nisabourienſis Exc.* 32. Est prænobilis urbs *Chorasanæ*, quæ apud *Abulf. Tab.* 22. obtinet *long.* 82. *lat.* 36. 20. atque *Naisabour* potius effertur, Persice نشاور *Nesjawur.* Delineationem ejus, longiuscule me detenturam, circumcido. Habes eam ad *Alfrag. p.* 188. Ex *Lexicogr.* teneatur tantum, esse مدينة عظيمة ذات فضايل خرج منها جماعة من العلماء *Urbem magnam, multo Præstantissimam, unde tanquam ex virtutum officina complures viri Doctissimi prodierint.* Vide etiam aliquid in *Mosula.*

NISIBIS نصيبين *Vit.* 50. &c. *Exc.* 31. 33. Est *Mesopotamiæ* oppidum percelebre, quod *Antiochiæ Mygdoniæ* quoque appellatione insignitum apud Veteres. Constituitur ab *Abulf.* ad *long.* 65. 20. *lat.* 37. atque hisce coloribus illustratur قال ابن سعيد ونصيبين قاعدة ديار ربيعه قال وهي مخصوصة بالورد الابيض ولا توجد بها وردة حمراء قال وفي شمالها جبل كبير منه ينزل نهرها ويمر على سورها والبساتين عليه ونصيبين شمالي سنجار وجبل نصيبين هو الجودي وهو الذي يقال ان سفينة نوح استقرت عليه ونهر نصيبين الهرماس وبها عقارب قاتلة *Ibn Sayd ait, Nisibin esse Metropolin Diar-Rabiensis provinciæ. Addit, peculiarem ei esse rosam albam, neque rubram rosam in ea reperiri. Dicit porro ad septentrionem ejus magnum tendi montem. unde fluvius ejus exoriatur; qui murum illius alluit hortis præcinctus. Sita est Nisibis ad aquilonare latus Sinsjaræ, ejusdemque mons est Goudius ille, in quo fama est Arcam Noæ requievisse. Fluvius Nisibis est Hirmasus. Habet Scorpios summe letales ac præsentaneos.* Fluvium huncce *Hirmasum* rerum potiti *Macedones* appellitarunt *Mygdonium*, ut & urbem ipsam *Antiochiam Mygdoniam*, quæ *Chaldæis Assyriisque* fuerat *Netsibyn* נציבין *Stationes, præsidia militaria*, prout vox hæc in Bibliis etiam usurpatur. Rem migravit deinde in priscum nomen ob rationem supra ad *Manbegium* allatam. *Nesibis* pronunciat *Julianus* Imper. Nummique. Ea genuina scriptio بفتح النون per *Phata* lit. *Nun*, ut monet *Abulfed.* In *Lex. Geogr.* inter eam & *Sinsjaram* novem ponuntur parasangæ. Profertur ibidem & alia نصيبين الروم *Nesibis Rumæa* dicta, مدينة على شاطي الفرات كبيرة من قصد بلاد الروم من حران يمر بها وبينهما ثلث مراحل *Civitas magna ad litus Euphratis, quam trajicere debeas, qui Charris Provincias petit Rumeas: inter quam & Charras tres sint diætæ.* Etymon superius firmare poterit quod idem *Lexicogr.* notaverit esse الجمع الصحيح *Plurakem Sanum* proprie, eaque de causa Arabes non *Nesibyn* tantum, qui casus ipsis obliquus est, sed & نصيبون *Nesiboun* efferre in casu recto. Gentile نصيبي נציבי *Ntsibienſis*, tanquam a *sing.* נציב eandem originem refert. Plura & luculentiora dabit *Abulfeda* ad *Alfrag.* 236. & seq.

NUBIA النوبة *Nubæ. Nubi.* Νοῦβοι. *Nubæi Æthiopes* apud *Plin.* Regionem gentemque hisce delineat. *Lex. Geogr.* النوبة هي بلاد واسعة عريضة في جنوبي مصر وهم نصاري اهل شدة في الحبش اول بلادهم بعد اسوان يجلبون ويباعون بها واسم مدينة النوبة دمقله وهي منزل الملك على ساحل النهر وطول بلادهم مع النيل ثمانين ليلة ومن دمقله الي اسوان اول عمل مصر اربعون ليلة *Nubarum regiones amplissime latissimeque panduntur ad austrum Ægypti:*

ſuntque Chriſtiani; durum vitæ genus colentes. Eorum regiones incipiunt ultra Syenen, ubi commercium frequentant. Civitas Nubarum vocatur Dumkala, quæ eſt Sedes Regis ad litus Nili. Terra eorum in longum ſe porrigit, Nilo injuncta, per octoginta noctes. A Dumkala Syenen, ubi Ægyptus incipit, ſunt quadraginta noctes. In voce دمقلة docet idem *Lexicogr.* alios *Dumkala* ſonare, alios *Damkala.* Apud *Abulf.* in *Tab.* 27. eſt دنقلة *Dunkala* مدينة *Civitas*, ſive قاعدة النوبة *Sedes Regia Nubarum* ad *long.* 58. 40. *lat.* 14. 30. De ipſa autem Regione in additamentis ſubjecit بلاد النوبة علي شرقي النيل وبلاد البجا بين بحر القلزم وبين بحر النيل وبينهم وبين النوبة جبال منيعة وبلاد زغاوة تحاذي بلاد النوبة علي ضفة النيل من الغرب وبلاد الحبشة متصلة بالبحر وساحل بلاد الحبشة مقابل لبلاد اليمن

Terræ Nubarum lateri Orientali Nili prætenduntur. Begiæ regiones ſitæ inter mare Rubrum, & mare Nili, (*Nilum* etiam *mare* nonnunquam vocitant) *intercedentibus inter Begios Nubaſque montibus difficillimis. Terræ Zegawa Nubitarum terris oppoſitæ reſpondent a latere occiduo Nili. Regiones Habaſſinorum pertinent ad mare; eorumque litoralis tractus objacet Jemanenſibus terris.* Princeps literaturæ *Æthiopicæ*, *Job. Ludolf.* in *not.* ad *Hiſt. Æthiop.* ex *Gregorio* ſuo *Habeſſino* ſe habere tradit *Nubæos* ad occidentalem *Nili* ripam colere. Idem firmare videtur *Lex. Geogr.* ubi زغاوة *Zegawa* dicitur eſſe قبيلة من السودان لهم مملكة عظيمة في حد المشرق *Gens Æthiopica vaſto prædita regno ad terminum Orientalem.* Nempe *Africæ* & *Nili.* Ergo *Nubæi* ad latus occidentale erunt transferendi. *Nobatas* cur eoſdem appellarit *Procopius Cæſareenſis* oſtendit ſcriptio *Arabica*, النوبة, quæ & *Noubat* poteſt efferri. Adjungantur hiſce, quæ in *Geogr. Nubienſ.* proſtant *Clim.* 1. *Part.* 4.

O.

OREIBA العريبة *Exc. p.* 4. *Oreima* العريمة *Vit.* 79. In *Lex. Geogr.* reperio قرية تصغير عرمة موضع به قري كانه بنواحي الشام وقبل هو عربه *Oreima*, *Diminutivum ab Irna Locus in quo pagi, qui videtur eſſe in tractibus Syriæ. Dicitur Arbia legendum per phata & Bet uno puncto præditum.* Ad *Arbia* recurrens, vacuus quoque dimittor cum eadem illa gloſſula موضع كانه من بلاد الشام *Locus qui videtur eſſe in Syria.* Extat quidem العريمة *Oreima* in eodem *Lex.* تصغير عرمة *Diminut. forma ab Arma*; quæ vox *arenas accumulatas* valet, ſed locus *Arabiæ* eſt, non *Syriæ*, cujus in *litoralibus* hæc quærenda.

OJOUN-ELASAWID. عيون الاساود *Vita* 186. ubi منزلة *Statio* quædam ſic vocari indicatur. Situm ſeries monſtrat.

ORONTES. Quæratur *Fluvius Orontes*: & videatur adhuc aliquid iiſdem addendum ſub *Phamia.*

P.

PAGUS *Tinctorum* قرية الصباغين *Vita p.* 166.

PALATIUM. *Exc. p.* 10. بين القصرين *Inter utrumque Palatium.* Eſt vicus *Alkabira*, quem *Leo Afric. Beinalcaſrain* vocat, & deſcribit, ubi *Alcairum* circumluſtrat.

PAGRÆ بغراس *Bagraſum. vita p.* 86. ubi قلعة منيعة *Arx aditum negans* appellatur. *Exc.* 46. 50. In *Lex. Geogr.* بغراز & بغراس quin & بغراص ſcribitur, eſtque ibi مدينة في لحف جبل اللكام بينها وبين انطاكيه لربعة فراسخ علي يمين القاصد الي انطاكية من حلب *Civitas in radice montis Ellocam*, Amani; *ad diſtantiam quatuor Paraſangarum ab Antiochia, ad dextram ſita Antiochiam Halebo petenti.* Ad *Abulf.* contribuitur ſub جند قنسرين *Kinneſryna Provincia* ad *long.* 60. 15. *lat.* 35. 58. adjectis hiſce وهي ذات قلعة مرتفعة ولها اعين ومياه وبساتين قال في العزيزي وبغراس مدينة منها يفترق طريقا الثغرين اعني ثغر الجزيرة وثغر الشام وبينها وبين انطاكيه اثنا عشر ميلا وبينها وبين لسكندرونه اثنا عشر ميلا

Eſt

Digitized by Google

Est urbs arcem habens præcelsam; gaudensque fontibus, valle, hortis. Azizius auctor est, Pagras civitatem esse unde scindat se via ad duo limitanea, Mesopotamiæ nempe & Syriæ. Inter eam & Antiochiam 12. mill. totidemque inter eam & Alexandrettam numerantur. Corrigatur hinc error magnorum Geographorum, qui *Pagras* longius ab *Antiochia* removent; & ultra *Issum* quoque ad septentriones relegant, quum tamen *Issus* ايساس apud *Abulf.* obtineat *long.* 59. *lat.* 36. 40. hoc est toto gradu sit borealior.

PANEAS بانياس *Exc.* 3. & alibi. Male vulgo *Belinas*; ex confusione cum بلنياس *Balineas*, ut ex iis quæ ad *Marhabum* produxi percipere est. Id jam sagaciter conjecerat Cl. *Reland. p.* 920. qui & luculentam *Paneadis*, sive *Cæsareæ Philippi* descriptionem exhibuit. In *Lex. Geogr.* extat بانياس من انهار دمشق كذا قال والصواب بنير يا في النهر وهو بالبا اسم لقرية او بلدة قرب دمشق تحت الجبل الذي في غربي دمشق يرى عليه الثلج وفيها الليمو والاترج *Baneas e fluviis est Damasci. Sic quidem auctor meus; sed rectius sine je Banas pro fluvio illo ponitur; Banejas autem, per Je, est vicus vel oppidulum Damasco vicinum, subjacens monti, qui ad Occidentem Damasci est, in quo perpetua visitur nix. Limonibus citreisque gaudet.* Apud *Abulfed.* prostat in rubrica sub *Tab. Syriæ* بانياس والصبيبة *Paneas & Sobeiba, long.* 59. 20. *lat.* 38. 20. cum hac illustratione بانياس اسم لبلدة صغيرة ذات اشجار مثمرات وغيرها وانهار وهي على مرحلة ونصف من دمشق من جهة الغرب بميلة الى الجنوب والصبيبة اسم لقلعتها وهي من الحصون المنيعة قال في العزيزي ومدينة بانياس في كهف جبل الثلج فهو مطل عليها والثلج على راسه كالغمامة لا يعدم منه صيفا ولا شتاء وفي راس الجبل ضيعة تعرف بصرد ومنها الى ضيعة تعرف بكفرلا بوادي كنعان ثمانية عشر ميلا ومن كفرلا الى جبب يوسف اثنا عشر ميلا *Paneas nomen est parvi oppidi, ubi plurimæ arbores e genere amararum, aliarumque: plurimi item amnes. Damasco sesqui diætam distat a parte occidua, cum inclinatione ad austrum.* (Cur non inverso id ordine extulit?) *Sobeiba appellitatur ejus arx, quæ inter inaccessas censetur. In Azizio traditur Paneada urbem adjacere radici Montis Nivis, qui ei supermineat plane: in cujus montis vertice nix instar nubis resideat, nec æstate deficiens, nec hyeme. Est & in vertice montis illius viculus cui Serda nomen, (Frigidulam* sonat vox) *unde ad vicum Capherla vocatum in valle Canaan 18. mill. A Capherla porro ad Puteum Josephi 12. mill.* Cl. *Rel.* qui mediam partem hujus contextus produxit, pro الغمامة *Nubes*, in Codice suo habuisse debuit العمامة *Cidaris*, quæ quum plerumque *Alba* sit in Oriente, jucundam ministrat imaginem, quam exemplis firmare possem. Sed *Nubem* præferendam autumo, quam & ipsam *Albam* speciatim hoc vocabulo designari scias.

PARTHIA بلاد الجبل *Regiones montosæ Exc. p.* 39. Est *Iraca Persarum* sive *Agiemica*, quæ complectitur *Assyriam, Parthiam, Mediæque* particulam, ut supra sub *Iraka* insinuatum. Urbes præcipuæ ibidem expressæ.

PELUSIUM. بلبيس *Bilbeis. Belbisum.* in *Exc.* 3. Hanc *Ægypti* januam quasi *Wilh. Tyrius l.* 19. 13. *Belbeis* vocans, addit, olim dictam esse *Pelusium*, *cujus frequens in Prophetis mentio.* Repetitur idem *l.* 20. 5. Commendat conjecturam istam, partim quod *Pelusium Claustrum Ægypti* appellarint veteres; partim quod sonus valde accedat adludatque. *Abulfeda* assignat ei *long.* 54. 35. *lat.* 30. 10. atque porro lucem hanc adspergit وبلبيس قصبة الشرقية ولها اشجار ونخيل كثير وهي قاعدة الولاية بالشرقية ويمر بها من الانهار الاخذة من النيل حال زيادته نهر يعرف بنهر ابن منجا ومن النهر المذكور شرب تلك الناحية باسرها *Bilbeis est primaria urbs Haufi*, sive *Delta Orientalioris; plurima arbore, ac præsertim palma, gaudens. Est sedes præfectorum Regionis Hauf. Præfluit eam ex amnibus, qui e Nilo exæstuant: tum, quum stata sua capit incrementa, amnis, quem mare Ibn Mensja nuncupant. Illo ex amne universus ille tractus bibit.* Hæc lineamenta non quadrant in *Pelusium* injunctum ostio ipsius *Nili* majori, quod *Pelusiaci* inde nomen induit; quum hic e *Nilo* ad *Bilbeisum* defluat amnis, *Maris* appellatione insignitus ob copiam aquarum, unde universo tractui *Bilbeisico* potus ministretur. Hinc & altera nota discriminis se offert, quod *Bilbeisum* in arenoso solo sit situm, quum *Pelusium* inter paludes jacuerit, a quarum *luto* vocabulum illud ductum. Tertia est differentia quod *Pelusium* viginti tantum stadiis a mari reductum ponatur, quum *Bilbeisum* inde plus quatuor parasangas sit sejunctum. Quarto quum *Bilbeisum* dicatur sedes Præfectorum *Delta Orientalioris*, sive *Hauf*, (ita legendum esse, non

Sjauf, adfirmavit mihi *Lexicographus*) opportunius esse apparebit oppidum quod statim indicabitur. Quinto *Pelusium* alio nomine afficitur ab *Arabibus*, الطينة *Tyna*, a طين *Tyn* ut & *Fem.* طينة *Tyna*, סין *Syn* in Sacris, nam & *Chald.* id *lutum* sonat, unde סינים *Synæi* pro *Pelusiotis*, uti docuit summus *Boch: Geogr. p.* 274. Agmen claudat, remque conficiat hocce *Lexicographi* mei بلبيس مدينة بينها وبين قسطاط مصر عشر فراسخ على طريق الشام. *Bilbeis est Civitas Phustata Ægypti distans decem Parasangis in via ad Syriam.* Duplex hinc nascitur argumentum pro conjectura Clar. *Golii* ad *Alfrag.* 146. *Bubastum Agriam* apud *Joseph. Antiq. l.* 13. memoratam in *Bilbaiso* latere autumantis. Illustremus firmemusque quod digito monstrasse satis habuit. *L.* 13. *Antiq. cap.* 3. *Ptolemæus & Cleopatra* Reges potestatem faciant *Oniæ* apud *Leontopolin*, præfecturæ *Heliopolitanæ*, templum quod Βούβαστιν ἀγρίαν vocabatur, collapsum repurgare, & in Templum, *Hierosolymitano* æmulum, sacrare. Hæc jam *Leontopolis* istum obtinuit situm, qui egregie quadrat in *Bilbeisum*. Convenit enim distantia a Metropoli sive *Memphi*; convenit quod in via *Syriam* versus ferenti ponatur. Convenit fluvius e *Nilo* exæstuans atque *Bilbeisum* alluens, qui *Bubastiticus* est veterum. Convenientem denique sedem hic fixere *Præfecti Delta* Orientalioris, quippe cujus medium ferme occupat *Leontopolis*; quam, nisi vanus augur fuero, addicentibus auspiciis immigrare suam in possessionem jubeamus.

PERSIA بلاد العجم vel ديار العجم *Vita* 205. 213. Confer *Exc.* 39. 47. 53. Unde facies regni simul, simul rerum, sic satis perspicietur; neque enim per Historica nunc licet subvetve exspatiari. De titulo *Pehlewani* پهلوان, vel *Persica* scriptione پهلوان, cui harum regionum Dominatus tribuitur, umbra tantum imperii relicta penes *Togryium Selsjukidam*, uno verbulo nunc monebo, eo designari *Heroem*, *Athletam*, *Satellitem* proprie sive *Lateronem*, a پهلو *Pehlou*, quatenus *latus* significat; vel ab eadem voce *Pehlu* quatenus pectus notat, unde *Pehlewan* a *forti pectore* dictus *Athleta*, *Pugil*, *Heros*, supremus *Imperator* exercituum; *Mavis.* Hujus *Pehlewani* mentio quoque *vita p.* 50. & alibi. Tenendum præterea istam *Persiam*, quam *Selsjukidæ*, eorumque ministri, ac postea Domini, *Pehluwani* ditione tenuerunt, non tam late patuisse, quam hodierna patet *Persia*, quæ amplectitur omnia regna ab *Oxo* flumine ad *Tigrim* quaquaversum expansa, quæ *Iran* vel *Tran* appellantur in oriente, prout *Touran* nuncupant, quicquid ultra *Oxum* sese in septentrionem & ortum præsertim exporrigit. Sic *Hodierna Persia* insignitur titulo ممالك ايران *Regnorum Tran*, in mappa Geographica quæ *Constantinopoli* est excusa, anno præterito, quod nascentis ibi artis specimen Illustrissimo Comiti *Wassenario*, qui Rem Academicam æque ac Publicam splendide sustinet, *Bibliotheca* Lugduno-Batava sese debere grata lubensque profitetur.

PHAMIA. *Apamea* فامية pro افامية *Exc.* 63. cujus ditio Ἀπαμηνὴ *Apamene* apud *Ptolemæum*. A *Lexicogr.* sub *Emissæ* ditionibus comprehenditur, ab *Abulf.* sub *Sjaizari*. Sed in his nulla pugna. Obtinet *long.* 61. *lat.* 35. per *Hamza*, & sine ea scribi sonarique monente quoque utroque meo auctore, hoc est vel *Aphamia*, vel *Phamia*, pro arbitratu. Ab *Abulf.* similiter differte additum, circumsitæ regioni id nominis etiam adhæresce re. قال في المشترك وهي مدينة قديمة ويطلق هذا الاسم على كورتها ايضا قال في العزيزي وكورة افامية لها مدينة كانت عظيمة قديمة على نشز من الارض لها بحيرة حلوة يشقها النهر المقلوبة *Mosjtarechi auctor ait esse urbem vetustam, atque Apameæ etiam nomen extendi ad præfecturam ejus. In Azizio extat Apamenen habere urbem magnam, antiquam, impositam editiori alicui terræ; atque esse ei lacum dulcem. Fluvius inversus*, Orontes, *illac pertransit.* Ambiguitas est in *Arabico*, nam يشقها *Pertransit illam* potest ad بحيرة *Lacum* referri, *fem. gen.* apud *Arabes*; potest & ad urbem. Succurret *Strabo l.* 61. qui *Apameam* quasi in Chersoneso sitam ab *Oronte* & *Lacu* pœne circumdari tradit. *Sozomen. l.* 7. 15. *Apameam ad Axium fluvium* positam memorat. Quærunt viri docti sine ille *Axius Orontes*, an potius *Marsyas*, quem *Apameæ* vicinum innuit *Plin.* 5. 23. *Vaillantius* pro sua, quæ prior est, opinione laudat nummum *Alexandri Balæ*, cui inscriptum Ἀπαμέων τῶν πρὸς τῷ Ἄξιῳ *Apamensium qui ad Axium.* Id haud dubie verum, nam *Axius* est Syriacum nomen *Orontis*, *Atsy*, *Elatsy*, العاصي *rebellis*, *refractarius*, nec non *fluvius inversus*, ob rationes jam supra editas in *Fluvio Oronte*. Cl. *Cellario* e *Macedonia* & foris translatum *Axii* vocabulum existimanti, non est cur subscribamus, quum id domi reperire queamus.

PHAIHA. فيحة *Vit.* 83. Propugnaculum *Antiochenæ* ditionis: cujus situm accurate finire nequeo, quod auctores mei me destituant. In *Lex. Geogr.* فيجة *Phygia*, *Physja*, per ج *Sjym*, est قرية بين دمشق والزبداني عندها مخرج نهر بردى دمشق وغيرها *Vicus inter Damascum & Zabdanium, ubi origo est fluvii Damasci, Bardii* nempe & *aliorum.* Sed hoc nihil est.

PHAU:

Digitized by Google

PHAULA الفولة *vit.* 78. *Phoula*, *Exc.* 42. Parum ab eo quod præstat *Lexicogr.* الفولية بالضم ببلبيغط واحدة الفول بلدة بفلسطين من اجناد الشام *Phoula*, *per Damma*, *a faba ducto nomine quasi Fabula*, *est oppidum Palæstinæ*, *e Syriæ Provinciis.* Retracto; multum præstiterit, si verum quod conjecto, esse *Phasaëlida*, ab *Herode* conditam, atque a fratre *Phasaëlo* denominatam; ut scimus ex *Joseph.* de *B. J.* 1. 21. 9. Ea non tantum Φασαηλὶς, sed & Φασαηλὶς scripserata; *Faselis* autem quum *Francis Latinisque* illorum temporum a *faselo* legumine dicta videretur, *Phoula* suum inde arripere potuere *Arabes*. Qui bene conjexit, hunc vatem ego perhibebo optimum. De *Phasaëlidis* situ adeatur *Rel.* 953.

PHUSTATA. *Fustata* الفسطاط Eam *Abulf.* statim in *Rubrica* distinguit titulo كرسي المملكة *Regiæ Sedis.* Dat eidem *long.* 54. 40. *lat.* 29. 59. Vocabulum *Fustato* designat *Tabernaculum*; in quam appellationem quomodo devenerit Metropolis hæc, tangit *Elmacin. Hist. Sarac. p.* 24. pandit *Geogr. Nub. p.* 97. Utrobique turbatum in versione, præsertim *Nubiensis*, ubi confusissima omnia; quæ sic ex fonte ipso emendo. *Traditur Fustata esse dicta urbs Misra*, *quod quum Amrou Ibn Elasy in principio Islamismi Misram expugnasset*; *jamque Alexandriam iter intenderet*, *præceperit ut Tabernaculum ipsius detenderetur*, *idque ante ipsum portaretur. Sed columbam in fastigium* tabernaculi *desedisse*, *ovaque suaibi deposuisse*, *ei renunciatum fuit. Ibi tum mandat Amrou ut Tabernaculum in statu relinqueretur*, *usque dum columba ova sua exclusisset. Factum*; *addente* imperatore, *per Deum nos ii non sumus*, *qui noxam inferamus ei*, *qui amicitiam nobiscum colit*, *in latusque nostrum recumbit*; *sic ut ne columbam quidem ovo ipsius frangendo adfligere sustineamus. Itaque mansit Tabernaculum*, *mansit ipse Misræ*, *donec pulli columbæ essent excluse*; *atque tum demum profectus est.* Non tamen per omnia recte se habet hæc narratio *Geogr. Nubiens.* neque propter columbam hanc victoriarum suarum cursum retardasse credendus est dux præstrenuus. *Lexicographus* noster fidelius rem prodidit. Nempe *Amrou Ibn Elasi quum Misram oppugnaret*, *Phustat*, *Tabernaculum sibi tendi curavit e pellibus. Expugnata Misra Alexandriam cogitans*, *jussit ut suum Phustat detenderetur. Sed ecce columba in ejus fastigio ova posuerat. Tum ille* تحرمت بجوارنا اقروا الفسطاط حتي تنقف وتطير فراخها فاقر بفسطاطه ووكل به من يحفظه ان لا يهاج *Sinite stare Tabernaculum donec excluserit*, *atque ad volatum perduxerit*, *foetus suos. Relictum itaque in statu Tabernaculum ejus*; *appositique qui illud custodirent*, *ne violaretur. Ipse Alexandriam profectus post sex eam menses subegit. Scripsit tum Omaro* Chalyphæ *rogans ut ibi sedem figere daretur. Rescripsit Omarus*, *ibi resideas cum Musulmannis*, *ubi nec mare*, *nec flumen me ab ipsis sejungant. Ibi Amrou ad socios*, *ubi ergo*, *inquit*, *sedem figemus? Illi*, *ad Fustat tuum revertamur. Sic reversis illis suum Fustat iterum occupavit Amrou*, *reliquique circa consedere*; *atque ita Fustatæ appellatio sedibus illis adhæsit.*

PLATANUS. بلاطنوس *Blatanousum* ore *Arabis. Exc.* 45. 50. *vit.* 83. ubi بلاطنيس *Blatanys* scribitur. In *Lex. Geogr.* rectius افلاطنس *Platanos*, ex Itinerario *Antonini* hoc in tractu doctis haud incognitus locus. *Lexicogr.* vocat حصن منبع بسواحل الشام مقابل اللاذقية من اعمال حلب الغربية *Munimentum prævalidum in litoralibus Syriæ e regione Laodiceæ*, *in occiduis partibus præfecturæ Halebensis.*

PHOENICIA الساحل *Vita* 119. *Litus* sive *ora maritima Syriæ*, quæ veteribus *Phœnice*. In *vit. p.* 78. habes الساحل الاعلي *Maritimam Superiorem*, quæ supra *Tyrum* & *Sidonem* porrigitur. Quod infra, *Ægyptum* versus, tenditur, الساحل الاسفل *Litus inferius* appellant, eoque nomine aliquando etiam complectuntur *Philistæorum* regionem. Confer *p.* 209. *vitæ*, ubi *Palæstinam* dedi pro الساحل. Habent & فلسطين *Palæstinam* latiore usu sumtam, quæ in divisione *Syriæ* quintam & infimam constituit Provinciam, de qua infra commodius in *Syria*.

PONS *Ferri* جسر الحديد *Exc.* 45. super *Oronte*. Ex *Tyrio l.* 18. 32. percipies fuisse *Castrum* adjunctum, lex aut septem milliaribus ab urbe *Antiochena*, quod *Balduinus* Tertius reædificavit ad grassationes hostiles cohibendas.

PONS *Sublicius* جسر الخشب *Vsta p.* 53. ubi ille sit locandus, dicere non habeo, ultra, quam cuilibet ex serie poterit constare.

PUTEI *Turcomannorum* جباب التركمان *Vita* 44. In agro *Hamatensi*.

PHYKUM فيق عقبة *Confragosa Phyki*. *Vita* 107. Lucem adfert *Lexicographus*. فيق بالكسر مدينة بالشام بين دمشق وطبريه ويقال افيق بالالف ولها عقبة

Digitized by Google

عقبة مذكورة ينحدر منها الى غور وتشرف الى طبرية وبحيرتها

Phyk, per Kafra, ad Castella Syriæ inter Damascum & Tiberiadem. Appellatur & Aphyk, per Aleph; habetque montem confragoso nobilem transitu, unde descenditur in Aigaurum; immineteque mons iste *Tiberiadi ejusque lacui.* In Sacris habemus אפיק *Aphyk*, & אפקה *Apheka*, non uni aptata loco; de quibus *Reland. p.* 572. Proxime videtur accedere *Apheca* in *Onomast. Euseb.* circa *Hippon.* Est & *Hippus* nomen montis in *Judæa* apud *Ptolemæum.*

R.

RABANUM رعبان حصن *Castrum Raaban. Exc.* 26. 27. Mentio ejus occurrit in *not. ad. Alfrag. p.* 260. & 279. ubi inter العواصم *propugnacula* Provinciæ *Antiochenæ* recensentur *Doloucum*, *Rabanum*, *Corus* seu *Cyrrhus*, & *Tezynum.* In *Lex. Geogr.* hisce indicatur. رعبان مدينة بالثغور بين حلب وسميساط قرب الفرات معدودة في العواصم وهي قلعة تحت جبل خربتها الزلزلة واعاد بناها سيف الدولة

Rabanum est civitas in limitaneis inter Halebum & Samosata prope Euphraten: quæ numeratur inter Awasim, sive *propugnacula validissima septentrionalis Syriæ lateris. Arx est sub monte sita. Eam terræ motus vastavit: sed integravit Saiphoddaula.*

RABIGUM رابغ *Exc.* 32. Locus in *Arabia*, quem plenius cognoscendum dabit *Lex. Geogr.* رابغ وان يقطعه الحاج بين الابوا والجحفة *Rabigum est vallis quam trajiciunt Sacri peregrinatores inter Abwa & Sjohpham.* Est autem جحفة *Sjohfa vicus major in via ad Meccam, ubi Syriaci & Ægyptiaci Peregrinatores se conjungunt sex milliaribus distans a mari.* Alterum *Abwa* est vicus ditionis *Medinensis*, vel secundum alios mons ad interstitium 23. m. ll. a *Sjohfa.*

RACCA الرقة *Vita p.* 49. 50. alibi. *Exc.* 33. *Rakka, Exc.* 22. *Mesopotamiæ* oppidum, quod *Abulf.* monet ab aliis sub *Diar-Modar*, ab aliis sub *Diar-Becr* censeri. Rubrica ejusdem sistit الرقة وتعرف بالبيضاء *Racca qua Alba appellatur*, ad *long.* 63. 50. *lat.* 36. 10. Subditur deinde والرقة في زماننا مدينة خراب ليس بها انيس وهي كبيرة مسورة وهي على جانب الفرات من الشمالي الشرقي قال ابن سعيد المغربي واسمها البيضاء وهي قاعدة ديار مضر من الجزيرة وقال ابن حوقل الرقة اكبر مدن ديار بكر وقال في المشترك والرافقة مدينة على الفرات وهي الرقة ثم قال صاحب المشترك والرقة مدينة على الفرات وكان يقال لربضها الرافقة

Racca hat tempestate nostra est oppidum desolatum, ubi nemo homo versatur. Ampla est & murata ad latus Euphratis orientale in septentrionem vergens. Ibn Sayd Megrebensis ait appellari eam Albam, atque esse Metropolin Diarmodarensis Mesopotamiæ. Haukelides tradit Raccam esse maximam Urbium Diarbecrensium. In Mostaresch dicitur Raphikam esse urbem ad Euphraten, eandem cum Racca. At ejusdem libri auctor deinde Raccam ait Urbem esse Euphrati injunctam, cujus suburbium vocetur Raphika. In *Lex. Geogr.* hæc prostant الرقة الارض الذي ينصب عنها الماء مدينة مشهورة على الفرات من جانبها الشرقي بينها وبين حران ثلثة ايام وكان بالجانب الغربي مدينة اخري تعرف برقة واسط بها قصران لهشام بن عبد الملك على طريق رصافة واسفل من الرقة بفرسخ الرقة السودا قرية كبيرة ذات كثرة شربها من البليخ

Racca proprie notat terram unde aqua defluxit. Est Civitas Illustris ad Euphraten a latere ejus Eoo: ad tridui distantiam a Charris. In latere occiduo est alia urbs quæ nuncupatur Racca Wasithi: in qua duo Palatia exstant Hesjami Ibn Abdolmelichi: in via ad Rusafam. Infra Raccam, ad parasangam, sita est Racca Nigra, Vicus ingens, frequentia florens, cui potus ex Balicho ministratur. Est autem *Balichus* amnis multis e fontibus corrivatus, atque ad *Raccam* defluens ex agro *Charrensi*, seque infra eam ad milliare in *Euphraten* effundens. Apud *Eutrop. L.* 9. 15. memoratur prælium *Galerii Maximiani* adversus *Narseum*, inter *Callinicum* & *Carras.* Est eadem quæ & *Callinicopolis* a *Seleuco Callinico* nomen indepta. Hanc esse nostram *Raccam* tum alia arguunt, tum diserta auctoritas *Geogr. Nub. Cl.* 4. *part.* 5. *p.* 179. ubi *Raccam* alt *Græce* appellari *Balanikos.* Legendum haud dubie *Kalonikos*, ut vidit monuitque Cl. *Alfrag.* editor *p.* 254. nam apud *Abulpharagium p.* 65. versionis insinuatur tempore *Ptolemæi Euergetis* conditam esse *Raccam*, quæ & *Calonikus. Callinicos.*

RA-

RAHABA رحبة *Exc. p.* 8. & 36. 63. In priore loco *Siyrchouhus* dicitur donatus a *Nouroddino* ob virtutem *Emiſſa* & *Rahaba*. In poſteriore *Siyrchouhus* minor, ſuperioris nepos, principatum *Emiſſæ*, *Rahabæ*, & *Tadmoræ*, obtinet. Reperio ad *Alfrag. p.* 255. *Rahbam* in *Meſopotamia* vicinam *Circeſio* ſive *Carkiſiæ*, quæ a *Malic Ibn Tauk* denominatur. Eam *Abulf.* in *Tab. Meſopotamiæ* ſubjungit ditioni *Diarbecrenſi* ad *long.* 64. 30. *lat.* 36. ita proſequens

في المشترك قال رحبه مالك بن طوق التغلبي مدينة علي الفرات بين الرقه
وبين عانه وكان مالك المذكور من قواد الرشيد قيل انه اول من عمرها
فنسبت اليه اقول الرحبة المذكورة خربت وبقيت قرية وبها اثار المدينة
القديمة من الموازن الشاهقة وغيرها واستحدث شبركوه بن محمد بن شبركوه
بن شادي صاحب حمص في جنوبيها ناقلا عن الفرات الرحبة الجديدة
علي نحو فرسخ من الفرات وهي بلدة صغيرة ولها قلعة علي تل تراب
وشرب اهلها من قناة من نهر سعيد الخارج من الفرات وهي اليوم محط
القوافل من العراق والشام وهي احد الثغور الاسلامية في زماننا
قال في العزيزي والرحبة بينها وبين قرقيسيا ثلثة فراسخ

Moſtarechi auctor ait, Rahaba Malich Ibn Tauk, Talebithæ, eſt Civitas ad Euphratem, inter Raccam & Anam; fuitque ille Malichus inter duces Rasiydi Chalyphæ; *qui primus eam fertur condidiſſe, ac propterea ab eodem denominari. Ajo ego illam Rahabam eſſe vaſtatam, hocce noſtro tempore, manente tantum vico, in quo extant veſtigia alicujus civitatis antiquæ, ut præcelſæ turres, atque alia monumenta. Siyrchouhus filius Muhammedis, filii Siyrchouhi, filii Sjadi, princeps Emiſenus, exſtruxit Rahabam Novam ad latus ejus auſtrale, tranſlatam ab Euphrate ad Paraſangæ ferme interſtitium. Eſt parvum oppidum, arce inſtructum ſuper colle terreo. Incolæ bibunt ex aquæ ductibus amnis Sayd, qui ex Euphrate exiſtit. Eſt hodie manſio Catervarum ex Iraca & Syria commeantium. Numeratur quoque hodie inter præſidia limitanea Iſlamiſmi. Azizius ait inter Carkiſiam & Rahabam tres eſſe paraſangas.* Eſt hæc illa *Rahabath Melic* quam Clar. *Boch. p.* 255. jam protraxerat ad illuſtrationem *Gen.* 36: 37. ubi *Saul Idumæorum Rex oriundus* dicitur מרחבות הנהר *e Rehoboth Fluminis*, Sed humani quid admiſit Vir Humaniſſimus, quum *Melichi* i. e. *Regis* titulum refert ad iſtum regem antiquiſſimum, ut ex *Abulfedæis* noſtris quilibet perſentiſcit. In *Lex. Geogr.* enumerantur multa loca hoc nomine *Rahaba* notata; inter quæ & رحبة دمشق *Rahaba Damaſci* قرية من قراها *Inter vicos Damaſcenos.* Suſpicabar forte eſſe eam quæ intenditur *Exc.* 36. Sed nulla cauſa priorem illam deſerendi, quum hac iter *Iracam* ferre innuerit *Abulfeda.* Addatur & alia ratio ſub *Sachna* in oculos incurſura. Ceterum male in *Mappa Conſtantinopolitana* رحبة, *Rahaba*, quæ ab *amplitudine* nomen invenit, exaratur per ر, رهبة, quemadmodum & in noſtris fere *Raba* vitioſe comparet. Sed recte atque ordine duplex *Rahaba* exprimitur; altera cis Fluvium, quæ *Nova*, altera trans eundem, quæ *Vetus* eſt: inter *Carkiſiam* & *Anam* عانة, quæ poſterior *Euphrate* circumluitur ad *long.* 66. 30. *lat.* 34. Quum itaque *Abulf.*, ut ſupra enotatum, *Carkiſiæ* dederit *lat.* 36. noſtra *Rahaba* inferius poſita, media ferme inter *Anam* & *Carkiſiam* ſede, debuiſſet tantum 35. *gr. lat.* donari, quos ſane necdum apud *Conſtantinopolitanum* illum *Geographum* explet: ut proinde *Emiſſa*, *Palmyra* ſive *Tadmor*, & *Rahaba* eandem ferme obtineant latitudinem, atque uno perpetuo tractu egregium conſtituerint principatum: e media *Syria* ultra *Euphraten* porrectum.

RAIA الري *Reya. Rey*, in Mappis. Superbum *Parthiæ* oppidum, cujus dominatum hac tempeſtate tenebat *Pehluwanus. Exc.* 39. Ejus faciem hancce depinxit *Lexicogr.*

مدينة مشهورة من امهات البلاد واعلام المدن كثيرة الخيرات قصبة بلاد
الجبال علي طريق السابلة قال الاصطخري كانت اكبر من اصبهان بكثير
تفاني اهلها بالقتال في عصبة المذاهب حتي صارت كاحد البلدان والله اعلم

Reya eſt Civitas illuſtriſſima, inter Metropoles principeſque eminens urbes: multo copioſiſſima, ſimulque Parthiæ Caput; ſitum in via qua Caterva mercantium *pergit. Iſtachrenſis ait, multo illa multoque major extitit Iſpahano; Sed mutuis ſemet cædibus abſumſere ejus incolæ, in factiones & ſectas ſtiſſi: ita ut evaſerit ſicut una urbium reliquarum. Deus* quid rei ſit *optime novit.* In *Abulf.* obtinet *long.* 76. 20. *lat.* 35. 35. cum hac deſcriptione

قال ابن حوقل والري
مدينة كبيرة ويكون قدر عمارتها فرسخا ونصف في مثله وفي المدينة نهران
مجريان وبها قنى ايضا

Haukelides ait Reyam eſſe Urbem ingentem, cujus menſura ædificationis ſeſe extendat ſeſqui paraſangam ſeſqui paraſangæ additam, hoc eſt *quaquaverſum, atque per mediam civitatem duos currere fluvios: canalibus quoque eandem pervadentibus.* Ad-

ditur auctore *Haukelida* Regioni *Deilem* potius accensendam esse. Plura ad *Alfrag*. 210. reperies.

RAMALA. *Ramla* الرملة. *Vit*. 72. 198. 202. 204. 243. 256. 261. Et in *Exc*. 42. &c. Est Urbs *Palæstinæ*, quam sub *long*. 56. 50. *lat*. 32. 40. sic delineat *Abulf*. قال في المشترك والرملة بلدة بفلسطين اختطها سليمان بن عبد الملك الاموي وهي مشهورة قال في العزيزي الرملة قصبة فلسطين وهي محدثة وبينها وبين بيت المقدس مسيرة يوم وقال الرملة لم تكن مدينة قديمة وانما كانت المدينة لد فاخربها سليمان بن عبد الملك وبني مدينة الرملة وبينهما نحو ثلثة فراسخ ولد في ناحية المشرق وكان لعبد الملك دار بالرملة وجر الي الرملة قناة ضعيفة للشرب منها واكثر شربهم الان من ابار عذبة ومن صهاريج يجتمع فيها مياه المطر وهي في سهل من الارض

Auctor Mosjtarechi ait, Ramla urbs est Palæstinæ, quam primis dissignavit lineis Solymannus filius Abdolmelichi, Ommiada; (*Chalypha* nempe Decimus Quartus) *estque in famam missa. In Azizio traditur, Ramlam esse primariam Palæstinæ provinciæ urbem, recens conditam; Inter quam & Hierosolymas sit iter diei. Idem affirmat, Ramlam non esse Urbem antiquam, sed Lyddam fuisse Civitatem* primariam, *quam Solymannus filius Abdolmelichi diruerit, exædificata Urbe Ramla, inter eas intercedentibus tribus parasangis, & Lydda Orientalius sita. Fuisse & Abdolmelicho palatium in Ramla, qui illuc aquæductus derivarit tenues ad potum. Nunc tempestatis plurimum iis potum suppeditari e puteis dulcibus, atque e cisternis in quas aquæ pluviæ colliguntur. Jacere denique eam in planitie*; sive potius *terra plana simul, simul molli & arenosa*. An jam *Pater* hic Palatium struxerat? Veri minus simile. Legendum potius *Filio Abdolmelichi*. Christiani scriptores, qui *Ramulam* sonant & *Ramam*, simul innuunt esse *Arimathæam*. Adeatur Cl. *Reland. p*. 580. 953.

RASELMA راس الماء *Vita* 58. 59. 147. Et in *Exc. Ispahan*. Proprie *Caput Aquæ* denotat, sive *Fontem*, prout *p*. 149. راس العين *Rasolain*, *Caput fontis* habes. Videtur hoc nomine adfectus locus ubi *Fluvius Ptolemaidis* exoritur. Non expediunt me mei duces.

RASOLAINUM راس العين *Caput Fontis*, *in Vit*. 148. a *Raselma* jam non distingui res ipsa dictat. Aliud est *Rasolain* ad *Palætyrum*, de quo Cl. *Reland. p*. 1049.

RASOLAINA راس العين, quæ *Vita p*. 60. bis memoratur, in *Mesopotamiam* nos vocat, ubi hoc *Caput Fontis*, sive *Origo Chaboræ*, simul designat Civitatem sat splendidam, quam tropæum *Gordiani Junioris* de *Persis* nobilitavit, quæque *Resæna* ab *Ammiano Marcellino* appellatur *Lib*. 23. 14. Ρεσαίνα vel potius Ρησαίνα *Græcis*. Rationem cuilibet palpandam dabit hocce *Lexicographi* راس العين ويقال راس عين ومن اسقط اللام نظر الي اصله وهو راس عين الخابور لان الخابور منه فحذف الخابور للطول وقد جاء في اشعار قديمة باللام وهي مدينة كبيرة من مدن الجزيرة بين حران ودنيسر وفيها عيون كثيرة تجتمع في شعبتين احداهما ظاهر البلد عليها البساتين والزروع والاخري تخرج من تحت البلد وتدير طواحين كثيرة ثم تسير (تصير) هي والساحة (السياحة) الاخري نهرا كبيرا هو الخابور وعليه بلدان وقري بها معابر من سفن ويصب الي الفراة مع قرقيسيا فوق رحبة

Rasolaina, *Rasaina*, Resaina. *Qui ejiciunt lit. Lam, respiciunt ad originem, quæ est Caput fontis Chaboræ: quoniam Chaboras hinc exsistit: abjecto, ne prolixius fieret vocabulum, Chabora. Sed in veteribus carminibus per Lam Raselaina exstat. Est autem Civitas magna, ex Mesopotamiæ oppidis, inter Charras & Duneisirum; in qua plurimi fontes, qui conveniunt in duos rivos; quorum alter extra urbem obsitus est hortis & satis: alter, de subter urbe ipsa profluens, circumagit molendinas complures. Deinde & hic, & alter ille rivus, evadunt flumen magnum, qui est Chaboras, ad quem oppida, vicique, jacent, ubi pontones e navibus confecti: isque se in Euphratem exonerat apud Carkisiam, supra Rahabam*. In *Abulf*. exaratur tantum راس عين *Resaina* من ديار ربيعة *In tractu Diar-Rabyæ*, hac luce affusa وراس عين في مستو من الارض قال ابن حوقل ويخرج منها فوق ثلثماية عين كلها صافية ويصير من هذه الاعين نهر الخابور قال في العزيزي وراس عين يسمي عين وردة وهي اول مدن ديار ربيعة من جهة ديار مضر

Resaina jacet in plano terreno. Tradit Haukelides ultra trecentos ibi fontes scatere; limpidos omnes,

Digitized by Google

nes, iisque ex fontibus fluvium Chaboram conflari. In Azizio dicitur Resainam etiam Aiwerdum (Fontem Rosæ) *nuncupari; atque esse Primam Diar-Rabyæ urbem qua Diar-Modarensem tractum spectat.* Confer cum hisce quæ summus *Golius* ad *Alfrag.* 242. & seq. annotavit, ubi miror cur *Civitatis* proprie dictæ appellationem *Resainæ* denegaverit.

RAWENDA الروند *Vita* 63. Invenio in *Tab. Syriæ* apud *Abulf.* الراوندان *Rawendan* من جند قنسرين *Provinciæ Kinnesrynæ*, ad *long.* 62. *lat.* 36. cum hac descriptiuncula. الراوندان قلعة حصينة عالية علي جبل مرتفع ابيض ولها اعين وبساتين وفواكه وواد حسن وبمر تحتها نهر عفرين وهي في الغرب والشمال عن حلب وبينهما نحو مرحلتين *Rawendan est arx munita, præcelsa, super monte eminente, albicante: habens fontes, hortos, fructus, pulchramque vallem. Sub ea labitur amnis Ifryn. Objacet Halebo ab occasu & septentrione, ad distantiam duarum diætarum.* In *Lex. Geogr.* deprendo راوند *Rawend*, hisce lineis attextis بلدة قرب قاشان واصبهان وراوند مدينة الموصل قديمة *Oppidulum est prope Kasjan & Ispahan. Rawend item civitas antiqua in Mosulitide.* Prius nimis remotum. Posterius in censum venire posset quodam modo. Sed exercitus *Halebensis*, qui *pag.* 63. dicitur missus, ad rebellantem in *Rawenda Maynoddinum* redigendum, pro *Rawendano Abulfedæ* militat.

RUBRUM *Mare* البحر القلزم *Mare Kolzum* sive *Clysmatis*, accuratissime delineatum ab *Abulfeda* in Principio operis, jam in lucem est emissum, prostatque in *Geogr. Minoribus*, Cl. *Hudsoni*; ut & in descriptione *Arabiæ*, post iter *Palæstinæ*, *Gallice* edita per Doctiss. *La Rocquium.* quam cum MS. nostro conferens fideliissime comperi expressam, nisi quod in pauculis locis plenior & integrior sit codex *Lugduno-Batavus.* Terram jam videnti, portumque velis ac remis invehi contendenti, novum capere cursum, oraque hasce circumnavigare non est tutum.

RUMÆI الروم *Romani.* Ambiguus admodum vagusque usus est hujus vocabuli in Orientalium libris, nonnunquam enim *Romanos* stricte dictos; sæpissime *Græcos* sedi *Constantinopolitanæ* subditos; aliquando *Turcos* etiam qui in *Græcas* ditiones invaserunt, eo significatos volunt. Nempe similis ferme sors obtigit appellationi *Romanorum* الروم atque alteri isti *Francorum*, الفرنج, qua omnes in universum *Europæos* amplectuntur. Hunc latissimum adspectum aperit *Lex. Geogr.* الروم جبل (جبل) معروف في بلاد واسعة تضاف اليهم ومشارق بلادهم وشمالهم الترك والروس والخزر وجنوبهم الشام والاسكندرية ومغاربهم البحر والاندلس وكانت الرقة والشامان (شامات) كلها في حدودهم ايام الاكاسرة وكانت انطاكية دار ملكهم الي ان نغاهم المسلمون الي اقصي بلادهم *Roumæi notissima natio amplissimis in regionibus, quæ ipsorum gerunt nomen. Ab Oriente & septentrione habent Turcas, Russos, Chozaros. Ab Austro adjacet iis Syria & Alexandria. Ab occidente ad Oceanum & Andalusiam pertingunt. Racca quoque, omnesque adeo Syriæ, eorundem finibus comprehendebantur diebus Chosroum. Antiochia ipsis Regiam sedem præbente: donec Musulmanni eos in ultima ipsorum regna repulerint.* Apparet cur potissimum pro *Græcis* frequentetur a Scriptoribus qui *Saracenicam* tractant historiam. Vide *Vit. p.* 33. 131. 226. &c. &c.

RUMÆORUM *Arx* قلعة الروم Recurratur ad *Erroumum.*

RUMÆORUM *Provinciæ* بلاد الروم Ut *Exc. p.* 27. *Kelisjus Arslanus* صاحب بلاد الروم *Dominus Provinciarum Rumæarum.* Iterum *p.* 57. & *p.* 58. narratur decem ei fuisse filios, quorum cuique tractum attribuerit *Provinciarum Rumæarum.* Adde *p.* 59. ubi etiam invenies *Rumæenses Sultanos*, a *Selsjuko* genus derivantes, & *Selsjukidarum* appellatione nobiles. Hasce Provincias, restrictiore nunc usu sumendas, oculis fidelibus subjiciet nobis *Abulf.* in *Tab.* 17. quæ inscribitur بلاد الروم *Regiones Rumææ*, ubi fines earum sic regit. انتقل الي ذكر البلاد التي هي شرقي الخليج القسطنطيني وشمالي الشام ومنها البلاد المعروفة ببلاد الروم ويحيط بهذه البلاد المجموعة هنا من جهة الغرب بحر الروم وتمامه الخليج القسطنطيني وبحر القرم والذي يحيط بهذه البلاد من جهة الجنوب بلاد الشام والجزيرة ويحيط بها من جهة الشرق لرمينية ويحيط بها من جهة الشمال بلاد الكرج وبحر القرم *Transeo ad enarrandas regiones, quæ sitæ sunt ab Orientali latere freti Constantinopolitani, latereque septentrionali Syriæ. Inter eas sunt Rumææ, quæ dicuntur, Provinciæ; quas Provincias hac tabula comprehensas cingit ab occidente Mare Græcorum, termino isto per fretum Constantinopolitanum & Mare Krim, Cimmerium,* Pontum Euxinum, *consummato. Ab Austro easdem*

Provincias includit Syriacum Mesopotamia. Orientali lateri præjacet Armenia. A Septentrione ambiunt terræ Georgianorum, Cimmeriumque mare. Habes *Asiam Minorem* sive *Anatoliam* suis finibus circumscriptam. Percensentur deinceps illustres civitates لارندة *Laranda.* الشماس ويقال اق شهر *Aksarum quod & Ak-Sjahrum.* اماسية *Amasia.* قونية *Counia* sive *Iconium.* قيسارية اقصرا ويقال اقسر *Aktsara, aliis Aksara.* هرقلة *Herkla* sive *Heraclea.* قيسارية ويقال بالصاد *Kaitsaria* sive *Cæsarea.* سيواس *Saiwasum* id est *Sebastia.* لرزن الروم *Arzenerroumum*, vulgo *Erzeroum.* ملطية *Malatia* sive *Melitene.* انطالية *Antalia.* انقرة فهي انكورية *Ankura quæ est Ancyria.* Imo vero *Ancyra.* عمورية *Amouria* sive *Amorium.* توقات *Toucat, Tocatum.*

S.

SACHNA السخنة *Exc. p.* 36. *Lexicogr. Suchna* scribendum esse monet, forma *femin.* a سخن *Suchn*, i. e. *calida aqua.* Est autem eodem expositore بلدة في برية الشام بين تدمر وعرض ولرك يسكنها قوم من العرب وعلي التحديد بين لرك وعرض قلت السخنة هي العين التي فيها حارة سميت بها وهي عين عليها نخل في طريق الذاهب الي دمشق من الرحبة قبل لرك *Oppidulum in Deserto Syriæ, inter Tadmor, & Urds atque Erech: ad confinia Erech & Urds. Ajo ego Suchna proprie designare fontem ibi calidum, indeque oppidulo nomen inditum. Fons ille palmis redimitus reperitur in via quæ Damascum Rahaba perfert, ante Erech.* De *Urds & Erech* sciatur, itidem esse parva oppida in *Arabia Deserta*, quam بادية الشام *Solitudinem Syriæ* vocant *Arabes.* Hinc liquet itineris ratio, qua *Damasco* per *Suchnam* pervenitur *Rahabam*, supra sub Elemento suo exhibitam. In Mappis *Sukana* appellatur.

SAHARWARDUM. سهرورد, unde السهروردي *Assaharwerdius, Saharwardiensis* dictus vulgo, Philosophus ille fama & scriptis etiamnum in Oriente clarus, quem ob Religionis contemtum strangulari juffit *Saladinus*, ut narratur *vita p.* 7. & fusius in *Exc. p.* 54. Ubi hominis Character signatur, Librique percensentur. Ibidem *p.* 55. notatum eundem reperies quod calluerit السيميا, *Physiognomonicen*; vel potius *Chiromantiam*, quatenus *Manu-Inspicem & Divinum* gesserit. Apud *Abulpharag. p.* 33. *Anunius* Philosophus dicitur invenisse علم السيميا *Artem Semiæ* ut reddit Cl. *Pocok.* Id vocabulum سيماء *Syma*, & سيميا *Symia* proprie *Signum* denotat, a σῆμα & σημεῖον. Latius tamen adhuc patet vis vocis, partim in bonum, partim in malum. In bonum quidem illam partem *Chemiæ* exprimit, quæ circa *Metalla* versatur: in malum *Divinationem* per *Signa, Nomina, Notas*, magicamque potentiam, quæ dæmones nominatim evocare, atque ad *Talismanum* usum obnoxios sibi reddere valet. Adeatur *Herbelotius* in voce. Id potissimum spectatur, quum *Saharwardiensi* nota inuritur, quod *Simiam* calluerit. Est autem سهرورد *Saharwerd*, vel potius *Sabrawerd*, & adhuc rectius *Sohrawerd*, بضم السين *Dammata lit. Sin*, ut annotavit *Abulf.* in بلاد الجبال *Regionibus montosis*, quæ *Assyriam Parthiamque* constituunt, مدينة صغيرة والغالب عليها الاكراد وهي عند زنجان *Oppidum parvulum, maximam partem Curdis habitatum, in vicinia Zengiani.* Jam vero *Zengian* jacet ad finem *Adserbeisjanæ, long.* 73. 40. *lat.* 37. 30. *Sohrawerdum* autem obtinet *long.* 73. 20. *lat.* 37. ut idem *Abulfeda* consignavit.

SAHWILI AQUA ماء صهويل *Vita p.* 264. Haud procul *Hierosolymis.* Addubito de lectione, quum alibi aliter sit exaratum.

SAIWASUM سيواس *Exc. p.* 58. *Rumearum* provinciarum nobilis Urbs, quæ *Sebastia* est *Plinii* in *Cappadocia Pontica.* In Mappis *Siwas* scribitur, atque ita بكسر السين *Sin Kesratum* esse adhibendum ait *Abulfeda*, qui *long.* dat 61. 30. *lat.* 40. 10. vel secundum alios 41. 40. وهي بلدة كبيرة مسورة وبها قلعة صغيرة وهي ذات اعين والشجر قليل ونهرها الكبير يبعد عنها بمقدار نصف فرسخ قال ابن سعيد سيواس من امهات البلاد مشهورة عند التجار وهي في بسيط ومسافة الطريق بين سيواس وقيسارية ستون ميلا وفي شرقيها مدينة لرزن الروم وسيواس شديدة البرد *Estque*, persequente Abulfeda, *oppidum magnum, mœnibus cinctum, & parva arce instructum: quod fontibus gaudeat, rara tamen arbore: & cujus fluvius major ab ea distet dimidia pa-*

ra-

rasanga. Ibn Sayd auctor est, Siwasum esse e Metropolibus regionum, atque inter mercatores percelebre, situm in plano, inter Cæsaream & Siwasum sexaginta milliarium intercedente interstitio. Ad Orientem habet Erzeroumum. Frigore utitur intenso. Confer ad *Alfrag.* 266. 267.

SALAMIA سلمية *Exc.* 50. Cl. *Gol.* legit *Salemmia* ad *Alfrag.* 126. Vera lectio est *Salemya*. De ea hæc habet *Lexicogr.* قيل هي قرب الموتكفة وان اهل الموتكفة لما نزل بهم العذاب سلم منها مائة فارحوا الي سلمية فسكنوها فسميت سلم مائة ثم خففت فقيل سلمية بليدة في ناحية البرية من اعمال حماة بينهما مسيرة يومين *Dicitur Salamyam esse propinquam Regioni divinitus subversæ; e cujus incolis, quum descenaeret in ipsos Pœna, centum evaserint, atque ad Salamyam profugerint, quæ ab hisce colonis Salamaniæ, & mox mollius Salamyæ nomen invenerit. Dicitur etiam Salamyam esse oppidulum in tractu Deserti ditionis Hamatensis, inter quam & Hamatam duorum dierum sit iter.* Regio illa divinitus subversa, est *Sodoma*, cum urbibus vicinis, unde quum *Salamyam* remotiorem esse deprenderent peritiores, fabricarunt urbem in *Syria* cui *Mutefica* nomen fuisset, prope *Salamyam*. Vide ad *Alfrag.* 126. Ansam dedisse videtur *Salem Melchisedecianum* cum hacce nostra confusum. In *Notitia Eccles. Leonis Augusti* extat Σαλάμιας, quæ in *Antonini Itinerario* est *Salaminias* ut Cl. *Rel. p.* 217. observat. Ad *Alfr. p.* 163. reperio adduci *Salamin Josephi* de *B. J.* 2. quam a *Salome Herodis* sorore ita dictam potius arbitratur Cl. *Gol.* quam quod ex *Arabum* sententia proposuerat. *p.* 127. Sed illa *Salamis* vel *Selamin*, *Josephi l.* 2. *cap.* 20. *sect.* 6. est *Galilææ*, quam a *Salome* denominatam, non memini me legisse. Nostram *Salamyam* attribuit *Abulf.* اعمال حمص *Emissenis Præfecturis* ad *long.* 61. *lat.* 34. 20. ex *Azizi* adducens مدينة سلمية علي ضفة البرية كثيرة المياه والشجر رخية خصبة *Salamya Civitas est ad latus Deserti. aquis arboribusque copiosa, commoditate ac ubertate omni gaudens.* Ex *Ahmedo Scriba* affert quoque سلمية بناها عبد الله بن هاشم بن علي بن عبد الله بن عباس بن عبد المطلب *Salamyam esse conditam ab Abdalla filio Salihi, Fil. Ali, Fil. Abdallæ, Fil. Abbasi, Fil. Abdalmotallebi.* Avi nempe *Muhammedis*.

SAMOSATA. سميساط *Exc.* 50. &c. Celebris illa Regia *Syriæ Commagenæ* quæ a *Samosatenis* duobus *Luciano* & *Paulo* nemini non notissima. A *Lexicogr.* hisce stringitur سميساط مدينة علي شاطي الفرات في طريق الروم علي غربي الفرات ولها قلعة في شرق منها يسكنها الارمن *Sumeisat* (sic sonat Arabs) *est civitas ad ripam Euphratis, in via qua Rumæi adeuntur, ad latus occiduum fluminis. Ad orientem habet arcem. Armeni inhabitant.* In *Abulfed.* obtinet *long.* 62. *lat.* 37. 30. hisce stricturis additis قال ابن حوقل واما سميساط فهي علي الفرات وكذلك جسر منبج وهما مدينتان صغيرتان حصينان لهم زروع شتي ومياههما من الفرات *Haukelides ait, Samosata Euphrati adjacent: similiter pons Manbegii. Suntque duæ Civitates parvulæ, munitæ; omni satorum genere florentes. Aqua ipsis ex Euphrate.* Hac auctoritate inducti viri Clarissimi, *Golius* & *Hydius*, credidere vicina esse *Samosata* & *Pontem Manbegii*. Vide ad *Alfrag. p.* 263. sed & *Haukelides* erroris est manifestus, quum pontem *Manbegii* huc transfert, & cum *Bira* confundit. Quæ ad *Biram* & *Nesjmum* sunt disputata, inspiciantur. His adde, rationes mensurarum perperam digeri, quum *Manbegio* datur *long.* 62. 50. *lat.* 35. 36. *Ponti* vero *Manbegiano long.* 62. 30. *lat.* 36. 20. sic enim *Pons Manbegii* ad *Euphratem* situs, id est Orientalior *Manbegio*, eodem viginti minutis deberet esse occidentalior, quod est absurdissimum. Congruit hæc dimensio in *Biram*, quæ tenet in *Abulf. long.* 62. 30. *lat.* 36. 50. Ponti *Manbegiano* autem auctore *Albyrounio* competit *long.* 64. cum *lat.* 36. 15. ut in additamentis *Abulfedæis* est enotatum.

SAPHADA صفد *Arx inexpugnabilis*, quam tamen edomuisse narratur *Saladinus vit. p.* 87. *Exc.* 46. *Abulfeda* scribit صفت *Saphat*, وعلي السنة الناس مكان التاء دال *Linguis tamen hominum pro Te, De resonantibus.* Extat *Jud.* 1: 17. צפת, a manu docta huc allatum marginique allitum. Item 2*Chron.* 14: 10. *Sephatha.* Sed hæc loca longissime dissident; quum posterior ad *austrum*, nostra vero ad boream vergat. In *Lex. Geogr.* dicitur. صفد مدينة في جبال عاملة المطلة علي حمص بالشام وهي من جبال لبنان *Saphad est urbs in montibus Amilæ, qui Emesæ imminent in Syria; e montibus Libanicis* Pressius *Abulfedâ*, qui *Jordanitidi* attribuit *Saphadam long.* 57. 35. *lat.* 32. 30. sic eam deli-

delineans. وهي بلدة متوسطة بين الكبر والصغر ولها قلعة حصينة ذات بنا
جيد متين وهي مشرفة علي بحيرة طبرية ولها قناة وسم الشرب تصل
الي عند قلعتها وبساتينها اسفل في الوادي تحتها الي جهة بحيرة طبرية
وربضها ينتشر تحتها علي ثلثة اجبل ولها عمل متسع وبين حين استنقذها
الملك الظاهر من ايدي الفرنج جعلها مركز الجيش الذي يحفظ البلاد
الساحلية التي في جهتها *Est oppidum inter magnitudinem parvitatemque medium, habens arcem permunitam, egregie firmissimaque substructionis. Imminet lacui Tiberiadis. Canalibus instructa est & aquæductibus, qui perveniunt ad portam arcis. In valle porriguntur horti versus Tiberiadis Lacum. Ædificatio suburbii se per tres montes diffundit. Amplam ditionem tenet. Quum eam Francorum e manibus vindicasset Almalichus Addahirus, constituit eam centrum exercitus, qui Palæstinæ civitates circumsitas custodiebat.* In *Hist. Tamerl.* frequens ejusdem mentio.

SAPHITA صافيثا *Exc.* 4. Vestigium ejus nullum in *Lex. Geogr.*

SARCHADUM صرخد in *Exc.* Secundum *Lexicogr.* est قلعة ملاصقة لبلد حوران
حصينة وولاية واسعة حسنة *Arx contermina Hauranitidi, firma; itemque præfectura ampla atque insignis.* Plenius *Abulf.* qui tribuit ei *long.* 60. 20. *lat.* 32. 15. atque حوران *Auranitidi* contribuit, hac adjecta descriptione وهي بلدة صغيرة ذات قلعة مرتفعة
وكروم كثير وليس بها ماء سوي ما يجتمع من الامطار في الصهاريج
والبرك وهي من جملة بلاد حوران قال ابن سعيد وهي قاعدة جبل بني
هلال وليس وراء عملها من جهة الجنوب والي الشرق الا البرية وبين
شرقيها تسلك طريقا يعرف بالرصيف الي العراق يذكر المسافرين ان السابر
اذا سار عليه من صرخد يصل الي مدينة بغداد في نحو عشرة
ايام وبين صرخد ومدينة زرع قاعدة من قواعد حوران نحو يوم *Est oppidum exiguum, præditum arce celsissima; vineis copiosum; aqua tamen carens, excepta pluvia, quæ in cisternas colligitur & piscinas. Inter civitates Hauran censetur. Ibn Sayd ait esse primariam civitatem montis Filiorum Helal, cujus præfecturæ qua austrum spectat, quaque Orientem, nil subsit nisi Desertum. A latere ejus Eoo viam pergis, quæ Strata appellatur, Iracam ferens. Narrant viatores, si teneatur, Sarchado Bagdadum perveniri decem præter propter diebus. Inter Sarchadum & Zarcam, e Primariis civitatibus Hauranitidis, circiter dies est.*

SARMANIA. سرمانية *Vita* 84. سرمينية *Sarminia Exc.* 45. Videtur esse سرمين
بلدة مشهورة من اعمال حلب اهلها اسماعلية *Sarmynum* in *Lex. Geogr.* *Oppidulum celebre ditionis Halebensis, cujus incolæ Ismaëlitæ.* Additur ei ab *Abulf. long.* 61. 50. *lat.* 35. 35. estque ipsi بلدة ذات اشجار كثيرة زيتون وغيره وليس لها
ماء الا ما يجتمع من الامطار في الصهاريج ولها ولاية وعمل متسع وهي
ذات خصب واسواق ومسجد جامع وليس لها سور وبين سرمين وبين
حلب مسيرة يوم وحلب في شمالها بشرق *Oppidum arbore plurima; ut olea, aliisque, florens: sine aquis, nisi quæ e pluviis colliguntur in cisternas: habens præfecturam & ditionem amplam: gaudens ubertate annonæ; foris; templo cathedrali: carens muro. Sarminum inter & Halebum iter diei; Halebo ad septentrionem & Orientem ei jacente.*

SAYDUM الصعيد *Exc.* 2. 3. *Thebaidem* verti, quæ alias صعيد مصر *Superior terra Ægypti.* Vide infra.

SEBASTIA سبسطية *Exc.* 36. Ubi *Martyrium Johannis Baptistæ* extare monetur. Est *Samaria* quæ ab *Augusto* Σεβαστὴ *Augusta* est nuncupata, & *Sebastena civitas.* Baptistæ sepulcrum & ossa hic quoque locant Patres. Vide *Reland.* 980. 981. In *Lex. Geogr.* scribitur
مدينة قرب سبسطاس من اعمالها ; quæ duplex esse dicitur
مدينة من نواحي فلسطين *Civitas prope Samosata, eorundemque ditionis:* &
من اعمال بيت المقدس علي يومين منها قرب نابلس
Civitas e tractibus Palæstinæ, ditionisque Hierosolymitanæ; distans inde duos dies, & Neapoli vicina. Prior illa *Sebaste* in *Cilicia*, Regia *Archelai Cappadocis*, *Ciliciæ Trachææ* donati ab *Augusto.*

SEHJOUNUM سهيون Arx prævalida, ditionis *Antiochenæ*, cujus luculentum adspectum

quum præbet *Vita p.* 82. Adde *Exc.* 45. 63. In *Lex. Geogr.* legitur *Sihjoun* بكسر اوله قبل هي بيت المقدس والمعروف انها كنيسة في اعلي مدينة بيت المقدس وصهيون حصن حصين من اعمال سواحل بحر الشام من اعمال حمص لكنه ليس بمشرف علي البحر وهو في طرف جبل خنادقها لودية هايلة واسعة &c. *Kesrata prima*, additurque *Ajunt Sihjoun esse Hierosolymas : sed constat Templum in celsissima parte Urbis Sanctæ ita vocitatum. Est & Sihjoun munimentum munitissimum in maritimis Syriæ tractibus, Emisenæ ditionis; non tamen mari imminens. Situm est in extremitate montis, pro fossis habens valles formidolosissime dispatentes* &c. &c. Ipsa nempe *Bohadini* nostri verba retinuit, quæ non opus est denuo pertexere. *Abulfeda* locum quoque ei concessit in *Tab. Syriæ*, sub جند قنسرين *Kinnesryna provincia*, qui tamen بفتح الصاد *Phatata Tsad* mavult *Sehjoun*, *long.* 60. 10. *lat.* 35. 10. atque hæc subtexuit ومدينة صهيون بلدة ذات قلعة حصينة عالية لا ترام من مشاهير معاقل الشام وهي علي صخر اصم وهي في ذيل الجبل من غربيه وتظهر من عند اللاذقية وبينهما نحو مرحلة وهي في الشرق بميلة الي الجنوب عن اللاذقية *Civitas Sehjoun oppidulum est præditum arce munitissima præcelsaque, quæ ne voto quidem impetitur. Ex Celebratissimis Syriæ propugnaculis Asylisve: imposita nempe rupi surdæ, in montis lacinia, ad occiduum ejusdem latus. Ad Laodiceam jam apparere cœptat; itinere diei utrumque locum disjungente. Sita est ad Orientem Laodiceæ cum inclinatione in latus australe.*

SEIWASUM. *Siwasum.* Recurratur ad *Saiwasum.*

SEIDA صيدا *Sidon.* Mox dabitur.

SEPPHORIS صفورية *Sepphoris. Sepphoria.* Σεπφωρις. צפורין. Primaria & Validissima urbs *Galilææ*, quæ *Diocæsarea* quoque dicta. *Vita p.* 71. *Exc.* 41. *Lexicographo* est *Phatata prima*, & *duplicata secunda consona* كورة وبلدة من نواحي الاردن بالشام قرب طبرية *Regio & oppidum e tractibus Jordanitidis in Syria, prope Tiberiadem.* Hinc liquet non deforuisse adhuc tunc temporis priscam dignitatem. Adi Cl. *Reland. Palæst.* 999.

SERUSJUM سروج *Exc.* 4. 33. & alibi. In *Lex. Geogr.* extat سروج بلدة قريبة من حران من ديار مضر بينها وبين البيرة مرحلة في الجبال *Serusj*, Sarugium, *est oppidulum Charris vicinum, in Diar-modarensi tractu* Mesopotamiæ; *inter quam & Biram dicta est per montes.* In *Tab. Mesopotamiæ* apud *Abulfed.* tenet *long.* 62. 40. *lat.* 36. 50. vel secundum alios 37. 40. hisce stricturis adjectis وسروج بلد خراب قال في اللباب وسروج مدينة بنواحي حران بينها وبين حران نحو مسيرة يوم قال ابن سعيد وهي كثيرة المياه والبساتين وبها الرمان المفضل والكمثري والخوخ والسفرجل *Serusj oppidum est evastatum. In Ellubab dicitur, Serusjum esse civitatem in tractibus Charrarum, inter quam & Charras ferme sit dicta. Ibn Sayd auctor est eam aquis circumfluere, hortisque florere, excellentibusque malis Punicis, pyris, malis Persicis, malis Cydoniis.* Conferatur venusta & florida *Serusji* facies, ab *Hariri* depicta in *Conf.* 30. versiculis productis *Origin. Hebr. p.* 301.

SESJELMESA. *Segelmessa.* Exhibetur sub *Sisjelmesa.*

SJABARUM قلعة جعبر *Exc. p.* 4. *Arx* insignis, cujus Domini percensentur. Situm ignorassem, absque *Lexicographo* si fuisset; qui eum accurate designat قلعة جعبر علي الفرات مقابل صفين اسمها دوسر وتغلب عليها رجل يعرف بجعفر بن مالك فسميت به واقول هذه القلعة بينها وبين الفرات مقدار ميل وصفين يقابل ما فوق هذه القلعة باكثر من عشرة اميال *Arx Sjabar ad Euphraten est, e regione Seffeini, cujus nomen Dausar; quam invasit Vir quidam qui Sjasar Ibn Malich vocabatur, unde cognomentum traxit. Ajo ego inter arcem hanc & Euphratem intervenire spatium milliaris: & Seffein objacere locis supra hanc arcem sitis plus quam decem milliaria.* Haud temnendam quoque lucem fert *Abulfeda* in *Tab. Mesopotamiæ* collocans *Arcem Sjabari* (sic enim struendum esse jam liquet) ad *long.* 62. 50. *lat.* 35. 50. من ديار بكر *in tractu Diar-Becrensi*; addensque وكانت قلعة جعبر تسمي الدوسرية نسبة

نسبة الي دوسر عبد النعمن بن المنذر فانه بناها لما جعل النعمن دوسر المذكور علي افواه الشام ثم ملكها سابق الدين جعبر القشيري وطالت مدته فيها حتي عمي من الكبر فنسبت القلعة اليه فقيل لها قلعة جعبر وكان له ابنان يقطعان الطريق ويخيفان السبيل فلما قدم السلطان ملكشاه السلجوقي الي حلب اخذها منه انتقل ذلك عن القاضي جمال الدين بن واصل وقلعة جعبر في زماننا خراب ليس بها ديار وهي بين الرقة وبالس علي الفراة من الجانب الشمالي في بر الجزيرة وهي علي صخرة لا ترام

Arx Sjabari antea vocabatur Dausaria, appellatione ducta a Dausaro servo Nomani filii Mundiri, qui eam exstruxit, quum Nomanus istum Dausarum præficeret Syriæ limitaneis. Occupavit eam deinde Sabikoddinus Sjabar Kosjeirita, in eaque tam diu vixit, ut præ senio cæcus evaderet. Ab hoc Arcis Sjabari fluxit denominatio. Es duo erant filii, qui latrocinia exercebant, viasque infestabant. Quum autem Sultanus Melicsjahus Selsjukides Halebum venisset, hanc arcem ei eripuit. Hæc refero auctoritate Judicis Sjemaloddini Ibn Wasili. Arx Sjabari nostra ætate diruta jacet, neque ullæ supersunt ibi domus. Sita est inter Raccam & Balisum ad Euphratem a lateri septentrionali, in terra Interamnensi; & quidem super saxo plane inaccesso atque inexpugnabili.

SJAFERAMUM شفرعم In *Vita p.* 144. ubi habes جبل شفرعم *montem Sjaferaim* potius. Nempe docente *Lexicographo* شفرعم قرية كبيرة بينها وبين عكا بساحل الشام قرب ثلثة اميال *Sjafraammum* (ita syllabas præscribit) *est magnus vicus inter quem & Ptolemaidem in Litore Syriæ ferme tria sunt milliaria.*

SJAHRESOURUM شهرزور *Exc.* 37. 50. Est Caput *Curdistaniæ*, descriptum ad *Alfrag. p.* 226. 229. cujus mentio jam illata supra sub *Curdi*. Ab *Abulf.* sub بلاد الجبل *Regionibus montosis*, quæ, ut sæpe inculcatum, *Assyriæ Parthiæque* respondent, ordinatur ad *long.* 70. 20. *lat.* 35. 30. secundum alios tamen 37. 35. Adjecta est hæc descriptio قال ابن حوقل وشهرزور مدينة صغيرة قال المهلبي في العزيزي وشهرزور يتصل ببلاد مراغه وبينهما ست رحلات وبلد شهرزور حزن خشن وفي اهلها غلظة وجفا قال في للباب وشهرزور بلدة بين الموصل وبين همذان بناها زور بن الضحاك فقيل شهرزور ومعناه مدينة زور قال في العزيزي ايضا وبينها وبين حلوان اثنان وعشرون فرسخا

Ibn Haukel ait, Sjahrezour esse oppidum exiguum. Mehlebius in Azizio tradit Sjahrezour pertingere ad Maragæ terras, atque inter utramque urbem intercedere sex diætas: esseque terram Sjahrezour salebrosam, asperam: & incolas item duros, immitesque. In Elmabo dicitur Sjahrezour esse oppidum inter Mosulam & Humedanum, a Zour filio Dohachi conditum, unde Sjahrezour sit dicta quasi Zouropolis. In Azizio additur, inter eam & Hulwan esse 22. Parasangas. Apparet appellationem *Sjahrezour* se extendere etiam ad regionem circumsitam; quod e *Lexicographo* plenius percipietur. شهرزور كورة واسعة في الجبال بين لربل وهمذان واهلها كلهم اكراد والمدينة في صحراء عليها سور ليكة ثمانية اذرع بغربيها جبل يعرف بشعران *Sjahrezour est Regio amplissima in montosis, inter Arbelam & Hamedanum: cujus incolæ omnes Curdi. Civitas in campo late patenti jacet, præcincta muro octo cubita alto. Vicinus ei mons quem Sjiran nomine dicunt.*

SJAIZARUM شيزر *Vita* 123. Sæpiusque. *Exc.* 28. 44. 63. Oppidum *Syriæ* ad *Orontem*, ut in *Lex. Geogr.* hisce enarratur شيزر قلعة تشتمل علي كورة بالشام قرب المعرة بينها وبين حماة يوم في وسطها نهر الارند عليه قنطرة في وسط المدينة وهي قديمة *Sjaizarum est Arx quæ ditione sua amplectitur præfecturam in Syria. Vicinum est [illegible]. Hamata abest unum diem. Urbem secat fluvius Orontes, cui injunctus in medio urbis pons. Est civitas antiqua.* Ad *Abulfeda* datur ei *long.* 61. 10. *lat.* 34. 50. hac addita delineatione وهي ذات قلعة حصينة والعاصي يمر بها من شمالها وهي ذات اشجار وبساتين وفواكه كثيرة اكثرها الرمان قال في العزيزي هي مدينة جليلة عامرة محصنة بينها وبين حماة تسعة اميال وبينها وبين حمص ثلثة وثلثون ميلا ومن شيزر الي انطاكيه ستة وثلثون ميلا

Ha-

Digitized by Google

Habet arcem prævalidam. Orontes perlabitur urbem a latere ſeptentrionali. Viget arboribus, hortis, fructibus omne genus, præſertim malis Punicis. In Azizio traditur eſſe urbem ſplendidam, frequentem, copioſam. Inter eam & Hamatam 9. milliaria. Emeſa diſtat 33. mill. A Sjaizaro ad Antiochiam ſunt 36. milliaria. Ex his notis indiciiſque eluceſcit *Lariſſa* ad *Orontem*, quæ tamen ſecundum haſce dimenſiones *Antiochiæ* aliquanto propius deberet admoveri. Monet *Appian. Alex.* de *Bell. Syr. p.* 201. *Seleucum Nicatorem* multis oppidis in *Syria* & alibi *Græca* ac *Macedonica* poſuiſſe nomina, inter quæ *Berrhœa*, *Edeſſa*, *Arethuſa*, *Lariſſa* &c. &c. Si antiquum nomen jam tum extitit *Sjaizar*, *Alsjaizar*, dicerem eo proclivius a *Macedonibus* fuiſſe aſſumtam *Lariſſam*, quod ſonus & literæ non omnino abludant. Sed hæc incertiora. Ceterum *Abukobais* quod *Exc. p.* 53. cum *Sjaizaro* jungitur, hoc in tractu veſtigare non potui. Notiſſimus alioquin mons eſt ad *Mececam*, unde nomen hoc in *Syriam* videtur tranſlatum, atque arci alicui inditum.

SJAKYFUM الشقيف Plenius *Sjakyf-Arnounum* شقيف ارنون *Vita p.* 89. Caſtrum validiſſimum in vicinia *Paneadis*, cujus Dominus victorem *Saladinum* aſtute elufit. Adde *p.* 93. 95. 96. 97. Deditio narratur *p.* 113. vide & *Exc.* 29. 47. ubi *Arnaldo* ei nomen fuiſſe fuiſſe annotatur. Loci conſpectum huncce præbet *Lex. Geogr.* شقيف لرنون. الشقيف كالكهف اضيف الي لرنون اسم رجل قلعة حصينة جدا في كهف من الجبل قرب بانياس من لرض دمشق بينها وبين الساحل *Sjakyf-Arnoun compoſitum ex Sjakyf, quod ipſam rupis cavaturam indicat; cui additur Arnoun, nomen viri. Eſt arx firmiſſima in cava montium rupe prope Paneadem; agri Damaſceni; inter Damaſcum & Litoradem oram.* Apud *Abulf.* habet *long.* 58. 20. *lat.* 32. 50. deſcriptio vero eodem redit. Addit & aliud *Sjakyfum* extare prope *Tyrum* in *Litore*, quod شقيف تيرون *Sjakyf-Tiroun* alias. Ejuſdem meminit & *Lexicographus* qui inſuper adfert شقيف دركوس *Sjakyf Dercous* قلعة من نواحي حلب *Arcem in tractibus Halebi:* ut & شقيف دبين *Sjakyf-Dubbain* قلعة قرب انطاكية *Arcem prope Antiochiam.* De origine vocis, luceque inde ſe diffundente ad שקף *Hebræorum*, unde משגב *Arx celſa, invicta*, alibi latius.

SJANINUM جانين *Vita* 59. Circa *Neapolin* oppidulum; quod idem videtur ac جنين *Sjininum* in *Lex. Geogr.* بليدة حسنة بين نابلس وبيسان من الاردن بها مياه وعيون *Oppidulum pulchellum inter Neapolim & Beiſanum in Jordanenſi Provincia; aquis ſtatens fontibuſque.* Occurrit in *Exc. p.* 30. 36. *Sjibninum* جبنين, quod refingendum in جبنين *Sjininum.* Apud *Joſeph.* de *B. J.* 3:2. Turmia *Ginæa* eſt vicus *Samaritidis*, quem cum *Zjennin* noſtro confert *Cl. Reland. p.* 812.

SJAUBECHUM *Sjaubecha* الشوبك *Vit.* 38. & 54. ubi cum *Caracha* conjungitur tanquam vicinum caſtrum. *Exc.* 14. &c. &c. A *Lexicographo* hiſce indicatur الشوبك بالفتح قلعة حصينة في اطراف الشام بين عمان وايلة قرب الكرك *Sjaubech, prima phatnæ, eſt Arx valida in extremis Syriæ oris; inter Ammon & Elam, prope Carachum.* Apud *Abulfed.* ad *long.* 56. *lat.* 31. deſcribitur بلد صغير كثير البساتين وغالب سكانه النصارى وهو على طرف الشام من جهة الحجاز وينبع من ذيل قلعتها عينان تشربه منهما البساتين حولها وسفح القلعة وحجرها ابيض *Oppidum parvum, hortis copioſum; cujus plerique incolæ Chriſtiani: ſitum in extremitate Syriæ, qua Hiſjazam attingit: duobus gandens fontibus, qui e lacinia arcis ejus exiſtant, & unde horti in valle bibant. Pedem montis* autem *cui arx impoſita, ejuſque lapidem reliquum, eſſe album.* Hoc munimentum *Wilh. Tyrio* eſt *Syriæ Sobal. L.* 22. 5. ſive *Mons Regalis*, quod cum *Crach* uni item Domino attribuit ibidem, atque jam antea *L.* 20. 29. paucis delinearat, *Syriam Sobal* appellans regionem, cujus hocce Caſtrum Caput eſt. Hæc accuratius merentur diſcuti: ſed anhelus lampada recenti curſori trado. Confer quæ ad *Cavachum* & *Errabinum* diſputata.

SJAURUM جبل جور *Montana Sjauri* vel *Giauri. Exc.* 39. Eſt inter primarias *Perſidis* urbes جور *Sjaur. Giaur. Giour*; de qua ad *Alfrag.* 114. Sed ejus nulla hic haberi poteſt ratio. Hærentem expedivit *Lexicogr.* جبل جور بالجيم المضمومة اسم لكورة كبيرة متصلة بديار بكر من نواحي ارمينية فيها قلاع وقرى للارمن *Mons Sjour, per Damma lit. Sjym, eſt nomen regionis magnæ, pertingentis ad Diarbecrenſem Provinciam; e tractibus Armeniæ; arcibus & vicis frequentatæ Armenorum.*

SJEMAHUNINUM الجماهونين Munimentum ditionis *Antiochenæ. Exc.* 45. In *Iſpahanenſis* majore Hiſtoria exaratur الجماهرنين *Sjemahirnyn.* In *Lex. Geogr.* invenio الجماهرية

حصن قرب جبلة من سواحل الشام الجماهرية *Sjemahiria* vel *Sjemahuria* *Propugnaculum prope Sjablam e litoralibus Syriæ.* Hæc genuina videtur lectio.

SJIBLA جبلة *Sjbla*, *Sjabla*, *Gabla*, *Gabale*. *Gabala.* Oppidum percelebre maritimæ *Syriæ*. *Vit.* 79. obſidetur; *p.* 81. expugnatur. Duas turres, tanquam arces validiſſimas, ei tribuit *Bohadinus*. Adde *Exc.* 44. 50. Proſtat in *Tab. Syriæ* apud *Abulf. long.* 60. 20. *lat.* 35. 55. atque hiſce illuminatur وهي بلدة صغيرة وبها مزار قد اشتهر انه قبر ابرهيم ابن ادهم قال في العزيزي ومدينة جبلة اكبر من مدينة بلنياس وبين جبلة وبين بلنياس اربعة وعشرون ميلا ومن جبله الي اللاذقية اثنا عشر ميلا ولها اعمال واسعة *Eſt oppidum parvum, in quo viſitur ſepulcrum quod fama fert eſſe Ibrahymi Ibn Adham. In Azizio proditur, Sjabalam urbem majorem eſſe Balaneis; interque eam ac Balaneas 24. mill. intercedere: at 12. mill. a Gabala ad Laodiceam numerari. Habere denique juriſdictiones ampliſſimas.* In *Itinerario Anton.ni* habes uno tractu *Laodiceam*, *Gabalam*, *Balaneas*, *Antaradon*. Menſuræ appoſitæ non nihil diſcrepant.

SJIBNINUM جبنين *Exc.* 30. 36. Lege potius جبنين *Sjininum*, & relege quæ ad *Sjaninum* adducta.

SJIZA الجيزة Oppidum *Ægypti*, in *Exc. p.* 3. *Giza* ſcripſi in *Vit.* 227. *Trajectum* proprie denotat. Eſt nempe *Nilo* injuncta, a latere occiduo ejuſdem, paulo infra *Alkahiram*, & ſupra initium *Deltæ*: ubi eam collocatam quoque deprehendi in *Mappa Conſtantinopolitana*, *Nili* curſum repræſentante, quam mecum communicavit *Illuſtris Fagelius*. Conſonat deſcriptio *Lex. Geogr.* الجيزة بالكسر بلدة غربي فسطاط قبالتها ولها كورة كبيرة واسعة من افضل كور مصر *Sjiza, Keſrata prima, eſt oppidulum ad occidentale latus Phuſtatæ objacens; quod magnam & peramplam habet regionem*, ſive *præfecturam*; *ex præſtantiſſimis Ægypti regionibus.* Non exigua hinc lux per loca adducta dimanat. Obſervavit etiam Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 156. inter *Gizam* & *Phuſtatam* jacere inſulam, quæ amœnitate ſua الروضة *Hortus* appellari meruit: itemque مقياس *Mekjas* ſive *Locus menſuræ*, quod *Nilometrium* ibi extet maximum ac multo elegantiſſimum. Conf. *Nubienſem p.* 97. 98.

SIDON صيدا *Seida. Vita* 72. *Exc.* 41. Celeberrimum *Phœnices* emporium, cui ab *Abulf.* tribuitur *long.* 58. 55. فه, non يه 15. ut Cl. *Reland.* edidit: *lat.* 33. præciſe, ſecundum noſtrum exemplar. Alii tamen ponunt *long.* 59. 20. *lat.* 33. 45. Proſequitur deinde princeps noſter وهي علي ساحل البحر وهي بلدة صغيرة ذات حصن قال في العزيزي ومن مدينة صيدا الي مدينة مشغرا وهي من انزه بلد في تلك الناحية واد في نهاية الحسن بالاشجار والانهار اربعة وعشرون ميلا ومن مدينة مشغرا الي مدينة تعرف بكامد كانت قاعدة تلك البلاد قديما سنة امبال ومن مدينة كامد الي ضيعة تعرف بعين الجر ثمانية عشر ميلا ومن عين الجر الي مدينة دمشق ثمانية عشر ميلا فجملة المسافة بين صيدا ودمشق ستة وستون ميلا *Litori maris impoſita eſt Sidon, parvum nunc oppidulum, arce præditum. In Azizio traditur a Sidone ad civitatem Mesjgara, (quæ ex amœniſſimis eſt regionibus illorum tractuum, vallis arboribus amnibuſque pulcherrime diſtincta) 24. mill. A Masjgara ad civitatem quæ Camad appellatur (ea primaria olim fuit illarum regionum) 6. mill. A Camed ad viculum, qui Ain Sjer*, Fons pedis montis, *vocatur* 18. *mill. Ab Ain Sjer ad Urbem Damaſcum* 18. *mill. Summa intercapedinis inter Sidonem ac Damaſcum* 66. *mill. efficiente.* Ex hiſce jam propius certiuſque cognoſces locum ſupra laudatum in *Fons Pontis*, pro quo *Fons pedis montis* eligendum cenſebam. Reliqua excutere non eſt otium. Deſino in *Lexicographo* cui *Seida* eſt مدينة علي ساحل بحر الشام من اعمال دمشق شرقي صور بينهما ستة فراسخ ويجوز ان ايضا موضع يقال له صيدا *Civitas ad Litus maris Syriaci, ad orientale Tyri latus: inter utrumque locum ſex Paraſangis intercedentibus. Videtur & alius locus Seida appellari.* Hæc paulo confuſiora; *Sidon* enim *Tyro* jacet ad ſeptentriones, niſi declinatiunculam ad Orientem innuere voluerit. Sed forte iſtud شرقي *ad Orientale latus* quadrat in alterum illum locum, *Sidonis* quoque nomine affectum. Utique *Hieron.* in *Onomaſt.* prodidit extare duas *Sidones*, *majorem* & *minorem*; de quo quum altum ſilentium agant Veteres, a Viris Doctiſſimis aſſenſum haud impetravit. Vid. Cl. *Reland. p.* 1011. Illam autem alteram & *minorem Sidonem* ſuſpicor eandem eſſe cum صيدنايا *Seidenaja*, quæ in eodem *Lex. Geogr.* eſt بلد من اعمال دمشق مشهور بالثلج

Digitized by Google

بكثرة الكروم *Oppidum ditionis Damascenæ nobilitatum copia vinearum.* Sex parasangæ quibus *Sidon major* a *Tyro* dicitur sejuncta, sic satis conveniunt cum 200. stadiis, quæ in *tom.* 4. *Geogr. Min.* exsignantur: ubi quum ὁ πλεῖον ἀλαμοσίων σταδίων διέχειν tradantur hæ duæ urbes inter se, aliquanto etiam minus subindicatur. *Parasanga* autem continet 30. stadia; unde calculus cuilibet in promtu.

SINDIA, unde *Sindica vestis*, in *Vit.* 292. السند cum *India* ferme connectitur a Geographis Orientalibus. Nempe السند بلاد بين الهند وكرمان وسجستان قصبتها المنصورة *Sindia complectitur Regiones inter Indiam, Carmaniam & Sigistanam. Metropolis est Mansoura.* Hæc *Lexicographus:* quibus ex *Abulfeda* plura attexere haud opus. Vocem فوطة *Vestis striata Sindica*, originis *Persicæ* esse monuit Cl. *Gol.* in *Lex.* Nempe فوته Persis est *subligaculum lineum, succinctorium*, quale sumitur a descendentibus in balneum ad nuditatem velandam. Magnificum enim vero *Saladini* funus! A *Sindis* derivat Cl. *Gol.* ad *Alfrag. Sindonem*, de quo dispiciendum.

SINSJARA, *Sensjara* سنجار *Vita* 37. 49. Expugnatur a *Saladino* 50. Vide porro 117. &c. *Exc.* 33. ubi lusus ex ambiguo, *Ja Himâr, bita Haleb bisinsjâr, Heus Asine qui Haleb vendis pro Sinsjar!* nam *Haleb* ex origine *lac recenter emulsum* sonat; *Sinsjar* autem *lac acidum* designat *Mesopotamice*, a *Persico* سنج *Sinsj, particula oxygalæ, qua indita lac dulce e vestigio acescit & crassum redditur.* In *Lex. Geogr.* hæc prostant سنجار بالكسر مدينة مشهورة من نواحي الجزيرة في لحف جبل بينها وبين الموصل ثلثة ايام *Singiar, per kesra, est nobilissima Civitas in plagis Mesopotamiæ ad radicem laciniamve montis: inter quam & Mosulam tres dies.* Uberiorem adhuc notitiam dabit *Abulfeda*, tribuens ei *long.* 66. *lat.* 36. 20. locumque assignans بديار ربيعة *In Provincia Diar-Rabyensi:* & persequens قال ابن سعيد سنجار في جنوبي نصيبين وهي من احسن المدن وجبلها من اخصب الجبال ومن كتاب ابن حوقل وسنجار مدينة في وسط برية ديار ربيعة بالقرب من الجبال وليس بالجزيرة بلد فيه نخل غير سنجار وعن بعض اهلها وسنجار عن الموصل علي ثلث مراحل سنجار في جهة الغرب والموصل في جهة الشرق وسنجار مسورة وهي علي ذيل جبل وهي قدر المعرة ولها قلعة ولها بساتين ومياه كثيرة من القني والجبل في شماليها *Ibn Sayd ait, Singiar esse ad australe latus Nisibis: atque e pulcherrimis urbibus: itemque montem ejus esse ex uberrimis montium. E libro Haukelidæ* teneatur, *Singiaram esse Civitatem in Campestribus Diar-Rabyæ, prope montes: nullamque esse regionem in Mesopotamia, quæ Palmam arborem ferat, præter Singiaram. A nonnullis incolarum ejusdem* habeo, *Singaram Mosula distare circiter tres stationes: & Singaram quidem ad occiduum jacere latus, Mosulam vero ad Eoum. Item muratam esse Singaram, sitamque in lacinia montis; atque Maarram magnitudine æquare. Habere quoque arcem, habere hortos; aquasque copiosas per Canales. Denique montem a latere Septentrionali adjacere.* Ex hisce non unus refellitur error magnorum inter nos *Geographorum.* Primus est quod mons, cujus *laciniæ adjacere* dicitur, a nonnullis, præeunte *Ptolemæo*, cui ὁ Σιγγάρας ὄρος appellatur, longius ad austrum removeatur. Correxit sphalma ill. *Spanhemius*, atque ex Nummis demonstravit montem omnino urbi fuisse conjunctum. Non debuisset tamen ad austrum relinqui, sed in latus septentrionale transferri. Tertia est hallucinatio multo gravissima, qua *Tigri* adpositam fuisse *Singaram* secure traditur: quibus calculum addit Cl. *Cell. l.* 3. 15. Atqui præ *Mosulâ*, quæ latus occiduum *Tigris* obsidet, *Sinsjara* occidentalior est tribus diætis. Habet tamen vicinum sibi fluvium, quem & Nummus *Gordiani* repræsentat, in quo *Aurelia Septimia Colonia Singara* comparet ut *Turrita Mulier insidens monti, quem amnis præterfluit.* Hunc amnem exhibet nobis *Geogr. Nub. Clim.* 4. *part.* 6. *Singiar sita est in deserto ob occidentali parte urbis Balad, ad radices montis. Prope illam reperitur Alhawali, unum e fluminibus Rabyæ.* وبقربها الحوالي وهو واد من اودية ربيعة. Reperio quoque apud *Abulfedam* in prima parte *Operis Geographici*, fluvium وهو نهر ينشعب من الهرماس الذي يقلب الي الفرات الثرثار *Thirthar* فينشعب منه نهر الثرثار ويمر بالحضر في برية سنجار ويصب في دجله اسفل من تكريت وقيل فوق تكريت بفرسخين *Qui exsistit tanquam ramus ex Hirmaso fluvio, ad Euphratem delabente. Ex eo igitur se spargens Thirthar præterlabitur Hadrum in deserto Sinsjaræ situm, seque effundit in Tigrim infra Tecryt.*

 Alii

Alii dicunt, ſupra Tecryt ad duas paraſangas. Illud *Hadrum* eſt oppidum infra *Singiaram*, in ejuſdem بريـة *deſerto*, ſive potius *campeſtri tractu:* hic *Thirtharus* autem ad ipſam *Singiaram* quoque videtur accedere. بريـة *Campeſtri tractu Singaræ* uſus fuit *Almamon Chalypha* ad inſignem quandam obſervationem Aſtronomicam: quam ex *Abulfeda* attigit Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 72. ubi in parentheſi monet eſſe hanc Regionem *Sinear Gen.* 10. & alibi in ſacris memoratam. Eandem & alii fovent opinionem. Nec ſane abludunt שנער & سنجار. Sed *Sinhar* illud circa *Babylonem* erat, longius a *Singiara* noſtra diſtans. Equid *Singarenam* regionem dicemus conſtituiſſe præter *Babylonis agrum, oram omnem Tigridis occidentalem uſque ad montana Armeniæ*? Illuc inclinat Cl. *Bochart. p.* 24. Crediderim potius celebrem illum *campeſtrem tractum Singiaræ* بريـة سنجار ad *Babylonem* uſque procurriſſe: atque *Terram Sinear* fuiſſe appellitatam. Ampliandum tamen cenſeo uſque dum hujus بريـة *Plagæ campeſtris* fines accuratius nobis innoteſcant.

SISJELMASA. *Segelmeſa* سجلماسه *Exc.* 13. Urbs *Africæ*, in qua *Chalyphatus* fundamenta jecere *Alidæ*, qui in *Ægypto* deinceps reſederunt. *Segelmaſſam* ſcribunt interpretes *Geographi Nubienſis*, a quo deſcribitur *pag.* 74. verſionis. *Segelmeſſam* extulit *Leo African.* cujus ætate rudera tantum priſcæ magnitudinis ac magnificentiæ viſebantur. *Abulfeda* legendum monuit *Sisjilmaſa*, apud quem tenet *long.* 10. 15. *lat.* 31. 30. atque ita porro ſub conſpectu locatur قال ابن سعيد وسجلماسه قاعدة ولاية مشهورة ولها نهر ياتي من الجنوب والشرق وينقسم فيما علي شرقي سجلماسة وغربيها وعليه البساتين الكبيرة ولسجلماسة ثمانية ابواب ومن ايها خرجت ترى النهر والنخيل وغير ذلك من الشجر وعلي جميع بساتينها ونخيلها حايط يمنع غارة العرب مساحته اربعون ميلا وهي مدينة تلي الصحراء الفاصلة بين بلاد المغرب وبلاد السودان *Ibn Said prodit, Sigilmeſam eſſe Metropolin præfecturæ nobiliſſimæ, quæ ſurſum habet ab auſtro & oriente adjacentia, atque ad latus Eorum occidumque Sigilmeſæ ſeſe dividentem, qui magni prætendantur horti. Eſſe præterea octo Sigilmeſæ portas, quarum quamcumque egreſſus fueris, videbis te ſuiſſe in Palmeto, diuſque arbores: Omnibuſque hortis hiſce ac palmetis circumjectum murum eſſe, qui incurſationem prohibeat Arabum, cujus menſura impleat 40. milliaria. Vicinam denique eſſe civitatem hanc deſerto, quod diriment regiones Africanas a Nigritarum regionibus.*

SJUDDA *Giudda* جدة In *Exc.* alicubi occurrit. Celeberrimus eſt *Meccæ* portus ad mare *Rubrum* بينهما ثلث ليال *diſtantia trium noctium a Mecca:* ut in *Lex. Geogr.* annotatur. Ex *Abulfeda* nil profero; quia ejus *Arabia* jam in lucem eſt emiſſa. Conſulatur & Cl. *Gol.* ad *Alfrag. p.* 100.

SOWAIDAA السويدا in *Exc.* In *Lex. Geogr.* traditur eſſe قرية من قرب حوران من عمل دمشق والسويدا ايضا بلدة مشهورة في ديار مضر قرب حران بينها وبين بلاد الروم اهلها لرمن نصاري *Vicum in Hauranitide, ditionis Damaſcenæ. Nec non oppidum celebre in Diar-Modarenſi Meſopotamiæ Provincia, Charris vicinum, inter eas & Rumeorum terras: cujus incolæ Armenii Chriſtiani.* Hoc poſtremum, ſi recte memini, intenditur.

SPECULA *Hoſpitalariorum.* المرقب. Regredere ad *Markabum.*

SYENE اسوان *Vit.* 40. Arabes *Aſwan* & *Uſwan* ſonant, ut *Abulfeda* notavit. Eſt veteribus quoque Celebratiſſima urbs *Ægypti* ad *Cataractas Minores*, quam *long.* 52. *lat.* 30. ita delineat noſter Princeps. واسوان من بر الشرق وهي اخر الصعيد الاعلي بالقرب من الجنادل وهي كثيرة النخيل وليس لها مزرع والحنطة تنقل اليها وهي بلدة نحو المعرة وهي عن قوص علي نحو خمس مراحيل وهي من ولاية قوص *Syene tenet latus Orientale Nili, eſtque ultima Thebaidis ſuperioris, prope Cataractas. Palmetis abundat: ſed nullas habet ſegetes. Triticum importatur illuc. Magnitudine Maarram Syriacam æquat. Abeſt Kuſana civitate quinque admodum diætis. Eſt pars præfecturæ Kuſanæ.* Plura ad *Alfrag. p.* 104. reperies.

SYRIA الشام *Vita* 31. 32. 36. 41. 47. &c. &c. *Exc.* 17. 18. &c. &c. Hæc apud veteres aliquando laxiſſime ſumta, *Meſopotamiam*, quin & *Aſſyriam*, complectitur. Alii ſtrictiſſime non has tantum Regiones, ſed & *Palæſtinam*, atque adeo *Phœnicen* diſtinguunt a *Syria*. Media eſt & commodiſſima finitio *Strabonis*, cui a ſeptentrione *Syriam* terminant *Cilicia* & *Amanus*: ab ortu *Euphrates* & *Arabes Scenitæ*; ab auſtro *Arabia* & *Ægyptus*. Quouſque

apud

apud Orientis *Geographos* ſeſe appellatio extendat, palam faciet *Abulfedæ* delineatio, *Syriæ Tabulam* hiſce aggredientis انتقل الي ذكر الشام وقد حددوا الشام علي وجه دخل فيه بلاد الارمن وهي المعروفة في زماننا ببلاد سيس والذي يحيط بالشام من جهة الغرب بحر الروم من طرسوس التي ببلاد الارمن الي رفح التي في اول الجفار بين مصر والشام ويحيط به من جهة الجنوب حد يمتد من رفح الي تيه بني اسرايل الي ما بين الشوبك وايله الي البلقا ويحيط به من جهة الشرق حد يمتد من البلقا الي مشاريق صرخد اخذا علي اطراف الغوطة الي سلمية الي مشاريق حلب الي بالس ويحيط به من جهة الشمال حد يمتد من بالس مع الفرات الي قلعة نجم الي بيرة الي قلعة الروم الي سيباساط الي حصن منصور الي بهنسا الي مرعش الي بلاد سيس الي طرسوس الي بحر الروم من حيث ابتدانا وانما سمي شاما لان قوما من بني كنعان تشاموا اليه اي تياسروا اليه لانه علي يسار الكعبة وقيل سمي شاما بشام بن نوح وقيل سمي شاما بشامات له بيض وحمر وسود اي ان به لراضي علي هذه الالوان

Tranſeo ad enarrationem Syriæ. Eam ſic finiunt fere, ut includantur Regiones Armenorum, quæ tempeſtate noſtra Regiones Sys nuncupantur. Syriam ergo ab occaſu præcingit mare Rumæum a Tarſo, quæ in Provinciis eſt Armenorum, (Cilicia) ad Raphah, quæ eſt in principio Gjiſar ſive *plagæ arenoſæ inter Ægyptum & Syriam. Ab auſtro eandem claudit terminus qui producitur a Raphah ad fines Deſerti Iſraëlitici, per terras inter Sjaubechum & Elam, uſque ad Belkaam. Ab ortu cingitur termino qui procurrit a Belkaa ad orientales partes Sarchadi, pergitque per extremas oras Goutæ* Damaſcenæ *ad Salamyam; ad orientales tractus Halebi; ad Baliſum. A Septentrione terminus a Baliſo ſecundum Euphraten tenditur ad arcem Nesjmum; ad Biram; ad Arcem Erroum; ad Santoſata; ad Arcem Manſour; ad Bahneſa; ad Marasjum; ad Regiones Sys; ad Tarſum; ad mare Rumæum; unde initium feceramus. Syria autem Sjam appellata eſt, quod multi e filiis Canaän Tasjaamu*, id eſt *illuc ſiniſtram ſequendo pervenerunt: a Siniſtra quippe Caabæ* Meccanæ *jacet. Alii a Semo Noachi filio nomen ductum eſſe ajunt. Aliis adhuc a Sjamnævum ſive maculam ſignificante videtur dicta, quod maculis albis, rubris, nigris, diſtinguatur, ideſt terris illos colores referentibus.* Subnectit deinceps diviſionem *Syriæ* generalem in quinque *Provincias*, quas جند *Sjund* vocitant, ſive *Præſidium militare*, اولها من الغراة جند قنسرين

ثم جند حمص ثم جند دمشق ثم جند الاردن ثم جند فلسطين

Primum ab Euphrate Sjund Kinneſrynum: tum Sjund Emiſſenum; inde Sjund Damaſcenum: porro Sjund Jordaniticum: denique Sjund Palæſtinum. Hiſce accedit ſexta *Provincia*, inſignita vocabulo العواصم *Defendentium locorum*, ſive الثغور *Portarum & Limitaneorum Præſidiorum:* ſub quibus *Ciliciæ* urbes *Adana* ac *Tarſus*, quin & *Cappadocum Malatia*, comprehenduntur.

T.

TADMORA تدمر *Exc*, 63. Eſt *Palmyrena* illa *Civitas*, quam tum alia bene multa nobilitant, tum *Zenobiæ* imperium opeſque, per Orientem late olim Dominantis, atque hanc Regiam ſedem tenentis. *Joſeph. Antiq. l.* 8. *cap.* 6: 1. narrat *Salomonem* ditioni ſubjuncto *Deſerto Syriæ*, ibi condidiſſe *maximam Urbem*, duos *quidem dies diſtantem a Syria Superiore, unum vero ab Euphrate; a magna Babylone ſex omnino dies remotam. Urbem autem illam tam procul a cultis Syriæ partibus fuiſſe poſitam, quod nuſquam alibi aquæ; hic vero fontes reperirentur & putei. Eidem exſtructæ, firmiſſimiſque cinctæ muris,* Θαδμορων *nomen inditum: atque ita etiamnum appellari a Syris. Græcos eam* Παλμυραν *nominare.* Rectius Παλμυρα ſcripſiſſet, ut conſtantur *Græci Latinique.* Hauſit *Joſeph.* ex 2 *Chron.* 8: 4. *Et ædificavit Salomon* את תדמר במדבר *Tadmoram in deſerto.* 1 *Reg.* 9. 18. in textu eſt תמר *Tamor*, pro quo ad marginem ſubſtituitur *Tadmor* תדמר. Exiſtimarim ego pro *Tadmor* mollius *Tammor*, & mox *Tamor* ſonari cœptum, cum alluſione ad תמר *Palmam*, quæ hic læte viget viretque, ut mox proferetur. Suſpicor quoque تدمر *Tadmor* in origine fuiſſe תתמר *Tatmor*, quaſi dicas *Palmiferam*, ad Euphoniam *Te* in *De* mutato. Sed unde *Palmyra*? Ecquid ad *Palmam* quoque alluſum? Abſurde ſtatueretur ſi *Græci, Macedoneſque*, nomen novaſſent, quod Παλμυρα nihil cum ea habeat commune. Sed id mihi quidem non liquet, nec in Catalogo *Appian. Alexandr.* de *Bel. Syr. p.* 201. ubi recenſet urbes a *Macedonibus* ſono *Græco* affectas, *Palmyram* deprehendo. *Græcis* quoque Παλμυρα plane nihil eſt quod

quod enim ἐφ' ἅλμυρᾶ conjicjatur deflexum, acutius est, quam solidius. A Romanis proinde rerum Dominis inceperit appellatio *Palmyræ*, & sono & origine quodam modo respondens *Thamolæ*; *Tadmuræ*; unde primo *Talmura*, & mox, quod a *Plinio* eam denominatam rescissent, *Palmura*. *Palmyra*. Elementorum, quæ hic immutata sunt, vicissitudo multis exemplis posset adstrui; totusque mos *Græcorum* ac *Latinorum* nomina barbara emolliendi, ad suumque os conformandi, cum aliqua ad hoc vel illud allusione. His præmissis accedo ad *Abulfedam*, qui in *Tab. Arabiæ Tadmoram* collocat in بادية الشام *Deserto Syriæ* ad *long.* 52. *lat.* 34. eamque hisce coloribus depingit. وتدمر بلد ببادية الشام من اعمال حمص وهي في شرقي حمص وبين تدمر وبين حمص نحو ثلث مراحل وكذلك هي عن سلمية وبها سور وقلعة قال في العزيزي ومدينة تدمر مدينة عظيمة قديمة مبنية بالحجارة والآجر وفيها عيون جارية وثمار وزروع وبينها وبين دمشق تسعة وخمسون ميلا ومن تدمر الى الرحبة مائية ميل وميلين قال في العزيزي ايضا وهي قديمة عظيمة الآثار العجيبة يقال ان سليمان لما بنى داود بناها سباخ وبها نخيل وزيتون وبها آثار عظيمة اولية من الاعمدة والصخور وهي عن حمص على نحو ثلث مراحل وكذلك هي عن سلمية وبها سور وقلعة قال في العزيزي ومدينة تدمر مدينة عظيمة قديمة مبنية بالحجارة والآجر وفيها عيون جارية وثمار وزروع وبينها وبين دمشق تسعة وخمسون ميلا ومن تدمر الى الرحبة مائية ميل وميلين قال في العزيزي ايضا وهي قديمة عظيمة الآثار العجيبة يقال ان سليمان لما بنى داود بناها

Tadmor est oppidulum in Deserto Syriæ, ditionis Emisenæ: ad Orientale latus Emissæ. Terra Palmyrena maximam partem est salsuginosa: in eaque Palmæ vigent Oleaque. Extant ibidem vestigia magna, antiqua, Columnarum, Monumentorumque saxeorum. Emissâ abest tres ferme stationes: totidemque a Salamya distat. Muro & arce est communita. In Azizio traditur Tadmoram fuisse Civitatem magnam, antiquam, cæso lapide columnisque substructam: in eaque perennes fontes, fructus, sata, reperiri. Inter eam porro ac Damascum esse 59. mill. a Tadmoraque Rahabam perveniri millibus centum duobus. Azizius item adfirmat, vetustam, admirandisque monumentis abundantem urbem, a Salomone conditam tradi. Contextum longiusculum exscribere non dubitavi, editum licet, in *Geogr. Minor.* quod locupletior fit, & insignibus accessionibus notabilior, præ altero illo. *Lexicographo* nostro dicam scribere jam parabam, quod nobilissimam illam تدمر *Tadmor* ne attingere quidem dignatus fuisset; quum etiam ignobilia quæque scrutetur: sed maximas potius gratias homini referendas esse video, qui תדמר תתמר *Tatmor* exaraverit, sub serie *TT*; atque ita leviculæ meæ conjecturæ momentum ac pondus addiderit. En ejus verba تتمر بالفتح ثم السكون وضم الميم مدينة قديمة مشهورة في برية الشام بينها وبين حلب خمسة ايام وهي قريبة من حمص من عجايب الابنية كانت موضوعة على العمد الرخام واهلها يزعمون انها كانت قبل سليمان بن داود واهلها الان في حصن منها عليه سور من حجارة وبابها مصرعان من حجر وبها صوامع باقية الى الان ولهم نهر يسقي نخلهم وبساتينهم *Tatmor, per Phata in unam Syllabam nexis duabus primis consonantibus, & per Mim Dammatam, est Civitas vetusta, Prælustris, in Deserto Syriæ. Halebo distat quinque dies. Emissæ est vicina. Substructionis est admirandæ, quippe quæ columnis albis marmoreis tota sustineatur ac suspenditur. Ejus incolæ dictitant, jam ante Salomonem Davidis filium eam extitisse. Nunc degunt in arce quadam ejusdem, quæ muro lapideo est septa, & cui porta est bipatentibus e lapide valvis prædita. Durant in ea Turres fastigatæ ad hoc usque tempus. Habent & fluvium qui Palmas eorum Hortosque rigat.* An ergo non primus *Conditor*, sed *Instaurator* tantum fuit *Salomo*? Certe בנה *Ædificare, condere* & in Sacris, & in profanis sæpe *Instaurationem* designat.

TAIZINUM تيزين *Vita* 78. 80. Quid sit, & ubi situm, indicat *Lexicogr.* تيزين قرية كبيرة من نواحي حلب *Taizinum vicus est ingens in tractibus Halebi.* Inter *Halebum* & *Antiochiam* esse collocandum ostendit filum Historiæ. *Abulfed.* in *Additam. ad Tab. Syriæ* annotat العواصم *Præsidiis* & *Propugnaculis Syriæ limitaneis* accenseri quoque cum *Antiochia* منبج وكورة *Præfecturam Manbegii*, & كورة تيزين *Præfecturam Taizini.*

TARSUS طرسوس *Vita* 120. 121. Princeps *Ciliciæ* civitas, quæ quidem ab *Abulfed.* reconsetur in *Tab. Syriæ*, sed tamen ad بلاد الارمن *Provincias Armenorum* proprie pertinere dicitur; quæ & بلاد بن لاون *Provinciæ filii Leonis*, nec non بلاد سبس *Regiones Sys.* Vide quæ notata ad *Syriam*, itemque ad *Armeniorum Provinciæ*, ubi *long.* & *lat.* jam configurata. Reliqua *Abulfedæa* sic habent قال في اللباب وطرسوس مدينة مشهورة

مشهورة وكانت ثغرا من ناحية بلاد الروم علي ساحل البحر الشامي
وهي الان بيد الارمن النصاري اعادها الله تعالي الي الاسلام قال ابن
حوقل وطرسوس مدينة كبيرة عليها سوران من حجارة وهي في غاية
الخصب وبينها وبين حد الروم جبال وهي الحاجز بين الروم والمسلمين

Ex Ellubab extat, Tarsum esse urbem celebrem, simulque Portum ac præsidium a parte provinciarum Rumæarum: quæ nunc tempestatis sit in manu Armenorum Christianorum, restituenda Islamismo, Deo volente. Haukelides ait, Tarsum esse magnam Civitatem, cinctam duplici muro lapideo: atque summa gaudere ubertate: inter eam autem ac finem Rumæum jacere montes: proque obice eam servire quo Rumæi a Musulmannis discludantur. Nihil de flumine adjici miror, *Cydno* nempe mediam urbem perlabente. Ejus mentio in *Lex. Geogr.* يشقها نهر البردان *secat eam fluvius Baradanus.* Nomen inditum a *frigore*, quod in hocce fluvio intensissimum, unde *Alexandro Magno* periculum, *Friderico Abenobarbo* exitium conflatum, ut *pag.* 122. narratur. Sex milliaribus infra *Tarsum* in mare evolvi ibidem submonetur.

TAURIZUM تبريز vel توريز ut in *Vita p.* 25. exaratum. Est *Adserbeisjanæ* nobile oppidum, supra in voce illa jam enotatum, addita ibidem *long.* & *lat.* Ex *Abulfeda* nunc subnecto قال في اللباب وتبريز اشهر بلدة باذربيجان والعامة تسميها توريز قال بن حوقل وهي متقارب خوي في العظم وكان بها كرسي بنت هلاكو من التتر ثم انتقل بعد ذلك الي المدينة المحدثة التي بناها خربندة الاتي ذكرها قال بن سعيد في قاعدة اذربيجان في عصرنا ومبانيها ملاح وبها مدارس حسنة ولها غوطة مليحة

Ellubabi auctor ait, Tibrizum est nobilissimum Adserbeisjanæ oppidum, quod vulgus Taurizum vocat. Haukelides tradit, magnitudine accedere ad Chowaijum: Regiamque fuisse Filiæ Hulachou Tatari; quamvis sedes regni translata deinde sit in Civitatem novam, quam condidit Cherbend, quamque postea memorabo. Ibn Sayd refert, Adserbeisjanæ est Metropolis nostro tempore, quæ elegantibus ædibus, splendidisque Collegiis floret. Habet & Tempe, viridariumve venustissimum. Nova illa Regia, quam deinde recenset, est *Sultania*, alias *Kunguzlan.*

TEBNINUM تبنين *Vita p.* 71. Arx prævalida supra *Ptolemaidem*, qua *Sidonem* pergitur, ut series præmonstrat. Adde *Exc.* 41. In *Lex. Geogr.* turbatum est incuria librarii, neque enim hæc sana esse possunt تبنان واد بالهمامة في جبال بني عامر المطل علي جبل بانياس بين دمشق وصور *Tebnan est vallis in Jemana, inter montes Amaritarum: imminens monti Paneadis inter Damascum & Tyrum.* Sequitur e vestigio تبني بلدة بحوران من اعمال دمشق *Tubna est oppidum Hauranitidis, præfecturæ Damascenæ.* Liquet vocabulum تبنين *Tebnyn* excidisse post تبنان *Tebnan*, quod in *Arabia* ponitur, atque ad illud pertinere ultimam periodum, *imminens monti Paneadis inter Damascum & Tyrum.* Medicina promta foret, si in promtu fuisset *Majus Lexicon Geographicum*, cujus Compendio utimur. Sed loculo sedeque sua motum, quærentis pertinax studium pertinacius elusit. En tibi tamen quod hiatum utcumque explebit. *Nuweirius*, supra laudatus in *Curdi Rawadiæi*, eundem hunc cursum victoriarum persequens, situm satis clare indicat, quum ait ثم رحل السلطان من تبنين الي صيدا فاحتاز في طريقه بصرفند فاخذها بعد قتال ثم سار الي صيدا ففارقها صاحبها وتركها خالية فتسلمها ساعة وصوله

Castra movit dein Sultanus Tebnino Sidonem versus, atque occupavit inter vias Sarphendam; indeque Sidonem progressus est, cujus Dominus inde abscesserat, eamque vacuam reliquerat, unde eam primo adventu recepit. Illa *Sarphenda* est *Sarepta*, hospitio *Eliæ* notissima, inter *Tyrum* & *Sidonem.* Ergo inter *Paneadem* & *Sareptam Sidonis*, in montosis, nostrum *Tebninum* locandum esse claret.

TECRITA *Tecryta* تكريت *Vita p.* 2. *Exc.* 8. 61. *Mesopotamiæ urbs & arx* nobilis, in qua lucem adspexit *Saladinus.* In *Lex. Geogr.* تكريت بفتح التاء قال والعامة بكسرها بلد مشهور بين بغداد والموصل وبينها وبين بغداد ثلثون فرسخا في غربي دجلة ولها قلعة حصينة احد جوانبها الي دجلة

Tecryta, per Te phatatum, licet vulgus Ticryta efferat, est oppidum celebre inter Bagdadum & Mosulam. Bagdado distat 30. *parasangas. Occiduo Tigris lateri adjacet. Habet arcem egregie firmam; cujus unum latus Tigri alluitur.* Apud *Abulfed. in Tab. Mesopotamiæ* obtinet *long.* 68.

35. *lat.* 34. 30. At ſecundum alios *long.* 69. 30. *lat.* 35. 12. Sequitur deinceps وتكريت اخر مدن الجزيرة علي ما يلي العراق وهي علي غربي دجلة في بر الموصل وبينهما ستة ايام قال ابن سعيد وفي جنوبي تكريت وشرقيها النهر الاسحاقي حفره في ايام المتوكل اسحق بن ابرهيم صاحب شرطة المتوكل وهو اول حد سواد العراق ومن كتاب ابن حوقل قال ومن قرب تكريت يشتق نهر الدجيل الذي يسقي سواد سامرا الي قرب بغداد وقال في اللباب وسميت تكريت بنكريت بنت وايل اخت بكر بن وايل قال واما قلعتها فبناها سابور بن اردشير بن بابك وقلعتها الان خراب

Tiryt eſt extremum Meſopotamiæ oppidum, qua Irakam contingit: eſtque ad occiduum latus Tigridis, in Moſulæ agro: ſex diebus utrumque locum diſparantibus. Ibn Sayd ait, ad auſtrale latus Tecrytæ, Or entem verſus, eſſe fluvium Iſacium, quem diebus Mutewaccheli fodit Iſacus Ibrahimi, præfectus prætoriani militi Chalyphæ: *ad eumque insipere terminum territoris Irakenſis. Hankelides ſcripſit prope Tecritam derivari & exiſtere Dogiail* Tigriculum, *qui territorium Samarræ rigat uſque ad Viciniam Bagdadi. In Ellubabo proditur Tecritam dictam a Tecrita filia Wajili, ſorore Becri Wajilidis.* (Illo nempe a quo *Diar-Becrenſe* nomen invenit præcipua pars *Meſopotamiæ.*) *Arcem vero ejuſdem conditam a Sapore, filio Ardſyri, filii Babechi: eamque nunc ruinis deletam.* De præfectura *Arcis Tecritanæ* commiſſa Patri *Saladini*, ejuſque ac *Syrchouhi* fratris inde expulſione; in *Syriamque* fuga, ac fortuna ibidem utriuſque, confer *Abulpharag. p.* 263. 264. verſionis. Sed hæc ad Hiſtoriam pertinent.

TEKOA تقوع In *Vita* 237. نهر تقوع *Amnis Tekoa* dicitur Paraſangam abeſſe *Hieroſolymis.* In *Lex. Geogr.* invenio tantum تقوع من قري البيت المقدس يضرب بجودة عسلها المثل *Tekoa eſt e vicis Hieroſolymorum: cujus mel ut præſtantiſſimum proverbio celebratur. Onomaſticon Hieron.* in nono ab *Ælia* miliario collocat *Thecuam* תקוע. Idem tamen ad *Jerem. cap.* 6. ſcribit *Thecuam eſſe viculum in monte ſitum*, 12. *mill. ſeparatum ab Hieroſolymis.* Adi *Paleſt. Rel.* 1028. Apud *Thalmudicos* principatus olei defertur *Thecoæ.*

TEL-ALAJADIA تل العياطية *Vita* 99. 101. 102. 105. *Tumulus* ſive *collis* circa *Ptolemaidem.*

TEL-ALMOSALLYNA تل المصليين *Collis Precantium. Vita* 99. 102. Alius in vicinia *Ptolemaidis* tumulus.

TEL-ALOSJOULUM تل العجول *Vita* 115. item circa *Ptolemaidem.*

TEL-ASSAPHIA تل الصافية *Vita* 229. 231. In poſteriore loco, *Aſſaphiæ* additur vicina quidem, ſed tamen diverſa. In Auſtrali tractu *Paleſtinæ* utrumque. *Lex. Geogr.* parce nimis تل الصافية ضد الكدس حصن من اعمال فلسطين *Tel-Aſſaphia, quæ vox contrarium ſonat turbidi, eſt pro[illegible]culum in Præfecturis Paleſtinæ.* Nempe *Aſſaphia* notat *clarum, defæcatum, limpidum, judum:* unde locum ita dictum autumat. Mihi ſuſpicio inceſſit, eſſe hanc צפת *Sephatam* illam *Judææ*, ad auſtrum poſitam, cujus mentionem e Sacris intuli ſupra ad *Saphadam.* Illud צפת potius *Speculam* videtur exprimere, ejuſdem cum מצפה *Miſpa* originis.

TEL-ASSULTAN, vel [illegible] تل السلطان *Vita* 44. *Exc.* 22. Indicatur a *Lexicographo* تل السلطان موضع بينه وبين حلب مرحلة دمشق وبينه خان يعرف بالغندق للقوافل *Tel-Eſſultan eſt Locus dictam diſtans Halebo Damaſcum verſus; in quo extat Hoſpitium, quod* πανδοχεῖον *vocatur, pro catervis viantibus.* Excidit aliquid ante دمشق nempe بطريق *in Via*, vel ſimile quid.

TEL-BASJARUM تل باشر *Tel-Basjara Vit. p.* 36. *Exc.* 56. Eſt, docente eodem *Lexicogr.* قلعة حصينة وكورة واسعة في شمالي حلب وبينها وبين حلب يومان *Arx munitiſſima cum ampla præfectura ad latus ſeptentrionale Halebi, diſtans Halebo biduum.* In additamentis ad Tab. *Syriæ* memoratur quoque ab *Abulfeda* ومن الاماكن المشهورة تل باشر قال ابن سعيد حصن تل باشر علي مرحلتين من حلب فيه المياه والبساتين *E locis celebribus eſt etiam Tel-Basjarum. Saydides auctor eſt caſtrum hocce Halebo abeſſe duas dietas; aquiſque ac hortis gaudere.*

TEL-CAISANUM تل كيسان *Vita* 98. 140. unde & ſitus in propatulo. Conſonat *Lex.*

Lex Geogr. تل كيسان موضع في مرج عكا من سواحل الشام *Tel-Caiſanum eſt Locus in planitie Ptolemaidis, e litoralibus Syriæ.*

TEL-CHALID تل خالد *Vita* 47. *Tel-Chalidum Exc.* 20. 33. ubi inſinuatur eſſe ditionis *Halebenſis.* Idem extat in *Lex. Geogr.* تل خالد قلعة من نواحي حلب *Tel-Chalid eſt arx in tractibus Halebi.*

TEL-ELPHODOUL تل الفضول *Vita* 161. Inde ſatis noſcitur.

TEL-GARBUM. *Tel Giazrum. Telalsjazrum. Vita* 220. تل الجزرب, pro quo deinde تل الجزر ſcribitur. Utrumque in mendo forte cubat: nam *Lexicogr.* exhibet تل حزر *Tel-Hazar*, per duo *Phata:* حصن من اعمال فلسطين Caſtrum *ditionis Palæſtinæ.*

TEL-SJOSOUR. *Telaſsjoſour* تل الجسور Ibidem *Vit.* 220. Non reperio.

TELTAISAL vel *Taſil* تل تيسل *Vita* 67. Alia adhuc cum *Tel* compoſita, quæ aliud nihil quam *colliculum* hunc vel illum deſignare videntur, operæ prætium non eſt perſequi.

THEBAIS الصعيد *Aſſayd. Exc.* 2. 3. Plenius صعيد مصر *Sayd Miſr*, hoc eſt *Superior terra Ægypti*, a صعد *Saida* עלה *adſcendit.* Appellationem *Thebaïdis* arripuere *Græci* a *Thebis*, Ἑκατομπύλοις, quas centum vel *Portæ*, vel *Aulæ* principum nobilitarunt. Illas *Thebas* قوص *Cuſi* nomen antiquiſſimum geſſiſſe, atque in illud, excuſſa dominatione *Græcorum, Romanorumque*, rediiſſe veri ſimillimum eſt. Replicetur ſupra *Kus.* Ut autem ſub voce *Ægyptus* ſtrinxi *Inferiorem* illam *partem*, quam per excellentiam مصر ديار vocant *Arabes*, ita *Superiorem* quoque ſummatim delineabo penicillo *Lexicographi* noſtri الصعيد بمصر بلاد واسعة كبيرة فيها عدة مدن عظام منها اسوان وهي اولـه من ناحية الجنوب وقوص وقفط واخميم والبهنسة وتنقسم ثلثة اقسام الصعيد الاعلي وهو من اسوان الي قرب اخميم والاوسط من اخميم الي البهنسة والادني من البهنسة الي قرب الفسطاط قال بعض كتاب مصر الاعيان الصعيد تسع مائة وسبع وخمسون قرية وهو في جنوبي الفسطاط تكتنفه جبلان والنيل يجري بينهما والقري والمدن شارعة علي النيل اشبه شي بارض العراق ما بين واسط والبصرة *Suyd in Ægypto Regiones continet amplas, magnaſque, numeroſis magniſque urbibus præditas. Ex iis Syene princeps a plaga auſtrali. Itemque Cus, & Coptos, & Ichmym, & Babneſa. In tres partes diſpeſcitur: Sayd ſuperius, a Syene Ichmymum uſque; Medium ab Ichmymo ad Babneſam; Inferius a Babneſa ad Phuſtatæ viciniam. Prodidere Præſtantiſſimi quidam Scribarum Ægypti, Sayd complecti nongentos quinquaginta ſeptem vicos majores. Porrigitur ad auſtrum Phuſtatæ; præcinctum ut alis gemino monte, inter quos decurrit Nilus, ſtipatus vicis urbibuſque in longum Nilo prætentis. Simillimum quid extat in terra Irakenſi inter Waſithum & Baſram.* Iſtud *Ichmymum* eſt *Herodoti Chemmis*, quæ *Panopolis* poſtea dicta, teſte *Diodoro Siculo*, qui Χημμω ſcribit, *Ægyptiaca* pronunciatione. Refertur ad *Chemmin* regem antiquiſſimum; in quo forte ipſe חם *Chamus*, a חמם nomen nactus, deliteſcit; quamvis non ignorem *Ichmim* filium *Miſraim* a *Leone Africano* ut conditorem hujus urbis laudari. *Abulfeda* ad اخميم *Ichmym* annotavit inter alia, وهي من اعظم اثار الاوايل بكبر صخورها المنحوتة وكثرة التصاوير التي عليها *Eam eſſe maxime conſpicuam veſtigiis ultimæ antiquitatis, tum magnitudine ſaxorum exciſorum; tum multitudine figurarum iis inſculptarum.* Præter eas autem Civitates *Thebaidis*, quas *Lexicogr.* tetigit, apud *Abulfed.* in *Tab. Ægypti* percenſentur خصوص *Choſous*; منفلوط *Manphalout*; قمولا *Kamoula:* ابو تيج *Abutyſj*; انصنا *Anſina*; اشمونين *Usjmounyn*; دشنا *Dasjana*; اسنا *Aſna*; اقصر *Akſur*; ارمنت *Arment*; اسيوط *Usjont*; بوصير *Bouſyr*; منية ابن خصيب *Monjat Ibn Chaſyb*; دهروط *Duhront*; الفيوم *Phajjoum:* quas omnes ſi debita luce perfundere vellem, longa mihi oratio foret conſumenda. Finem faciam deſcribendæ *Ægypti* in الواحات *Elwahât*, fidemque ſupra datum exſolvam ope *Lexicographi* الواحات ثلث كور في غربي مصر ثم غربي الصعيد لان الصعيد يحيطه جبلان غربي وشرقي وهما جبلان يكتنفان النيل من حيث يعبل جريانه الي ان ينتهي الجبل الشرقي الي المقطم وينقطع وليس وراءه غير بادية العرب والبحر القلزمي والاخر الي البحر فما وراء الجبل العربي

الغربي الواح الاولي مقابل الغيوم ممتد الي اسوان وهو كورة عامرة ذات نخيل وضياع حسنة وثمرها افخر ثمور مصر وهي الواحات وجبل ممتد كامتداده وراء كورة اخري يقال لها واح الثاني وهي دون تلك العامرة وخلفها جبل ممتد كامتداد الذي قبله وراءها كورة اخري يقال لها واح الثالث وهي دون الاولين في العامرة ومدينة الواح الثالث يقال سنمرية فيها نخل كثير ومياه جمة حامضة (leg. حامضة) يشربها اهل تلك النواحي واذا شربوا غيرها استوباوها وبين اقصي واح الثالث وبلاد النوبة ست مراحل وبها قبايل من البربر من لواته وغيرهم

Elwahât vocantur tres regiones ad occiduum latus Ægypti, quæ Thebaidem ab occaſu terminant. Nempe Thebaidem præcingunt duo montes, occidentalis alter, alter Orientalis, qui montes Nilum hinc & hinc tanquam alæ circumdant, inde ab initio curſus ejus: donec Orientalis mons metam contingat in Almokattemo, ibique abrumpatur. Poſt illum nihil, niſi Deſertum Arabiæ & mare Rubrum. Alter ad mare procurrit; Poſt quem montem Occidentalem eſt Elwâh Prima incipiens ex adverſum Theijnni, protenta uſque ad Syenen: quæ eſt regio habitata, prædita palmis, & pulcris viculis, cujus fructus reliquis Ægypti fructibus palmam præripit. Hæc Elwahat, habet montem ſimiliter protentum, poſt quem alia regio, quæ Elwâh ſecunda vocatur, non tam habitata quam prior illa. Poſt hanc iterum mons ſe extendens eodem modo ut alter ille, itemque regio alia quæ Elwâh tertia appellatur: duabus præcedentibus incultior. Tertiæ autem Elwâh civitas Simmaris dicitur, in qua plurima palma, & aquæ copioſæ acidulæ, quas illorum tractuum incolæ bibunt: aliam ſi biberint, inſalubrem experiuntur. Inter extremam Tertiam Elwâh, & terras Nubarum ſex ſunt ſtationes. In ea degunt tribus Barbaricæ, ut Lawata, aliæque. In *Mappa Conſtantinopolitana* perilluſtris *Fagelii*, quæ *Nili* præbet conſpectum, Duas *Elwâh* video repræſentari, ad occaſum montis illius qui *Nilum* ab hoc latere includit, ſupra *Lacum Mœridis* velut *Mari* quodam *arenoſo* porrectas ad auſtrum, quarum prima *Lacui* vicinior nuncupatur الواح الداخلة *Elwâh interior*, ſive *intus* atque *in medio ſita*: ſecunda vero الواح القبلية *Elwah auſtralis*. Tertia الواح القصوي *Elwah Extrema* dicta, magis ſeducta eſt in occaſum, eundemque plane locum occupat, quem veteres *Oraculo Ammonis* aſſignarunt, nam & *Fons Solis* عين شمس in medio hocce tractu collocatur. *Oaſitas* ex omnibus hiſce peritus agnoſcit Lector, ſive *Oaſes duas Parvam, Magnamque*, cum *tertia* adhuc, *minore*, & *longo intervallo a reliquis duabus remota*, prope *fanum Ammonis*. Erant *tractus arenoſi, vaſti, lateque fuſi, quorum in meditullio ſedes fœcundæ, amœnæ, fontibus, viretis diſtinctæ*. Apud *Herodot. l.* 3. 26. *Oaſis* urbs memoratur, ſeptem dierum per arenas itinere diſtans *Thebis*, quæ regio Μακάρων νῆσος *Beatorum inſula* perhibeatur: quorſum quum ſe penetraſſet exercitus *Cambyſis*, ingruente valido auſtro, inter prandendum, arenis, haud ſecus ac fluctibus, merſos hauſtoſque omnes interiiſſe. Non equidem *Beatulis* illis inviderunt *Jurisconſulti*, qui *in Ouaſin relegari* atque *in inſulam deportari* pro ſimili habent ſupplicio, quod in *Cod. Theodoſiano* appellatur *Oaſena deportatione conſtringere*. Ad nomen *Arabicum* الواحات *Elwahat* quod attinet, id nimium quantum diſcrepare videtur ab *Oaſi:* quum tamen in origine conſpiret. Articulus ſi tollatur, reſtabit *Wahât*, *Ouahat*, Ἄουασις, qua appellatione *Ægyptiis* ſignari loca *rare & male habitata* annotatum a *Strabone*. Hinc nata Ἄουασις, & mox Οὐασις, molliore flexu.

TIBERIAS طبرية *Taberria*, vel potius *Taberya* hodie. Illuſtre *Galilææ* oppidum, quod per *Herodem Antipam* in honorem *Tiberii* conditum, ad litus *Lacus Genneſaritici*. Plane novum fuiſſe, nec ex *Kinnereth* innovatum nomen, oſtendit Cl. *Reland. p.* 1037. ubi ampliſſimam ejuſdem deſcriptionem habes. Occurrit in *Vita p.* 60. ubi expugnatur: *Arcis* deditio ſequitur *p.* 71. Confer *Exc. p.* 44. ubi ad *Comitem Tripolitanum* pertinuiſſe dicitur. Iterum *p.* 41. ubi *Arx* in deditionem venit; poſt fatale illud prælium, quo *Regnum Hieroſolymitanum* occidit. Ab *Abulfed.* locatur ad *long.* 58. 15. *lat.* 32. 5. quamvis menſuræ aliæ aliorum quoque exſtent; quas exhibuit Cl. *Rel. p.* 510. Notitia ejus hiſce ſtringitur. قال العزيزي وبين طبريه وبين عمان اثنان وسبعون ميلا وبين طبرية وبين جب يوسف الذي القاه اخوته فيه ستة اميال قال ومدينة طبرية في الغور علي ضفة بحيرة لها طولها اثنا عشر ميلا وعرضها ستة اميال والجبل من غربي المدينة والبحيرة من شرقيها والجبال تدور بها من كل جهة كانت طبرية قديما قاعدة البلاد وقال بعضهم طبرية هي قصبة الاردن وهي خراب فتحها صلاح الدين من الفرنج وخربت ويقال وبانيها طبريوس

Digitized by Google

طبريوس احد ملوك اليونان البطالسية الاوايل فاشتق اسمها من اسمه وبطبرية عيون ماء في غاية الحرارة وعليها حمام يغتسل الناس فيها وهي في غربي البحيرة وجنوبيها *Azizius notat inter Tiberiadem & Ammân*, Ammon, *esse 72. mill. Inter eandemque & puteum Josephi, in quem conjectus fuit a fratribus, esse 6. mill. Addit, Tiberiadem in Algauro sitam, ad litus Lacus ipsius, qui longus est duodecim, latus sex milliaria. Montem a parte occidua urbis, Lacum a parte Eoa extare: atque undique eam montibus circumcingi. Antiquitus Regiam fuisse illarum terrarum. Alii prodidere, Tiberiadem, Metropolin Jordanitidis, nunc ad parietinas redactam esse, quippe quam Francis eripuerit Saladinus, atque evastarit. Dicitur etiam Conditorem ejus esse Tiberium, e Regibus Græcorum, Ptolemæis appellatis, antiquioribus; ab ejusque nomine sic vocitatam. In Tiberiade sunt Fontes aquarum summe calidi: ubi Balnea, quibus se perluunt homines. Extant ad Lacus occidentale & australe latus.* Condonetur *Arabibus* in Historia *Græca* ac *Romana* parum solidis, nugamentum illud de *Tiberio Ptolemæo*. Ipsum interim *Tiberium* fuisse *Conditorem* & *Græculi* nonnulli retulere. Etsi vero jam tempus *Equum fumantia solvere colla*, haud pigrabor tamen *Lexicographi* quoque luculentam subtexere descriptionem طبرية بليدة مظلة (مطلة) علي البحيرة المعروفة بها وهي من اعمال الاردن في طرف الغور بينها وبين دمشق ثلثة (مراحل) وكذلك بينها وبين بيت المقدس وهي مستطيلة وعرضها قليل حتي ينتهي الي جبل صغير عنده اخر العمارة وفيها عيون ملحة حارة بنيت عليها حمامات فهي لا تحتاج الي الوقود والحمام الذي يقال انها من عجايب الدنيا وينسب اليها ليس بها وانما هو في اعمالها في موضع يقال له الحسينية في واد وهو عمارة قديمة هيكل يخرج الماء من صدره من اثني عشر عينا كل عين مخصوصة بمرض اذا اغتسل منها صاحب المرض بري باذن الله تعالي وماوه شديد الحرارة جدا صاف طيب الرايحة يقصده المرضي يستشفون به *Tiberias est oppidulum imminens Lacui, qui ab ea denominatur. Præfecturæ est Jordanensis, in extremitate Algauri.* (*Campi magni*, per quem in mare mortuum defluit *Jordanes.*) *Inter eam & Damascum tres stationes: totidemque inter eam & Hierosolymas. In longum jacet protenta, exiguam habens latitudinem; donec perveniatur ad parvum montem, ad quem desinit ædificatio. In ea extant fontes salsi, calidi, ad quos balneæ extructæ, quæ necesse non habent calfieri. Balneum autem, quod Miraculis mundi accensetur, atque Tiberiense nuncupatur, non extat in ea, sed tantum ad ditionem ejus pertinet, loco qui Huseinia dicitur,* (ad *Alfrag.* 133. legitur الحسينية *Huseibia*) *in valle: estque ædificium perantiquum, Templum in cujus vestibulo aqua scaturit e duodecim fontibus, quorum singuli peculiari morbo medicantur: qua quum ægrotus se proluerit, permittente summo Numine, sanatur. Ejus aqua intensissime calet, limpida eadem, dulcis, suavisque odoris: quam laborantes undique petunt sanitatem ejus ope recuperaturi.* Posteriora hæcce pertinent ad *Thermas Tiberienses*, quæ nomen dederunt *Ammaunti*, ad *Jordanem* sito loco, in vicinia *Tiberiadis*; cujus meminit *Joseph.* de *B. J. l.* 4. 1. 3. Ἀμμαοῦς efferens, idque θερμὰ interpretans, quod ibi sit πηγὴ θερμῶν, ὑδάτων πρὸς ἄκετιν ἐπιτήδειος. Ista terminatio ex حماء *Chammao* videtur exorta, a verbo חם حم *Caluit*, quasi dicas *Calidissimam*. Aliud derivatum حمة *Chamma*, *Amma* pro *Thermis* quoque tritum. *Thalmudici* חמי דטבריא *Chamme Tiberiadis* forma *Adject. Plur.* usurpant. Etiam *Subst.* חמת *Chammat* iisdem frequentatur; estque nonnullis ipsa *Tiberias*; quod nempe tam vicina foret *Chammata*, ut pro *Suburbio* reputaretur. Ejus conspectum dedit Cl. *Ligtf.* in *Dec. Chorogr.* ad *Marc. p.* 412. Adde *Cent. Chorogr.* ad *Matt. p.* 22. Concludantur cuncta *Plinio*, qui *l.* 5. 15. *Tiberiada aquis calidis Salubrem* prædicavit: & cetera quæ huc adduci possent in *Palæst. Rel.* quære *p.* 1039. non omisso *Golio* ad *Alfrag. p.* 133.

TOURUM الطور *Vita* 54. Est mons non uno in loco. Nec mirum quum vox ipsa *Chaldæis* & *Arabibus* طور, טור, *Montem* sonet. Audi *Lexicographum* طور بالضم يقال لجميع الشام الطور وقيل الطور هو الجبل المشرف علي نابلس يحجه السمرة ولليهود فيه اعتقاد عظيم يزعمون ان ابرهيم امر بذبح اسحاق فيه وانه مذكور في التوراة وبالقرب من مدين جبل يسمي الطور وهو الذي كلم الله عليه موسي والطور جبل مظل (مطل) علي طبريه الاردن *Tour, per Damma, est nomen totius Syriæ. Ajunt quoque Tour esse montem qui Neapoli imminet;*

net; quem solenni festo frequentant Samaritani: quemque Judæi magna prosequuntur religione, dictitantes hic immolare jussum Abrahamum suum filium: eumque in Lege laudari. Prope Midian quoque mons appellatur Tour, in quo Deus Mosen est allocutus. Tour item est mons imminens Tiberiadi in Jordanitide. In *Ægypto*, *Mesopotamia*, alibi, etiam indicatur. Heic loci intelligitur vel *Samariæ*, vel *Tiberiadis* mons. Quod *Syriam* totam الطور *Tour* & *Attour* dictam memoret, refert tibi nomen vetustum צור, ex dialecto טור, *Tyrus*, *Tyria*; *Syria*, & cum articulo *Assyria*, unde ansa porrecta forte confusioni, qua *Assyriam* pro *Syria* sæpe adhibuerunt *Græci Latinique*.

TRIPOLIS طرابلس. Duplex *Arabibus* celebratur طرابلس الغرب *Tripolis Occidentis Exc. p.* 15. *Tripoli di Barbaria.* Altera *Tripolis* absolute ferme ponitur, quæ est *Tripoli di Soria*; nonnunquam tamen الشام *Syriæ* nota quoque adjecta. Expediamus primo *Tripolin Africæ*, quæ apud *Abulfed.* اطرابلس الغرب exaratur præmisso *Elipb*; *Atrabolis Occidentis*. ad *long.* 35. *lat.* 32. 30. variantibus tamen circa *longitudinem* calculis, quum alii 37, alii 38, alii 40. *gr.* designent. Describitur ad hunc modum واطرابلس مدينة على البحر مبنية بالصخر خصبة واسعة الكور حصينة جدا وهي مرسي للمراكب

Tripolis est urbs maritima e saxo structa; ubertate gaudens, & amplissimæ ditionis: egregie munita eadem, & fida navibus statio.

TRIPOLIS *Syriæ* اطرابلس الشام, & absolute طرابلس *Vita* 70. *Exc.* 40. & alibi sæpissime. Ei datur ab *Abulf. long.* 59. 40. *lat.* 34. additurque قال في المشترك وهي مدينة رومية على طرف خارج في البحر فتحها المسلمون في سنة ثمان وثمانين وستمائة وخربوها وعمروا على نحو ميل منها مدينة سموها باسمها ولها بساتين واشجار كثيرة وزروع بها قصب السكر ولها نهر كبير

Mosjtarechi auctor tradidit Tripolim esse urbem Græcam super extremitate terræ in mare procurrentis: quam Musulmanni expugnarunt anno octogesimo octavo supra sexcentesimum; atque devastarunt exstructa ad distantiam ferme milliaris alia urbe ejusdem nominis. Habere eandem hortos, arbores multas, sata, cannam saccariferam, fluviumque magnum. Conferantur *Goliana* ad *Alfrag. p.* 283. 284.

TSACHRA. Redeatur ad *Assachra.*

TURRIS *Joppes.* Sub *Masjdeljaba* invenietur.

TYRUS صور *Vita* 72. 75. 76. 224. &c. *Phœnices* olim ocellus, Obtinet apud *Abulf. long.* 58, 35. *lat.* 32. 40. atque hoc lumine perfunditur وصور بلد من احصن الحصون التي على ساحل البحر ويقال انه اقدم بلد بالساحل وان عامة حكماء اليونانيين منها قال الشريف الادريسي انه كان به مرسي يدخل اليه من تحت القنطرة وعليه سلسلة يمنع المراكب من الدخول

Tyrus est oppidum, vel multo munitissimum potius munimentum in litore maris. Fertur esse antiquissimum Phœnices: unde plerique Sapientes Græcorum fuerint oriundi. Sjeriphus Idrisius ait, ei portum fuisse, in quem intrabatur sub ponte fornicato, catena munito, quæ aditum prohibebat. Adde ad *Alfrag.* 135.

V.

VAHRA. *Wabra* وعسرا *Vita* 221. Vestigare nusquam potui; nec sanam præstare ausim lectionem.

Z.

ZABIDUM *Zebidum* زبيد *Exc.* 16. 28. *Arabiæ Felicis* Emporium nobile, عن البحر وهي فرضة اقل من يوم *Minus diei itinere distans a mari* ut *Abulf.* annotavit. اليمن وفرضة زبيد موضع يسمي علافقة وبينهما لربعون ميلا

Estque Arabiæ Felicis Emporium: portus Zebidi autem locus est qui Alapheka appellatur, ad distantiam 40. *mill.* Auctor hujus dimensionis laudatur *Birounius:* a quo *Azizius* dissidet, qui 15. tantum *mill.* intercapedinis ponit. Id jam esset اقل من يوم *minus diei itinere*; nam *Arabum millia passuum tria* horam explent ferme. Concinit *Lexicographus*, ex quo علافقة

غلافقة *Galapheka* legendum didici, eſſeque بلد على ساحل هجر اليمن مقابل زبيد وهي مرسي زبيد بينها وبين زبيد خمسة عشر ميلا *Oppidum litori adpoſitum in tractu æſtuoſo Jemanæ ex adverſum Zebido: quod Zebido portum præſtet tutum, ad interſtitium* 15. *mill.* Cum *Birounio* ſpatium ampliante facit *Geogr. Nubienſ. p.* 24. cui *Caſtellum Galaſeca diſtat a Zabido quinquaginta paſſuum millibus.* Ibidem *Zabid* dicitur eſſe *Urbs ingens, cujus incolæ divites ac opulenti; ad quam mercatores ex Hisjaza, Habaſſia, Ægypto, confluant.*

ZABUS. Videatur ſupra *Fluvius Zabus.*

ZERINA زرعين *Vita p.* 54. Locus circa *Jordanem*, cui certum ſitum aſſignare nequeo, defectu lucis ac ducis: neque enim idem videtur ac زرع *Zera, Zara, Zarum*, quod cum *Boſra*, & *Edraata* in *Hauranitide* comparet ſupra.

ZIBUM. الزيب *Vita p.* 206. *Ecdippa* ut dictum in *Azzibum:* ubi *Azzait* الزيت *Geogr. Nubienſis* in *Azzyb* الزيب refingendum eſſe monui. Suſpicari quis poſſet iſtud *Azzait*, quod *Oleam* ſonat, eſſe Ἐλαίδα *Dionyſii Periegetis*, quæ *Stephano* Ἔλαια, *Urbs Phœnices.* Sed ea inter *Syrum* & *Sidonem* locatur, quum *Nubienſis* ſuum huncce locum ponat inter *Ptolemaidem* & *Syrum:* ut recte pronunciarit Cl. *Reland. p.* 748. non videri eandem cum *Elaide.* Nempe omnino *Azzyb* legendum.

ZJAIZARUM. Luſtratum jam ſupra in *Sjaizarum:* longumque nobis iter per maria, per terras, emenſis, exoptatiſſimus venit

FINIS.

Digitized by Google

SYLLABUS MUTANDORUM.

In PRÆFAT.

pag. 4. versu 35. lege *in qua*, pro *in quo*.

In VITA

p. 61. *vs.* 41. 42. l. *impari* pro *impar*, & mox *minori* pro *minor*.

p. 98. *vs.* 4. a fine. l. *acie* pro *arcie*.

p. 114. *vs.* 19. l. *ratio* pro *ratto*.

p. 122. *vs.* 33. *Millia* non expressa in *Arabico*. Sic numerus nimis decrescit, quem series auget intenditque. *Quadraginta duo millia* tamen supra fidem. *Quatuor millia* tolerabilius posuisset. In *Commentario Historico* id fuisset discutiendum.

p. 149. *vs.* 20. l. الثلثا.

p. 153. *vs.* 23. l. جرجية *Geo*[illegible] pro حرخية, quod tamen, quum in MS. extaret, edidi. Nam forte fallor: aliud[illegible] sub illa scriptione delitescit.

p. 207. *vs.* 17. l. *Anglum* pro *Aladili*.

p. 227. *vs.* 41. *Paraverat ære alieno*, utcumque ex sensu exsculpsi, pro احضره من وجه حل عرفه. Idem factum in *Exc. Abulf.* p. 61. *vs.* 21. ubi in *Arabico* eadem phrasis, quam tamen me non satis intelligere moneo. Aliud quid subesse omnino suspicor.

In EXC. ABULFED.

p. 13. *vs.* 6. a fine l. *Nonagesimi*, ut est in textu *Arab.* pro *Septuagesimi*.

p. 15. *vs.* 12. a fine l. *Ranisjmendi* pro *Ramisjmendi*.

p. 31. *vs.* 19. l. *Chaboram* pro *Chaboram*.

p. 45. *vs.* 13. l. *nisi* pro *nisi*. & *vs.* 22. l. *Sjemahouninum* pro *Sjemuhouninum*.

In EXC. ISPAH.

p. 8. *vs.* 9. l. *Sultanus* pro *Sulnus*.

In IND. GEOGR. voce *Aderbeisjan*, ubi *Longitudines* urbium figuntur, *Tauriz*; *Berzend*; *Berdaa*; *Marend*; *Sjemchour*; *Teflis*; *Beilakan*; *Moukan*; pro 78. *long.* habere tantum debent 73. Causa erroris in notis numeralibus MS. nostri, ubi عح per *Ha* pro عج per *Sjym* properans pinxit calamus. Non satis accurate etiam Codex noster distinguit numeros *senarium* و & *septenarium*, ز vel ز, quem sine puncto plerumque relinquit, ut cum و facile confundi queat, nec distinguere valeas *sexne* velit an *septem*. Quicunque id genus MSS. tractarunt, de incuria illa conqueruntur. Pluribus Codicibus opus est, ad tales scrupulos in totum levandos.

Voci *Chorzemum* adde. Sana lectio: extatque Loci hujus mentio apud *Abulphar*. p. 412. unde & de situ pressius adhuc judicari poterit.

TYPIS

ISAACI VANDER MIJN,

LUGDUNI BATAVORUM.

M D CC XXXII.

Digitized by Google